Le couronnement peut être renouvelé. Les empereurs d'Allemagne prenaient à Cologne la couronne d'argent, à Monza près Milan la couronne de fer, et à Rome la couronne d'or. Mais la cérémonie liturgique du sacre n'a lieu qu'une fois sur la même personne.

Pendant le règne de Charlemagne, sous Louis le Débonnaire, et jusque vers la fin du neuvième siècle, on ne trouve aucun historien qui rapporte que le pape Zacharie, consulté par les Francs sur la translation de la couronne, décida en faveur de Pepin le Bref Les chroniques du temps ont été recueillies dans la grande collection de Bouquet, et récemment dans le *Monumenta Germaniæ* de Pertz. On n'y trouve aucun vestige de la légende.

Vers la fin du neuvième siècle, des chroniques rédigées en Allemagne commencèrent à relater la légende. Mais les chroniqueurs ne s'accordent ni sur l'époque ni sur le pape qui aurait rendu cette décision; car les uns l'attribuent au pape Zacharie, au lieu que les autres veulent que ce soit Etienne II, qui, à l'époque de son voyage en France, ordonna l'élévation de Pepin au trône de France.

Les historiens modernes sont partagés sur la question. Lecointe, dans ses Annales de France, a rédigé une longue dissertation pour montrer l'invraisemblance de la prétendue consultation que les Francs auraient adressée au pape Zacharie.

Il suit de là que le fait est fort douteux. Il n'est donc pas possible d'argumenter de ce fait, comme s'il était certain et démontré.

Les écrivains qui l'ont allégué pour prouver leur thèse ont commis une étrange méprise.

IX

LE REGESTE DE S. GRÉGOIRE VII.

Les lettres de S. Grégoire VII seraient d'une haute importance pour établir les relations juridiques du sacerdoce et de l'empire, si l'authenticité de ces documents se trouvait à l'abri de toute contestation.

On conserve à Rome le Regeste de Grégoire VII. Est-ce le Regeste original, ou bien une copie?

Ce n'est qu'une copie qui est loin de renfermer tous les actes du pontificat. En effet les chroniqueurs du temps citent des lettres qui ne sont pas dans le Regeste romain.

Une autre difficulté est que ce regeste renferme des pièces suspectes et extrêmement douteuses, par exemple le fameux *Dictatus* dont la forme ne peut être celle d'un acte pontifical.

Dans ces dernières années, deux historiens ont traité la question de l'authenticité du Regeste dont il s'agit. Giesebrecht, qui a examiné le manuscrit du Vatican, a rédigé une note assez longue que Jaffé a publiée dans son *Regesta Romanorum pontificum*, à l'article de S. Grégoire VII.

Nous croyons devoir placer ce mémoire sous les yeux de nos lecteurs, afin qu'ils connaissent précisément la question.

In adornandis Gregorii VII regestis mihi contigit, ut optatissimo uti præsidio liceret, quod quidem situm in veterrimo registri codice Vaticano est, omnium qui exstant et manu scriptorum codicum et editionum fonte. Willelmus enim Giesebrecht V. Cl., quum thesauris bibliothecarum et tabulariorum Italicorum ante aliquot annos fruenti aditus ad præstantissimum illum codicem pateret, genuinas ejus lectiones, a quibus haud raro editiones male recedunt, diligenter perscripsit, posteaque, ut locupletarem meum librum, benigne ac liberaliter mecum communicavit. Auxit etiam largitatem muneris, quod quum ab eo petiissem, de proprietate codicis virtutequc ut in meum usum persequeretur scriptura, qua est comitate non dubitavit, quin utilem gratamque, quæ habetur infra, ad me mitteret commentationem. Equidem codicem Vaticanum, ut par fuit, nusquam non secutus, ubi editiones in chronicis signis menda continent, utramque lectionem inter uncos apposui; neque, quam Mansi affert codicis Mutinensis varietatem, ne deesset lectori, prætermittendam putavi.

Gregorii bullæ nomina testium non præbent. Sententia in iis legitur hæc : « Miserationes tuæ Domine super omnia opera tua. » (3625, 3758, 3764, 3806, 3828, 3919, 3965, 3967, 3979, 3982).

Scriptæ per cujus manum bullæ sint, non plus quam semel indicatur :

p. m. Benjamin notarii sacri palatii (3987).

Datæ sunt

p. m. Petri S. R. E. presbyteri cardinalis ac bibliothecarii (3606, 3609, 3624, 3625, 3697, 3703, 3727, 3728, 3729, 3733, 3735, 3758, 3764, 3800, 3808, 3828, 3855, 3919, 3920, 3966, 3967, 3968)

p. m. Petri cancellarii atque cardinalis (3806)

p. m. Cononis cardinalis presbyteri (3787)

p. m. Iohannis R. E. diaconi cardinalis (3814)

p. m. Benjamin fungentis vice Petri S. R. E. presbyteri cardinalis et bibliothecarii (3965)

p. m. Gregorii S. R. E diaconi (3973).

W. Giesebrechti autem commentatio, de qua supra dixi scripta his verbis est :

« Gregorii VII Registrum, quod usque ad nostra tempora, pervenit, non idem esse ac verum illud et genuinum, quod publica auctoritate olim recepto in curia Romana more compositum erat, quum multæ epistolæ, quas aliunde notas frustra quæsiveris, satis ostendunt, tum ex eo intelligitur, quod quæ ipse Gregorius in illo scripta esse apertis verbis refert, nusquam reperiuntur. (Lib. VII, ep. 16). Persuasum igitur habemus, id quod vocant Registrum nihil esse aliud, nisi collectionem epistolarum a scriptore nescio quo confectam atque in lucem prolatam, ut rerum gestarum curiosis pro virili parte consuleret, magnumque Gregorii nomen posteritati commendaret. Quam collectionem jam paulo post obitum hujus papæ conscriptam, moxque et in Italia et in Germania innotuisse, Deusdedit cardinalis Romanus in collect. can. (Steph. Borgia del Dominio temporale, App. p. 13 seq.) et Bernoldus Constantiensis in Chron. ad annum 1085 testes sunt.

« In undecim libros, quorum decimus injuria temporum interierit, opus dispositum fuisse, editores uno ore confirmant, neque dubitare videntur, quin conservato justo ordine temporum epistolæ suo quæque loco positæ sint. Attamen, si paulo accuratius perlustraveris, facile animadvertes, inde ab initio libri VIII omnes fere litteras indictione, plurimas vel die, quo datæ sint, carere; quanquam in prioribus septem libris indictio et dies fere semper diligenter diffiniuntur. Fieri certe nequit, quin ea re scrupulum nobis injiciatur, et critica arte adhibita inveniemus, nequaquam eo, quo nunc eduntur ordine, sed diversis temporibus eas litteras scriptas esse et sæpe inferiorem nunc locum obtinere, quæ ante positis multo priores extiterint. Neglexit igitur, qui Registrum com-

posuit, in extrema operis parte temporum ordinem, quem per septem priores libros diligenter tuitus erat. Quod sane non sine gravi causa admisit, quamvis, quæ fuerit, conjectura modo augurari possimus. Ex mea sententia usque ad finem septimi libri vero et genuino Gregorii VII Registro usus ea, quæ notatu digna videbantur, inde decerpsit : ipsius papæ litteras, acta conciliorum, epistolas ad papam datas, notas de ordinatione episcoporum etc., quæ omnia eodem, quo in Registro erant, ordine in suum librum describenda curavit. Deinde vero ab initio libri VIII hoc valido præsidio destitutus, sive Registrum papæ gravissimis illis temporibus (1080 — 1085) omnino non confectum, sive Gregorio mortuo Salerni relictum erat, sine ordine, quascunque sors et fortuna e diversis locis ei obtulerat, epistolas compegit. Ita accidisse videtur, ut quum in priore parte singulis pontificatus annis singuli libri responderent, et epistolæ eodem anno datæ eodem quoque libro conjungerentur, in posteriore parte hic ordo plane negligeretur.

« Vehementer vero dubitandum est, num ea librorum descriptio quam nunc editiones exhibent, auctoritatem habeat vetustatis. Jam id suspicionem movet, quod Deusdedit cardinalis ex septimo libro, qui apud nos omnino 28 epistolas continet, 70am et 75am, et ex octavo quamquam in editionibus non supra 23am progreditur, 29am et 30am laudat. Quod ad septimum quidem librum, aut aliquis error in numeris latet, aut Deusdedit exemplari nostris locupletiore utebatur; nam quæ laudantur epistolæ in nostris 19a et 21a ejusdem libri sunt. Aliter de octavo libro sentiendum est, eæ enim epistolæ, quas ex hoc commemorat, nunc in nono libro reperiuntur, ubi 6a et 7a numerantur. Unde in exemplo ejus octavum et nonum librum conjunctum fuisse, probabile et verisimile videatur.

« Sed ut certi aliquid de hac re statuamus, ad codices Registri manu scriptos nos vertamus necesse est. Haud raro in bibliothecis Italicis inveniuntur. Ipse iter per Italiam faciens, Romæ duos in archivio Vaticano, quinque in bibliotheca Vaticana (Codd. 3797, 4579, 4906, 4907, 5638), unum Vallicellianum (Cod. C. 17) revolvi ; Venetiis unum in bibliotheca sancti Marci inspexi ; Mutinensem laudat et in usum suum vertit Joannes Dominicus Mansi. Sed omnes hi libri recentioris sunt ætatis, non ante sæc. XVI vel XVII confecti, præter unum illum, qui antiquior in archivio Vaticano exstat, quemque reliquorum omnium tanquam fontem et originem habendum esse, facile probari potest. Ex eodem quoque Antonius Caraffa primus Registrum typis exscribendum curavit et omnes, qui post eum novam editionem instituendam susceperant, nihil aliud egerant, quam ut Caraffæ lectionem, licet plurimis locis valde mendosam, inconsulte ad litteram repeterent, nisi forte lenior sententia ferenda est et de Harduino, nonnulla de conjectura haud male emendante, et de Dominico Mansi, quem codice Mutinensi usum esse jam supra retuli. Antiquissimum vero Vaticanum librum, qui summa cum cura adiri debebat, cum nullus esset fide dignior, post Caraffam nemo non neglexit. Unde factum est, ut usque ad hunc diem omnes Registri editiones plurimis gravissimisque vitiis scaterent. Quæ cum ita sint, facile artis criticæ peritissimus quisque concedet, omnes quæstiones, quæ de indole ac conditione Registri proponantur, totas in hoc ipso codice versari, neque dirimi posse, nisi accurate examinatus fuerit.

« Est vero membranaceus in 4 min., litteris Latinis, quo genere sub fine sæc. XI in usu erant, exaratus; 258 folia continet. In primo quaternione post præfixo manu sæc. XIV scripta inveniuntur et privilegium quoddam monasterii apud Bantium et documenta, die 10 mensis octobr. a. 1369 data, quæ ad Joannem Palæologum ad ecclesiam Romanam reversum pertinent. Tum Registrum excipit his verbis : « In Dei nomine. Incipit liber primus Registri septimi Gregorii papæ. Anno dominicæ incarnationis millesimo LXXIII, indictione XI, regnante domino nostro » etc. Diversis manibus exaratum est, coævis tamen et tanta similitudine, ut eas subtiliter discerni haud parvi negotii sit; nec non sæpius eadem manus, quam jam in priore operis parte deprehenderis, postea iterum iterumque recurrit. Litteræ, quæ nunc primæ ponuntur in libro undecimo, alia manu scriptæ sunt ac præcedentes, rursusque manu plane ab illa diversa eæ, quæ sequuntur et finem Registro imponunt, Multa deleta, mutata, correcta invenies, ut facile in eam sententiam adduci possis, codicem ipsius fuisse, qui collectionem instituerit. Quod ego non enixe contenderim, iterum monens, fieri potuisse, ut Deusdedit cardinalis locupletiore exemplo uteretur. Quod ad descriptionem librorum, suus cuique titulus rubro colore præscriptus est, ac quidem iisdem manibus, quæ ipsas epistolas exararunt, usque ad librum sextum, neque memoratu indignum videatur, codicem Venetum hos tantummodo sex priorum librorum agnoscere titulos. Liber VII et VIII in codice Vaticano eosdem quidem, quos in editionibus, titulos ferunt, eosque rubro colore insignitos, sed relictis lacunis manus paullo recentior, ni fallor sæc. XII exeuntis, eos inscripsit. Denique librarius quidam, qui multo post confectum librum manum imposuit, post epistolam 23 libri VIII, ubi nullum sane indicium vel signum novi libri exstitit, hæc verba atramento interposuit : « Ex libro VIII Registri ejusdem Gregorii papæ septimi ». Idemque post epistolam ad Flandrenses (Mansi Coll. Conc. XX, p. 370) novam inscriptionem adjecit : « Incipit liber X » ; tum vero correxit XI. Singulis epistolis scribæ, cum ipsum Registrum conficerent, neque inscriptiones neque numeros adjunxerunt. Ille vero, qui titulos VII et VIII supplevit, etiam inscriptiones epistolis usque ad finem Registri et numeros Latinos usque ad ep. 47 libri secundi rubro colore adjecit. Post atramento numeros Latinos prosecutus est usque ad ep. 9 libri tertii librarius ille, qui novos titulos libri VIIII et XI commentus erat. Quæ sequuntur epistolæ decimo quarto demum sæculo Arabicis notis signatæ sunt haud dubie ab eodem scriptore, qui indicem Registri composuit. Epistolis enim Gregorianis, f. 237 ad finem perductis, in iis, quæ restant, foliis sæc. XIV ndex additus est, hoc modo initium sumens :

« Incipit Registrum Epistolarum et Conciliorum Domini Gregorii septimi sanctissimi et gloriosissimi Romanorum pontificis, qui electus fuit post mortem Domini Alexandri II in ecclesia sancti Salvatoris anno Dominicæ Incarnationis MLXXIII »

« Habetur autem in hoc libro ejus memoria per XI annos tantum, secundum quos volumen hoc in XI libros partitum est, gestis ejus singulis illorum annorum in uno libro contentis.

« Habet primus liber epistolas numero 84.

« Secundus vero habet epistolas numero 76.

« Tertius vero habet epistolas numero 21.

« Quartus habet epistolas numero 28.

« Quintus habet epistolas numero 23.

« Sextus habet epistolas numero 40.

« Septimus quidem habet epistolas 27.

« Octavus autem habet epistolas 23.

« Nonus vero habet epistolas 35.

« Decimus vero liber non est, vel est error in libro et particione librorum.

« Undecimus habet epistolas duas.

« In quolibet libro est Registrum celebrationis concilii, quod in quolibet istorum annorum legitur celebrasse. Sunt multa eciam principum juramenta, aliqua decreta et hujusmodi, que in ipsa tabula patefiunt.

« Ex iis, quæ hactenus de codice Vaticano disputavi, mani-

festo, nisi fallor, patet, Gregorii epistolas antiquitus in octo non in undecim libros distributas fuisse, et ita quidem, ut priores septem libri ex ordine veri Registri ad singulos annos pontificatus responderent, in octavum vero reliquas epistolas annorum ratione non habita scriptor rejiceret. Tantum ergo abest, ut decimus liber injuria temporum interierit, ut vere, nunquam extiterit. Prima sinceraque Registri dispositio postea jam in ipso codice Vaticano a librario quodam mutata est, qui ratione operis minime perspecta, omnes ejus libros in singulos pontificatus annos convenire voluit et hanc ob causam octavum librum in plures dividit. Quam novam librorum distributionem deinde plerique codices et omnes editiones ex codice Vaticano receperunt. »

Quelques années plus tard, Jaffé a traité de nouveau la question dans le volume du *Bibliotheca rerum Germanicarum*, qu'il a consacré aux actes de S.Grégoire VII.

L'importance du sujet nous détermine à publier ce travail de l'historien allemand, lequel corrige, sur certains points, les aperçus de Giesebrecht.

Fuisse jam superioribus sæculis hunc ecclesiæ Romanæ morem, ad constantiam et perpetuitatem consiliorum negotiorumque servandam perquam idoneum, ut exempla omnium epistolarum, a summis pontificibus jussarum scribi, in eos libros, qui sunt Regesta sive Registra dicti, accurate referrentur, notissima res est alioque loco multis comprobata argumentis. Nec quidquam profecto videretur minus, quam prætermissa esse necessaria hæc communisque antecessorum consuetudo a septimo Gregorio, homine ingeniosissimo, etiamsi ipse mentionem ejus rei minime obscuram non protulisset infra in libri VIII epistola 54 ad Hugonem episcopum Diensem missa. Ibi enim : « Quod a nobis, inquit, factum nequaquam recolimus, nec in registro nostro hujus causæ litteras reperire potuimus; noverit itaque prudentia tua, quia multa tamquam a nobis deferuntur et scripta et dicta, nobis nescientibus. » Quibus ex verbis perspectu facillimum est, copiosa illa epistolarum universarum volumina sub isto etiam pontifice confecta esse, quo et omnino res papalis administraretur severius et illud quoque luxurians adulterinarum litterarum genus facilius dignosceretur. At quod exitium toti fere accidit regestorum papalium seriei ad annum 1198 usque deductæ, in idem Gregorii VII quoque monumenta illa pretiosissima quin sint delapsa, non potest esse dubium.

Nihilo secius proditum nobis est opus, quod item registrum Gregorii VII dicitur cujusque sunt codices calamo scripti. Quorum quidem non veterrimus modo, verum etiam præstantissimus, immo ceteros ex eo ipso deductos (1) penitus obscurans, in tabulario Vaticano servatur. Is est foliorum 258, membranaceus, forma quadrata, conscriptus a variis sæculi XI librariis ; de quo in ea, quæ in Regestis pontificum Romanorum p. 402-405 a me edita est, commentatione exposuit Willelmus Giesebrecht.

Atqui apertissimum est, alium fuisse permagnum illud omnium litterarum pontificiarum corpus, alium hunc quem habemus librum. Quod jam illis ab omni suspicione remotis declaratur epistolis, passim repertis a meque collectis et pone registrum proponendis, quæ, quia in eo quod superest opere desiderantur, magno argumento esse debent, hoc idem nequaquam esse principale registrum. Eamdem rem deinde ostendit omnino ipsa paucitas epistolarum in hoc opere collocatarum. Quis enim crederet, potuisse contingere Gregorio VII pontifici imperium ecclesiamque acerrime concutienti, ut vel toto tertio pontificatus anno non dimitteret plus quam eas, quæ in tertio registri hujus libro insunt, epistolas viginti unam, vel quarto anno non plus quam libri quarti epistolas viginti octo (1).

Sunt autem in promptu indicia nequaquam dubitanda, minus quod remansit opus provenisse ex ipso perdito registro majore. Talis enim in hoc inest varietas epistolarum eæque plurimum sunt tam æqualiter et continue per tempora dispositæ, ut opus ipso sæculo XI — quo quidem expeditum esse jam ex codicis, cujus supra mentio facta est, ætate intelligimus — aliunde prorsus non potuerit effici. Eidemque operis ortui fidem affert tum Registri titulus, e majore corpore translatus, tum librorum annuis spatiis circumscriptorum distinctio.

Et in libros quidem, eosque ad indictiones digestos, jam Gregorii I regesta, quæ una ante Gregorium VII plene salva habentur, distributa esse scimus, ut uno quoque libro temporis annui litteræ inde a die 1 m. septembris ad diem 31 m. augusti usque inessent. Gregorii VII autem quod periit, registrum majus, quemadmodum e minore censeamus oportet, per annos pontificatus a die consecrationis (a die 30 m. junii) initium capientes divisum erat, excepto et primo libro ampliore ab electionis die (a die 22 m. Aprilis) exordiente et novissimo libro breviore in die mortis (in die 25 maii a. 1085) terminato. Sequitur, ut amissi registri majoris fuerint libri duodecim, hæc tempora complexi :

Liber	I	a d. 22 Apr. 1073	ad	d. 29 Junii	1074
-	II	- d. 30 Junii 1074	-	d. 29 Junii	1075
-	III	- d. 30 Junii 1075	-	d. 29 Junii	1076
-	IV	- d. 30 Junii 1076	-	d. 29 Junii	1077
-	V	- d. 30 Junii 1077	-	d. 29 Junii	1078

(1) Hanc sub rationem cadere octo, quos in bibliothecis Italicis vidit, codices ms., testis est Willelmus Giesebrecht in commentatione, cujus mentionem faciam sæpius, atque in libello De Gregorii VII registro emendando p. 43; et alterum quidem tabularii Vaticani codicem, bibliothecæ Vaticanæ codices quinque : 3797, 4579, 4906, 4907, 5638, Vallicellianum C. 17, Venetum bibliothecæ S. Marci App. Cl. III 19, omnes partim sæculo XVI partim sæc. XVII factos. — Eadem sententia erit de codice Pommersteldensi 2691 chartaceo sæc. XVII, de quo cf. Archiv für altere deutsche Geschichtskunde IX 527 ; hic enim bullam monachis Bantinis a Gregorio VII tributam continet, quam veteri Vaticano præfixam esse docet Giesebrecht l. l. — Sed sæculi XII est codex quondam Claravallensis, cujus in chronico circiter anno 1250 formato Albericus monachus (ap. Leibnitium, Access. hist. II 129) meminit sic : « Registratum hujus septimi Gregorii, id est Hildebrandi, apud Claramvallem invenitur », quique ibidem anno 1695 a Stephano Baluzio perlustratus est, et hodie in bibliotheca Trecensi reperitur (V. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements, Paris 1855, II 392 : N. 952 Registrum epistolarum Gregorii papæ VII, XII siècle, Clairvaux G. 60; on lit au bas de la dernière page la note suivante : « Contuli anno 1695 mense octobri, Stephanus Baluzius »). Hoc ex codice, ex « veteri » enim « codice ms. monasterii Clarevallensis », Bertranni comitis Arelatensis ad Gregorium epistolam edidit Baluzius Miscell. (Lutetiæ 1715) VII 128; quam quidem epistolam alius quoque bibliothecæ Valliscellariæ (Vaucelles diœc. Cameracensis) codex ms. B. 26 post registri Lib. IX ep. 26 (i. e. post VIII 49) præbuit editoribus Galliæ Christianæ I 606. Similis horum est codex Mutinensis sæc. XVI cujus lectiones, in quibus quidem parum momenti inest, attulit Mansi, registrum edens in Conciliorum collectionis tomo XX; ibi enim post lib. IX ep. 30 (i. e. post VIII 53) eadem illa Bertranni comitis epistola legitur, v. Mansi l. l, p. 363.

(1) Nec vero juste usus est in commentatione p. 403 Willelmus Giesebrecht epistola 16 libri VII, ubi referre Gregorium rebatur, ea in registro scripta esse, quæ in opere servato non reperiantur. « In registro nostro » enim inquit Gregorius in epistola illa ad Hubertum episcopum Tarvannensem missa : « legitur, te ab (Huberto) hujus sanctæ sedis legato apud Monasteriolum hereticum publice convictum. » Quod quidem in L. IV ep. 10 ad Adilam comitissam reapse invenitur sic : « neque Huberti archidiaconi » (post episcopi) « verba suscipiatis, — quia, ut audivimus, in heresim lapsus est — et ab Huberto legato hujus sanctæ Romanæ sedis apud Monasteriolum publice est convictus. »

Liber VI a d. 30 Junii 1078 ad d. 29 Junii 1079
- VII - d. 30 Junii 1079 - d. 29 Junii 1080
- VIII - d. 30 Junii 1080 - d. 29 Junii 1081
- IX - d. 30 Junii 1081 - d. 29 Junii 1082
- X - d. 30 Junii 1082 - d. 29 Junii 1083
- XI - d. 30 Junii 1083 - d. 29 Junii 1084
- XII - d. 30 Junii 1084 - d. 25 Maii 1085

Permagni refert intelligere, his perditi registri majoris ibris quatenus libri minoris registri respondeant. Nec vero habet istud omnino nisi libros octo, quorum quidem primi septem terminis superiore tabula descriptis plane continentur. Sunt enim litteræ positæ

in libro I a d. 22 Apr. 1073 ad d. 15 Junii 1074
- - II - d. 28 Aug. 1074 - d. 17 Junii 1075
- - III - d. 20 Julii 1075 - . . . . Junium 1076
- - IV - d. 25 Julii 1076 - d. 28 Junii 1077
- - V - d. 11 Aug. 1077 - d. 22 Maii 1078
- - VI - d. 1 Julii 1078 - d. 28 Junii 1079
- - VII - d. 23 Sept. 1079 - d. 8 Maii 1080

Alia de octavo libro sententia est. Jam septem prima capita (1, 1 a, 1 b, 1 c, 2, 3, 4), quæ quidem ad dies 6, 27, 29 mensis junii a. 1080 pertinent, ab hoc libro abhorrent; licet ista nemo neget sive errore scribentis sive incuria de extremo libro VII in limen libri VIII trajecta esse. Nam quæ iisdem capitibus succedunt epistolæ 5-32, etsi subscripta indictione vacent plerumque — cum inde a die 21 julii (1080) usque ad diem 28 aprilis (1081) omnino anni ordinem observent, capitaque 20 (febr.) et 29 (18 apr.) definite anno 1081 attributa sint — similem cum superiorum librorum epistolis rationem continentes, ad octavum pontificatus annum referendæ sunt, ideoque ex octavo registri majoris libro pendent At contra, quæ bis octavi pontificatus anni litteris subjectæ sunt, epistolæ 33-60, quibus finis et libri octavi et totius operis affertur, eas admodum confusas variisque annis scriptas esse videmus; velut caput 35, ad diem 25 augusti 1081 pertinens, ex nono pontificatus anno, et caput 58, quod ad diem 20 novembris a. 1083 spectat, e pontificatus anno undecimo esse, facile apparet.

Quibus rebus in hanc necessario sententiam ducimur, ut censeamus, registrum minus paullo ante auspicatum majoris registri librum nonum, id est brevi ante diem 30 junii 1081 prodiisse; seriusque epistolas 33-60 jam non ex ipso registro majore sed ex indigestis subsidiis adjectas esse.

Nec vero recte judicaret, qui illam extremi registri minoris perturbationem arbitraretur inde ortam esse, quia ipsius majoris registri libri posteriores quibuscunque de causis omnino non fuissent. Testis est enim veterrimus ille minoris registri codex, accessisse ad idem inferiores ætate correctores duos, ultimis majoris registri libris evidenter usos. Eorum alter sæculo XIII cum — undenam, nisi ex ipso majore registro — novissimarum registri minores rerum perturbationem intellexisset, epistolæ VIII 36 sobrie adjecit notam hanc : « Hec epistola, hic errore scriptoris posita, debuit inferius scribi, » et epistolæ VIII 45 istam : « Hæc similiter epistola debuit in superioribus scribi. » Alter, eodem utique majoris registri præsidio vitium illud minoris doctus, cupidus castigandi nec tamen ea qua opus erat cautione usus, epistolæ VIII 24 præposuit lemma hoc : « Ex libro VIIII registri ejusdem Gregorii papæ VII, » et epistolæ VIII 59 hoc : « Incipit liber X, » posteaque muravit X in XI, ut legeretur : « Incipit liber XI. » Sic igitur non refecto epistolarum illarum ordine, sed amplius conturbato effecit is, ut in editionibus registri adhuc paratis liber octavus non haberet nisi epistolas 23, ejusdemque epistolis 24-57 nonus liber, et epistolis 58-60 liber undecimus prave constituerentur.

Itaque cum id, quod mansit, registrum minus constet ex majore illo in ipsius ecclesiæ Romanæ usum instituto opere haustum esse, idemque jam ante initum pontificatus Gregoriani annum octavum, ante diem 30 junii a. 1081, exstitisse, quis privato consilio potuisse quempiam arbitretur ejusmodi opus vivo ipso Gregorio et fidenter sibi proponere et adducere ad effectum? Quin immo nihil magis patere puto, quam non vivente solum, sed etiam jubente Gregorio hunc librum conscriptum esse.

Cujus vero utilitatis causa eundem laborem perfici jusserit pontifex, facile cognitu videtur. Nam sacerdotio imperioque gravissime inter se discordantibus, cum esset eo ventum, ut doctrinæ quoque litterarumque armis utrimque dimicaretur, Herimannum episcopum Mettensem scimus e papa exegisse, ut contra adversarios, Henricum IV jure excommunicatum esse negantes, sibi per litteras subveniret, ipsumque Gregorium uberrimam illam celebratissimanque epistolam, vel libellum potius sui defendendi causa scriptum, quod infra legitur L. VIII 21, in publicum dispersisse, Nec multo secus est intentio papæ interpretanda, cunctum registrum minus conficiendum curantis. Habemus igitur, ut meum quidem judicium est, librum ab ipso pontifice hac mente et conscribi et vulgari jussum anno 1081, ut suis et ad totam auctoritatem pontificiam vindicandam et ad ipsius inimicorum impetus frangendos abundantibus litterarum adjumentis succurreret.

Atque his subsidiis quam festinanter uti pars Gregoriana didicerit, satis est signi, quod Bernoldus Constantiensis, monachus S. Blasii posteaque Schafhusensis, jam anno 1085, referens de Gregorio proxime mortuo, nihil præstantius ipso registro nihilque uberius cognitum habuit, unde virtus magni hominis perspici posset. Est enim sic apud illum (1) : « Erat enim (Gregorius) catholicæ religionis ferventissimus institutor et ecclesiasticæ libertatis strenuissimus defensor; noluit sane, ut ecclesiasticus ordo manibus laicorum subjaceret, sed eisdem et morum sanctitate et ordinis dignitate præmineret; quod illum latere non poterit, quicumque ejusdem apostolici regestum diligenter perlegerit (2). »

Eodem propemodum tempore Deusdedit, presbyter cardinalis tituli apostolorum in Eudoxia (3), in conficiendo canonum libro, quem Victori III papæ (1086 mai. 24-1087 sept. 16) dicatum esse testatur præfato, registrum Gregorii sæpius adiit. Cui quidem nihil nisi ipsum nostrum minus, nec non modo majus registrum, sed ne copiosius quidem minoris exemplum, præsto fuisse perspicuum est ex libri ejus fragmentis a Borgia publicatis in Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica nelle due Sicilie, in Roma 1789, appendice p. 3-22. Ex quibus enim registri Gregoriani tum libris tum librorum capitibus se allata verba sumpsisse declarat Deusdedit, ea aut ibidem prorsus reperiuntur, aut, si non videntur esse eisdem locis, librarii typographive peccatum in causa est. Verissime enim commemorari videmus : libri I caput VII, II XV, II LXIII, II LXX, IV XXVIII, VIII XXIII, VIIIXXVIII, VIII, XXX; parvulo tantum errore scriptum est I LXVI pro I LXVII, I LXVII pro I LXVIII, II XIII pro II XIII, II XVIII pro II XVIII,

(1) Mon. Germ. SS. V. 444.

(2) Sæculo XII fuit Ratisponæ exemplum registri, ut ex Annalium Ratisponensium circiter anno 1130 conscriptorum verbis intelligi potest, ad annum 1089 (Mon. Germ. SS. XVII 584) relatis his : « Urbanus II — auctor est Hierosolimitani itineris; cujus etiam dux esse voluerat Gregorius VII, ut in ejus regesto legimus ». Cf. Petrum diaconum, qui in Chronico Casinensi (Mon. Germ. SS. VII 755) « se registris Romanorum pontificum Gregorii VII et successorum ejus » usum esse scripsit. Olomuci quoque habuerunt anno 1435 « registrum Gregorii septimi », teste Inventario librorum ecclesiæ Olomucensis in Notizenblatt 1852 p. 168.

(3) De quo v. quæ afferunt Ballerinii in Leonis Magni opp. III, p. CCXCIX sq.

II LXXXIIII pro II LXVIII; neque eo dubitatio afferatur necesse est, quod legitur

VII LXX pro VII XIX

et VII LXXV pro VII XXIV;

etenim in utroque numero liquet pari modo erratum esse, ut L et scriberetur pro I et propter id ipsum fieret prima littera, cum I pænultima deberet esse. —

Typis compluries descriptum registrum est. Quarum editionum princeps ab Antonio Carafa cardinali (1), bibliothecario apostolico, ex illo ipso tunc bibliothecæ Vaticanæ (2) hodie Vaticani tabularii codice veterrimo præparata, post ejus mortem curante Antonio de Aquino (3) prodiit in Epistolarum decretalium summorum pontificum tomo III 549-885, Romæ in ædibus populi Romani 1591. Quæ quidem editio, licet non sit vitiorum expers, at ceteris saltem longe præstat. Quicunque enim postea proponebant opus, ii omnes, illam unam editionem aut ipsam aut jam repetitam in usum suum convertentes, mutando transferendo omittendo atque etiam corrigendo quasi attritum diuturna tractatione librum tradiderunt : Binius anno 1606 Parisiis et Coloniæ Agrippinæ, Concilia generalia T. III P. II 1154-1278 ; regii editores anno 1644 Parisiis, Concilia T. XXVI 8-520 ; Labbeus et Cossartius anno 1671 Lutetiæ, sacrosancta concilia T. X 6-306; Harduinus anno 1714 Parisiis, Acta conciliorum T. VI P. I 1195-1510 ; Coletius anno 1728 Venetiis; Mansi anno 1775 Venetiis, sacrorum conciliorum Collectio T. XX 60-373 ; Migne anno 1853 Parisiis, Patrologia T. CXLVIII 283-644.

Equidem in recolendo Gregorii registro hæc duo potissimum secutus sum, ut et universum corpus a numero et ordine et dispositione capitum secundum codicem illum restituerem et singula rursus capita, quorum unumquodque primitus peculiare fuisse liquet, et a vitiis removerem, quantum ferret facultas, et manca supplerem.

Atque ad cognoscendum codicem Vaticanum cum jam oppido multum contulisset Willelmus Giesebrecht edito libello, qui inscribitur : De Gregorii VII registro emendando Brunsvigæ 1858, ut multo etiam commodius meliusque ex eodem fonte haurirem, idem vir mecum pergrata necessitudine conjunctus registri exemplum quod Romæ viginti abhinc annos e Vaticano castigaverat, mihi præbuit benignissime. Quo factum est, ut, adhibita quoque principe editione, in hoc subsidiorum genere nihil relinqueretur.

Nec vero alius generis auxilia, extra ipsum registrum versantia, quibus vel emaculerentur vel explerentur singula operis capita, defecerunt omnino; licet minor eorum numerus fuerit, quam desiderabam. Nonnulla enim aliunde quam ex registro tracta jam ipsius sæculi XI et sequentis scriptores tradiderunt, velut Bruno de bello Saxonico, Hugo Flaviniacensis, Petrus Pisanus cardinalis, Udalricus Babenbergensis, Paulus Bernridensis. Alia quædam debemus recentioribus viris doctis, qui ex tabulis codicibusque manu scriptis, non locatis in registro, largiti sunt; quorum in numero sunt : Severtius (v. 176, VI 33), Martene et Durand et Morice (v. IV 4, 5 cet.), Hartzhein (v. IV 12 a), Brial (v. IV 13, VIII 46), Baluzius (v. VI 34), Fickler (v. VII 24), Guérard, Marion, Delisle, editores chartularii S. Victoris Massiliensis (v. VIII 29).

(1) Tit. SS. Johannis et Pauli presb.; de quo v. L. D. d'Attichy Flores historiæ cardinalium III 503.

(2) Est enim in margine principis editionis sic : « Extat Gregorii VII registrum in Vaticana bibliotheca. »

(3) V. Antonii de Aquino et Sixti V papæ litteras in fronte tomi I Epistolarum decretalium cet. collocatas.

Ceterum cum ad conjectandi quoque artem recurrere necesse haberem, religiose ducebam semper rationem emendationum a Willelmo Giesebrecht in libello de emendando registro p. 31-46 propositarum. Quas quidem, quemadmodum non omnes temere rejecerim, sic neque avide acceptas a me omnes esse, qui illas fecit, is minime offendetur,

Ainsi l'un et l'autre s'accordent à dire que le manuscrit du Vatican ne peut être accepté comme le Regeste original ; ce n'est qu'une copie, dont l'époque n'est pas bien certaine, et qui ne peut offrir un terrain solide pour la critique.

A plus forte raison, les lettres contenues dans cette copie du Regeste ne peuvent-elles fournir de bonnes preuves pour une discussion doctrinale.

Les actes de S. Grégoire VII attendent un historien capable d'entreprendre une étude approfondie. Il devrait collectionner, en dehors du regeste du Vatican, les actes qui sont rapportés dans les chroniques contemporaines ; ceux qui ont été publiés dans la suite d'après les exemplaires originaux, ou d'après les copies qu'on a retrouvées dans les diverses bibliothèques de l'Europe. Il n'est pas impossible que des archives peu explorées jusqu'à ce jour renferment quelques diplômes inédits.

Cette recherche étant terminée, il serait facile de dresser la liste des actes de Grégoire VII qui sont connus par d'autres sources que le regeste du Vatican ; on pourrait indiquer les lettres dont l'authenticité ne se fonde que sur le Regeste.

Or les lettres qui renferment les maximes les plus absolues sont précisément celles qui ne sont connues que par le regeste du Vatican.

Le manuscrit du Vatican n'étant pas le Regeste original, la chancellerie romaine n'est pas en mesure de délivrer des expéditions légales des diplômes de S. Grégoire VII.

Ces lettres furent imprimées pour la première fois vers la fin du XVIe siècle, dans l'édition des lettres des papes qui parut à Rome sous la direction d'Antoine d'Aquin. On les a reproduites dans les éditions des conciles, Binius, Labbe, Coletti, Mansi, etc.

Ce sont là des éditions privées. Les lettres de S. Grégoire VII n'ont été insérées dans aucun code officiel de l'Église. Le décret de Gratien, lequel n'est pas officiel, contient un certain nombre de fragments.

Il est difficile de puiser des preuves péremptoires dans des documents dont le texte officiel et légal n'existe pas.

L'Église n'a pas assumé officiellement la responsabilité de ces lettres. Qu'elles soient l'œuvre de S. Grégoire ou non, peu importe. Il se peut qu'elles aient eu à l'origine une autorité officielle et légale ; mais aujourd'hui, par la force même des choses, ce ne sont plus que des pièces de caractère privé, parce que l'Eglise n'a pas pris soin de les authentiquer dans les formes légales.

(*La suite prochainement.*)

THEOLOGIE DE BILLUART

Supplément. Actes du Saint-Siége depuis l'époque de Benoît XIV jusqu'à nos jours. — Apologie du cardinal Noris. — Prêt à intérêt. — Constitution dogmatique *Auctorem fidei*. — Actes relatifs au concordat français de 1801. — Réclamations du Saint-Siége contre les articles organiques. — Sociétés secrètes. — Rapports de la raison et de la foi. — Thèses examinées par des théologiens en 1862. — Actes du concile du Vatican. — *Postulata* des évêques. — Constitution relative aux censures canoniques. — De onanismo. — Décisions du Saint-Siége postérieures au concile.

La théologie de Billuart est la seule du dernier siècle qui soit parvenue jusqu'à nous ; Bailly et d'autres sont abandonnés depuis longtemps, mais l'œuvre du célèbre dominicain est devenue classique, surtout depuis vingt-cinq ans, et elle est adoptée par un grand nombre de séminaires. Ce succès n'a rien d'étonnant: il est dû à l'orthodoxie et à la solidité de la doctrine, qui est celle même de S. Thomas. Méthode, clarté, programme des matières, attention à élaguer les questions inutiles, sobriété dans l'usage de la scolastique et, quand le sujet l'exige, des thèses exposées avec tous les développements que la science réclame, tels sont les titres qui expliquent et justifient la faveur dont jouit Billuart. Signalons encore des dissertations historiques, qui sont utiles non pas seulement aux théologiens, mais aussi aux prédicateurs et aux professeurs dans les universités de premier ordre, notamment les questions relatives au jansénisme. Aucun théologien des dix-septième et dix-huitième siècles n'a combattu cette hérésie avec plus d'énergie et plus de succès et n'a plus nettement séparé la doctrine thomiste du semi-calvinisme de Jansénius et de ses disciples.

La nouvelle édition publiée par la Société générale de librairie catholique a paru sous le patronage et la direction de Mgr Lequette, évêque d'Arras; elle est enrichie de notes savantes, surtout en ce qui concerne le *Traité de la justice et des contrats*. Ces notes étaient nécessaires pour l'enseignement classique, afin de mettre en harmonie les dispositions du droit civil avec les principes théologiques.

Mais ces notes, quelque précieuses qu'elles soient, ne pouvaient suffire. Billuart est mort en 1757 ; depuis cette époque le Saint-Siége a rendu un très-grand nombre de décisions doctrinales et disciplinaires que notre savant théologien n'a pu connaître et utiliser. Il y a eu notamment la célèbre bulle de Pie VI *Auctorem fidei* qui a frappé le jansénisme au cœur en poursuivant ce Protée, habile à changer de forme et de couleur pour se soustraire à l'autorité de l'Eglise. Billuart, qui avait attaqué le jansénisme avec tant de vigueur, n'a pu mettre à profit les décisions précises par lesquelles Pie VI a stigmatisé les erreurs jansénistes et fixé clairement pour chacune le sens condamné par l'Eglise. En outre, le Saint-Siége, qui n'a jamais été plus consulté de toutes les parties du monde que dans ces derniers temps, a tranché un très-grand nombre de difficultés, soit pour la doctrine, soit pour la discipline et la morale. Tout cela a montré la nécessité de publier un volume supplémentaire qui renfermât les actes et les décisions du Saint-Siége jusqu'à nos jours. Ce volume renferme 102 documents ; le premier remonte au pontificat de Benoît XIV ; le dernier porte la date du 5 juin 1877.

I

Les dix premiers documents sont empruntés au pontificat du savant Benoît XIV ; nous remarquons particulièrement la lettre du souverain pontife à l'inquisiteur général d'Espagne pour l'apologie du cardinal Noris. Benoît XIV y montre la circonspection du Saint-Siége dans l'examen des ouvrages et l'extrême indulgence dont il use avant de frapper les livres des écrivains très-distingués et qui ont rendu des services à la religion ; il parle des Bollandistes, de Tillemont, de Bossuet. Cette lettre est peu connue et ne se trouve pas dans le Bullaire du savant pontife. Les deux frères Ballerini, si célèbres par leur science, la firent paraître en tête de leur édition des *Œuvres du cardinal Noris*. Elle fut réimprimée à Rome en 1854, en une feuille volante, à l'époque où les cardinaux de l'Index et du Saint-Office examinaient les ouvrages de Rosmini.

L'éditeur du volume que nous étudions a donc été fort bien inspiré en insérant cette lettre dans son recueil.

La lettre apologétique mérite d'autant plus d'être rapportée dans les *Analecta* que nous avons publié la lettre de ce pontife à Muratori, laquelle concerne la même question (*Analecta*, 16e série.)

Epistola Benedicti XIV apologetica pro cardinali Henrico Norisio ad supremum Hispaniæ inquisitorem. Benedictus papa XIV. — Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. — Dum præterito mense junio, ut aere liberiori frueremur, in arce Castri Gandulphi rusticaremur, ad nos delata fuit epistola P. Generalis Ordinis S. Augustini in civitate Florentina degentis, ut visitationem expleat suorum Thusciæ conventuum. Porro in epistola nos monitos fecit, insertas fuisse in Expurgatorium ab Hispana Inquisitione, cui præes, editum, inter libros prohibitos historiam Pelagianam, et dissertationem super V synodo œcumenica, editas a claræ memoriæ Henrico cardinali Norisio sui ordinis religioso; cumque nostram auctoritatem interpellasset, nedum ut vulneri suæ religioni inflicto mederemur, sed ut etiam imminentia mala ac perturbationes in Hispania propediem excitandas averteremus, respondimus, factum ab eo nobis expositum, nobis esse prorsus ignotum, nosque debitas super veritate facti informationes esse sumpturos. Cumque id jam præstiterimus et nobis abunde constet, factum a P. Generali nobis expositum veritati inniti, et inter libros proscriptos in Expurgatorio Hispano recensita cardinalis Norisii opera reperiri, cogimur abrumpere silentium, teque, Ven. Frater, fraterne interpellare, et paterne admonere, ut aquam præpares, quæ vastum incendium jam præparatum extinguat.

Etsi memorata Norisii opera aliquid Bajanismi aut Jansenismi redolerent, prout auctor Bibliothecæ Jansenisticæ immerito autumavit, post tot annorum lapsum, in quorum decursu ea summo plausu excepta sunt, nonne prudens ecclesiastica œconomia exigebat, ut a proscriptione abstineretur, quam unusquisque prævidere poterat multa mala esse excitaturam, uni-

tatem Ecclesiæ Hispanæ esse scissuram, obstrepentibus videlicet, prout unusquisque prævidere poterat, Augustinian. ordinis alumnis, et ipsorum asseclis, obstrepentibus tot aliis doctis viris in Hispania degentibus, et partium studio non abreptis, paratisque ad assumendam defensionem, auctoris non incogniti, non gregarii, sed litteratorum sui temporis facile principis, et ex solo litteraturæ ecclesiasticæ, et profanæ merito sacro Cardinalium collegio adscripti?

Nota profecto tuæ erunt eruditioni, quæ prostant in ecclesiasticis historiis prudentis œconomiæ exempla, juxta quæ pro scandalo frænando, malisque imminentibus avertendis nostri majores censuerunt a rigore juris recedere, etsi locus illi esse debuisset. Nos tibi tantum nonnulla certe tibi ignota suggeremus. Tempore felicis recordationis Clem. XI, examinanda et proscribenda delata sunt celebris Tillemontii opera. Accusatores ex eis multa deprompserant censura digna: pontifex autem silentium imposuit ratus, multa mala ex ejus prohibitione esse derivatura. Similique œconomia usus est, cum supremæ Romanæ Inquisitioni exhibitæ fuerunt ab accusatoribus Vitæ Sanctorum a Bollando incœptæ et deinde a Papebrochio aliisque Soc. Jesu Patribus continuatæ; etsi multa, et bene multa sagaces accusatores deprompsissent, quæ theologicam censuram merebantur. Notum tibi procul dubio erit opus non multis abhinc annis editum, typisque impressum, quod etsi nomine auctoris careat, omnes tamen probe sciunt esse Bossueti episcopi Meldensis, quod ipse dum viveret composuerat, ita jubente Gallorum rege Ludovico XIV, sed manuscriptum in nonnullis bibliothecis reliquerat. Totum opus versatur in asserendis propositionibus a clero Gallicano firmatis in conventu anno 1682. Difficile profecto est aliud opus reperire, quod æque adversetur doctrinæ extra Galliam ubique receptæ de summi pontificis ex cathedra definientis infallibilitate, de ejus excellentia supra quodcumque concilium œcumenicum, de ejus jure indirecto, si potissimum religionis, et Ecclesiæ commodum id exigat, super juribus temporalibus principum supremorum. Tempore felicis recordationis Clem. XII nostri immediati prædecessoris serio actum est de opere proscribendo, et tandem conclusum fuit, ut a proscriptione abstineretur, nedum ob memoriam auctoris, ex tot aliis capitibus de religione benemeriti, sed ob justum novorum dissidiorum timorem.

Notum denique tibi erit nomen Ludovici Antonii Muratori adhuc viventis, multorum librorum communi plausu receptorum editoris, Oh quam multa in eis reperiuntur censura digna! Quot hujusce furfuris nos ipsi eos legentes offendimus! Quot nobis ab æmulis, et accusatoribus oblata sunt! et nos usque adhuc abstinuimus, et abstinebimus ab operum condemnatione, nostrorum prædecessorum exemplis edocti, qui pacis, et concordiæ amore a proscribendis iis, quæ proscriptionem merebantur, cessarunt, quando videlicet censuerunt plus mali, quam boni ex proscriptione derivandum.

Hæc procedunt in hypothesi, in qua Norisiana opera Bajanismum, aut Jansenismum redolerent. Quid autem dicendum erit, cum ea Bajanismi, et Jansenismi nota careant, et carere constet post multiplicatum super eis examen in hac suprema Inquisitione Romana, cui summi pontifices pro tempore viventes præsunt, quique mox recensita examina suo calculo approbarunt?

Quæ mox subdemus, non ex his historiis, non ex auctoribus uni vel alteri parti faventibus, sed ex monumentis, quæ ex archivio supremæ Inquisitionis ad nos deferri fecimus, deprehenduntur. Antequam Norisius historiam Pelagianam, et dissertationem super V synodo typis ederet, rumor insurrexit Bajanismi, et Jansenismi, et hinc factum est, ut opus extra urbem edendum, theologorumque et extraneorum revisorum approbatione munitumante editionem ad urbem transmissum fuerit. Novi idcirco revisores in Urbe fuerunt deputati, et cum hi nihil mali, aut sanæ doctrinæ adversans in opere invenissent, auctori datum est, ut jure suo uteretur, compositumque opus typis ederet.

Opere edito novæ adversus illud excitatæ sunt controversiæ, eo potissimum sub obtentu, quod ei furtive additæ ferebantur nonnullæ paginæ, quæ non erant in opere manuscripto, quæque idcirco non fuerant revisorum oculis subjectæ. Purgavit se ab hac calumnia Norisius, et nulla nota ejus operi insita fuit; communisque plausus nedum perseveravit, sed auctus etiam fuit.

Degebat Norisius Florentiæ apud magnum Hetruriæ ducem, et ecclesiasticæ historiæ cathedram in universitate Pisina moderabatur, tantique viri fama ad aures Innocentii XII, tunc Ecclesiam universalem gubernantis cum devenisset, ipsumque ad Urbem evocasset, ut officio primi custodis Bibliothecæ Vaticanæ fungeretur, ipsiusque æmuli bene prævidissent, ipsum ad Urbem fuisse vocatum, ut inter cardinales mox creandos adscriberetur, pontifici Innocentio XII detulerunt Norisium esse virum doctum, sed malæ doctrinæ, et libellis in vulgum sparsis veteribus repetitis accusationibus Jansenianæ doctrinæ ipsum insimularunt.

Hæsitavit Innocentius, et ne in sacrum cardinalium collegium virum adscriberet malæ, aut dubiæ doctrinæ, octo deputavit theologos, qui a partium studio abessent, illisque curæ dedit, ut in Norisii opera acrius animadverterent. Theologi mandatis, ea qua decet reverentia, strenue morem gesserunt. Ipsorum sententiæ in Congregatione supremæ Inquisitionis, suffragantibus etiam cardinalibus eidem adscriptis perpensæ sunt, cumque nihil anathemate, vel alia censura dignum in operibus fuerit adinventum, pontifex Innocentius theologorum, et cardinalium sensum, facte comprobavit; consultorum quippe Inquisitionis collegio Norisium adscripsit, quod utique non fecisset, si de ejus sana doctrina vel minimam habuisset suspicionem.

Æmuli etsi hoc novo fulmine percussi, nocendi animum nullatenus deposuerunt, sed ne supremæ Inquisitionis judicium ab ipso summo pontifice, ut vidimus, comprobatum directe impugnare velle viderentur, nonnullos tantum dixerunt sibi scrupulos superesse adversus Norisii doctrinam, quos et sparsis in vulgus libellis ediderunt: et tunc jussu pontificis Innocentii quinque eruditas dissertationes Norisius elucubravit; primam *de uno e Trinitate passo*: secundam, hoc est *Apologiam monachorum Scythiæ, ab anonymi scrupulis vindicatam*: tertiam *de Anonymi scrupulis circa veterum semipelagianorum sectatores*: quartam, quæ continet *Responsionem ad appendicem auctoris scrupulorum*: quintam denique, cui titulus: *Jansenianiani erroris Calumnia sublata*. Prodierunt hæ disputationes Romæ anno 1695, iterumque typis impressæ sunt inter opera omnia cardinalis Norisii editionis Veronensis anni 1732. In eis celeberrimus auctor universis adversariorum petitionibus occurrit, scrupulos injectos exturbat, evellit, eradicat, et cum jure merito plaudentibus omnibus, ut victor in Cardinalium collegium fuerit adscriptus, ab eodem Innocentio quoque inter cardinales supremæ Inquisitioni Romanæ præsidentes relatus est; et in ea, sicut et in aliis congregationibus, quibus adscriptus fuit, usque ad obitum strenue, et maxime utilem operam navavit.

Ex his, quæ fuse tibi, Venerabilis Frater, exposuimus, colligere poteris, Bajanismi, et Jansenismi notam Norisio inspectam, novam non esse, eamque repetitis solemnibus Romanis judiciis fuisse penitus eliminatam; non licuisse Hispanæ Inquisitioni eam iterum in controversiam vocare, multoque minus inter proscriptos libros opera Norisiana recensere, justissimos esse clamores ordinis Augustiniani, et aliorum ipsi adhærentium, nec nos denique, qui nedum memores sumus eximiæ benevolentiæ, qua nos, etsi in ætate juvenili constitutos,

13. Licet theologice verum sit, unamquamque nationem christianam debere partem constituere unius ejusdemque Ecclesiæ universalis, uni capiti supremo subjectæ; politice tamen utile foret, ut quælibet earum constitueret Ecclesiam nationalem sub primatu respectivi imperantis.

In schisma inducens et hæresi proxima.

14. Politica gubernia tam clero quam populo imponere possunt ectheses seu formularia theologica, licet ejusmodi sint, quæ nequeant ab Apostolica Sede aut ab œcumenicis conciliis probari.

Schismatica et hæretica.

15. Ecclesia nihil debet decernere, quod obstringere possit fidelium conscientias in ordine ad usum rerum temporalium.

Hæretica.

16. Opponitur spiritui Evangelii quod Ecclesia bona temporalia possideat : nec ipsa legitime acceptare potest aut acquirere proprietates seu possessiones ad ministrorum substentationem, ad cultus exercitium et pauperum levamen.

Dudum damnata in concilio Constantiensi et in bulla Martini V, ac hæretica.

17. Ecclesiæ regimen a Christo Jesu institutum non est vere monarchicum.

Hæretica et contraria definitioni concilii Florentini.

18 Possunt gubernia legitime impedire circulationem vitæ catholicæ ponendo obstacularelationibus Apostolicæ Sedis cum variis catholicitatis partibus.

Schismati et hæresi favens, Ecclesiæ constitutionis et libertatis eversiva, Sedi Apostolicæ injuriosa.

19. Episcopus aut concilium provinciale a theologiæ regulis deflectit, dum intra suæ jurisdictionis ambitum prohibet, quominus doceatur judicia gravioris momenti ac solemniora Romani pontificis indigere sanctione civili.

Injuriosa auctoritati Ecclesiæ, schismati et hæresi favens, et quatenus supponit judicia gravioris momenti et solemniora Romani pontificis indigere sanctione civili, hæretica.

20. Ecclesiæ leges non obligant in conscientia nisi cum promulgantur a civili potestate.

Hæretica.

21. Cum necessitatis aut magnæ utilitatis casus sese offerunt, in quibus potestatem suam Romanus pontifex exercere debet per actus, qui sint extra aut supra canones in universa Ecclesia vigentes, ipsius non est decernere, utrum ejusmodi casus existant nec ne.

Detrahens potestati summi pontificis, eidem injuriosa et ad minus erronea.

22. Ad Romanum pontificem non spectat statuere, utrum usus et consuetudines ecclesiarum particularium debeant necne conservari.

Temeraria, potestatis Romani pontificis læsiva, et proxima hæresi.

23. Nulla ecclesiastica potestas, neque ipse summus pontifex aut concilium œcumenicum potest excommunicationis sententiam ferre in supremum imperantem.

Hæretica.

24. Auctoritas spiritualis Romani pontificis est suapte natura potestati civili infensa.

Falsa et hæretica.

25. Primus ex Romanis pontificibus, qui acceptavit potestatem temporalem, ac principes, qui ad eam constituendam concurrerunt, errarunt.

Temeraria, erronea et constanti Ecclesiæ doctrinæ contraria.

26. Dominatio temporalis Romani pontificis adversatur doctrinæ evangelicæ.

Hæretica.

27. Hæc dominatio temporalis non est magni momenti pro spiritualibus catholicitatis negotiis, neque potest componi cum principiis boni civilis regiminis.

Complexive sumpta falsa, hæresim sapiens et erronea.

28. Falsum est dominationem temporalem summi pontificis vi suæ sacræ destinationis induere indolem spiritualem.

Erronea, contraria concilio Tridentino et constitutionibus apostolicis.

29. Romanus pontifex cum excommunicationis sententiam pronuntiat contra invadentes Status Ecclesiæ, utitur armis spiritualibus ad mundanum dumtaxat bonum prosequendum.

Falsal temeraria, captiosa, injuriosa Romanis pontificibus, erronea.

30. Excommunicatio lata in concilio Tridentino et bulla *Cœnæ* contra invadentes dominationes ecclesiasitcas innititur confusioni ordinis spiritualis et ordinis civilis ac politici.

Falsa, temeraria, injuriosa concilio Tridentino et Romanis pontificibus, hæresi proxima.

31. Principia et juramenta, quibus se obstringunt pontifices ad conservandam integritatem Statuum Ecclesiæ eo tantummodo spectant, ut ipsi non distrahant quamlibet eorum partem in favorem suorum propinquorum.

Falsa

32. Orbis catholicus nullum habet jus ad tuendam conservationem et integritatem dominii temporalis papæ.

Falsa, temeraria, erronea.

33. Catholicorum conscientia considerare non debet concursum, quem ipsi præbere possunt utilitati dominii temporalis Sanctæ Sedis, nisi ut negotium, quod nullum præ se fert characterem spiritualem seu religiosum.

Falsa, temeraria, pietati fidelium detrahens, ad minus erronea.

34. In qualibet politica societate necessaria non est existentia potestatis jure divino.

Politicæ potestatis destructiva, hæretica.

35. Præceptum Pauli apostoli, quod continetur his verbis : « Omnis anima subdita sit potestatibus sublimioribus, » temporariam dumtaxat inducit obligationem, neque omnibus epochis, omnibusque generibus societatis applicari potest.

Hæretica.

36. Voluntas populi seu populare suffragium ejusmodi est per se auctoritatis, ut nulla indigeat ratione ad suorum actorum validitatem.

Quatenus constituat voluntatem populi seu suffragium popular supremam legem independentem a jure naturali et divino, hæretica.

37. Principia, quorum vi quilibet supremus princeps non est nisi primus populi deputatus, identica sunt cum sanæ theologiæ principiis.

Falsa, injuriosa theologiæ, et seditiosa.

38. Principia insurrectionis, quæ proclamata sunt in favorem recentium eventuum in Italia, concordant cum sanæ theologiæ doctrina circa tyrannidem.

Falsa, theologiæ injuriosa.

39. Institutio principatus hæreditarii opponitur principiis ujis naturalis ac spiritui Evangelii.

Falsa, erronea et hæresi proxima.

40. Traditio Ecclesiæ catholicæ doctrinam continet tyrannidi seu despotismo faventem.

Falsa et hæretica.

41. In qualibet christiana politica societate nullum reperitur jus, quod suum principium seu fontem non habeat in jure Status.

Falsa et hæretica.

42. Societas domestica seu familia a lege tantum civili suæ existentiæ legitimitatem derivat.

Falsa, contraria juri naturali et divino ; quatenus vero intelligatur de societate seu familia christiana, hæretica.

43. Ad societatis christianæ bonum est universim admittendum, conditiones essentiales conjugalis vinculi immutari debere ad guberniorum et opinionum nationalium nutum.

Hæretica.

44. Progressus socialis inducere debet abolitionem indissolubilitatis vinculi conjugalis.

Hæretica.

45 Causæ matrimoniales non spectant ad judices ecclesiasticos.

Hæretica.

46. Præceptum ab Apostolo promulgatum de subjectione uxoris viro suo adversatur legitimæ emancipationi fœminæ : quod si præteritis temporibus bonum extitit, non item dicendum de futuris.

Impia et hæretica.

47. Proprietas non minus adversatur legi justitiæ, quam legi charitatis christianæ, neque fundatur in jure naturæ et gentium, sed unice in jure civili.

Falsa et hæretica.

48. Conforme est sanæ theologiæ ac juris publici doctrinæ, quod gubernia sint vera proprietaria bonorum, quæ obtinent Ecclesiæ, familiæ religiosæ, hospitia, aliaque loca pia.

Falsa, contraria concilio Tridentino (Sess. 22, c. XI de Refor.), et alias damnata in constitutione cujus initium *Licet juxta* Joan. XXII, IV kal. nov. 1327.

49. Optima œconomiæ politicæ ratio in quolibet Statu exigit, civibus et Ecclesiæ interdici, quominus charitas erga inopes exerceatur.

Perniciosa, jurium Ecclesiæ et privatorum læsiva, et sacris canonibus contraria.

50. Proprietates et filii ita ad nationem pertinent, ut jura proprietatis, et jura parentum in filios eorumque educationem a nationis concessione dimanent.

Complexive sumpta impia, juri naturali ac divino contraria.

51. Bona proinde societatis constitutio postulat, ut natio quæ per Statum repræsentatur, sub una alterave forma, directe aut indirecte monopolium habeat institutionum ac domicilio rum educationis, eorumque proprietatem, sive individualiter sive collective sumantur.

Erronea, perniciosa, juris divini et ecclesiastici læsiva.

52. Obligationes speciales, quæ ordinum religiosorum essentiam constituunt, ex Evangelio originem non trahunt.

Hæretica.

53. Perpetuitas votorum religiosorum oppugnari potest solidis rationibus fundatis in naturæ humanæ inconstantia, in libertatis jure ac in prudentiæ regulis.

Jam damnata in bulla *Auctorem fidei* (prop. 84).

54. Communitates religiosæ, quæ operibus exterioribus charitatis minime devoventur, nullam existentiæ legitimam rationem habent.

Falsa, erronea, perniciosa et hæresi proxima.

55. Juxta recta politices principia statui debet, ut religios ordines a guberniis catholicis a priori tanquam suspecti habeantur.

Injuriosa statui religioso, detrahens institutioni ab Ecclesia probatæ et fundatæ in verbo Dei, ac de hæresi suspecta.

56. Quiquid sit de ultimo uniuscujusque hominis fine in altera vita, finis supremus, ad quem societates politicæ debent omnes leges omnesque actiones dirigere, est cultura et perfectio ordinis materialis.

Impia, materialismo favens, erronea, ordinis moralis ac socialis eversiva.

57. Principia evangelica eo tendunt, ut extenuent et fere extinguant legitimos activitatis humanæ progressus in ordine materiali.

Falsa, religioni christianæ injuriosa, calumniosa et hæresi proxima.

58. Elementum materiale sibi primas partes vindicare debet in juventutis educatione.

Impietati favens, perniciosa, erronea, verbo Dei contraria.

59. Lex religiosa, quæ vetat quibusdam diebus servilia opera exercere ad Dei cultui vacandum, principiis bonæ œconomiæ politicæ adversaretur.

Impia, temeraria, Deo et Ecclesiæ injuriosa.

60. Protestationes episcoporum catholici orbis in favorem dominii temporalis summi pontificis, a studio partium politicarum originem traxerunt.

Falsa, temeraria, calumniosa, cœtui episcoporum injuriosa.

61. Exercitia spiritualia, extraordinaria seu missiones, quibus ex mandato episcopi operam dant sacerdotes sive sæculares sive regulares, non alium generatim effectum producunt, quam verum religionis rumorem, et natura sua paci publicæ sunt infensa.

Jam damnata in Bulla *Auctorem fidei*, prop. 65.

ADNOTATIO

Censuræ theologicæ quibus propositiones præfatæ conficiuntur, auctoritatem dumtaxat privatam præseferunt. Nam, ut supra innuimus, nec Romanus pontifex, nec aliqua ex SS. Cardinalium Congregationibus Romæ institutis, neque episcopi, seu concilia provincialia, neque universitas aliqua catholica easdem recepit suasque fecit. An autem Rmus episcopus Marianopolitanus, qui hujusmodi theologicas censuras publici juris fecit, dum sub lege secreti episcopis Romæ communicatæ fuerant (uti jam diximus, licentiam ad hanc evulgationem obtinuerit specialem, id nobis valde probabile videtur omninoque existimandum.

III

POSTULATA CONCERNANT LES DISPENSES

POSTULATA ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM PROVINCIARUM QUEBECENSIS ET HALIFAXENSIS. Postulatur ut totius juris ecclesiastici, curante summo pontifice, peracto concilio Vaticano, fiat codificatio cum iis additionibus et mutationibus quæ præsenti rerum statu utiliores et accommodatiores videbuntur.

Rationes postulati.

1. Facilior et communior evaderet cognitio hujus juris, quod nunc pene innumeris constitutionibus et canonibus constat.

2. Multa in desuetudinem abierunt, vel impossibilia facta sunt, vel in maximum Ecclesiæ bonum mutari possunt.

Huic postulationi subscripserunt 13 *concilii Patres.*

Postulatur ut in concilio Vaticano consideretur, utrum expediat in totius juris ecclesiastici codificatione totam legislationem de impedimentis matrimonii ad trutinam revocare, ita ut eorum impedimentorum minuatur numerus, vel saltem augeatur potestas ordinaria episcoporum ab impedimentis dispensandi.

Rationes postulati.

1. Valde intricalæ sunt leges de impedimentis et de dispensationibus, ut constat ex innumeris difficultatibus quæ quotidie solvendæ occurrunt tum Congregationibus Romanis, tum Ordinariis locorum.

2. Avertendum est frequens periculum nullitatis sacramenti.

3. Videntur abolenda impedimenta a quibus semper dispensatur.

Huic postulationi subscripserunt 12 *concilii Patres.*

Postulatur ut tollatur impedimentum cognationis legalis.

Ratio postulati.

Hoc impedimentum multis dubiis obnoxium videtur propter diversitatem legum civilium circa adoptionem; unde multi doctores nunc negant illud existere in præsenti rerum statu, in plerisque regionibus.

Huic postulationi subscripserunt 13 *concilii Patres.*

Postulatur ut e stylo curiæ, in dispensationibus consanguinitatis et affinitatis, tollatur obligatio declarandi incestum patratum.

Rationes postulati.

Hæc obligatio quæ nunc est sub pœna nullitatis dispensationis, videtur :

1. *Inutilis*, quia non impedit incestum, nec illum punit. Tota pœna incidit in miserum confessarium qui sæpe maximis difficultatibus et anxietatibus implicatur;

2. *Nociva*, quia adest periculum infamiæ et violationis sigilli sacramentalis, et insuper hæc obligatio causa est nullitatis plurimorum matrimoniorum quorum rehabilitatio aliquando valde difficilis est.

Huic postulationi subscripserunt 13 *concilii Patres.*

Postulatur ut tollatur impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus *non solemnibus* proveniens.

Ratio postulati.

Hoc impedimentum, quando provenit ex sponsalibus non solemnibus, probationem sæpe non admittit, unde jurgia, lites, nullitates matrimonii et scandala.

Huic postulationi subscripserunt 12 *concilii Patres.*

Postulatur ut tollatur impedimentum consanguinitatis et affinitatis in quarto gradu.

Rationes postulati.

1. Non sunt servanda impedimenta a quibus nunc semper dispensatur quotiescumque occurrent.

2. Ex illis frequentius provenit nullitas matrimonii propter majorem difficultatem illa inveniendi.

Huic postulationi subscripserunt 13 *concilii Patres.*

Postulatur ut tollatur impedimentum affinitatis *ex illicita* in secundo gradu.

Rationes postulati.

1. Ab illo impedimento, quotiescumque occurrit, semper dispensatur, et non videtur conveniens ut statuatur lex quæ non servetur.

2. Præter periculum nullitatis matrimonii, adest periculum infamiæ et etiam revelationis sigilli sacramentalis.

Huic postulationi subscripserunt 12 *concilii Patres.*

Postulatur ut Breviarii Romani fiat nova dispositio in qua : 1. quantum fieri potest, ordinarie recitetur totum psalterium in hebdomada ; 2. brevius sit officium iis diebus quibus parochi et confessarii muneris sui officiis diutius detinentur, prout sunt vigiliæ festorum, sabbata, dominicæ præsertim adventus et quadragesimæ.

Rationes postulati.

1. Juxta primitivam Breviarii dispositionem, totum psalterium singulis hebdomadis recitabatur; nunc vero repetuntur fere semper iidem psalmi de communi sanctorum; hinc minuitur recitantium devotio, et amittitur fructus qui ex aliorum psalmorum recitatione hauriri posset.

2. Parochi et confessarii jam defatigati, non sunt nimio onere gravandi diebus supra expositis.

Huic postulationi subscripserunt 12 *concilii Patres.*

DROITS PAROISSIAUX

Eglises filiales. Chapelles des confréries. Quels sont les droits du curé par rapport au culte divin? L'exposition du Saint-Sacrement n'est pas un droit paroissial. Neuvaines. Messes solennelles. Si la désignation des prêtres qui font ces fonctions appartient au curé ou bien à la confrérie. Si le catéchisme est droit paroissial. Décision de la S. Congrégation du Concile du 25 août 1877.

Quelle est la juridiction d'un curé sur les chapelles établies dans la circonscription de la paroisse ? Les prescriptions canoniques supposent et sauvegardent assurément le droit du curé en ce qui concerne l'administration des sacrements, la célébration de la messe et des fêtes, la bénédiction du Saint-Sacrement, et généralement toutes les fonctions qui, sans être des droits paroissiaux, appartiennent notoirement aux attributions du recteur. En outre, le curé est réputé l'administrateur naturel des offrandes et des aumônes que font les fidèles dans un lieu quelconque de la paroisse.

Les anciens canonistes estiment que le curé pourrait défendre aux recteurs des chapelles filiales de célébrer des messes votives, de confesser, de faire les services des défunts. La jurisprudence moderne du Saint-Siége accorde plus de liberté aux desservants des chapelles dont il s'agit.

En effet, il n'est pas admis que le curé jouisse d'un pouvoir absolu à l'égard de ces églises, et qu'il puisse exercer à son gré non-seulement les droits paroissiaux, mais encore tout ce qui est purement fonction ecclésiastique. Les droits (*jura*) demeurent exclusivement réservés, nul ne doit s'y ingérer sans l'agrément du curé; mais les *fonctions* comportent une plus grande habitude.

Les célèbres décrets *Urbis et Orbis* de la S. Congrégation des Rites en date du 10 décembre 1703 déterminent avec toute la précision et la clarté imaginable ce qui est droit paroissial et ce qui est simplement une fonction.

La célébration des messes solennelles pour les vivants ou les morts n'est pas un droit paroissial. De même, l'exposition des quarante heures et la bénédiction du Saint-Sacrement. Le curé ne peut empêcher les aumôniers des chapelles d'accomplir ces cérémonies.

Sauf la permission de l'ordinaire, les neuvaines, triduums, et autres fonctions où l'on expose le Saint-Sacrement, ne constituent pas du tout des droits strictement paroissiaux.

Le catéchisme est-il un droit paroissial? Le pape S. Pie V a publié une bulle qui prescrit aux ordinaires d'établir partout des confréries de la doctrine chrétienne. Or les membres de ces confréries, lesquels sont laïques, doivent enseigner le catéchisme aux enfants. A bien plus forte raison les prêtres qui desservent les chapelles publiques peuvent-ils faire le catéchisme.

La paroisse Notre-Dame, à Iesi, compte cinq églises filiales qui n'ont pas de recteur et dans lesquelles le Saint Sacrement n'est mis que le jour de la fête du patron et les fêtes de dévotion que l'on y célèbre. Une de ces églises tombe de vétusté, et demeure constamment fermée. Deux autres sont dans la campagne. Les plus importantes se trouvent dans la ville même.

La première, dédiée au Saint-Crucifix, appartient à une confrérie érigée sous le même titre. La confrérie met le plus grand zèle à faire desservir sa chapelle, qui est très-fréquentée de la population.

Dans l'autre église, située sur la place des Cordiers, existe une confrérie sous le vocable de Saint-Sébastien. Ces pauvres gens quêtent avec la plus grande sollicitude pour l'entretien de leur chapelle; ils achètent de beaux ornements et appellent des prêtres qui, par pure charité, disent la messe, administrent les sacrements et font le catéchisme. L'ordinaire autorise ces exercices du culte public.

Le curé de Notre-Dame a soumis deux questions à la S. Congrégation: 1. Les fonctions que l'on fait dans les chapelles dont il s'agit appartiennent-elles au curé? 2. Peut-il désigner un autre prêtre, lorsqu'il est lui-même empêché?

La S. Congrégation répond négativement. Le curé ne peut réclamer que les attributions purement paroissiales.

Æsinas. Jurium parochialium. — Die 25 augusti 1877. Raphael Latini plebanus ecclesiæ S. Mariæ Plani Æsinæ civitatis per secretariam sacrorum Rituum Congregationis sacratissimo principi hæc exposuit: « Intra parœciam sanctæ Mariæ Plani Æsinæ civitatis sunt quinque ecclesiæ dictæ filiales, quæ non habent rectores, nec SSmum Sacramentum, præter dies, in quibus solet solemnizari *dies festus* sancti titularis uniuscujusque ecclesiæ, aut aliæ functiones ex fidelium devotione; quærit itaque: 1. An functiones, quæ fiunt in eisdem ecclesiis, spectent ad parochum pro tempore. 2. An parochus posset nominare alium sacerdotem ad functiones, et sacrum faciendum ipso impedito. »

Hoc habito libello S. Rituum Congregatio sollicita fuit episcopum pro informatione et voto rogare, qui obtemperans mandatis retulit: « Illud pro facti specie contestor revera inter fines parœciæ quinque reperiri ecclesias; et ut me prætteream de duabus ruri positis, ac de una jugiter clausa quia fatiscens, quæ per antea S. Eligio erat dicata; de duabus publicis ecclesiis in civitate positis verba faciam, una SSmo Crucifixo et S. Sabino dicata, in qua beneficium patronatus familiaris fundatum existit cum officiatura missarum et pia unio ejusdem Crucifixi, quæ de Ecclesiæ officiatura occupatur ob devotionem et populi commodum, cum ecclesia sit ampla et spectabilis. Alia ecclesia habetur in platea ubi opificia funium abundant, et affluit multitudo extraordinaria, et etiam in ista habetur pia unio sub invocatione S. Sebastiani. In hac temporum perversitate incredibilis et ædificatione digna habetur pietas illarum pauperum gentium pro stipe missarum unciatim colligenda; signatim vero præ cæteris se distinguit sollicitudo et largitas eximii et religiosi viri de suo peculio in officiatura proceranda et augenda, in supellectilibus acquirendis, in doctrina christiana illi miriadi pauperum puerorum per sacerdotes charitative conquisitos imbuendo se enixe occupat, et tanta pietate movetur ita ut ejus memoria in benedictione erit. Numquam satis dicam de bono spirituali, quod in dicta ecclesia procuratur cum frequenti officiatura missarum, sacramentorum dispensatione, suffragiis prodefunctis, doctrinæ christianæ institutione ceterisque omnibus quæ in multis ecclesiis desiderarentur. Hinc ut divinus cultus augeatur, et animarum lucra curentur, tenerem ut sacerdotibus illam ecclesiam æque ac aliam S. Sabini desuper re-

censitam regentibus, et moderatoribus, parochus inhibere nequeat, ne ibidem sacerdotalia munera expleant, sive quia generaliter officium et potestas parochi nihil cum illis commune habet, sive quia statim ac episcopus ecclesias illas, tamquam loca sacra haberi voluit, in quibus sacra ministeria complerentur, obicem nullum ponere parochi queant, ne sacerdotes addicti ibidem sua officia absolvant, servatis tantummodo parocho juribus parochialibus, scilicet communione paschali, matrimoniis, baptismo, cæterisque, quæ ut pastor ei spectant. Hinc licebit in ecclesia capsulas habere, et oblationes et eleemosynæ erogandæ erunt in beneficium ecclesiæ, prout respondit ita S. C. C. 27 junii 1744 et 8 maii 1745, et recenter ista S. R. C. respondendum censuit : *Nihil obstare quominus functiones, in sacello publico peragantur de licentia tantum episcopi*, ut simili modo contentiones et jurgia penitus arceantur.

« Quibus præjactis et de facto et de jure, prono alveo fluit, functiones, quæ fiunt in ecclesiis publicis, licet filiabus, non spectare ad parochum, dummodo non sint de functionibus parochialibus et multo minus alium nominare poterit posthabitis sacerdotibus, qui jugiter ecclesiæ deserviunt. Ne tamen in mea informatione desideretur, dicam, quod urbanitatis titulo ad majorem functionum splendorem, præsertim in expositione SSmi Sacramenti non prætermissa fuerit invitatio parochi, sed eo impedito vel nolente a sacerdotibus ecclesiæ functiones expletæ rite fuerunt. Quibus præjactis concludam cum requisito voto, ut functiones et quæ parochialia minime lædant, exerceri et institui valeant, de venia tantum, scientia et consensu episcopi, ideoque ad parochum non spectare, et consequenter ipsum nec posse nominare alium sacerdotem ad functiones et sacrum faciendum. »

Habito hoc responso S. Rituum Congregatio operæ pretium duxit die 23 elapsi aprilis rem totam ad S. vestrum Ordinem transmittere.

Acceptis igitur a S. R. C. hisce actis sub die 28 ejusdem mensis sequens edidi decretum : « Eidem episcopo, qui referat quænam fuerit præcedens observantia, et an synodales constitutiones quidquam disponant super propositis quæstionibus. » Quibus mandatis jussa faciens Æsinus præsul sub die 18 maii jam effluxi retulit :

« Quoad præteritam observantiam habemus curante piæ unionis S. Sebastiani gubernatore quando sacerdos præsto non erat, dum hodie habemus, plebanum S. Mariæ invitasse, et quandoque ipso impedito (rite necne) suum capellanum suffecisse. Rebus tamen sic stantibus devotione gubernatoris ejusdem et incredibili fervore crescente novæ functiones inductæ, cultus adauctus, doctrinæ christianæ rudimenta tradita, SSmi Sacramenti solemnis expositio quadraginta horarum, et exemplar dicti divini cultus augmentum. Hoc tamen non semper probante plebano qui talia non faciens in ecclesia sua satis dissita, et populo incommoda non indifferenter in ecclesia S. Sebastiani ea omnia videt accrescere. Hanc tamen ecclesiam affluenti illi genti circumstanti absolute necessariam, neglectam, et derelictam plorarem deficiente concordia parochum inter et gubernatorem regentem illam piam unionem, qui licet homo vulgaris et rudis, tamen non parcens expensis fere semper de suo factis, mirum in modum de sacris supellectilibus deque sacris functionibus occupatur, et per sacerdotem rectorem, aliosque sacerdotes ad doctrinæ sacræ instructionem, ad sacramenta illi genti procuranda et ad funtiones complendas providet. »

Quibus expositis prosequitur : « Cum de jure constituto agendum sit, habemus responsum S. R. C. diei 10 octobris 1640 in *Bisinianensi*, quoad functiones solemnes in ecclesia simplici, intra fines alicujus parœciæ spectare ad rectorem ipsius ecclesiæ. Et alterum consimile in *Ripana* 14 junii 1845 pro ecclesiasticis functionibus, quæ parochialia jura non lædant ; necnon in *Cusentina* diei 26 aprilis 1834 decernitur pro solemnibus functionibus in ecclesiis parochialibus vel succursalibus, requiri consensum parochi, in aliis Ecclesiis consensum rectoris. Nihil denique super propositis quæstionibus nostræ constitutiones synodales disponunt. »

Omnibus itaque rite completis, quæstionem hanc in hodiernis comitiis proponendam duxi sub dubii formula in calce conscripta, nonnulla antea, ut moris est utrinque animadvertens.

Et in primis hæc favore parochi perpendenda videntur. Neminem latet parochum privative quoad omnes, circa sacramentorum administrationem, exactionem oblationum, funeralium et omnium actuum et jurium parochialium exercitium, fundatam habere intentionem in jure, non tantum in parochiali ecclesia, verum etiam intra totius parœciæ fines, cap. *Dilectus*, de capellis monachorum ; cap. 1 et 4 De sepulturis ; cap. 2 De parochis. Clem. *Dudum*, § *Verum*, De sepulturis, cap. *In sacris*, 16, qu. 1 ; Barbosa, *De off. parochi*, part. 1, cap. 12, a n. 1 ; Panimoll. decis. 1, adnot. 10, num. 1 ; et decis. 11, num. 5. Rot. decis. 124, a num. 1, decis. 214, num. 9 et 7, part. 12, et decis. 231, num. 2, par. 13 ; decis. 225, num. 1, par. 19. Hinc ad eum pertinere missas canere et populo cum venerabili in iis benedicere tradunt Monacell. *form. leg.* tom. 2, tit. 13, form. 1, num 59. Pignat. consult. 103, n. 16, tom. 10 ; et tenuit S. C. in *Ferriaren.* jur. par. 22 martii 1698. dub. 2 ; eaque ratione ritus omnes, benedictiones, et functiones ad eos spectare qui curam animarum habent tradit Bass. *De sodalit.* quæst. 12, num. 10. Licet enim functiones hujusmodi non recenseantur inter jura parochialia, pertinent tamen ad functiones parochiales. Monacel. loc. cit. n. 54, et seq. Ursaya, *Discept. eccl.* 29, tom. 2, part. 2. Similiter parochus legitimus censetur administrator oblationum et eleemosynarum quæ quolibet in loco intra parœciæ fines largiuntur, ut tradidit S. C. in *Ferrarien.* confraternitatis 14 septembris 1782, § *Ad secundum* ; idque retinuit S. C. EE. et RR. in *Neapolitana*, Juris administrandi oblationes et custodiendi sacras supellectiles diei 3 martii 1872, confirmata die 3 julii anni 1874, addita clausula *et amplius*.

Idcirco ratione sui officii, et ad conservanda jura sua potest prohibere clericis aliisque capellanis, ne in oratoriis seu ecclesiis sitis intra limites parochiæ quacumque ex causa præsumant sine sua præsentia vel saltem consensu missas sive votivas sive alias, privatim vel cum cantu celebrare. Innocent. in cap. finali de cens. Zabarell. cons. 8. Bayo in prax. Eccl. part. 3, lib. 2, qu. 66. Lezana, *de regular.* tom. 2, cap. 15, num. 22, vers. 7 ; et n. 29, vers. 3. Bordon. tom. 3. oper. moral. par. 2, resol. 72, n. 23. Mantic. decis. 294.

Pariter interdicere valet confraternitatum capellanis ne in illarum ecclesiis confessiones audiant, ministrent sacramenta, mortuos sepeliant, aut solemnes pro illis missas, vel alia officia celebrent præsentibus cadaveribus ibidem tumulandis sine expressa ordinarii et parochi licentia. Lauretus de Franchis. *Controv. inter episc. et regular.* q. 1 de erect. confraternitatis in addit. num. 226. Barbosa *de Jur. Eccl.* lib. 2, cap. 11, num. 105 ; et in *Collect. Apost. decis.* verb. *Confraternitas*, num. 17 Capon. *Discep. for.* tom. 4, discep. 276, num. 32. Julius Lavor. *Lucubrat. var.* cap. 5, sect. 6, num. 228, vers. *Adde parochum*, Bordon. ubi supra resol. 72, num. 23.

Quibus omnibus bene perpensis videretur, parocho competere jus omnes functiones in præfatis ecclesiis exercendi, maxime quia ipsæ perpetuum non habent rectorem. Card. Petra, tom. 2, ad Constit. 1 Anastas. sect. 2, num. 20, 23 ; ideoque ipso impedito alium delegare posse, qui ejus vices gerat.

Altera sed vero ex parte perpendendum videtur, quod ea juris assistentia qua gaudent parochi supra ecclesias intra fines

parœciæ sitas, non adeo absolute accipienda est, ita ut ei pro suo lubitu liceat exercere jura parochialia, et ecclesiasticas functiones in quavis ecclesia intra fines suæ parochiæ existente, sed hujusmodi juris intelligentia, id tantum operatur ut parochus sit solus in tota parochia in exercitio jurium parochialium, absque eo quod in hujusmodi exercitio quisque alius umquam se possit immiscere; et ita de facto doctores interpretantur hanc parochialem jurisdictionem. Pignat. cons. 103, num. 15 et seq. tom. 10. Monacel. loc. cit. part. 2, tit. 13, form. 1, num. 54 et seq. Rota in *Gerunden.* anniversariorum 3 decembris 1708, § *Neque*, coram Scotto. Et jure meritoque « cum nulla ecclesia citra cathedralem fundet intentionem suam de jure super subjectione alterius ecclesiæ etiam fundatæ intra limites suæ parochiæ, præterquam in ordine ad jura parochialia, adeo ut si ultra ea vellet vindicare aliquod jus in aliena ecclesia, deberet probare ex jure speciali hoc sibi competere, ut tenent communiter canonistæ in cap. *Dilectus*, de capel. monach. quos referunt et sequuntur Valenzulo. cons. 65, num. 10; Card. De Luca, *de paroch.* disc. 31, num. 6; et plenissime Rota decis. 551, n. 11 cum seqq. part. 5 rec. tom. 2, ubi rejecto Hostiensi testatur de communi . » Rota decis. 990, num. 1 et 2 coram Molines.

Nec secus passim tradidit hæc Sacra Congregatio in *Nullius seu Nonantulana*, jur. par. 13 januarii 1685, dub. 4; *Brictinorien.* 21 julii 1687, dub. 4; *Comen.* jurium parochialium 9 julii 1714; *Spoletana* parochialitatis 16 novembr. 1715; *Nullius seu Nonantulana* jur. par. 27 junii 1744, confirmata 8 maii 1745 ad dub. 2; *Comen.* funct. 17 maii 1749 confirmata 14 martii 1750 ad dub. 2, 4 et 6.

Imo hoc solemniter reperitur in generalibus Sacræ Congregationis Rituum decretis Urbis et Orbis 10 decembris 1703 relatis a Monacell. loc. cit. sub n. 46, in quibus positum est discrimen inter functiones mere parochiales, ac mere sacerdotales, ceu videre est penes Bened. XIV. *Instit. Eccl.* 105; quarum doctrinam per partes more suo doctissime exponit. Et ne dubitandi occasio superesset super præcipuis functionibus, an parochiales essent necne, proposita inter alia fuere in præfata Congregatione S. R. sequentia dubia : « X. An celebratio missarum solemnium per annum sive pro vivis, sive pro defunctis, sit de dictis juribus parochialibus. XI. An expositio quadraginta horarum et benedictio, quæ fit super populo, sit de juribus mere parochialibus. XIII. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio V ad XII expressæ peragi possint in oratoriis privatis contradicente parocho. » Responsum fuit ad X: *Negative prout jacet.* Ad XI. *Negative.* Ad XIII. *Satis provisum in superioribus*, nempe affirmative ut explicat Bened. XIV loc. cit. qui postquam reprobavit distinctionem functionum quæ dicuntur de jure et de officio parochiali tamquam a doctoribus invectam, sub n. 6 pergit: « Accedit... quod consistoriales advocati pro veritate consilium ferentes, asseruerunt nullum à parocho impedimentum afferri posse, ne functiones illæ in aliis ecclesiis indicantur, quamvis intra suæ parochiæ limites positæ fuerint. »

Idque eo vel magis in themate retinendum, quia non solum parochus non docuit de subjectione dictarum ecclesiarum ex jure speciali sibi competente, verum etiam habemus ex episcopi testimonio præfatas ecclesias regi a sacerdotibus de consensu et scientia ordinarii. Quo in casu ipsis licere putarem inibi sacras functiones quæ parochialia jura minime lædunt, peragere, ceu tenuit Sacra hæc Congregatio in *Reatina* sacrarum functionum diei 12 januarii 1844, in qua propositis dubiis: I. An liceat capellano, novenas, triduos, et alias functiones cum expositione et benedictione SSmi Sacramenti explere in oratorio S. Dominici (jurispatronatus gentis Ricciæ) indepeudenter a parocho in casu. II. An liceat eidem capellano missas solemniter canere independenter a parocho in casu? Responsum fuit : Ad I et II. *Affirmative in omnibus ad forman decretorum Urbis et Orbis S. C. SS. Rituum diei* 10 *decembris anni* 1703, *salvo tamen jure episcopi super licentia benedicendi populum solemniter cum SSmo Sacramento prout de jure.*

Neque ad ostendendam subjectionem quamdam parochus subsumat ad ipsum in themate spectare doctrinæ christianæ explanationem et administrationem oblationum et eleemosynarum, quæ intra parœciæ limites largiuntur. Siquidem christianæ doctrinæ explanatio, licet inter onera parochialia recenseatur, tamen optime de episcopi consensu in alia ecclesia fieri potest. Revera si eam tradere possunt confraternitates laicorum, quas ad hoc institui a locorum ordinariis, præcepit S. Pius V in constit. 137 Bullar. tom. 2, confirmata a Gregor. XIII, Clem. VIII et Paulo V, potiori ratione valent eam docere rectores præfatarum ecclesiarum de consensu ordinarii, cui ex bulla Benedicti XIV, cujus initium *Etsi minime*, omnis cura et diligentia commissa fuit, ut populus in doctrina christiana erudiatur. Neque circa oblationum administrationem se ingerere valet parochus, ceu ceteris missis claret ex resolutione dubii XXVIII recitati decreti *Urbis et Orbis*, ibi : An possit parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in sæpe dictis ecclesiis recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere? responsum prodiit : *Negative.*

Minusque adversatur, quod in quibusdam solemnitatibus parochus solemniter celebraverit vel functiones peregerit in dictis ecclesiis et eo impedito suffecisse capellanum. Quandoquidem actus celebrationis, et aliarum functionum exercitium non probat, quod eas peregit tamquam parochus jure superioritatis prout esset justificandum, cum constet ex episcopi testimonio parochum inibi functiones sacras exercuisse, quando fuit a gubernatore invitatus; ex quo actu minime obligatoria consuetudo argui potest ex traditis per Rot. coram Cavaler. decis. 386, n. 1. *Calaguritana* decimar. S. Petri 21 junii 1697, §. *Absque*, coram Molines.

Cum igitur ex deductis appareat nullum jus competere parocho S. Mariæ peragendi sacras functiones in ecclesiis intra fines suæ parœciæ sitis, consequitur ipsum non posse alium sacerdotem nominare ad functiones peragendas et ad sacrum perlitandum, ipso impedito.

Hisce utrinque animadversis videant EE. VV. quonam responso sit dimittendum dubium :

An parocho S. Mariæ Plani jus sit peragendi sacrum et functiones omnes sive per se, sive per alium in casu.

Sacra Congregatio Concilii rescripsit : *Negative nisi agatur de functionibus mere parochialibus, et amplius.* Die 25 augusti 1877.

OFFICE DE LA CATHÉDRALE

Obligation de l'office quotidien. Décret du concile de Trente. Si la coutume a le pouvoir d'abroger la disposition du concile général. Les chanoines de la cathédrale de Nocera ont de temps immémorial l'usage de ne se rendre au chœur que les dimanches et fêtes. Modicité du revenu. Décision de la S. Congrégation du Concile du 25 août 1877.

Nocera de' Pagani, province de Salerne, dans le royaume de Naples, est ainsi appelé à cause des Sarrasins qui l'occupèrent au IXe siècle. Teia, roi des Goths, y fut défait par Narsès, l'an 554.

De temps immémorial les chanoines de la cathédrale ne célèbrent l'office que le dimanche et aux principales fêtes, au lieu de le réciter tout entier au chœur chaque jour, conformément aux saints canons. Le synode diocésain de

1695 constate et consacre l'usage : « Quoniam ob exiliatem redditum majores nostri illam (psalmodiam) ad dies festos de præcepto restrinxerunt cum ulteriori obligatione de habendo choro per octavam Corporis Christi, in majori hebdomada et in vesperis diei sabbati totius anni, inhærendo dictæ consuetudini quousque Deo favente pinguior fortuna succedat, mandamus ad unguem servari omnia decreta synodorum Lenti et Lunadoro. » Ces deux synodes avaient été tenus peu après le concile de Trente.

Un indult pontifical, en date du 10 mai 1837, dispense des vêpres du samedi, et prescrit, en échange, les litanies de la sainte Vierge tous les dimanches, et onze offices complets, savoir les quatre jours des quarante heures, le jour des Cendres et les vendredis de carême. Cet indult confirma et sanctionna la coutume.

En 1860, Mgr d'Aguello d'Auria a fondé vingt autres offices complets; le legs attribue huit ducats (32 francs) pour distributions afférentes à chaque office.

Un indult du 16 mars 1776 a permis aux chanoines de célébrer avant midi les vêpres des jours de chœur.

Le revenu étant très-restreint, l'office quotidien est moralement impossible. La cathédrale est éloignée du centre de la ville. Les chanoines sont obligés de prendre des voitures. Ils reçoivent à peine deux cents livres par an.

Le *folium* que nous rapportons plus loin examine avec soin si la coutume peut abroger une disposition du concile de Trente.

Décision. La S. Congrégation du Concile a permis aux chanoines de Nocera de suivre leurs usages tant que l'état des choses subsistera.

Nucerina paganorum. Servitii chori. Die 25 augusti 1877. Innotuit S. Ordini in cathedrali ecclesia Nuceriæ Paganorum nonnisi de mane et diebus festivis tantum divinum officium persolvi. Hujusmodi habita notitia sub die 26 aprilis lapsi jam anni episcopum requisivi, ut audito capitulo referret « quo titulo choralis officiatura cohibeatur ad dies festos et semel in die, scilicet de mane tantum. »

Quibus mandatis morem gerens antistes, rationum momenta, quibus innititur capitulum in separato folio transmittere curavit.

Quibus acceptis sub die 13 julii 1876 decretum edidi ut causa hæc poneretur in folio. Cum autem in hodiernis comitiis causam hanc disceptandam duxerim sub dubii formula in calce hujus libelli conscripta, mei muneris ratio postulat ut primum, prout de more, aliquid ex officio adjiciam, et dein, quæ capituli patronus in allegatione circumferenda habet, summatim exponam.

Ex juris dispositione aperte colligitur canonicos aliosque cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ servitio mancipatos singulis diebus choro interesse, ac canonicas debere psallere horas, textus in cap. *Licet*, de præb. cap. *Inter quatuor*, et cap. fin. de cleric. non resid. idemque onus imponit renovatque Tridentina synodus sess. 21 et 22 cap. 3 et sess. 24 cap. 12 de reform. et ex innumeris claret S. Congregationis resolutionibus, prout videre est in *Aliphana* servitii chori diei 27 aprilis 1709. *Recineten.* servitii chori 17 septembris 1757 confirmata 2 septembris 1758. *Terracinen*, servitii chori et missæ convent. diei 11 decembris 1784.

Quin imo si hac super re ulterius sacri canones consulantur, non modo apparebit quotidie officium divinum esse recitandum, sed et statis horis. A primis enim ecclesiæ temporibus sancta fuit institutio tempora diei ita piis officiis partita haberi, ut præter illa spatia, quæ aut necessaria quieti, aut muneribus vitæ debitis interjiciuntur, dies noctesque statis quibusdam horis in divinis laudibus clericorum cœtus versaretur. Ex benignitate tamen Ecclesiæ præcipua nunc horarum distributio inter matutinas et vespertinas animadvertitur. Quare id etiam contendere ut vespertinæ horæ ipso mane recitentur absonum nimis ab Ecclesiæ institutis videtur S. C. in *Sarnen.* servitii chori 30 mai 1833, § *Fuit.* Hisce igitur omnibus attentis enunciati canonici ad servitium cathedralis ecclesiæ quotidie præstandum juxta SS. Canonum sanctiones redigendi viderentur.

Neque præsidium ex immemorabili consuetudine captandum foret a canonicis, ut semet ab hoc onere eximerent, cum veluti abusus et juris corruptela rejicienda esset. Ipsa enim adversaretur sanctionibus Tridentinis, ideoque necessario incideret sub censura constitutionis s. m. Pii IV *In principis Apostolorum*, quæ consuetudinem quamcumque concilio Tridentino contrariam nullam et irritam declaravit. Ea vero constitutio, ceu sapienter monuit Benedictus XIV, *Instit. Eccl.* 60, num. 7, « singula ejusdem concilii capita simul complectitur, et nullius efficit momenti consuetudines quæ leges in iisdem capitibus inscriptas violent. » Quod si hæc dicenda sunt de consuetudine decreta Tridentini præcedente, potiori ratione dicenda viderentur de iis consuetudinibus, quæ contra jam statuta decreta introduci vellent propter decretum irritans, quo præfata constitutio munitur. Cujus decreti vis tanta est, ut non modo existentes destruat consuetudines, verum etiam obstaculum ponit ut contrariæ consuetudines ortum habere possint ob deficientiam taciti consensus Romani pontificis, qui numquam præsumitur in iis quæ adversantur constitutionibus clausula irritanti munitis quemadmodum docent De Luca, *de jurisdict.* disc. 95, num. 7 et 8, Pignatell. consult. 134, n. 16, tom. 1. Piton. *de controv. patr.* all. 5, n. 6, *disc. eccl.* 23, n. 16, et seq. disc. 112, num. 29. Ferraris, v. *Consuetudo*, n. 37.

Et hæc in genere; in specie vere de officio chorali monet Barbosa *de offic. et pot. episc.* alleg. 33, num. 131 et 133, pluribus allatis auctoritatibus, quod canonici et qui dignitates obtinent in ecclesiis cathedralibus et collegiatis etiam seclusa consuetudine vel statuto... tenentur psallere in choro; omnibus diebus et horis debent canonici interesse... et non possunt juvari aliqua consuetudine quin teneantur omnibus septem horis inservire. » Quam sententiam ab hoc S. Ordine secutam esse constat ex *Setina* diei 11 januarii 1786, et *Albanen.* 4 aprilis 1789; in qua cum ad declinandam integri servitii choralis legem canonici inveteratam adduxissent observantiam, eorum preces ab Emis Patribus in congregatione 16 maii ejusdem anni penitus fuerunt rejectæ.

Ex quibus prono veluti alveo fluere videtur quod canonici ecclesiæ cathedralis Nucerinæ haud semet eximere valent a quotidianæ officiaturæ servitio sub prætextu immemorabilis consuetudinis.

Multoque minus præsidium captare præsumant ex redituum tenuitate. Hæc enim causa legitima esse posset ad reductionem servitii chori ex benignitate S. C. obtinendam, minime vero causa a jure statuta, quæ ex se satis esset ad servitium ad quoslibet dies et horas coarctandum. Exemplo sit *Sutrina* officiaturæ diei 27 novembris 1779, in qua contendentibus canonicis ipsos tantummodo diebus festis de præcepto ad choro inserviendum teneri proposito dubio : « An et quibus diebus canonici ecclesiæ Assumptæ terræ Anguillariæ teneantur choro inservire in casu, responsum fuit : *Teneri omnibus diebus.* Inde vero inspecta tenuitate redituum præbendarum die 23 februarii 1782 reductionem servitii chori indulsit S. C. Ob eamdemque rationem stante scilicet antiqua consuetudine et

redituum tenuitate concessum est a S. Ordine servitium per mediarias in *Cathacen.* servitii chori 5 septembris 1699, et in *Castri Maris* servitii chori 30 julii 1735.

Verumtamen heic non est prætereundum quod ex archidiaconi confessione annua congrua pro singulis canonicis est circiter ducatorum 55, ultra excessum stipendii missarum in annuis ducatis ferme tresdecim computandum, quæ cum tam levis haud sit, viderentur hac de causa a quotidiano servitio eximi haud posse. Audiatur sane S. C. in *Aliphana et Cerreiqna* reductionis servitii chori diei 7 augusti 1841, § *Quænam*, ibi : « Quænam vero censenda sit tenuitas redituum habetur in Aretina supra laudata. » Legitur enim, ibi : « Nuper S. C. censuit pro servitio chori quotidiano congruum esse emolumentum scutorum triginta, ex quibus etiam stipendium missarum erat deducendum in *Civitatis Castellanæ* reductionis servitii chori 27 junii nuper elapsi, quamquam in hac causæ specie ageretur de canonicatibus collegiatæ in parvo oppido. » Idemque ait in *Messanen.* 14 decembris 1822, § *At*, et in *Mazarien.* 20 novembris 1824, § *Profecto.*

Post hæc inutiliter canonici confugerent ad synodum diœcesanam anni 1695 sive ad pontificia rescripta. Synodus enim diœcesana nullimode rescindere valet quæ fuerunt a jure communi statuta, et pontificia rescripta extendenda non sunt ultra quod in ipsis concessum fuit, cum sint stricti juris, ideoque nullam patiantur extensionem. Pirhing. de rescript. n. 17. Reiffenst. eod. tit. n. 121.

Qui vero capituli jura defendit his innititur potissimum rationum momentis. Præmittit imprimis ecclesiasticas leges posse ex contraria consuetudine centenaria atque immemorabili præsertim tolli ac moderari etiamsi ipsæ prohibeant simpliciter ac generaliter ejusdem introductionem, prout ex communi doctorum opinione tradit Reiff. Inst. Can un. lib. 1, tit. 4, num. 49 et seqq. Quin immo et hanc consuetudinem admittendam esse urget orator, etiamsi lex specialiter contrariam consuetudinem veluti nullam, iniquam, et irrationabilem condemnasset, quoties vel nova causa superveniat, vel jam extans detegatur, quæ iniquitatem tollens, consuetudinem justam ac rationabilem reddat. Reiffenstuel loc. cit. Rot. Rec. decis. 28, part. 7, num. 275 et seqq. Hoc præmisso notat defensor capituli legem quæ quotidiani servitii choralis onus præscribit, minime ex jure naturali et divino, sed ecclesiastico promanare, ac Tridentinam synodum et bullam Pii IV ejus decreta confirmantem nullam continere dispositionem, quæ specifice prohibeat, multoque minus veluti nullam, injustam, et irrationabilem declaret consuetudinem, quæ chorale servitium a quotidiano ad festos tantum dies cohibeat, ideoque consuetudinem in themate posse admitti concludit.

Et reapse pergit, licet pro generali regula ac sacrorum canonum et concilii Tridentini sanctione canonici debeant singulis diebus choro intervenire, uno tamen ore a doctoribus traditur, regulam hanc limitationem pati non modo a fundationis lege vel summi pontificis indulto, sed etiam a consuetudine, quoties justis ac rationabilibus causis sit innixa. Quas inter causas principem locum tenet redituum tenuitas, cum sit et rectæ rationi, et sacrorum canonum dispositioni conforme, quod onus imponatur proportionabiliter ad stipendium, et quod ad assiduum et quotidianum servitium altari præbendum haud sit cogendus qui ex altare non habet unde vivat. Bonacc. tom. 1, de hor. can. disp. 1, quæst. 3, punct. 5, num. 1, et disp. 2, quæst. 1, num. 2 et 3. Antonelli, *de jure cleric.* cap. ult. § 2, num. 85 et seqq. Reiffenstuel *Jus can.* lib. 3, tit. 4, num. 107.

Quam doctrinam exceptam fuisse subdit a S. Ordine qui in casu etiam quo canonici ex lege fundationis ad quotidianum servitium tenerentur, redituum tenuitatis causa sæpe sæpius illud vel ad certum dierum numerum redditibus proportionatum cohibuit, vel ad tertiariam, seu quartariam redegit, si de capitulis ageretur magno canonicorum numero constantibus. Ad quem effectum tenues æstimandos esse duxit reditus, qui annua scutata Romana triginta vel quadraginta non excederent, ceu inter cæteras tradidit in *Cusentina* servitii chori 23 junii 1838; *Lucana* servitii chori 26 januarii 1839; *Puteolana* servitii chori 26 februarii 1842; *Verulana* red. servitii chori 17 septembris 1842, atque in *Firmana* servitii chori 27 aprilis 1844.

Jamvero in facto constare affirmat ne biscentum quidem annuas libellas ex canonicatu præbendatis obvenire, quæ summa haud leviter imminuitur ob expensam curruum, qui æstivo præsertim et hyemali tempore ipsis redduntur necessarii ad cathedralem se transferendi causa, cum longe distet a civitatis centro. Infert hinc, quod etiamsi a fundationis lege ad quotidianum servitium tenerentur, et quotidianum hucusque præbuissent, tamen redituum tenuitatem exhibentes, haud immerito sperare possent ex constanti sacræ Congregationis disciplina servitii ejusdem ad certos dies reductionem. Idque vero multo magis confidit, quia cum de supradicta fundationis lege minime constet, et cum ex consuetudine immemorabili justissimæ stipendii tenuitatis causæ innixa, servitium nonnisi quam superius memoratis diebus præstiterint, hodie quo redditus imminuti potius quam adaucti sunt, servitium longe gravius et quotidianum imponi præsumi nequit.

Quin imo consuetudinem prædictam servandam esse adjicit, quia non modo scientibus et non contradicentibus, quod sufficeret, sed comprobantibus tam episcopis, quam apostolica etiam Sede invaluerit. Constat id primum ex synodo diœcesana anno 1695 ab episcopo Perisio habita. Post expressum enim inibi simplex desiderium quod « psalmodia divina in cathedrali quotidiana posset esse, » subditur immediate : « Sed quoniam ob exilitatem redditiuum majores nostri illam ad dies festos de præcepto restrinxerunt cum ulteriori obligatione de habendo choro per octavam sanctissimi Corporis Christi, in majori hebdomada, et in vesperis diei sabathi totius anni, inhærendo dictæ consuetudini quousque Deo favente pinguior fortuna succedat, mandamus ad unguem servari omnia decreta synodorum Lenti et Lunadoro ».

Ex quibus verbis elucet consuetudinem hanc extitisse jam sub episcopo Lunadoro, qui paulo post concilium Tridentinum diœcesi Nucerinæ præfuit, eamque invaluisse annuentibus prædecessoribus episcopi Perisii atque ab hoc novam obtinuisse adprobationem. Existentiam insuper hujusce consuetudinis cum tacita sin minus omnium episcoporum annuentia apparere adjungit orator capituli ex eorumdem relationibus super propriæ diœcesis statu sacræ Concilii Congregationi exhibitis, atque ex actibus visitationum ab iisdem episcopis peractarum.

Sed, quod magis est, ab apostolica etiam sede nedum tacite, sed etiam expresse confirmatam fuisse propugnat. Ac primum id eruit ex indulta anni 1776 a summo pontifice canonicis vesperas ante comestionem recitandi facultate : cum supponi nullo pacto queat id summum pontificem peregisse nisi plena antea notitia accepta de chorali servitio a canonicis præstito ab immemorabili, multoque minus valeat effingi, quod si consuetudinem hanc reprobandam duxisset, voluerit e contra mitius etiam ac proinde abusivum magis illud servitium reddere.

Idipsum deducit orator ex bulla Gregorii XVI diei 9 decembris 1833, qua episcopalem sedem anno 1818 suppressam Nucerinæ Paganorum restituit, et eumdem canonicorum cœtum qui collegiatam efformabant, in capitulum cathedralis erexit, « eadem tamen bona, eamdemque dotationem quibus in statu collegialitatis capitulum poliebatur » attribuens. Suspicari siquidem non potest quod antea summus pontifex informatus

plene non fuerit non modo de quantitate redituum, sed de qualitate etiam servitii illuc usque a capitulo præstiti ex immemoriali consuetudine, quam si iniquam et irrationalem æstimasset, solemni hac occasione non omisisset expressis verbis improbare, et quotidianum vel gravius saltem chori servitium capitulo imponere. Ast e contra cum redditus minime adauxerit, et nihil de augmento servitii disposuerit, jure ac merito inferendum esse concludit, hoc etiam cujusmodi antea fuerat relinquere voluisse.

Sed validius quoque et luculentius idem demonstrat ex rescripto diei 10 maii 1837. In precibus siquidem a capitulo porrectis sacræ Rituum Congregationi candide exponebatur ipsum ex mera consuetudine ab immemorabili choro non intervenire, nisi in diebus festis nonnullisque aliis, quos inter habebantur, sed pro recitatione tantum vesperarum sabbatum totius anni et vigiliæ festorum, quæ non amplius erant de præcepto ; et petebatur ut postremum hoc servitium in aliud commutaretur, canonicis quidem commodius, sed fidelibus utilius, præstandum diebus in precibus iisdem expressis. Post informationem et votum episcopi, qui dum confirmavit expositorum veritatem, precibus annuendum esse authumavit, res directe fuit delata summo pontifici, qui propterea etiamsi nullam antea scientiam de supradicta consuetudine habuisset, ex dictis precibus, episcopi informatione et voto, nec non ex relatione secretarii sacrorum Rituum Congregationis plenam tunc de eadem suscepisset notitiam. Jam vero summus pontifex petitam gratiam concedens non modo minime reprobavit consuetudinem eamdem, sed apertissimis immo verbis ipsam confirmavit, sic enim rescripsit : «Sanctitas sua, audita relatione etc. attentisque informatione et voto de speciali gratia benigne annuit juxta oratorum preces, commutavitque etc. servato de cætero chori servitio quod usque nunc vel ex lege vel ex consuetudine iidem canonici ecclesiæ cathedralis præstiterunt. »

Cum autem in hoc rescripto in forma, ceu dicitur specifica consuetudo, de qua in precibus confirmetur, capituli defensor deducit, non modo ex consuetudine immemorabili, sed ex expresso etiam summi pontificis indulto a quotidiano servitio canonicos esse dispensatos, atque ad aliud non teneri nisi quod hactenus præbuere.

Hisce pro coronide adjicit, collationem beneficii contractum bilateralem constituere, quo beneficiatus dum jus acquirit ad reditus beneficii percipiendos, obligationem haud majorem contrahit, quam ea onera adimplendi, quæ tempore collationis beneficio inhærent. Atqui cum fuit ipsis universis canonicatus collatus, ex immemorabili hic non alia onera secumferebat, quam supradictis tantum diebus choro interveniendi. Ergo onus illud in eorumdem præjudicium, et adversus jus ab ipsis quæsitum adaugeri non valet. Ipsi enim si istud prævidere potuissent, minime beneficium onus reditibus tam impar imponens acceptassent. Ipsorum igitur jura quolibet in casu sarcta tectaque atque integra servanda tradit, quemadmodum fuit peractum cum præbendæ quibus octo ex sexdecim canonicis gaudebant, fuerunt anno 1836 in communem massam collatæ: decreto enim 4 julii ejus anni ab episcopo edito fuit constitutum, id fieri debere, quando vacatio dictorum canonicatuum contigisset.

Hæc ab oratore disputantur ad excludendum quotidianæ officiaturæ onus : quoad vero vesperarum recitationem ante comestionem, facultatem hanc canonicis vindicat a rescripto diei 16 martii 1776 quo pontifex gratiæ hujusce, quam justis de causis petierant, concessionem remisit arbitrio et conscientiæ episcopi, qui arbitrio sibi commisso utens, executoriali suo decreto gratiam indulgendam censuit, nonnullis tantum exceptis diebus, qui ad perpetuam rei memoriam in tabella in sacrario affigenda fuerunt descripti.

Novum autem robur huic rescripto et decreto exequutoriali adjectum fuisse tradit defensor, tum a subsequuta sæculari observantia, tum potissimum a supra laudato summi pontificis rescripto diei 10 maii 1837 constituente quod servaretur « de cetero chori servitio quousque nunc iidem canonici de jure vel consuetudine præstiterunt. »

Hisce in jure et in facto delibatis erit sapientiæ EE. VV. sequens dirimere dubium :

An choralis officiatura quotidie atque horis etiam vespertinis, vel potius iis tantum diebus et horis, quibus modis persolvitur, explenda sit in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *Durante rerum statu nihil innovandum.* Die 25 augusti 1877.

AGREGATION

Un ecclésiastique renvoyé du séminaire diocésain demande l'autorisation de s'agréger à un autre diocèse. Opposition de l'évêque. Recours à Rome. Les évêques doivent juger des vocations, et n'être pas obligés de rendre compte de leurs décisions. Changement de domicile. Preuves de cette translation. Serment déféré à cet effet. Décision de la S. Congrégation du Concile du 25 août 1877.

Un ecclésiastique renvoyé du séminaire diocésain doit-il obtenir le consentement de son évêque pour se faire agréger à un autre diocèse ? Cette question est traitée dans la cause présente.

Vers la fin de 1875, Jean Bertoldi, du diocèse de Turin, fit présenter à la S. Congrégation du Concile une supplique pour demander l'autorisation d'être agrégé au diocèse d'Ivrée.

Mgr l'archevêque de Turin, consulté selon l'usage, adressa les renseignements suivants : « Ce jeune homme fut admis à porter l'habit ecclésiastique en 1873. Il fit au séminaire de Chieri la première année de philosophie et une partie de la seconde année. Il se conduisit fort mal, travailla peu, et ne cultiva en rien les vertus ecclésiastiques, quoiqu'il ne soit plus un enfant, car il a 21 ans. Aussi le recteur du séminaire, quoiqu'il ne soit pas sévère, le directeur spirituel et les deux prêtres assistants me soumirent-ils le cas, en m'assurant qu'ils ne pouvaient espérer une bonne réussite de ce jeune homme dans la carrière ecclésiastique. Je chargeai le recteur du séminaire de Turin d'examiner la question, de prendre des informations et d'exprimer son avis. Le recteur, personnage très-religieux, très-prudent et plein de zèle, m'assura qu'après mûre reflexion il ne pensait pas que ce jeune homme fût appelé à l'état ecclésiastique, et que, vu son âge avancé, il était à propos qu'il déposât la soutane et prît une profession séculière. Averti de ce qui se passait, le jeune homme en informa son père, qui s'adressa à Mgr l'évêque d'Ivrée. Ce prélat ayant promis de le favoriser, le père vint à Turin, alla voir le recteur du séminaire, et dit fièrement qu'il savait où mettre son fils et comment le faire ordonner prêtre, malgré l'archevêque de Turin, et que Mgr l'évêque d'Ivrée le recevrait et l'ordonnerait. Il fit des menaces au recteur, s'il refusait les certificats d'étude et de bonne conduite. Craignant d'être traduit devant les tribunaux on dénoncé dans les mauvais journaux, le

recteur fut obligé de délivrer les certificats; mais il se tient dans les généralités, sans dire un mot des mœurs du jeune homme comme ecclésiastique ni de sa vocation.

Dans une autre lettre, Mgr l'archevêque dit qu'il est à propos de laisser aux évêques le soin de juger des vocations. « Le système opposé produit de graves inconvénients, et met le trouble dans l'administration du diocèse. Si, lorsque l'évêque estime quelqu'un impropre au saint ministère et le renvoie du séminaire, le jeune homme peut recourir à Rome et obliger l'évêque à rendre raison de sa décision; s'il obtient que la S. Congrégation désapprouve le jugement de l'évêque; si ce jeune homme continue ses études dans un autre diocèse, et est ordonné; s'il retourne dans son diocèse, malgré l'évêque, qui sera parfois contraint de se résigner à cette dure nécessité; la discipline du séminaire recevra une dangereuse blessure, et le séminaire ne pourra produire les fruits de sainteté pour lesquels il a été établi. Le concile de Trente prescrit aux évêques de punir et même de renvoyer les séminaristes indisciplinés : « Discolos et incorrigibiles et malorum morum seminatores acriter puniat, eos etiam, si opus fuerit, expellendo. » Le concile semble déférer à l'évêque le jugement définitif. »

D'autre part, Mgr l'évêque d'Ivrée communique les excellents renseignements que l'on verra dans le *folium* de la S. Congrégation.

Un ecclésiastique peut-il changer de domicile sans permission? Voici ce que dit un savant canoniste, Passerini :

« Statuendum est nullius licentiam per se esse « necessariam ad mutandum domicilium : unde est « quod clericus non indiget sui episcopi licentia ad hoc « ut ad aliam diœcesim se transferat; et sic clericus pro « sua libertate vere et valide acquirit domicilium in « aliena diœcesi, ad quam se transtulit..... Quum « domicilium acquiratur animo et libertate acquirentis, « hinc statim ac in instanti, in quo quis se confert ad « aliquem locum animo ibi perpetuo manendi, acquirit « ibi domicilium. »

Décision. La S. Congrégation accorde l'agrégation au diocèse d'Ivrée, pourvu que le jeune homme fasse constater devant le chancelier de l'évêché qu'il a transféré son domicile, et qu'il promette sous la foi du serment d'y toujours demeurer.

Taurinen. Adscriptionis seu incardinationis. — Die 25 augusti 1877. Petitionem summo pontifici, quo sospite lætamur, sub exitu anni 1875 obtulit Joannes Bertoldi ex vico Valpergiæ Taurinensis diœcesis exponens, quod « il Rmo vescovo d' Ivrea è pronto a riceverlo tra i suoi chierici a patto, che V. Santità gli permetta di essere aggregato ai chierici di quella diocesi e colà ordinato; » quapropter ipse « bramoso di adoperarsi da vero ecclesiastico per il bene delle anime umilmente supplica V. S. a volergli accordare si segnalato favore. » Petitione ad S. hunc Ordinem transmissa, primum archiepiscopus Taurinensis, deinceps episcopus Eporediensis a me rogati sua vota pandiderunt quoad preces Bertoldi.

Manifestavit archiepiscopus, quod : « Questo giovane fu ammesso a vestire l'abito ecclesiastico nel 1873, e percorse nel mio seminario di Chieri il 1 anno di filosofia nel 1873-74; e qualche mese del 2 nel 1874-75. Vi si diportò assai male applicandosi poco allo studio, e coltivando per nulla le virtù chiericali, quantunque esso non sia più un ragazzo, ma nato nel 1854, abbia ora 21 anno. Quindi il can. Colombero, allora rettore del seminario, benchè tutt' altro che rigido, ed insieme con esso il direttore di spirito, e i due sacerdoti assistenti presentarono le cose di questo giovane a me, affermando, che essi non potevano sperare una buona riuscita come ecclesiastico da questo giovane. Io raccomandai al rettore del seminario di Torino, canonico Giuseppe Soldati, che esaminasse quanto si esponeva, prendesse le informazioni, e mi dasse il suo giudizio. Il rettore suddetto, personaggio piissimo, prudentissimo, e pieno di zelo, mi assicurò che dopo attento esame egli giudicava questo giovane non chiamato allo stato ecclesiastico, e che stante la sua età avanzata, era al tutto un partito conveniente che esso senz' altro deponesse l' abito chiericale e si applicasse ad una professione laicale.

« Frattanto il giovane Bertoldi accortosi di quanto trattavasi, ne avvertì il suo padre, il quale tosto ricorse a Monsignor vescovo di Ivrea, raccomandandogli il suo figlio, quando questo fosse licenziato dal seminario di Chieri; e Monsignore di Ivrea gli promise assistenza. Allora il padre venne a Torino, si presentò al canonico Soldati, e baldanzosamente dichiarò, che egli sapeva dove collocare suo figlio, e farlo riuscire prete anche a dispetto dell' arcivescovo di Torino; che Monsignore d' Ivrea lo avrebbe ricevuto ed ordinato : e minacciò il detto canonico rettore, se gli negava gli attestati di studio e buona condotta. Per non essere probabilmente citato innanzi al pretore, e trascinato, chi sa, su quali giornali pessimi, il rettore dovette fargli gli attestati chiesti in quel modo; tenendosi però sulle generali, senza dire parola dei costumi del giovane come chierico, ne della sua vocazione. »

Eporediensis autem episcopus, a quo postulaveram, ut referret, « de vita et moribus oratoris; quonam ex tempore idem in diœcesi Eporedien. moretur, et quænam veræ vocationis ac idoneitatis ad ecclesiasticam militiam indubia argumenta perhibuerit, » hæc patefacere curavit : « Hic (Joannes Bertoldi) exeunte mense aprili u. p. una cum suo genitore se sistit rectori mei seminarii clericorum expostulans locum sibi fieri inter ejusdem alumnos; et ab illo, nec non a meo presbytero familiari percunctatus bonam de se opinionem ac spem ingessit, quam sensa a genitore et familia postmodum pluries patefacta etiam firmarunt. Exhibuit deinde attestationem rectoris seminarii clericorum Cheriensis in diœcesi Taurinensi de moribus et vita illuc ducta, et declarationem præfecti oratorii Salesiani (vulgo di D. Bosco) quoque Taurinensis, qua ipsi nunciabat libenter admitti inter alumnos clericos. Testimoniales insuper adduxit proprii parochi et sindaci, qui unanimiter bona et laudabilia de ipso testificabantur. Parochi finitimi, et sacerdotes sui domicilii data occasione confabulandi cum ecclesiasticis meis, bonum quoque de eodem testimonium protulerunt; atque in solemni consecratione novæ ecclesiæ parochialis Castrimontis oppidi finitimi parœciæ Valpergiæ, compositum, promptum ac devotum eum vidi in sacris cæremoniis. Archipresbyter modo dicti oppidi, cujus sacris functionibus adstitit ac inservit, eum quoque literis testimonialibus commendavit. Tandem a superioribus mei diœcesani seminarii per biduum scriptis et verbis de philosophicis disciplinis examinatus satisfecit, probavitque se in theologicis institutionibus proficere posse. Omnibus hisce motus in opinionem veni hunc Joannem Bertoldi a Valpergia bonum clericum et sacerdotem evadere posse, ac meæ diœcesi magna ex parte subalpinis parœciis efformatæ utilem, propterea que si a diœcesi suæ originis excardinaretur, ipsum libenter exciperem. »

In hac prælatorum contradictione opportunum duxi die 8 januarii 1876 Taurinensi metropolitano committere, ut « magis præcise referret, quibus de causis orator dimissus fuerit a seminario, et ex albo clericorum. » Peculiares rationes tunc ipse deduxit, quæ mox erunt enucleandæ; iisdemque perspectis, sub die 14 subsequentis februarii ita fuit oratori responsum : « Recurrat ad proprium archiepiscopum, et stet ejusdem mandatis, idque notificetur ipsimet archiepiscopo. »

Dum itaque res hac ratione composita videbatur, graviter conquestus est in S. Ordine archiepiscopus Taurinensis, mense novembri ejusdem anni 1876 incunte, quod Bertoldus omnino impatiens cujusvis disciplinæ nedum habitum clericalem haud dimiserat, imo vero theologicis studiis navabat operam, eidem ansam præbente Eporediensi episcopo, qui ejusmodi studiorum experimenta a suis examinatoribus excipi consentiebat. Et quum de hoc apud prædictum præsulem gravatus idem fuisset, hoc accepit responsum : « Mi tengo in diritto di accondiscendere a chiunque, fosse anche diocesano di Roma, mi domandasse per fini onesti di farlo esaminare dai miei professori. » Hoc autem occasionem scandali in sua diœcesi præbere querebatur archiepiscopus, hisce præsertim temporibus, in quibus Ecclesiæ inimici totis viribus adnituntur schismatum fomites inter pastores et clerum disseminare. In hac rerum conditione controversiam duxi ad EE. VV. deferre sub dubii formula, quæ in calce conscripta est; et nunc pro meo officio deductiones ab utroque præsule in variis scriptis allatas per summa capita recenseo.

Ut rationem dimissionis juvenis Bertoldi a seminario, juxta mandatum S. O. diei 8 jan. 1876 archipræsul Taurinensis edoceret, hæc protulit de relatione directoris spiritualis alumnorum, atque ex testimonio a nonnullis convictoribus seminarii reddito, et in actis producto; nimirum « che il giovane Bertoldi in seminario e ai superiori ed ai compagni si mostrò mai sempre vuoto affatto di spirito di pietà..... Vuoto affatto di spirito di docilità, e riverenza verso dei superiori..... Vuoto di volonta di studiare; non rispondendo mai un po' bene in iscuola..... Vuoto di ogni spirito ecclesiastico. »

Hisce in facto expositis quoad mores Bertoldi, vividius in alio epistolio insistit, ut demonstret ex professo, summopere expedire regimini Ecclesiarum quod S. Congregatio prudentiæ ac conscientiæ ordinarii relinquat « il giudicare quali giovani sieno idonei al ministero sacerdotale quali nò; quali si debbano ritenere in seminario, e quali licenziare, quali si abbiano a promuovere agli ordini, et quali allontanare » quin faciles præbeat aures clericorum querelis quando a sacro ministerio pèr episcopos repelluntur. Subdit enim quod « I danni che vengono da un sistema diverso sono gravissimi, e tali da recare disturbo tutt' altro, che lieve all' amministrazione bene intesa di una diocesi. »

Pericula autem quæ hic meminit, in substantia ac veluti in compendio in hoc uno cohibentur, quod nimirum vel ex indocilitate clericorum, vel ex improbitate inimicorum Ecclesiæ vilesceret, ut ipse inquit, episcoporum dignitas, si de mandato S. Congregationis in aliena diœcesi tam facile recipi, atque in sacra militia adscisci permitterentur illi juvenes, qui tanquam inidonei atque indigni a proprio Ordinario repelluntur; id quod auctoritate Sacros. Concilii Tridentini obfirmare adnititur. Ita enim conscribit : « Ora se quando il vescovo giudica un seminarista inetto al sacro ministero e perciò lo licenzia dal seminario, questi può ricorrere a Roma e costringere il vescovo a rendere ragione del suo giudizio, ed anche ottenere, che la S. C. disapprovi il giudizio del vescovo, e il giovane licenziato vada a proseguire i suoi studii in altra diocesi, e quivi divenga sacerdote, e forse anche ritorni in diocesi ripugnandovi il vescovo, ma pure per necessità piegandosi alla sua sorte penosa, la disciplina del seminario ne perderà assai, nè il seminario potrà mai produrre i frutti di santità pei quali esso fu instituito. Il concilio di Trento sess. 24 c. 18 de ref. ordinando al vescovo che « discolos et incorrigibiles et malorum morum seminatores acriter puniat, eos etiam si opus fuerit, expellendo », mi pare che esprima in tali parole un giudizio definitivo per parte del vescovo. »

Ad arduam denique conditionem episcoporum hisce in casibus demonstrandam ita subjungit : « Il disturbo che ne viene poi ai vescovi si mostra cento volte più grave quando si ponga mente, che i giovani dimessi dal seminario e tuttavia ricevuti in altra diocesi, e quivi promossi al sacerdozio contro il consenso del proprio vescovo, sacerdoti che siano, ritornano a casa; ed al vescovo che non li voleva promuovere al sacerdozio troppo sovente converrebbe lasciarli esercitare il sacro ministero per non trarsi sul capo odii e persecuzioni senza fine. Imperocchè oggidì quasi tutti i municipii e tutte le amministrazioni delle opere pie, e persino le confraternite nominano maestri, rettori, cappellani, anche stradiocesani, senza farne parola al vescovo, il quale troppo sovente per non patire di peggio, bisogna, che chini il capo. Questi sacerdoti poi per ispirito di risentimento contro il proprio vescovo, saranno bene spesso le sue spine più acute, e si adopereranno a divenire parrochi raccomandandosi ai patroni, ed anche se farà d' uopo, e avranno speranza anche solo remota di riuscirvi, rinnoveranno gli scandali, che deploriamo avvenuti nelle diocesi di Mantova, e che si sarebbero pure deplorati già due volte nella mia diocesi se non mi armava della necessaria fermezza. »

Propriam agendi rationem ex alia parte propugnans episcopus Eporediensis, causam Bertoldii insimul protuetur. Injuria, inquit, adnititur archiepiscopus viam intercipere illi juveni ad sese Ecclesiæ ministerio mancipandum, quum ex testimoniis fide dignis laudabiles ejusdem mores una cum necessaria dispositione ad ecclesiasticum statum amplectendum satis sint comprobati. Ac primo quidem ex fide rectoris Chierensis seminarii, Soldati constat, quod « nel tempo che dimorò nel seminario di Chieri non diede motivo a lagnanze sui suoi costumi e si regolò come conviene ad onesto giovane. » Ex alterius rectoris Sac. Colombero fide edocetur quoad studium « che il chierico Bertoldi ha compito il primo anno di filosofia in questo seminario l'anno 1873-74, e che ottenne voti più che sufficienti nell' esame di promozione al secondo anno; che frequentò regolarmente le scuole del 2° anno dal principio di ottobre al 20 marzo dell'anno scolastico 1874-75. » Parochus etiam Valpergiæ obtestatur « che in tutto il tempo che passò in patria per le vacanze autunnali si portò lodevolmente, e non dette mai motivo di fargli alcun rimprovero sulla sua condotta. » Hisce adjungitur parochus Castrimontis qui testificatur quod Bertoldus « prestò da giugno in qua frequente servizio alle funzioni parrocchiali di Castellamonte dietro consiglio superiore, e da quanto potè conoscere e sapere dal parroco di Valperga tenne sempre ottima condotta tale da dare fondata speranza di riuscire un degno ecclesiastico e vantaggioso alla diocesi. »

Jam autem vix fuerat a seminario dimissus, et celebratissimus sacerdos Bosco eumdem in suam congregationem excipere constituerat ita illi denuncians : « La direzione lo ha accettato in qualità di studente alle seguenti condizioni : 1° che venga in abito di laico rimanendo tale finchè parrà conveniente ai superiori, etc. » Obtestatur insuper religiosus capucinus Corinati sub fine, ceu videtur, superioris anni, eumdem juvenem « unius anni spatio ad pœnitentiæ sacramentum semel in mense accessisse. » Moderator municipii Valpergæ adjungit quod Joannes « è persona di esemplari costumi, di lodevolissime qualità morali, d' inappuntabile ed intemerata condotta privata e pubblica. » Quoad peritiam

denique in theologicis disciplinis acquisitam testatur antecessor seminarii Eporediensis « che avendo esaminato in due distinte volte il chierico Bertoldi Giovanni sui trattati teologici de SS. Trinitate, de Deo Creatore, de incarnatione (ex parte), de gratia, de sacramentis in genere, de baptismo, de confirmatione, ha rilevato nel medesimo diligenza molta, profitto e capacità discreta. »

Ex quo alicquin quælibet via ad clericalem militiam ineundam in propria diœcesi intercipiebatur juveni, optimo jure ejusdem pater desiderium filii, quantum ex eo dependere potest, obsecundavit dando operam, ut et studium theologicum coleret, et ut in aliena diœcesi servitio Ecclesiæ incumberet. Si enim dignus habitus fuit, quod in congregationem D. Bosco exciperetur, inhumanum fuisset ex animo genitoris spem evellere, quod filius extra illam congregationem sacro ministerio posset mancipari. Dum hoc autem præstitit pater Joannis, nec archiepiscopo Taurinensi, nec Ecclesiæ legibus injuriam irrogavit, quia tam adscriptio filii in clerum, quam illius promotio ad sacros ordines non ab eorum voluntate dependent, sed a potestate ordinarii, in cujus diœcesi foret recipiendus. Cæterum nullatenus utique succensendum, quod clericalem habitum adhuc deferat Joannes, quia, pendente recursu ad summum pontificem, nihil est in rerum statu innovandum ex cap. *Dilectus*, 5, de appellat.

Hisce accedit, quod jam ex eo tempore, quo Joannes dimittendus erat e seminario, pater illius domicilium in Eporediensem diœcesim transferre constituerat ad hoc ut filium a jurisdictione metropolitani subtraheret. Quod si hoc consilium ad effectum pertrahere hucusque distulit, ex eo tantummodo hoc provenit, quod cum filius, accedente beneplacito Sedis Apostolicæ, foret diœcesis Eporediensis servitio mancipandus, superfluum esset hanc domicilii totius familiæ mutationem perficere, quod semper notabilem œconomiæ domesticæ jacturam secum ferre solet.

Inutile exinde opus aggreditur archiepiscopus dum nititur contendere, ne Joannes in aliena diœcesi recipiatur, postquam ex proprio seminario absque ulla spe eumdem repulit. Certe non est in ejusdem facultate impedire, quod juvenis etiam independenter a propria familia domicilium alio transferat : « Nihil est impedimento (ait l. 31 ff. ad municipal.), quominus quis ubi velit habeat domicilium, quod ei interdictum non sit; atque in leg. *Placet*, 3, et leg, 4 ff. eod. tit. ibi : « Placet etiam filiumfamilias domicilium habere posse, non utique ibi, ubi pater habuit, sed ubicumque ipse domicilium constituerit. » Perspicue autem a canonistis traditur, quod nec clericus quidem episcopi licentia indiget ut domicilium alibi transferat. Abbas, de paroch. num. 1. Ugolin. *de officiis Ep.* p. 2, c. 26, § 2, n. 2. Pax Jordan. *Elucubrat*, t. 3, tit. 6, n. 55. Campan. div. rub. 9 cap. 8. Barbosa, *De officio et potest. Ep.* p. 2, all. 4, n. 41, Passerinus in 6 decretal. de temp. ordinat. art. 2, n. 31 : « Hoc primo statuendum est, nullius licentiam per se esse necessariam ad mutandum domicilium; unde est quod clericus non indiget sui episcopi licentia ad hoc ut ad aliam diœcesim se transferat; et sic clericus pro sua libertate vere et valide acquirit domicilium in aliena diœcesi, ad quam se transtulit. »

Quum itaque jam animum et mentem pandidisset Joannes de suo domicilio in Eporediensem diœcesim traducendo, vana prorsus opera nunc obsistit archiepiscopus, quominus excardinationem illi concedat S. Ordo, dum permutando Joannes mox domicilium, (illud ipsum, quod ope ipsius excardinationis consequeretur) sua sponte et dispositione etiam legis ordinario prædictæ diœcesis subditur perinde. Scitum enim in jure est domicilium ex animi declaratione mox acquiri in alieno loco in quem quisquam se transtulit; eodem Passerinio cit. tit. de tempor. ordin. art. 2, n. 29, ibi : « Quum domicilium acquiratur animo et libertate acquirentis, hinc statim ac in instanti, in quo quis se confert ad aliquem locum animo ibi perpetuo manendi, acquirit ibi domicilium. » Unde etiam post legitime contractum domicilium licite potest ab ordinario loci in sacram adscribi militiam, quemadmodum idem auctor subsequenti num. 31 concludit, ibi : « Nulla est limitatio per se et formaliter admittenda, quod episcopus ratione domicilii potest clericum quemcumque ordinare, et non prohibetur id facere ex lege prohibente ordinare alienum subditum, quia clericus quicumque ratione domicilii acquisiti in diœcesi fit subditus ejus episcopi. »

Quo magis denique a querela Taurinensis archipræsulis sese defendat Eporediensis episcopus, eamdem inquit esse fundamento destitutam, injustam, atque arbitrariam. Ac primæ quidem notæ rationem reddit ex hoc quod nec Bertoldum ipse requisivit ut in suum clerum adscriberet; nec eumdem excipere promisit nisi post legitimam excardinationem; nec denique inobedientiam ejus confovit, quia jam Bertoldus ad S. Sedem confugerat. Quoad secundam notam contendit, a jure communi haud esse vetitum, laicos ad clericatum adsumere etsi non diœcesanos, modo sint, « regolarmente liberi, » et Ecclesiæ necessitas id postulet. Hoc autem eo vel maxime sibi esse permissum existimat in casu, quia archiepiscopus Taurinensis nonnullos diœcesanos Eporediensis ad sacros ordines promovit eo quod ad congregationem sacerd. Bosco pertinerent, quin tamen Eporediensis ipse præsul dimissorias concesserit. Quoad tertiam denique notam ex hoc eam desumit, quod nequit episcopus obsistere, quominus suus diœcesanus, quin in otio putrescat, studiis etiam sacris incumbat; et quominus postquam ex sua diligentia et studio laudabilia morum et peritiæ in sacris disciplinis retulit testimonia, a clementia summi pontificis imploret, in aliena diœcesi adscisci ut ad ordines promoveatur, dum a propria repellitur.

Hisce rationum momentis pro utraque parte recensitis, mei officii esse censeo ad mentem EE. VV. revocare aliam causam huic affinem, ac superiori mense julio inter eosdem præsules exagitatam pro revocatione clerici Falletti, qui et ipse rejectus ab archiepiscopo Taurinensi, primum in diœcesi Pinarolii exceptus fuit, ac deinceps ex remissorialibus Pinaroliensis ordinarii literis ab episcopo Eporediensi adscitus fuit in clerum. Hisce literis hic præsul innixus propriam jurisdictionem in clericum protuitus fuit contra Taurinensem metropolitam, qui eumdem reclamabat. Excardinationem hic econtra impugnabat, nullas pro Pinarolii ordinario literas tradidisse contendens. Constabat indubie de rejectione clerici a seminario Taurinensi ob ejusdem imparitatem ad sacras hauriendas disciplinas. Deponebant duo testes de veritate remissorialium literarum Taurinensis curiæ ad curiam Pinerolii. In hac itaque rerum conditione S. Ordo ad dubium : « An et quomodo precibus Rmi archiepiscopi Taurinensis sit annuendum in casu etc. In comitiis diei 16 decembris 1876 rescribere censuit : *Juxta ea quæ proponuntur negative:* atque in proximis comitiis 28 julii nuper elapsi decisionem obfirmavit, respondens : *In decisis et amplius.*

Vestrum nunc erit, EE. PP., assueta doctrina ac sapientia sequens derimere dubium :

An et quomodo annuendum sit precibus oratoris Bertoldi in casu etc.

Sacra Congregatio Concilii respondendum censuit : Affirmative exhibita prius ab oratore in cancellaria curiæ Eporediensis probatione se transtulisse domicilium in eadem diocesi Eporediensi, facta promissione jurata se in eadem diœcesi permansurum. Die 25 augusti 1877.

LA CATHÉDRALE D'AOST

ET LA COLLÉGIALE DE SAINT PIERRE

Controverse relative au casuel funéraire. Election de sépulture. Obsèques célébrées dans une autre paroisse. Quels sont les droits respectifs de la cathédrale et de la collégiale par rapport au casuel. Décision de la S. Congrégation du Concile du 25 août 1877.

Nous avons parlé dans la 15e série (col. 717) d'une affaire qui concerne la cathédrale d'Aost et la collégiale Saint-Pierre. La cause fut examinée dans la session du 13 mai 1876. La décision ayant été renvoyée afin d'obtenir de nouveaux renseignements, l'affaire est revenue le 25 août 1877. Rappelons le fait.

Le sous-préfet, qui résidait sur la paroisse Saint-Jean, fille de la cathédrale, mourut au mois de novembre 1874. La veuve prescrivit un service de première classe à la cathédrale. La collégiale de Saint-Pierre fut invitée au service, comme c'est l'usage aux enterrements de première classe. Les chanoines et la collégiale assistèrent donc à l'office en présence du corps. D'autre part, il semble certain que le sous-préfet, avant sa mort, exprima l'intention formelle d'être enseveli dans le cimetière de la collégiale, qui est plus beau que le cimetière de la cathédrale. En effet, la veuve du sous-préfet acheta deux places dans le cimetière de la collégiale, le corps y repose depuis le 17 novembre 1874. Cependant, par la volonté expresse de la veuve, le service du troisième jour après la mort du sous-préfet eut lieu à la cathédrale. On fit de même pour le service du septième jour et du trentième. Voilà le fond de la controverse qui s'est élevée entre la cathédrale et la collégiale. En vertu d'un accord qui remonte à l'année 1232 toutes les fois qu'on fait un service de première classe à la cathédrale pour un défunt de la paroisse filiale de Saint-Jean, le chanoine *mistral* de la cathédrale prévient la collégiale du jour et de l'heure de la cérémonie, et les chanoines de la collégiale reçoivent cinq livres. D'autre part, si le défunt appartient à la paroisse filiale de Saint-Laurent, la collégiale notifie au chanoine mistral le jour et l'heure du service qui doit avoir lieu dans la collégiale, et les chanoines de la cathédrale reçoivent six livres pour leur intervention au service.

Dans le cas du sous-préfet, les chanoines de la cathédrale ont pensé que la collégiale n'a droit qu'aux cinq livres d'usage. La collégiale prétend au contraire s'attribuer tout le casuel, excepté le quart réservé à la paroisse sur laquelle le défunt est mort.

Les statuts synodaux, promulgués dans le diocèse d'Aost en 1835, renferment une disposition qui semble favoriser les prétentions de la collégiale. En effet, le statut porte que, lorsque quelqu'un meurt dans une autre paroisse, le curé du défunt a droit au quart funéraire. Cependant ce curé doit faire la levée du corps, le transporter dans son église, y faire le service d'usage, et continuer les obsèques jusqu'à la porte de la ville. Conformément à ce statut, le chapitre de la cathédrale ne peut réclamer que le quart, en y ajoutant l'honoraire des services qui ont été faits à la cathédrale le jour du décès, et les troisième, septième et trentième jours. Le casuel de ces quatre services s'élève à environ cent francs. La totalité des frais monte à quatre cents livres.

En droit, tout chrétien est libre de choisir sa sépulture à son gré. Cette maxime est consacrée par plusieurs canons des décrétales : *Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam.* Cap. *Nos instituta*, 1, tit. 28, *de sepult.* 3 decret. C'est une autre maxime de droit que le casuel appartient à l'église dans laquelle le défunt a choisi sa sépulture : *Statuimus ut si aliquem parochianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.* Cap. *Cum super*, 8, tit. *de sepulturis.* 28, lib. 3, decret. Le curé du domicile reçoit simplement le quart.

On se demande si les prescriptions canoniques relatives aux cimetières paroissiaux s'appliquent en tous points aux cimetières qui dépendent aujourd'hui des administrations municipales. Cette question s'est présentée plusieurs fois depuis l'année 1815 ; les arrêts prononcés en plusieurs circonstances semblent modifier les anciennes maximes sur l'élection de sépulture. Ces arrêts sont cités dans le *folium* de la S. Congrégation (*Analecta*, loc. cit.)

Si le cimetière de la collégiale d'Aost est réputé cimetière public, l'élection de sépulture ne produit aucun effet. Tout ce qu'on sait indubitablement, c'est que le cimetière de la cathédrale est réellement municipal et public. Aussi le laisse-t-on dans un état pitoyable, au lieu que le cimetière de la collégiale est entretenu avec le plus grand soin.

Les statuts synodaux de 1835 attribuent à la paroisse du domicile simplement le quart du casuel. Ces statuts obligent le curé du domicile à faire les obsèques dans sa paroisse, et à continuer la cérémonie jusqu'à la porte de la ville. Si l'on prend ce statut pour décider la question actuelle, les chanoines de la cathédrale ne peuvent rien demander, en dehors du quart qui leur est alloué, pour le service célébré *præsente corpore.* Mais une indemnité leur est due pour les services extraordinaires des troisième, septième et trentième jours.

L'affaire fut renvoyée. La S. Congrégation voulut savoir si l'établissement du cimetière est antérieur ou non aux statuts synodaux de 1835. Elle demanda la copie de tous les statuts qui concernent les funérailles et la sépulture.

Mgr l'évêque d'Aost a envoyé ces renseignements. Alors la S. Congrégation a pu rendre l'arrêt. Elle a decidé que le chapitre de la cathédrale n'a droit qu'à la quarte funéraire, c'est-à-dire à cent francs. Le reste (trois cents francs, tout compris, espèces et cierges) appartient à la collégiale, parce que le sous-préfet défunt a fait élection de sépulture dans le cimetière de cette église.

Augustæ prætoriæ funeris emolumentorum. Die 25 augusti 1877. — Roganti mihi in comitiis diei 23 maii 1876 : « An Capitulum cathedralis Augustæ emolumenta omnia funeris perci-

pere debeat solutis tantum libellis quinque capitulo collegiatæ, vel potius quarta funeralis tantum ei competat in casu » responsum prodiit: *Dilata*. EE. enim PP., ut super proposita quæstione ad justitiæ tramites judicium ferre valerent, operæ pretium duxerunt perquirere ab antistite an erectio cœmeterii præcesserit, vel subsecuta fuerit constitutiones synodales anni 1835, simulque mandarunt transmittere copiam omnium articulorum earundem constitutionum, qui funera et sepulturas respicium, necnon uberiores, si quas haberet dilucidationes exhibere.

Eo qua par erat alacritate et celeritate acceptis mandatis morem gessi, et episcopo illico scribere curavi, ut super propositis articulis S. Congregationem instructam redderet. Qui iussa faciens S. V. O. transmisit quæsitam articulorum constitutionum copiam gallico idiomate exaratam. Hi porro articuli tresdecim numero sunt quorum summan fideliter EE. VV. oculis subjiciam. In primo igitur et secundo articulo commemoratis fidei dogmatibus, quibus innituntur preces solvendæ pro defunctis, et funebres exinde cæremoniæ ab Ecclesia statutæ, præcipitur observantia absoluta precum, quæ funerum occasione in Rituali Romano descriptæ reperiuntur. In tertio et quarto sermo fit de nuncianda morte fidelium tintinnabulorum sonitu, deque observandis præscriptis civilis legis circa tumulationis faciendæ tempus. In quinto et sexto præcipitur, ut defunctorum cadavera de more leventur præsente presbytero, atque prohibita humatione nocturno tempore facienda meminit pauperes et divites eadem pietate et religione tumulandos esse. In septimo, octavo, et nono prohibita dilatione sepulturæ sub prætextu non percipiendi jura parochialia, mandatur, ut cadavera supra baram deferantur, et ne avaritiæ suspicio inolescat, prohibetur parochis excitare fideles ad fundanda anniversaria etc. Decimus articulus, qui numero est 350, quique habetur transversus in latinum idioma in folio pro Congregatione diei 13 maii anni 1876 distributo sub § *Ita*, in exemplari sic se habet: « Lorsqu'une personne décédée dans une paroisse sera, pour quelque raison légitime, ensevelie dans une autre, le curé de la paroisse où le décès a lieu, percevra ce que le droit appelle *quarta funeraria seu canonica*. Afin de prévenir tout différend entre les curés, nous fixons cette portion canonique au quart des droits dûs pour une sépulture, sans obligation de célébrer la messe. En pareil cas, et à moins qu'il ne s'agisse d'un village éloigné, le curé du lieu où le décès est arrivé, doit faire la levée du corps, accompagner le convoi d'abord à son église, où il fera les prières ordinaires, et ensuite jusqu'à la sortie du chef-lieu.» Demum in undecimo, duodecimo et decimotertio enumerantur, qui ecclesiastica debent sepultura privari, monentur parochi ut propriam instruant gregem, quod neque ex commessationibus, neque pompis funereis, sed ex bonis operibus, precibus etc. defunctorum animæ levamen recipiunt, pro quibus meminit et parochos teneri fundere preces.

Et hæc quoad constitutionum synodalium articulos; quoad alia a Sacro vestro Ordine exquisita, episcopus retulit « quod dicta erectio indubitanter præcessit memoratas constitutiones. Sane ex certis documentis constat, capitulum SS. Petri et Ursi consuluisse die 17 novembris 1781 de translatione cœmeterii, quod olim prope ecclesiam erat, ad agros ubi nunc habetur, quod quidem ab episcopo Augustensi, Petro Francisco de Sales, approbatum est die 24 ejusdem mensis, ex illoque tempore jugiter in eo cœmeterio cadavera parochiarum S. Laurentii, seu S. Ursi, quod idem sonat, tumulata esse. Item constat jam ab anno 1790 processionem ad prædictum cœmeterium quotannis die 2 novembris factam esse. Itaque certo certius est erectionem cœmeterii paræciæ S. Laurentii, ubi nunc permanenter quiescit cadaver S. Gerensani, præcessisse constitutiones synodales anni 1835.

« Præstat alia ad causam opportuna adjicere: 1° Non potest in dubium vocari, quin cœmeterium S. Laurentii habendum sit uti privatum, seu proprium parochianis collegiatæ. Nemo enim in eo, præter hos parochianos, sepelitur, aut saltem nonnisi ex venia ejusdem capituli. Ideo expensis dumtaxat fabricæ collegiatæ sartum tectum habetur; nullum vero jus in illud sibi vindicat municipium. E contra cœmeterium cathedralis non est commune tantummodo parochianis S. Joannis, sed etiam parochianis S. Stephani in suburbio Augustensi. Est publicum ita ut ipsius tutelæ municipium expensis suis prospiciat. Præterea ipsum cathedralis capitulum fassum est cœmeterium S. Laurentii esse privatum, prout patet ex hisce verbis: Il quale essendo proprietà della Collegiata suddetta è molto elegante. »

« 2° Ex eo quod cœmeterium S. Laurentii censeatur privatum, deducit capitulum collegiatæ suam ecclesiam iisdem potiri juribus, quibus gauderet, ubi sepulchra in ecclesiis permitterentur. Æquum enim non est, ut per mere civilem legem ecclesia prohibeatur a jure percipiendi funeralia emolumenta. Ad rem fortasse facit decisio S. Congreg. Concilii in *Arim.* funerum 16 junii 1827, prout legitur in *Instit. Can.* lib. 3, cap. 5, §. 6, de Quarta funerali, cl. Septimii Vecchiotti.

« 3° Quoad antiquam consuetudinem erogandi capitulo ecclesiæ collegiatæ in cathedrali funeribus adstanti libellas quinque, et libellas sex capitulo cathedralis eadàm de causa ad ecclesiam collegiatam sese conferenti, advertendum anno 1871 actum esse in utroque capitulo de emolumentis funeralibus augendis, remque totam ad episcopum delatam fuiese; morte autem ipsius intercedente, nihil definitum fuit.

« 4° Denique monendum est, utcumque in aliis scriptis prædixi, ex quantitate ceræ exequiarum causa consumptæ nunc superesse dumtaxat valorem 60 libellarum italicarum, pecuniæ vero summam ab herede solutam esse 100 libell.

« Dignentur itaque EE. PP. super jure ad perceptionem horum emolumentorum sententiam suam edicere, cui stabit utrumque capitulum.

« Nihil dico de missis celebratis diebus obitus, et diebus 3, 7 ac 30. Cum enim funeralia hæc officia peracta fuerint in cathedrali ecclesia, huic evidenter debentur stipendia. Hujusmodi autem celebrationi sese non opposuit capitulum collegiatæ, quia jam annuerat transactioni a me propositæ hoc modo, ut omnia emolumenta, non exceptis stipendiis quatuor dictarum missarum, in duas æquales partes distribuerentur.

« Si autem mihi liceat precibus uti, oro, ut constitutiones synodales anni 1835 sartæ tectæque, in quantum fieri potest, hac in causa serventur, ne nervus ecclesiasticæ disciplinæ disrumpatur. »

Hisce habitis in hodiernis comitiis causam iterum proponere duxi.

Redit itaque dubium:

An Capitulum Cathedralis Augustæ emolumenta omnia funeris percipere debeat solutis tantum libellis quinque Capitulo Collegiatæ, vel potius quarta funeralis tantum ei competat in casu.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit:

Negative ad primam partem; affirmative ad secundam salvis eleemosynis missarum ac emolumentis funerum diei 3, 7 ac 30, et amplius. Die 25 augusti 1877.

MARIAGE CASSÉ

Empêchement *impotentiæ*. Dispense du mariage. Maladie incurable. Procédure canonique. Arrêt de la S. Congrégation du Concile du 21 avril 1877. Seconde sentence conforme. Nouvelles animadversions du défenseur d'office près la S. Congrégation. Arrêt du 25 août 1877 continuant le premier.

La seizième série des *Analecta* (col. 568) renferme cette affaire, et les principaux documents qui s'y rapportent, savoir : le *votum* d'un théologien, et les oppositions du défenseur. La S. Congrégation du Concile rendit un avis favorable à la dissolution du mariage.

La constitution de Benoît XIV exige deux jugements conformes. L'affaire a donc été de nouveau appelée le 25 août 1877, quatre mois après le premier arrêt.

Le défenseur d'office a pris de nouvelles conclusions dans le but d'empêcher la confirmation du jugement. Il n'a rien obtenu. La S. Congrégation a pleinement confirmé le premier arrêt, lequel autorise la dissolution par dispense pontificale du mariage où le mari est affecté d'une maladie incurable.

Voici le *folium* de la S. Congrégation et les *animadversiones* du défenseur.

Burgi S. Domnini. Matrimonii. — Die 25 augusti 1877. Proposita hac causa in plenariis comitiis diei 21 aprilis nuper elapsi, atque duobus hisce dubiis discussis. « 1. an constet de nullitate matrimonii in casu etc.» Et quatenus negative, « 2. an sit consulendum SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu etc. » responsum retuli ab EE. VV.: Ad I. *Providebitur in II.* Ad II. *Prævia sanatione actorum, affirmative.* Novo posthac experimento indicto, dum restauranda parabatur discussio, litteras accepi ab Ordinario Burgi S. Domnini, quibus edocebar, quod ex illo juvene Philippo, cum quo mulier post separationem a marito, anno 1875 carnale commercium habuerat, sub fine subsequentis anni 1876 effecta est gravida; atque exinde ipsius pater, ne in periculum eadem versaretur fore ab illo deserendam dum ipse in Galliam artis suæ operam exerciturus proficiscebatur, matrimonium, quod aiunt, civile die 26 novembris prædicti anni ab iisdem contrahi studuit. Demandatum mox fuit episcopo, ut eosdem sejungere curaret, sed haud longe retulit ille præsul, quod eo ipso tempore jam Galliam Philippus petierat, non inde reversurus nisi cum aliis operariis hyemali, ut assolent, adveniente tempore.

Quum itaque in hodiernis comitiis ad trutinam revocanda sit quæstio, novas animadversiones a matrimonii vindice exaratas accepi; atque in præsens EE. VV. rogo, ut ea, qua præstatis sapientia et doctrina, infrascriptum dirimere dignemini dubium: An sit standum vel recedendum a decisis in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *In decisis.* Die 25 augusti 1877.

Novæ animadversiones defensoris matrimonii ex officio. Emi ac Rmi Patres. Redit in præsens examinanda controversia de matrimonii Joannis et Teresiæ dispensatione, quam postulat hæc mulier ob præsumptam viri impotentiam, qua obsistente, matrimonium ipsum haud fuisse consummatum affirmat. Diligenter et perspicue controversiæ istius origo enarratur in folio diei 21 aprilis volventis anni 1877, atque in contemporaneis animadversionibus prædecessoris mei. Ratus itaque EE. VV. easdem fore resumpturas, ab historia retexenda brevitatis gratia abstineo. Infausto sydere sacramentalis vinculi causa succubuit in comitiis prædictæ diei 21 aprilis jam præterlapsi.

Rebus verumtamen et factis in perspicua veritatis luce, prouti adnitar perlicere, nunc restitutis, atque exinde tum impotentia viri, tum aliis dispensationis causis refutatis, optima spe confido, quod vos, sacramenti religioni atque incolumitati provide consulatis huic dubio hodie mane disputando: « An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.» benigne respondentes : *Recedendum a decisis et amplius,* quemadmodum obsequentissime deprecor.

Universa serie actorum, qui præsentem respiciunt controversiam, necnon elucubratissimis votis tum theologi tum canonistæ, jam nunc auditoris in hoc S. Ordine, quemque honoris causa nomino, exploratis atque perpensis, in hanc conclusionem deveniendum esse patet, quam antea perspexerat ipsemet canonista, utut nonnullas alias dispensationis, quam proponebat, causas recensuisset, « quod nimirum si acta (ita in suo *Voto*, pag. 12, in prine.) perpendantur attente non aliam dissolutionis causam reperiri datum est, quam viri impotentiam. » Quid, si istiusmodi impotentia in una dumtaxat ac simplici coeundi difficultate, alioquin facile reparabili, cohibeatur? Tunc ferme contrariæ petitionis excutitur fundamentum, atque idcirco in pessima etiam hypothesi inconsummationis matrimonii, in quam S. Ordo in præcedenti disquisitione inclinavit, jus conjugis de impotentia impetiti, ad efficacius carnalis copulæ obeundum experimentum luculenter effulgebit.

Non est quidem in reconditis naturæ legibus, quod impotentiæ, quæ Joanni objicitur, perquirenda sit origo ; quum ex ejusdem confessione, atque ex peritorum judicio ab omni procul dubitatione evincatur, ejusmodi juvenem a coitu fuisse præpeditum ob relaxationem herniæ, qua laborat. Eidem consonant periti physici, quos modo recensebo quum de effectibus hujusce organicæ imperfectionis erit sermo instituendus. Non itaque longe immoror in refutando debilitatis obstaculo, quod ex turpi onanismi habitudine carnali copulæ parari videbatur ; quoniam eadem habitudine ex salutaribus confessarii monitis jam decem abhinc annis obtruncata, nec ullum quidem vestigium reliquit, quod ineptitudinem coitus induceret.

Organica verumtamen imperfectio, qua vere Joannes ob herniam laborat, non adeo perniciosæ ac malignæ indolis est, ut et eumdem reddat absolute impotentem ad copulam, et momentaneum impedimentum quod ex eadem consurgit, salutaris artis remediis omnino faciat rebelle. Econtra post accuratam trium medicorum inspectionem in ejusdem corpore initam, potentia illius ad consummationem matrimonii ex physica ejusdem constitutione invictissime comprobatur.....

Est igitur hernia, quæ principaliter consummationi matrimonii obstitit. Ex ea provenit impotentia, quæ impatienti mulieri prætextum suppeditat ad inviolabile matrimonii vinculum confringendum.

Sed impedimentum istiusmodi perfacile removeri posse, professor Chieppi demonstrat, quoniam ejusmodi incommodum, quod alioquin frequentissimum est, tunc cum opportunis ligamentis contineatur, nullatenus impedire carnalem copulam, traditur a medicinæ-forensis scriptoribus; Gasper *Manuale pratico di medicina legale,* vol. 2, part. special. sez. 1, cap. 1, § 4.

Vix ulla quidem vel minima ex hucusque demonstratis exsurgere potest dubitatio quoad idoneitatem Joannis ad carnalem copulam ineundam ; adeo ut si impedimentum intercipi aliquando visum fuerit, hoc nonnisi quam momentaneum, ac perfacile removendum debeat existimari. Ecquid, si hoc ipsum obstaculum maxima ex parte ex facto et culpa mulieris reddebatur magis arduum?

Recte quidem et certissime. Vehemens ædepol (et quis ambigere hoc posset?) est impetus naturæ, quo veneream ad pugnam vir impellitur ubi in eodem pulvinari cum virgine cubat; sed est non minus etiam exploratum, quod aliquando in hoc certamine, in quo animales ac physicæ potentiæ potissimum congrediuntur, magnam sibi partem vindicat moralis animis sensus, adeo ut plus quam animalis instinctus, ad extollendam vel deprimendam coeundi virtutem ipsius animi affectio prævaleat. Eruditissime post Sanchez in tract. de matrim. lib. 7, disp. 92, n. 13 docet Zacchias, *Quæst. medic. legal.* lib. 3, tit. 1, qu. 1, num. 17, ibi : « Sed et inter causas de foris advenientes venit ipsa mulier; nam ex ipsius quoque culpa quandoque impeditur coitus in viro, ut si sit nimis deformis; adeo enim alienum a coitu hominem deformitas reddere consuevit, ut jure dixerint nonnulli doctores, gravius peccatum esse coire cum deformi, quam cum formosa. Pulchritudo enim, inquam, est incitamentum ad libidinem, unde quidam, ceu ex Alberto refert Sanchez, calore naturali destituti, a fœminæ interdum formositate excitati, ad coitum perfecte moventur, itaque deficiente tali stimulo in deformi, homo seipsum tentare videtur et ea de re gravius peccare dicitur. Potest insuper mulier in causa esse ut vir minime coire possit, si tetrum odorem spiret, si munditiis minus studeat, si maritus sentiat se ab ea contemni, et ipsam ab eo averso esse animo. Et hæ sunt omnes aut insigniores saltem causæ, quæ coitus impotentiam in viro excitare possunt, quarum omnium idcirco hic meminisse operæ pretium est, ut sciamus quænam amoveri aliquo modo possint, quæ non. Hoc enim plurimi jurisconsulti interest scire, cum ubi impotentia coitus ope medica reparari possit, matrimonium non dirimatur. »

Sapientissimo medicinæ forensis magistro recentiores concordant ejusdem scientiæ professores, ex quibus satis sit clarissimus Laura in suo tractatu *Medicina legale*, part. 2, § 3.

Impotentia coeundi ex hucusque demonstratis et perpensis in Joanne penitus explosa, et nullo alio quam temporaneo ac reparabili impedimento detecto, tametsi nullam hucusque matrimonii intercessisse consummationem admittatur, istud nihilominus semper integrum, atque certissimum jus permanet in favorem Joannis, Emi ac Rmi Patres, quod congruum tempus eidem tribuatur, ut et transitoriæ ineptitudinis medelam suppeditet, et carnalis copulæ novam ineat experientiam. Hoc profecto sacramenti religio suadet; hoc matrimonialis contractus exigit natura; hoc sacrorum canonum inculcat auctoritas.

Adeo quippe religiose, atque adeo firmiter S. Mater Ecclesia inviolabilitatem matrimonii, utut tantummodo rati, semper custodivit, ut quantumvis aliquando, post experimentum consummationis multos per annos inutiliter pertentatum, accedente esse etiam juramento conjugum et propinquorum inconsummationem affirmantium, divortii sententia fuisset prolata, ac conjux potens ad secunda vota pertransisset, nihilominus si ex commixtione cum alio viro femina deinceps potens apparuerit, ad priora connubia uterque conjux cogebatur redire; ita textus in cap. *Laudabilem*, 5, atque in cap. *Fraternitatis*, de frigid. et malefic.

Hæc est regula, hæc norma, qua religio et sanctitas sacramenti custoditur et defenditur ab Ecclesia. Numne ab ea deflectere tam facile et tam leviter permissum, ut et matrimonii validitate, et conjugum idoneitate ad maritalia munia obeunda constantibus, ex uno, pene dicam, aut altero consummationis experimento frustra pertentato, vel irritari, vel dispensatione dissociari idem valeat matrimonium? Hoc ædepol idem esset, ac valorem et integritatem sacramenti intra limites adeo exiguos et perstrictos probationis cohibere, in quibus nullum aliud profanum negotium ab humana prudentia definiri solet. Tam parvi an penditur divina ejusdem sacramenti virtus, ut et a gratia sacramentali nullum erit auxilium expectandum? Sed qui tam immerito de divina miseratione diffidunt, justa perinde atque condigna canonicarum legum coerceri debent sanctione.

Inviolabilitati matrimonii, quatenus est sacramentum, adjungitur etiam jus ex eodem matrimonio, tamquam ex contractu, Joanni in casu quæsitum ad propriam idoneitatem juxta canonicas sanctiones atque Ecclesiæ disciplinam experiundam. Neminem porro latere potest, conjugalem societatem suapte natura ad eum tendere finem, ut pro conservatione generis humani procreetur soboles; unde divina ordinatio per apostolum Paulum expressa in ep. 1 Cor. cap. 7 ibi : « mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. » Est nimirum dominium, quod uterque conjux in alterum adquirit; est jus petendi atque obligatio reddendi debitum conjugale tamquam de re sua, adinvicem assurgens; scitissime de moro suo Sanchez, *de matrim.* lib. 9, disp. 2, n. 8 : « Vinculum conjugale suapte natura eo tendit, ut proles generetur speciesque conservetur, quod obtineri nequit absque jure petendi et obligatione reddendi debitum. Sicut enim in executione minime potest esse proles absque actuali copula, ita neque in vinculo conjugali potest esse ordo efficax ad talem generationem sine jure petendi, obligationeque reddendi. Insuper quia matrimonium transfert dominium mutuum corporum conjugum; ex dominio autem consurgit jus utendi de re sua, et obligatio ipsam reddendi domino petenti. »

Ast dominium, ast jus utendi re sua, jus repetendi debitum conjugale concipi nequit sine jure et facultate illa omnia media adhibendi, quæ ad eumdem finem perducunt; concipi nequit sine jure et facultate obstacula omnia removendi, quæ ejusdem finis assequutioni adversantur; concipi tandem nequit sine jurium omnium ac facultatum subsidio, quibus et lex naturæ, et ecclesiasticæ sanctiones contractum et sacramentum matrimonii pro respectivis finibus consequendis corroborant. Hinc porro cohabitatio; hinc condormitio; hinc tectum, hinc mensa communis; hinc perpetua vitæ consuetudo; hinc verbo una atque individua familia, in qua alter alterius infirmitates et onera supportat. « Accessorium sequitur principale. — Qui vult finem, vult etiam media, quæ ad eumdem perducunt. — Qui vult antecedens vult etiam necessarium consequens. S. Rota Romana decis. 81, num. 11, coram Marco. »

Quid, si momento quodam temporis alteruter conjux ad principalem matrimonii finem obtinendum, procreationis nempe sobolis, impotens sit, ita ut ex ejusdem defectu alter conjux legitimi maritalis voti compos fieri nequeat? Numne dissolvitur societas; vel ob temporaneum impedimentum ab eadem societate conceditur resilire? Nil minus; quandoquidem consummatio matrimonii non ex uno ac nudo actu voluntatis utriusque conjugis semper dependet, sed ex causis ac adjunctis quamplurimis, quæ in humanis actionibus quam plurimum concurrunt; ex adjunctis nempe tum locorum, tum temporum, tum valetudinis, tum pietatis, ac cæterarum hujusce generis rerum, quæ aliquando ex inopino, aliquando ex præviso eventu ad eamdem consummationem, modo brevi, modo diutius intercipiendam insurgere possunt. Non aliud profecto, quam quotidianam experientiam consulere oportet, ut rei ac facti frequentissimi veritas evincatur. Qui itaque a consummando matrimonio, reparabili aliqua infirmitate præpeditur, dum matrimonium contrahit, tam quoad seipsum, quam quoad alium conjugem perinde habendus, ac si alio quocumque temporaneo obstaculo ab ejusdem matrimonii fine assequendo propulsetur.

Neque enim ex jure ecclesiastico, neque ex jure naturali infirmitas seu impotentia temporanea obsistit, quominus con-

juges potestatem sui corporis ad invicem tradant, utcumque non immediate sed tractu temporis sequatur effectus. Non jure ecclesiastico, quod potius indissolubilitatem omnino confirmat prouti in cap. *Fraternitatis*, de frigid. Non jure naturali, quia impotentia temporanea cum finem matrimonii ad tempus suspendat, non tollit voluntatem illud contrahendi, quia qui contrahit, intelligitur suspensioni istiusmodi, quæ ex innumeris causis oriri potest, sese sua sponte subjicere. Ita Guttierez (*de matrim.* cap. 12, n. 3), Sanchez *de matrim.* lib. 7, disp. 92, n. 4). Schmalzgrueber (*Jur. can.* p.3, tit. 15, n.38), ibi: « Etiamsi impotentia temporanea sit ignorata ab altero contrahente, adhuc minime obstat valori matrimonii, quum nullum jus valorem eidem tollat; non ecclesiasticum, quia hoc potius eidem fovet cap. *Fraternitatis*, de frig.; ubi indistincte deciditur per impotentiam temporaneam matrimonium non irritari; non naturale, quia hujusmodi impotentia temporanea non tollit simpliciter finem matrimonii, sed secundum quid, scilicet pro aliquo tempore, ac proinde non efficit involuntarium simpliciter, sed secundum quid, ad instar erroris in qualitate. » Quod autem de indissolubilitate ex capite nullitatis doctissimus canonista hic affirmat, ex identica ratione sibi vindicat indissolubilitas ex ratione dispensationis; eo quia quum in utroque conjuge integre perseveraverit voluntas obtinendi finem matrimonii, etiam ad tempus, post remotionem temporanei impedimenti, tollitur omnino fundamentum dispensationis ipsius, scilicet tum ex perpetua impossibilitate officium matrimoniale adimplendi. tum quoque ex præcedenti atque exclusiva intentione et voluntate immediatam consequendi consummationem; ubi enim eadem est ratio, ibi eadem obtinere debet juris dispositio.

Atqui inter multiplicia jura, quæ conjugalem consequuntur contractum, et quæ pontificiis sanctionibus sunt consecrata, non infimum ædepol nec impervium est jus propriam idoneitatem pertentandi ad experientiam nempe copulæ carnalis ineundam, tum cum in primis carnalibus congressibus infelicem exitum habuerit periculum. Experientiam istiusmodi ad exemplum imp. Justiniani usque ad triennium produxerat Cœlestinus III in cap. *Laudabilem*, 5, de frigid. et malefic.

Eamdem experientiam per triennalem habitationem sancivit etiam Honorius III in cap. 7 de frigid. et malefic.

Datane est Joanni hæc copia experientiæ carnalis copulæ, non dicam per triennium, sed per biennium, per annum, per dimidium saltem anni ineundæ? Vix quinquies e contra, vix sexies vel septies ad mulierem idem valuit accedere.

Condormierunt quidem tribus circiter mensibus; at vix una aut altera hebdomada passa est mulier, experientiam sexies vel septies pertentari consummationis, antequam ad dissolutionem matrimonii impetrandam procederet.

Præstititne mulier quantum per se potuit, ut facilior via ad consummationem redderetur marito? Atqui econtra, vix uno, aut altero experimento pertentato, iratis atque acerbis conviciis confusionem et impotentiam illius ex paucis illis congressibus adaugebat, quemadmodum jam desuper audivimus ex perito physico Chieppi.

Atqui, subjungam, impotentia Joannis ex hoc ipso testimonio est faciliter reparabilis; quoniam non ex defectu dynamico habet originem, quominus in radice possit curari; sed ex defectu, pene dicam, mechanico provenit, ita ut mechanicis etiam remediis provideri aptissime eidem valeat. Res tota in majori vel minori incommodo, necnon tempore, ac dispendio consistit. Quid igitur obstitit quominus matrimonium consummaretur? Hoc obstitit, et non aliud: iracundia mulieris et confusio viri. Sed non hæc est via, qua maritales obligationes adimplentur; non ita conjugale redditur debitum; et si quidem Teresia contumeliosis hisce modis ad impediendam copulam magis quam ad eam confovendam præ omnibus influit, quin congruum daretur marito tempus ad experientiam consummationis repetendam, injuste ferme atque omni procul æquitate nunc a vinculo maritali dissolvi postulat.

Ne quis oggerat triennale experimentum jam ab aula recessisse. Insigne delirium. Quandonam ab aula recessit canonica observantia, quæ sex abhinc sæculis in Ecclesiam invecta, magno semper fuit in honore ad hanc nostram propemodum ætatem? Conspicuum econtra prostat exemplum in *Forolivien.* Matrimonii diei 20 septemb. 1817, in qua etiamsi quinque per annos cohabitassent conjuges, quin propter obstructionem, utut partialem, vasis muliebris, atque ob insufficientiam viri ad impedimentum superandum, matrimonium consummare potuissent, nihilominus S. Ordo, perspecta potentia viri, ac possibilitate carnalis copulæ perficiendæ, duobus hisce dubiis, «1. an constet de nullitate matrimonii in casu, etc. » et quatenus negative » 2. an sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu etc. » consultissime respondit: Ad I. et II. *Dilata et esse locum triennali experimento.* »

Sed neque opus est in casu per integrum triennium experimentum producere, quum breviori ferme tempore res perfacile confici valeat, dummodo in jure suo maritali redintegretur Joannes, atque exinde opportunis salutaris artis remediis adjutus ad conjugale officium evincatur idoneus. Nullo quippe vel minimo remedio adhibito quinquies vel septies experimentum inutiliter tentavit. Sed quum nullatenus, ceu supra demonstravi, laboret ingenita impotentia, facilis erit novi experimenti exitus, si opportunis remediis corrigatur herniæ defectus. Hoc est quod medicus Chieppi jam suggerit; atque hoc etiam erit Joanni providendum, ut voti compos evadat.

Nulla alioquin mulieri ex hoc irrogatur injuria. Nonne hoc impedimentum jam ipsa cognoverat tunc cum matrimonio se Joanni conjunxit? Est eadem Teresia quæ hoc deposuit in judicio.

Jam ipsa igitur ex parte difficultatem consummationis matrimonii per aliquod temporis spatium obeundam prævidere facile potuit. Et quum nihilominus matrimonium cum hernioso celebrasset, hoc pernecesse inferri debet, quod voluntariæ ac sponte sese necessitati corporalis defectus in marito reparandi subjecit; ac proinde volontarie etiam ac deliberato consilio periculum subiit, ut, ad tempus dilata consummatione matrimonii, infirmitatem, quantum ad prædictum officium opus est, Joannes repararet.

Minus autem officit alia, quæ deducitur, dispensationis causa, quod videlicet ex alio viro jam tumescentem ventrem habeat Teresia, atque cum eodem matrimonium, quod aiunt civile contraxerit. Quid? Iniquum est ex propria culpa emolumentum referre cum aliena injuria. Minus autem ex delicto mulieris pessumdari debet sacramenti sanctitas, atque inviolabilis religio, « ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam ejus potius retorqueri. » Cap. 5 de donat. int. vir. et uxor. Neque enim ex posterioribus nuptiis, quantumvis non illegitime, seu civiliter, sed Ecclesiæ auctoritate contractis, vel ob prolem exinde susceptam passi sunt pontifices priora vota rescindi; sed sapientissime in hisce casibus decreverunt, debere conjugem « ad illam redire, cum qua primo contraxit » (cap. 6 de frigid. et malef.) Usquedum ideireo de impotentia absoluta et perpetua alterius conjugis non constat; atque usquedum spes effulgeat, quod ex congrua experientia sive triennali, sive minoris etiam temporis juxta naturam infirmitatis, matrimonium consummari valeat, non debet cum gravissima sacramenti jactura conjugale vinculum dissolvi.

Animadvertant, quæso, EE.VV., quam frequenter, et quam facile impotentia hujusmodi temporanea atque effimera hac

nostra præser im ætate adolescentes ex inquinato sanguine interdum progeniti afficiantur. Quænam securitas, quodnam diffugium vel contra intolerantiam feminarum, vel contra diffidentiam eorumdem adolescentum daretur, si excusso beneficio experientiæ carnalis copulæ ad congruum tempus atque inter legitimos amplexus ineundæ, et virilis potentia, et maritale decus unius vel alterius noctis concrederetur discrimini ?

t quin immorale, ut aliquando audire occurrit, triennale experimentum dicatur, nonne potius maxime periculosum morali eidtm publicæ esset illud submovere, ex quo, spe qualibet avulsa propriæ idoneitatis post matrimonium legitime experiundæ, incitarentur juvenes ad ejusdem periculum ante nuptias faciendum in lupanaribus cum meretricibus et cum scortis, ne ex nuptiis inutiliter quandoque initis tum fortunæ, tum honoris gravissimum patiantur dispendium?

Hæc, quæso, perpendant EE. VV., et celebratæ doctrinæ et sapientiæ, qua præstatis, confisus, dispensationem hac in causa refutandam fore a vobis non dubito.

Quare etc. — Flavinius Simoneschi Adv. *Defensor matrimonii ex officio.*

DÉCRETS INÉDITS

DE LA S. CONGRÉGATION DES ÉVÊQUES ET RÉGULIERS (1)

(Suite.)

Naples. Insubordination des réguliers. — Mexique. Dominicains. Chapitre provincial. Aliénation. Illégitimes. Latin. Confesseurs. — Cisterciens d'Hautecombe. — Espagne. Massacre des moines. Dispersion. — Cisterciens. Chapitre général. — Sécularisation des convers. Moyens d'existence. — Trappistes de Belgique. — Rétablissement des Bénédictins en France. — Tiers-ordre du Carmel. Exemption de la juridiction paroissiale. — Espagnols fugitifs. Ordination. — Mont-Carmel. Reconstruction de l'église. — Capucins. Clôture des sacristies. — Élections. — Conventuels de Locarno en Suisse. École. — Dominicains de Piémont. Séparation de la province de Lombardie. Vie commune. — Franciscains de l'Observance. Rétablissement de l'institut en France. — Translation d'un chartreux. — Espagne. Dispersion des réguliers. — Écoles chrétiennes. Fondation de Gênes. — Minimes de Naples. Vie commune. — Tiers-ordres franciscains. Election du général par bulletins. — Taxe. Minimes. — Chartreux. Chapitre général. — École primaire. Franciscains. — Procès canonical. Procédure extrajudiciaire. — Taxe générale. Minimes. — Saint Jean de Dieu. Province de France. Noviciat. — Irlande. Fondation d'un couvent d'Augustins. — Solesmes. Profession des deux premiers Bénédictins de France. Approbation des constitutions. — Élection au bulletin. Religieux de Saint Camille de Lellis.

1551. Super regularibus regni Napolitani.

Nuntio Neapolitano. — Da tuttociò che V. S. mi significa sul modo che si tiene costì negli affari ecclesiastici resto persuaso e convinto che col mezzo di progetti e di note ministeriali, non si arriverà giammai a poter mettere un freno alla scandalosa licenza de' Corpi Regolari. Ella è di parere che avendosi a trattare con un re pio e religioso, l'unico mezzo da mettersi in opera colla speranza di felice successo, sarebbe un diretto carteggio fra il S. Padre e Sua Maestà. Io non dubito di abbracciare questo sentimento, e nella prima adunanza di questa S. C. de' VV. e RR. che si terrà nel mese di novembre ne farò la proposta agli Emi miei colleghi, anche per deliberare sui modi che crederemo più adattati a conseguire il fine che si desidera, e quindi se ne farà relazione a S. S. per intenderne le sue sovrane determinazioni. Ella poi sarà fatta consapevole di ciò che siasi risoluto.

Die 14 septembris 1834.

1552. Ordinis Prædicatorum.

Sacra Congregatio utendo facultatibus a S. D. N. Gregorio PP. XVI specialiter concessis, acta capituli provincialis S. Michaelis archangeli et SS. Angelorum ordinis Prædicatorum habiti in conventu S. Domini Civitatis Angelorum in Mexico die 26 maii 1832 in omnibus approbavit, atque confirmavit juxta modum, nempe:

Circa venditiones, permutationes et hypothecas, dummodo consuetudo fuerit legitime recepta, vel obtenta fuerint privilegia, quæ adhuc vigeant, servetur decretum capituli, ea tamen conditione ut constet de evidenti respective contractuum utilitate et de fideli investimento in alienationibus, super quibus onerata maneat P. Provincialis conscientia.

Præscriptio non recipiendi ad habitum et ad religiosam professionem illegitime natos abrogatur ob temporum circumstantias et expositas rationes, ita ut ad professionem, ad officia religionis (exceptis tamen prælaturis) et ad sacros ordines servatis servandis admitti possint.

Permittitur prioribus conventualibus ut recipere possint juvenes latinæ linguæ ignaros ad habitum et ad professionem religiosam; ita in religione recepti latinæ linguæ dent operam, et litteræ testimoniales ad sacros ordines eisdem non tradantur nisi prævio experimento coram superiore locali de sufficienti scientia instructi reperti fuerint.

P. provincialis vel per se vel per priores conventuales alicui religioso ob rationabilem causam petenti facultatem concedere possit sibi eligendi confessarium non regularem approbatum tamen ab ordinario, vicibus eidem P. provinciali vel prioribus conventualibus benevisis.

Denique approbantur et confirmantur gradus in eodem capitulo religiosis collati, dummodo juribus alteri quæsitis præjudicium non inferatur.

Constitutionibus apostolicis et ordinis aliisque speciali mentione dignis non obstantibus.

Romæ, 8 januarii 1835.

---

(1) Voir les livraisons 144 et 145.

(1551). *Naples. Insubordination des réguliers.* Ne pouvant ramener les réguliers à l'obéissance et à la discipline, le nonce proposa d'établir des rapports directs entre le Saint-Père et le roi. Voici ce que le cardinal préfet de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers répond au nonce : « D'après ce que Votre Seigneurie m'apprend sur la manière de traiter chez vous les affaires ecclésiastiques, je suis convaincu que les projets et les notes ministérielles ne parviendront jamais à mettre un frein au scandaleux désordre des communautés religieuses. Vous pensez, que puisqu'on a à traiter avec un roi vraiment religieux, l'unique moyen qu'on puisse employer avec espérance de succès, ce serait une correspondance directe entre le Saint-Père et Sa Majesté. Je n'hésite pas à me ranger à cet avis, et dans la première réunion de cette S. Congrégation qui se tiendra au mois de novembre, j'en ferai la proposition aux cardinaux mes collègues, et l'on examinera quels sont les modes les plus propres à atteindre le but; on en référera ensuite au Saint-Père pour recevoir ses décisions souveraines. Rome, 14 septembre 1834. »

(1552). *Mexique. Dominicains. Chapitre provincial. Aliénation Illégitimes. Latin. Confesseurs.* Ce décret confirme les actes du chapitre provincial que les Dominicains célébrèrent à Puebla en 1832. On ratifie les ventes, échanges et hypothèques. — Avant cette époque, les enfants illégitimes ne pouvaient entrer dans l'institut; on abroge la disposition en vue des circonstances; toutefois les illégitimes ne pourront jamais occuper les prélatures régulières. — Il faut savoir le latin pour être admis à prendre l'habit et à professer : on dispense, à condition que les jeunes religieux apprennent le latin, et qu'ils passent un examen avant d'être promus aux ordres sacrés. — Le provincial et les prieurs conventuels sont autorisés à permettre aux religieux de se confesser aux prêtres séculiers. — Rome, 8 janvier 1835.

1553. Super officio B. M. V.

Archiepiscopo Camberiensi. — Studium animique ardorem quo amplitudo tua in eam curam incumbit ut in celebri monasterio Altacumbæ regularis disciplina instauretur et in posterum florescat, SSmus D. N. Gregorius XVI multis laudibus prosequutus est. Scribis autem te auctoritate visitatoris apostolici qua præditus es, nonnullas regulas veluti constitutionum appendicem, sive potius uberiorem earum explicationem condidisse, quibus monachi ad eam virtutis excellentiam quæ eorum instituti propria est, facilius pervenire possint. At vero in iisdem regulis nullum locum dedisse ais, officio B. M. Virginis, quod Cisterciences monachi nulla lege expressa, sed ex antiqua consuetudine quotidie recitare solent, idque ob eam causam fecisse ut monachi aliis muneribus obeundis, quæ tibi potiora videntur, satis vacui temporis haberent. Verum quia probe intelligis tibi nullam esse potestatem ejus piæ consuetudinis abolendæ, ita S. pontificem rogasti, ut monachos Altacumbæ ab hujusmodi obligatione solveret. Qua de re cum jussu S. S. in hac S. C. actum sit, Emi PP. censuerunt eam consuetudinem esse retinendam, tum quia non satis idonea subest causa, cur tollatur, tum quia timendum foret ne cœteris monasteriis Cisterciensibus quæ ita semper B. M. coluerunt, id malo exemplo futurum esset. Cum vero S. Congregationis sententia a S. S. probata fuerit, restat ut amplitudo tua regulas a se conditas ita moderetur, ut monachi diebus singulis recitationi officii B. V. M. vacare possint. Quod pro tua pietate et singulari in Sedem apostolicam reverentia te facturum pro certo habeo, et interim fausta omnia tibi precor a Domino.

Romæ, 10 martii 1835.

1554. Super rebus Hispaniæ.

Cardinali Bernetti, secretario status. — Nella lettera a S. E. il dì 2 marzo corrente intorno ad alcune facoltà e istruzioni richieste da Mgr nunzio, mi riservai di risponderle sul modo da tenersi dallo stesso Mgr nunzio verso quei Regolari che atterriti dalle carneficine dei loro confratelli accadute nel 17 e 18 luglio p. p. in Madrid, fuggirono dai conventi, e continuano a girare per la città senza alcun segno del proprio istituto, od anche senza alcun segno clericale, poichè la S. di N. S. ordinò che sopra questo punto si sentisse il parere di questa S. C. de' VV. e RR. Pertanto nell'adunanza tenuta il giorno 13 corrente, questi Emi miei signori sono stati di sentimento che Mgr nunzio chiami a sè i superiori degli ordini religiosi, e si concerti con loro per ammonire prudentemente quelli che restano ancora fuori de' loro conventi a ritornare al chiostro, rappresentando ai medesimi la lontananza del pericolo di nuova persecuzione, e il loro dovere di stabile permanenza nei proprii chiostri per evitare anche il pubblico scandalo e per non dare alcun pretesto alla soppressione de conventi.

Tutto ciò deve farsi per via di semplice ammonizione e di consiglio, e non già di precetto. Nel caso poi che alcuni non potessero vincere il timore dal quale sono sopraffatti, potrebbero questi mandarsi nei conventi delle provincie, dove pare che il pericolo sia più remoto, e chiamare dalle medesime provincie altri religiosi per riempiere i conventi di Madrid. Che se Mgr nunzio ed i superiori regolari per le attuali circostanze di quei luoghi, incontrassero difficoltà ad eseguire il sudetto progetto, Mgr nunzio potrà communicarlo per prendere altre providenze. S. Santità ha approvato in tutte le parti l'esposto sentimento di questa S. C., talchè V. E. potrà compiacersi di parteciparlo a Mgr nunzio.

Romæ, 20 martii 1835.

1555. Super capitulo Cisterciensium.

P. Benigno visitatori apostolico. — La Santità di N. S. ha inteso con sorpresa che V. P. abbia diretta al P. abbate Sifredi la convocatoria per intervenire al prossimo capitolo generale, dappoichè fin dal 6 febraro p. p. la S. Santità ad istanza della P. V. aveva ordinato che non si convocassero i monaci vocali di Piemonte e Genova per ragione della visita apostolica tuttora colà permanente. La S. Sua ha inteso con egual sorpresa la venuta del P. M. Sifredi in Roma per intervenire al detto capitolo, sebbene ne avesse avuta l'espressa proibizione dall'Emo visitatore apostolico. Tuttavia il S. Padre volendo usare molta condiscendenza verso il P. abbate Sifredi, e insieme mantenere l'osservanza di tutto ciò che riguardo al sudetto capitolo è stato stabilito, assolve il medesimo da qualunque pena e irregolarità che avesse incorso; ordinando però che nel prossimo capitolo non possa avere alcuna voce nè attiva, nè passiva. In seguito poi S. Santità farà conoscere alla P. V. le altre sue determinazioni.

Romæ, 2 maii 1835.

1556. Super sæcularisatione conversorum.

Episcopo Fanen. — Fr. Ilarione da Fano laico capuccino ha rappresentato a questa S. C. de' VV. e RR. di non aver potuto ottenere da V. S. il decreto esecutoriale all'indulto di sua sécolarizzazione degli 11 luglio 1834, per la clausola *Constito de sufficienti substentatione*, giacchè essendo l'oratore privo di beni di fortuna non può costituirsi il patrimonio che

(1552). *Cisterciens d'Hautecombe.* Petit office. Les Cisterciens ont l'usage de réciter chaque jour le petit office de la Sainte-Vierge. Cet usage remonte aux premiers temps de l'ordre. L'archevêque de Chambéry, étant visiteur apostolique, crut devoir supprimer le petit office, afin d'accorder aux religieux le temps d'accomplir d'autres devoirs plus importants. La S. Congrégation est loin de ratifier la suppression de l'office; le motif ne semble pas suffisant, et ce serait un mauvais exemple pour les autres monastères. Rome, 10 mars 1835.

(1554). *Espagne. Massacre des moines. Dispersion.* La S. Congrégation écrit au cardinal Bernetti, secrétaire d'état de Grégoire XVI : « Dans la lettre que j'ai écrite à Votre Éminence le 2 mars courant sur des pouvoirs et des instructions demandés par Mgr le nonce de Madrid, je me suis réservé de répondre au sujet de la conduite qu'il doit tenir envers les religieux qui, effrayés des massacres de leurs confrères à Madrid les 17 et 18 juillet dernier, ont pris la fuite, et continuent de circuler dans la ville ecclésiastique. Le Saint-Père ayant ordonné de prendre sur ce point l'avis de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers, voici l'avis que mes collègues ont exprimé dans la réunion du 13 courant : que le nonce mande les supérieurs des ordres religieux, et se mette de concert avec eux pour avertir prudemment ceux qui demeurent encore hors de leurs couvents de retourner au cloître, en leur représentant que le danger d'une nouvelle persécution est éloigné, et qu'ils sont obligés de vivre dans leurs cloîtres, pour éviter le scandale public, et aussi pour ne donner aucun prétexte à la suppression des couvents. Tout cela doit se faire comme monition et conseil, non comme ordre formel. S'il en est qui ne puissent dompter leur épouvante, on pourra les envoyer aux couvents des provinces où le danger paraît plus éloigné, et faire venir d'autres religieux, afin de remplir les couvents de Madrid. Rome, 20 mars 1835. »

(1555). *Cisterciens. Chapitre général.* On a vu ci-devant que les couvents de Gênes et du Piémont furent soumis à la visite apostolique du cardinal Morozzo. Les moines appartenant à ces deux provinces n'assistèrent pas au chapitre général assemblé à Rome en 1835.

(1556). *Sécularisation des convers. Moyens d'existence.* L'indult pontifical, qui sécularise les religieux, pourvoit à leurs moyens d'existence. S'il s'agit de prêtres, la clause est : *Constito de patrimonio sacro.* Pour les convers, on met : *Constito de sufficienti sustentatione.* Cela ne veut pas dire que le convers sécularisé devra constater qu'il possède un patrimoine suffisant; car le tra-

si crede necessario; e quindi ha supplicato questi Emi signori di dichiarare che sia sufficiente per il suo sostentamento la fatica delle braccia. In seguito di tale istanza hanno l'EE. LL. RR. commandato di scrivere a V. S per notificarle che questa S. C. nell'apporre la sudetta clausola rispetto ai laici, non intende mai la costituzione di un patrimonio, ma può anche bastare per sufficiente sostentamento la sola industria delle mani, quando la persona è capace di guadagnarsi onestamente il vitto.

Romæ, 3 aprilis 1835.

1557. Super Trappensibus Belgii.

P. Abbati Westmallen. — Paucis abhinc diebus D. Franciscus Capaccini litteras tuas ad eum datas pridie idus decembris anni proxime elapsi huic S. Congregationis exhibuit, quibus significas te et universam familiam Trappistarum in Belgio vehementer expetere ut constitutiones quæ jamdudum a vobis servantur, apostolica auctoritate firmentur. Earum vero constitutionum exemplum una cum litteris tuis delatum est, quas quidem constitutiones non vestras, sed S. Benedicti appellandas esse perhibes. At vero cum agatur de re non levis momenti, nec satis explorata, necesse est ut, quod animo tibi jam proposueras, opere compleas, nimirum, ut iter ad urbem instituas, vel saltem huc mittas religiosum virum a te deligendum. Tali enim pacto citius et commodius negotium absolvi poterit. Is autem qui Romam venerit, ipse regulam S. Benedicti et constitutiones D. de Rancé secum afferat, ut omnibus simul collatis et diligenter perpensis S. Congregatio decernat quid in vestris constitutionibus, antequam approbentur, vel demere vel addere vel moderari oporteat.

Hæc tibi significanda erant, ut scires quomodo hac in re gerere te debeas, et interim diu valeas in Domino.

Romæ, 13 augusti 1835.

1558. Super instauratione ordinis S. Benedicti in Gallia.

Episcopo Cenomanensi. — Non dubito quin mireris quod litteris amplitudinis tuæ datis quinto calendas februarii sero admodum respondeam. Hoc autem accidit propterea quod is qui litteras tuas ad me perferendas acceperat, coactus est aliquantisper Lugduni consistere infirmiatis causa. Dein vero cum Romam venire initio constituisset, mutato consilio Lutetiam Parisiorum reversus est. Statim ac vero litteræ tuæ ac postulatio pro instauratione Congregationis S. Mauri in Galliis ad me pervenerunt, rem totam ad Emos PP. S. C. retuli, qui in generali conventu habito die 21 augusti 1835, omnibus sedulo perpensis, ita decreverunt : « Scribatur episcopo Cenomanen. ad mentem : mens est, non esse locum petitæ « adprobationi, cum proposita instauratio ita perfici velit ut « multæ inducantur mutationes in regula S. Benedicti, nec « ullus adest ex antiquis monachis a quo novi alumni inforementur et dirigantur. Laudandum tamen esse finem novæ « societatis, utpote quæ tendit in commune bonum Ecclesiæ; « propterea ii qui nomen eidem dederunt in bono proposito « persistant, ut postquam sufficientia exhibuerint de se spe« cimina, successu temporis decerni possit an locus sit erec« tioni et adprobationi novæ congregrtionis quæ vel regulam « S. Benedicti omnino amplectatur, vel aliquam saltem simi« litudinem habeat cum congregatione Maurina, quam sodales « æmulari intendunt. » Facta autem postridie relatione SSmo D. Nostro, Santitas Sua resolutionem S. C. benigne adprobavit et confirmavit.

Romæ, 18 septembris 1835.

1559. Tertii ordinis Carmelitarum.

Ex audientia 30 septembris 1835. SSmus attenta sententia archiepiscopi SSmi Salvatoris de Bahia, ad fovendam pietatem sodalitatis tertii ordinis B. Virginis de Monte Carmelo in eadem civitate fundatæ, sodalitium et ecclesiam ejusdem tertii ordinis ab omni jurisdictione, cura et gubernio parochorum pro tempore exemptam et liberam et immunem declaravit, ad hoc ut sodales tertiarii Carminis exercere possint sacras functiones festivas et funebres, processiones, aliosque pietatis actus absque interventu et interessentia ejusdem parochi, salva semper ordinaria jurisdictione archiepiscopi, a quo deputetur director seu capellanus dicti sodalitii cum facultatibus necessariis et opportunis. Quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Romæ, etc.

1560. Ordinationis regularium.

Nuntio Neapolitano. — Adesivamente alle premure avanzatemi da V. S. Illma e Rma col pregiato suo foglio de' giorni 5 di questo mese, ho esposto alla Santità di N. S. l'infelice situazione de' 4 monaci Cisterciensi che salvatisi a stento dall'incendio del monastero di Poblet nella diocesi di Tarragona, rifugiaronsi sopra un brigantino di bandiera Napolitana, e dopo giunti in codesta capitale hanno per ora fissato la loro residenza in Castellamare.

Dalla supplica da essi avanzata e da Lei inviatami, si rileva che due sono sacerdoti e due diaconi, e che mancando di mezzi di sussistenza, non si offre loro altro modo di procurarseli che la elemosina della messa. Chieggono quindi i due diaconi D. Emanuele Astori, e D. Ignazio Carbò di esser ordinati sacerdoti sia da V. S. Illma sia da Mgr arcivescovo di Sorrento, che dicono aver loro accordato il suo favore.

Per quanto si voglia essere facili nel prestar fede alle assertive degli anzidetti religiosi, non può dissimularsi che si presentano gravi difficoltà, nè queste sono punto sfuggite all'alta penetrazione del S. Padre. Mosso però l'animo clementissimo della Santità Sua dalle dolorose circostanze dei ricorrenti, mi ha commandato significarle, che dovrà Ella adoperare ogni

vail des bras fournit des moyens d'existence, et, pour exécuter l'indult, le délégué ne peut demander davantage.

(1557). *Trappistes de Belgique.* La S. Congrégation invite l'abbé à faire le voyage de Rome pour traiter de l'approbation des constitutions. En effet, les constitutions des Trappistes de Westmall furent approuvées l'année suivante. Le décret de la S. Congrégation est dans un précédent volume des *Analecta.*

(1558). *Rétablissement des Bénédictins en France.* Ceci est le premier document de cette importante affaire. La S. Congrégation refusa l'approbation, parce que l'on proposait de graves modifications dans la règle de saint Benoît; elle se borna donc à décerner des éloges au but des fondateurs. D'ailleurs, aucun des anciens religieux ne pouvait former les novices. Le seul moyen qui restât, c'est que les principaux membres de la communauté de Solesmes fissent le noviciat à Rome; c'est ce qui eut lieu. Nous rapportons plus loin d'autres pièces sur l'affaire.

(1559). *Tiers-ordre du Carmel. Exemption de la juridiction paroissiale.* Le tiers-ordre carme de Bahia, au Brésil, possède une belle église. Le présent décret exempte la confrérie et son église de toute juridiction, direction et gouvernement des curés *pro tempore*, de sorte qu'on pourra célébrer toutes les fonctions festivales et funéraires, les processions et les autres actes de piété sans l'intervention et la présence du curé. L'archevêque nommera le directeur ou chapelain de la confrérie.

(1560). *Espagnols fugitifs. Ordination.* La S. Congrégation écrit au nonce de Naples : « J'ai exposé au Saint-Père la malheureuse situation des quatre religieux cisterciens qui, s'étant sauvés à grand'peine de l'incendie du monastère de Poblet dans le diocèse de Tarragone, se refugièrent sur un brigantin de bannière napolitaine, et, arrivés à Naples, ont fixé pour le moment leur résidence à Castellamare. Il résulte de la demande que vous avez transmise que deux sont prêtres et deux diacres. Dépourvus de tout moyen d'existence, ils n'ont pas d'autre ressource que l'aumône de la messe. C'est pourquoi les deux diacres demandent

industria per procurarsi tutte quelle informazioni che sia possibile di avere sopra i costumi e idoneità dei supplicanti, non che sulla seguita loro ordinazione al diaconato. Quante volte poi non riesca conseguire tali verifiche per mezzo di autentici documenti, esige la Santità Sua che si supplisca con una fede giurata dei due monaci sacerdoti compagni dei postulanti diaconi. Ciò premesso acconsente S. Santità che vengano ordinati sacerdoti o da Lei o da Mgr arcivescovo di Sorrento.

Romæ, 14 novembris 1835.

1561. Super reædificatione ecclesiæ montis carmeli.

Joseph Antonius Tit. S. M. a Pace pres. cardinalis Sala S. C. negociis et consultationibus episcoporum et regularium præfectus.

Præpositus generalis PP. Discalceatorum ordinis Bmæ V. M. de Monte Carmelo nuncupatorum, supplices preces ad nos porrexit, ut S. Congregatio pietatem et studium præsulum ecclesiæ excitaret ad colligendas comparandasque fidelium oblationes in subsidium constructionis sive reædificationis S. Templi Deiparæ dicato quod in Monte Carmeli in partibus infidelium olim erectum, modo restituitur.

Nos itaque, ex oraculo Sanctitatis Suæ, quæ pias oratoris preces excipiendas esse decrevit, his literis nostra manu subscriptis et sigillo S. C. munitis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus omnibus et singulis locorum ordinariis fratres dicti ordinis commendamus, quos præfatus præpositus generalis vel superiores diversis in locis constituti, mittere disposuerint, et has exhibentes literas valido adjuventur patrocinio quo suffulti opportuna auxilia pro officio sibi commisso commode absolvendo consequantur: nos etenim hac Sanctitatis Suæ gratia et benevolentia impulsi, pro viribus nitimur sanctum istud opus, quod in decus et cultum erga Bmam Dei Matrem augendum mirifice cedit, ad ultimam sui perfectionem provehere.

Datum Romæ, die 22 januarii 1836.

1562. Super clausura.

La S. C. de' VV. e RR. avendo maturamente ponderato quanto è stato riferito dalla P. V. in data li 15 dello scorso gennaio sul quesito proposto all'EE. LL. dal P. Clemente da Civitanova capuccino circa le sagrestie delle chiese di codesto ordine, che hanno una porta nella chiesa e l'altra nella clausura, se cioè le dette sagrestie debbano considerarsi come parte della clausura, ha la medesima S. C. approvato il costume che costantemente si osserva in tutto codesto ordine, che quando cioè è aperto l'adito ad una sagrestia per due porte, di cui l'una metta nel chiostro e l'altra nella chiesa, in tal caso la sagrestia si considera compresa nella clausura; se poi la sudetta sia separata dal chiostro, non potendosi entrare in questo che dalla chiesa o dal coro, in questo caso non è compresa nella clausura, e quindi la medesima ha ordinato di scriversi alla P. V. affinchè communichi tutto ciò al P. provinciale del nominato P. Clemente, ordinando che venga pienamense osservato, quanto in tutti gli altri conventi di codesto ordine.

Romæ, 1 martii 1836.

1563. Super electionibus.

Sacrosanctum Concilium Tridentinum, sess. 25, cap. 6 de regularibus, cum rationem eligendi superiores regulares præscriberet sic decrevit: Nec in posterum liceat provinciales aut abbates priores aut alios quoscumque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces et suffragia absentium supplere. Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit..... Cum itaque P. M. generalis totius ordinis minorum S. Francisci animadverterit in capitulis præsertim provincialibus abusus aliquot, ut sibi videbatur, contra hujusmodi decretum irrepsisse, et agnoscens quantum intersit secundum præscriptam formam electiones celebrari, hanc S. C. rogavit ut decem quæstiones seu dubia quæ sequuntur, declararet, videlicet:

1. An nomine absentium, quorum suffragia in electionibus supplenda non sunt ex Tridentini Concilii decreto, illi quoque intelligendi sint, qui vita functi fuerint?

2. An sequuta post ultimam congregationem intermediam morte alicujus guardiani, præses a ministro provinciali conventui administrando suffectus, habeat vocem in primo capitulo provinciali?

3. An provincialis et definitores possint ante celebrationem capituli eumdem præsidem conventus, vel alium religiosum in guardianum eligere, et an post hujusmodi electionem ejusque publicationem novus guardianus jus ferendi suffragium in capitulo provinciali consequatur?

4. Licebitne definitorio vel immediate ante, vel in actu capituli substituere religiosum idoneum in locum alicujus guardiani, qui vocem activam et passivam amiserit?

5. Si quis ex definitoribus actualibus sit etiam cœnobii guardianus, poteritne duplex suffragium ferre? et si guardianatu se abdicaverit, poteritne alter substitui, ne ejus vox in capitulo desit?

6. In iis provinciis ubi parvi conventus vel cœnobia extant, quæ hospitia appellari solent, poterit ne minister provincialis decernere, ut præses hujus vel illius parvi cœnobii jus suffragii habeat?

7. Ubi statuta peculiaria vigent quæ lectoribus jubilatis numerariis jus ferendi suffragii in electione ministri provincialis et definitorum provincialium tribuunt, si qui ex hujusmodi

d'être ordonnés prêtres, soit par Votre Seigneurie illustrissime, soit par Mgr l'archevêque de Sorrente, qui, disent-ils, leur a accordé sa protection. Quelque facilité qu'on veuille mettre à prêter foi aux assertions de ces religieux, il n'y a pas moyen de se dissimuler les graves difficultés de l'affaire; le Saint-Père n'a pas méconnu ces difficultés. Toutefois, son cœur très-clément étant touché de la douloureuse position des recourants, il m'ordonne de vous faire savoir que vous devrez prendre tous les renseignements qu'il sera possible de vous procurer sur la conduite et l'aptitude des recourants, ainsi que sur leur promotion au diaconat. Si vous ne parvenez pas à obtenir des pièces authentiques, le Saint-Père exige qu'il y soit suppléé à l'aide de l'attestation sous la foi du serment des deux prêtres compagnons des diacres recourants. Cela fait, le Saint-Père permet qu'ils soient ordonnés prêtres, soit par vous-même, soit par Mgr l'archevêque de Sorrente. Rome, 14 novembre 1835. »

(1561) *Mont-Carmel. Reconstruction de l'église.* Le cardinal Joseph-Antoine Sala, préfet de la S. Congrégation des Evêques et Réguliers, recommande aux évêques du monde les religieux que le prieur général des Carmes déchaussés se propose de faire quêter pour la reconstruction de l'église du Mont-Carmel.

(1562). *Capucins. Clôture des sacristies.* Les sacristies qui ont une entrée dans l'église et une autre dans le cloître, sont comprises dans la clôture. Celles au contraire dans lesquelles on n'entre que de l'église ou du chœur, ne sont pas comprises; les femmes y peuvent donc entrer, sans crainte des censures canoniques. C'est d'ailleurs ce qui s'est constamment observé dans l'ordre des Capucins.

(1563). *Elections.* Le concile de Trente défend d'établir des provinciaux, abbés, prieurs et autres électeurs honoraires qui prennent part aux élections; il défend aussi de remplacer les voix et suffrages des absents. Des abus s'étant introduits dans l'ordre des Franciscains, la S. Congrégation rétablit les saines maximes, en ce qui concerne les chapitres provinciaux : les gardiens intérimaires n'ont pas voix au chapitre. Le double vote est refusé au gardien, qui est en même temps définiteur provincial ou professeur retraité. L'usage ne peut légitimer la transgression du décret de Trente.

lectoribus sit etiam guardianus, poterit lector simpliciter jubilatus ei substitui cum jure suffragii?

8. Si guardianus a civili potestate suo munere interdicatur, quo se abdicare nolit, poteritne alter ejus vices supplere? Et si idem apud legitimos superiores munus suum sponte dimiserit, poteritne alter in ejus locum eligi ut suffragium ferat?

9. Quonam sensu intelligenda sunt illa verba decreti ad effectum electionis faciendæ, utrum nempe ad ipsum tantummodo actum electionis, an vero etiam ad electores ante capituli celebrationem constitutos pertineant?

10. An consuetudo aut præscriptio possit efficere ut ratæ et validæ sint electiones quæ contra formam decreti Tridentini factæ fuerint?

Itaque S. C. in pleno auditorio die 11 martii 1836, referente Emo Card. Polidori, respondit:

Ad 1. *Affirmative.*

Ad 2. *Negative.*

Ad 3. *Ad quodlibet fraudis discrimen avertendum, non eligantur novi guardiani post festum S. Francisci, sed per præsides regimini conventuum, ubi opus sit, rite consulatur juxta constitutiones ordinis.*

Ad 4. *Negative.*

Ad 5. *Negative in omnibus ad utramque partem.*

Ad 6. *Negative.*

Ad 7. *Negative.*

Ad 8. *Negative ad primam partem, ad secundam provisum in tertio.*

Ad 9. *Affirmative quoad utramque partem quatenus verba Concilii tum ad actum electionis, tum ad electores ita referenda sunt ut nec mere titulares, nec alii, qui vicem absentium suppleant ad effectum electionis faciendæ constitui possint.*

Ad 10. *Negative et supplicandum SSmo pro sanatione ad cautelam præteritarum electionum, quæ contra formam decreti Tridentini factæ fuerint.*

Et facta de præmissis relatione SSmo D. N. in audientia diei 25 martii 1836, S. S. responsiones et declarationes S. C. approbavit et confirmavit, et præsens decretum constitutionibus minorum S. Francisci tan observantium quam reformatorum adjungi jussit, sanando ad cautelam electiones quæ usque adhuc aliter peractæ fuerint, de quibus proinde nullo unquam tempore dubia ac quæstiones excitari posse districte prohibuit.

1564. Super scholis.

Generali conventualium. — Nella Congregazione tenuta da questi Emi miei signori li 13 dello scorso maggio, sono state di nuovo proposte dall'Emo signor Card. Castracane ponente, le istanze de' deputati di Locarno, i quali domandano che siano obbligati i religiosi del suo ordine del convento della detta città a riassumere l'esercizio delle scuole di grammatica e di belle lettere, come da essi sono state fatte dal 1784 al 1798.

Benchè dalle informazioni che questa S. C. ha ricevute tanto dal vescovo di Como che dalla P. V. Rma risulti che i conventuali di Locarno non sono obbligati alle scuole nè per fondazione nè per dotazione, nè per legge del congresso federale, non ostante in vista della presente circostanza esige il bene publico che le riassumano, e questo appunto è stato il voto di questi Emi signori nella sudetta congregazione ad imitazione di altri istituti religiosi che nel cantone del Ticino occupano dell'istruzione. Per render quindi più facile l'esecuzione di un tal decreto, ed avere de' religiosi abili per le scuole, e anche di edificazione al popolo, l'EE. LL. Rme inerendo al parere di V. P. R. l'autorizzano a riunire i religiosi ed i due conventi di Locarno, e di S. M. del Sasso alla provincia Illirio-Veneta conventuale sotto il titolo di S. Antonio di Padova in modo che costituiscano una sola provincia sotto l'obbedienza e dipendenza del P. provinciale della medesima derogando a qualunque disposizione a ciò contraria. Incaricherà inoltre la stessa P. V. Rma il nominato P. provinciale di provvedere al più presto possibile i detti conventi degl'individui necessari al bene spirituale de' fedeli fra' quali due per le scuole, onde aderire alle brame di quel popolo.

Romæ, 6 junii 1836.

1565. Super vita communi.

Commissario Hispano Observantium. — È stata riferita nella S. C. de' VV. e RR. l'istanza presentata dalla P. V. con cui domanda qualche provvidenza per i suoi religiosi dimoranti nella Spagna fuori di convento attese le presenti circostanze, sì per poter disporre del loro peculio formato colle loro religiose fatiche, con elemosine de' benefattori, e con altri leciti mezzi, come anche per l'abilitazione temporanea dei medesimi a benefizi ecclesiastici. Benchè la S. Sede non sia solita di accordare simili indulti in generale, di cui si potrebbe fare abuso, pure attese le attuali straordinarie circostanze della Spagna, e lo stato infelice di quei regolari, la S. C. autorizza la P. V. a far conoscere colla dovuta circospezione e prudenza ai sudetti religiosi del suo istituto, che durante lo stato presente di agitazione della Spagna, e la difficoltà de' ricorsi alla S. Sede potranno: 1° Disporre del loro peculio formato colle sovvenzioni ricevute dai benefattori e parenti e coll'esercizio del sagro ministero e di leciti ed onesti offici anche per mezzo di erede fiduciario in rèmunerazione delle persone, da cui sono stati assistiti in soccorso de' loro religiosi bisognosi, ed in altre cause pie col consiglio del confessore, salvi sempre però rimanendo in diritti dei terzi; 2° Per procacciarsi i mezzi sufficienti per un congruo sostentamento, ricevere in nome della S. Sede, ed a titolo di amministratore un solo beneficio ecclesiastico anche residenziale e curato, e ritenerlo *ad nutum* dei rispettivi

(1612). *Bonaventurins du Palatin.* Absolution des censures. Les religieux franciscains de S. Bonaventure sur le mont Palatin à Rome cèdent une once d'eau au chevalier Mills, leur voisin, pour arroser sa villa, moyennant cinquante écus (250 francs) par an. Cette cession ayant eu lieu sans l'indult apostolique, la S. Congrégation donne pouvoir au général pour absoudre les coupables; elle tolère simplement la cession et permet aux religieux de recevoir les cinquante écus à titre d'aumône par l'intermédiaire de leur syndic apostolique.

(1613). *Dominicains.* Dispense d'âge et de douze ans de profession pour douze sujets destinés à devenir prieurs conventuels, maîtres de novices et confesseurs de religieuses.

(1614). *Incarcération. Sécularisation refusée.* On écrit au général des Observants: « Le provincial et les définiteurs de Bologne ont exposé à la S. Congrégation que le P. François de Rimini, détenu en prison depuis deux ans, refuse l'indult de sécularisation qui a été donné sur leur demande, en disant que sa conscience et sa vocation religieuse y répugnent. Vu la détention que ce religieux subit depuis plusieurs années (chose sans exemple dans l'ordre); eu égard à l'attachement qu'il témoigne pour l'institut, qu'il ne veut pas quitter, les recourants ont prié la S. Congrégation de commuer la détention en un couvent de retraite, lequel sera plus avantageux à l'âme du religieux. La S. Congrégation permet que le P. François soit placé jusqu'à nouvel ordre dans un couvent d'étroite observance sous la surveillance du supérieur local et du provincial. Rome, 6 août 1839. »

(1615). *Espagne. Réguliers expulsés des couvents.* On écrit au commissaire espagnol des Observants: « Votre Paternité a demandé quelques mesures au sujet des religieux que les circonstances actuelles obligent de demeurer hors des cloîtres, soit pour qu'ils disposent du pécule formé par leurs travaux religieux, les aumônes des bienfaiteurs et autres moyens licites, soit pour qu'ils soient provisoirement habilités aux bénéfices ecclésiastiques. Quoique le Saint-Siége n'ait pas l'habitude d'accorder des induits généraux dont on pourrait abuser, toutefois, attendu les circonstances extraordinaires où se trouve l'Espagne, et vu la situation malheureuse des réguliers, la S. Congrégation autorise Votre Paternité à faire savoir avec réserve aux religieux de l'institut que, pendant le présent état d'agitation en Espagne et la difficulté de recourir au Saint-Siége, ils pourront 1° disposer du pécule formé comme il est dit plus haut, pour rémunérer les personnes qui les ont secourus, et pour d'autres causes pies, du conseil de leur confesseur, sauf les droits des tiers. 2° Afin de trouver des moyens d'existence, ils pourront prendre, au nom du Saint-Siége et à titre d'administrateurs, un seul et unique bénéfice ecclésiastique, même résidentiel et paroissial, et le conserver *ad nutum* des ordinaires et des prélats réguliers. Ils devront s'adresser au Saint-Siége dès qu'ils le pourront sans une grave difficulté. Rome, 6 septembre 1839. »

legittimi ordinari, e dei proprii superiori regolari. Avvertirà poi i religiosi medesimi di ricorrere in seguito alla S. Sede, allorchè lo potranno fare senza grave difficoltà. Tanto le significo per suo governo.

Romæ, 6 septembris 1839.

1616. Super confessariis.

Episcopo sancti Severi. — In seguito di quanto V. S. ha riferito a questa S. C. sulle cause che l'indussero a proibire con pubblico manifesto ai religiosi osservanti di S. Bernardino di codesta città e di S. Antonio in S. Paolo di celebrare fuori delle loro chiese e di ascoltare le confessioni, gli Emi miei colleghi non hanno tralasciato di fare le richieste rimostranze al P. ministro generale dell'ordine per la cattiva condotta dei religiosi, come V. S. ha rappresentato, non che di notificargli la sua volontà che i PP. Gaetano da Poggia e Salvatore da Casaservo siano allontanati da codesta diocesi. Il sudetto P. ministro generale ha riferito a questa S. C. in data 14 agosto passato, che in ossequio de' suoi voleri aveva già dati gli ordini opportuni per la remozione dei nominati religiosi. Fa d'uopo però d'altra parte che V. S. senza ritardo revochi la proibizione di dire la messa e di ascoltare le confessioni, le quali non si possono sostenere e servono ad accrescere lo scandalo. Che se in seguito accaderà a V. S. di aver cause sufficienti per la remozione di qualche religioso, o ve la la necessità di prendere qualche provvedimento sopra i regolari, si rivolgerà a questa S. C. la quale interporrà la sua autorità.

Romæ, 12 septembris 1839.

(1616). *Confesseurs de tout un couvent révoqués par l'évêque.* On écrit à l'évêque de Saint-Sévère : « D'après ce que Votre Seigneurie a fait savoir à la S. Congrégation sur les motifs qui l'ont déterminé à prohiber par édit public aux Observants de S. Bernardin et de S. Antoine de célébrer la messe en dehors de leurs églises et d'entendre les confessions, les cardinaux mes collègues n'ont pas négligé de faire les remontrances voulues au général de l'ordre sur la mauvaise conduite des religieux, comme Votre Seigneurie l'a exposé; on lui a aussi notifié que les PP. Gaétan et Sauveur doivent être retirés du diocèse. Le général a fait savoir à la S. Congrégation sous la date du 14 août dernier qu'il a donné l'ordre de faire partir lesdits religieux. D'autre part, il faut que Votre Seigneurie révoque sans retard la défense de dire la messe et de confesser, qui ne peut être maintenue et contribue à augmenter le scandale. Si dans la suite Votre Seigneurie croit devoir révoquer quelques religieux ou juge nécessaire de prendre quelque mesure au sujet des réguliers, elle s'adressera à cette S. Congrégation, laquelle interposera son autorité. Rome, 12 septembre 1839. »

(La suite prochainement.)

MÉLANGES

— S. François de Sales déclaré docteur de l'Église. — Bref pontifical.

Nous avons publié dans la XVIe série, le décret de la S. Congrégation des Rites sur le titre de docteur qui a été conféré à S. François de Sales. Voici le bref pontifical, en date du 16 novembre 1877.

Pius PP. IX. Ad perpetuam rei memoriam. Dives in misericordia Deus, qui Ecclesiæ suæ in hoc militanti nunquam defuit, at juxta varias rerum ac temporum vicissitudines opportuna sapienter præsidia subministrat, cum sæculo XVI christianas gentes in virga furoris sui visitaret, pluresque Europæ provincias grassantium late hæresum tenebris obrui permitteret, haud volens plebem suam repellere, nova sanctorum virorum lumina providæ excitavit, quorum splendore collustrati Ecclesiæ filii in veritate confirmarentur, ipsique prævaricatores ad illius amorem suaviter reducerentur. E quorum clarissimorum hominum numero Franciscus Salesius episcopus Genevensis, inclytæ sanctitatis exemplar, et veræ piæque doctrinæ magister extitit, qui, ne dum voce, sed et scriptis immortalibus insurgentium errorum monstra confodit, fidem asseruit, vitiis eversis mores emendavit, cunctis pervium cœlum ostendit. Qua præcellenti sapientia eam laudem assecutus est, qua veteres illos ac præcipuos Ecclesiæ Dei doctores præstitisse sa: mem: Bonifacius VIII prædecessor noster declaravit (cap. un. de rel. et ven. Sanctorum in 6); qui scillicet « per salutaria documenta illustrarunt Ecclesiam, decorarunt virtutibus, et moribus informarunt », quosque descripsit « quasi luminosas ardentesque lucernas super candelabrum in domo Dei positas, errorum tenebris profugatis, totius corpus Ecclesiæ, tamquam sidus matutinum » irradiantes « Scripturarum reserantes ænigmata, ac profundis et decoris sermonibus ipsius Ecclesiæ fabricam, veluti gemmis vernantibus » illustrantes.

Hoc sane elogium ad Genevensem episcopum pertinere, vel eo adhuc vivente, maxime vero post ejus obitum, fama percelebris testata est, et ipsa scriptorum ab eo relictorum singularis eminentia invicto plane argumento demonstrat. Enimvero magno in pretio Francisci doctrinam, dum in vivis ageret, habitam esse, vel ex eo colligere licet, quod e tot strenuis veritatis catholicae defensoribus, qui eo tempore florebant, unum Genevensem præsulem sa : mem : Clemens VIII prædecessor noster elegerit, quem adire juberet Theodorum Bezam Calvinianæ pestis propugnatorem acerrimum, et cum eo solo solum agere, ut, illa ove ad ovile Christi revocata, plures alias reduceret. Quod munus adeo eximie Franciscus, non sine vitæ suæ periculo, implevit, ut hæreticus homo ex merito confutatus veritatem fassus sit, licet ex scelere, arcano Dei judicio, indignus extiterit, qui ad Ecclesiæ sinum rediret. Nec minori plane æstimatione sanctum episcopum gavisum fuisse exinde constat, quod sa : me : Paulus V prædecessor noster, dum celebris disceptatio *de Auxiliis* Romæ ageretur, sancti hujus præsulis sententiam ea super re exquiri voluerit, ejusque consilio obsecutus, subtilissimam, ac periculi plenam quæstionem diu acriusque exagitatam, indicto partibus silentio, consopiendam judicaverit. Quin imo, si ipsæ epistolæ ab eo ad plurimos scriptæ considerentur, cuique compertum erit, Franciscum ad instar gravissimorum inter veteres Ecclesiæ Patres, a compluribus, de iis, quæ ad catholicam fidem explicandam, tuendamque, quæstiones ea de re enucleandas ac vitam ad christianos mores componendam pertinerent, rogatum saepe fuisse; ipsumque, multa persecutum copiosissime ac docte, apud Romanos pontifices, apud principes, apud magistratus, apud sacerdotes cooperatores suos in sacro ministerio, adeo valuisse, ut ejus studio, hortationibus, monitis, consilia sæpe inita fuerint, quibus regiones ab hæretica lue purgarentur, catholicus cultus restitueretur, religio amplificaretur.

Hæc præcellentis doctrinæ opinio post illius obitum imminuta non est, imo vehementer aucta; virique ex omni ordine clarissimi, ipsique summi pontifices, eminentem illius scientiam magnis laudibus extulerunt. Equidem sa : me : Alexander VII in bulla canonizationis (XIII kalendas maias an. M D C L XV) Franciscum Salesium, doctrina celebrem, sanctitate admirabilem prædicavit, ætatique suæ contra hæreses medicamen, praesidiumque; ita ut scriptorum illius documentis irrigata populorum ac virorum nobilium pectora affluentem evangelicæ vitæ messem peperisse affirmet. Quibus plane congruit, quod in consistoriali allocutione ante canonizationem habita; complexus est, Salesium scilicet « docendo omnes, tum doctrinæ lubris saverbo, tum vitæ innocentis exemplo » multa in Ecclesiæ

bonum præstitisse, ejusque adhuc magnam partem superesse « ope monitorum, et evangelicæ disciplinæ documentorum, quæ libris consignata, fidelium manibus terebantur ». Nec ab his aliena sunt, quæ in literis datis ad moniales Visitationis monasterii Anneciensis V Kalendas augusti an : MDCLXVI aiebat, virtutem nimirum, ac sapientiam illius « christianum orbem universum late perfundere » ; inclyta ejus promerita « doctrinamque plane divinam » se admiratum, eum elegisse, quem « præcipuum vitæ ducem, ac magistrum sequeretur ». Quod quidem magisterium sa : mem : Clementi IX prædecessori nostro ejusmodi visum est, ut et antequam pontifex esset, de Salesio asseruerit « præclarisssimis voluminibus pium quodammodo armamentarium animarum beneficio condidisse » et pontificatum adeptus antiphonam in illius honorem probaverit in ea verba : « Replevit sanctum Franciscum Dominus spiritu intelligentiæ, et ipse fluenta doctrinæ ministravit populo Dei » Suis vero antecessoribus concinens Benedictus XIV sa : mem : libros Genevensis præsulis scientia divinitus acquisita scriptos affirmare non dubitavit, illius auctoritate usus difficiles quæstiones solvit, « sapientissimum animarum rectorem » appellavit. (Const. *Pastoralis curæ* 5 augusti MDCCXLI.)

Itaque mirandum minime est plurimos qui ingenii, ac doctrinæ laude florerent, academiarum doctores, oratores summos, jurisconsultos, theologos insignes, et vel ipsos principes virum hunc vere magnum ac doctissimum ad hæc usque tempora prædicasse : multos vero, ut magistrum, fuisse secutos, atque ex ejus libris plura in sua scripta derivasse.

Porro hæc universalis persuasio, de excellenti Salesii scientia ex qualitate ipsa doctrinæ ipsius exoritur, quæ nimirum in sublimæ sanctitatis culmine ita in eo supereminet, ut doctoris Ecclesiæ tota propria sit, virumque hunc inter præcipuos magistros sponsæ suæ a Christo Domino datos, ascensendum suadeat. Quamvis enim sanctos doctores, qui primis Ecclesiæ sæculis floruerunt, antiquitas ipsa spectatos faciunt, latinique aut græci sermonis, quo libros ediderunt, in iis ornamentum accedat, id tamen potissimum, ac plane necessarium (quod supra monuimus) huic magisterio est, ut in scriptis diffusa ultra communem modum doctrina cœlestis appareat, quæ argumentorum copia, et varietate, splendoribus veluti circumamicta, totum Ecclesiæ corpus nova luce perfundat, sitque fidelibus in salutem.

Hæc itaque laudum præconia Genevensis episcopi libris apprime conveniunt. Sive enim quæ de rebus asceticis ad christianam vitam sancte, pieque ducendam, sive quæ de controversiis ad fidem tuendam, et hæreticos refutandos, sive quæ de divini verbi prædicatione scripsit considerentur, nemo est qui non videat, quanta per sanctissimum virum emolumenta sint in catholicum populum invecta. Equidem duodecim libris insignem, atque incomparabilem tractatum «de amore Dei » docte, subtiliter, dilucideque complexus est, qui tot præcones de suavitate sui auctoris habet, quot lectores. Maxime autem vivis coloribus virtutem, alio opere, quod « Philothea » inscribitur, pinxit ; ac prava sternens in directa, et aspera in vias planas, universis Christifidelibus iter ad eam ita facile commonstravit, ut vera exinde pietas lucem suam ubique effunderet, viam sibi ad regum solia, ad ducum tentoria, ad judiciorum forum, telonia, officinas, et ipsa oppidula pastorum aperiret. Enimvero iis scriptis ex sacra doctrina summa scientiæ sanctorum principia eruit, et ita enucleat, ut insigne ipsius privilegium plane visum sit, quod ad omnes fidelium conditiones sapienter, leniterque eamdem accommodare noverit. Huc accedunt tractatus de rebus ad magisterium pietatis spectantibus ipsæque constitutiones, sapientia, discretione, ac suavitate conspicuæ, quas pro sanctimonialibus ordinis Visitationis beatæ Mariæ ab eo constituti scripsit. Uberrimam etiam rei asceticæ segetem epistolæ ipsius ad plurimos datæ suppeditant, in quibus illud plane mirabile est, quod Spiritu Dei plenus, et ad ipsum suavitatis auctorem accedens, devoti cultus erga sacratissimum Cor Jesu semina miserit, quem in hac nostra temporum acerbitate maximo pietatis incremento mirifice propagatum, summa cum animi nostri exultatione conspicimus. Nec prætereundum est, in his lucubrationibus, ac præsertim in interpretatione Cantici canticorum, plura scripturarum ænigmata, quæ ad morales, et anagogicos sensus pertinent, reserari, enodari difficultates; obscura nova luce perfundi, quibus licet inferre, Deum, cælestis sui irrigui gratia influente, sancto huic viro sensum aperuisse, ut intelligeret scripturas, easque pervias doctis, indoctisque redderet. Porro ad retundendam hæreticorum sui temporis pervicaciam, confirmandosque catholicos non minus feliciter, ac de asceticis rebus « Controversarium » librum in quo plena catholicæ fidei demonstratio est, aliosque tractatus, concionesque de veritatibus fidei, itemque « Vexillum Crucis » conscripit, quibus adeo strenue, pro Ecclesiæ causa certavit, ut innumeram perditorum hominum multitudinem ad ejus sinum reduxerit, fidem in tota Caballiacensium provincia, longe lateque restituerit. Imprimis auctoritatem hujus Apostolicæ Sedis, ac Romani pontificis beati Petri successoris propugnavit, ac ipsius primatus vim ac rationem, ea perspicuitate explicavit, ut Vaticani œcumenici concilii definitionibus feliciter præluserit. Certo, quæ de infallibilitate Romani pontificis, in quadragesimo sermone « Controversiarum » asserit, cujus authographum, cum in concilio res ageretur, detectum est, ejusmodi sunt, quæ nonnullos Patres tunc ea super re adhuc ancipites, ad definitionem decernendam, veluti manu duxerint.

Ex tanto sancti præsulis in Ecclesiam amore, et ejus defendendæ studio, ea ratio enata est, quam in divini verbi præconio adhibuit, sive ad Christianam plebem in elementis fidei erudiendam, sive ad mores doctiorum informandos, sive ad fideles omnes ad perfectionis culmen deducendos. Etenim se debitorem agnoscens sapientibus, et insipientibus, omnibus omnia factus, simplices, et agrestes homines in simplicitate sermonis docere curavit, inter sapientes vero locutus est sapientiam. Qua super re, et prudentissima præcepta tradidit, idque assecutus est, ut sacræ eloquentiæ dignitas temporum vitio collapsa, ad antiquum splendorem proposito sanctorum Patrum exemplo revocaretur ; atque ii disertissimi oratores ex hac schola prodierint, a quibus uberrimi fructus in universam Ecclesiam redundarunt. Itaque sacræ eloquentiæ instaurator, ac magister ab omnibus habitus est.

Denique cœlestis ejus doctrina, veluti aquæ vivæ flumen, irrigando Ecclesiæ agro, adeo utiliter populo Dei fluxit ad salutem, ut verissima appareant, quæ sa : mem : Clemens VIII prædecessor noster, Salesio, cum ad episcopalem dignitatem eveheretur, veluti divinans dixerat, iis proverbiorum verbis adhibitis : « Vade fili, et bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui ; deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide. »

Has itaque salutis aquas haurientes cum gaudio fideles, eminentem Genevensis episcopi scientiam suspexerunt, eumque magisterio Ecclesiæ dignum ad hæc usque tempora existimarunt. Enimvero his causis adducti, plurimi ex Vaticani concilii Patribus, nos, enixis votis, communi voce rogarunt, ut sanctum Franciscum Salesium doctoris titulo decoraremus. Quæ quidem vota et sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinales, et plures ex toto orbe antistites, ingeminarunt; iis vero plura canonicorum collegia, magnorum lycæorum doctores, scientiarum academiæ, augusti principes, ac nobiles proceres, ingens denique fidelium multitudo suis supplicationibus accesserunt. Nos itaque tot tantisque precibus obsecundare lubenti animo volentes, gravissimum negotium, ut oris est, Congregationi venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalium sacris ritibus tuendis præpo-

sitorum examinandum remisimus. Jamvero dicta venerabilium fratrum nostrum Congregatio in ordinariis comitiis ad nostras Vaticanas ædes die 7 julii labentis anni habitis, audita relatione venerabilis fratris nostri cardinalis Aloisii Bilio episcopi Sabinensis, ejusque sacræ Congregationis tunc prælecti, et causæ ponentis, mature perpensis animadversionibus Laurentii Salvati sanctæ Fidei promotoris, nec non patroni causæ responsis, post accuratissimum examen, unanimi consensu rescribendum censuit : « Consulendum Sanctissimo pro concessione, seu declaratione, et extensione ad universam Ecclesiam tituli doctoris in honorem sancti Francisci de Sales, cum officio, et missa de communi Doctorum Pontificum, retenta oratione propria, et lectionibus secundi nocturni. » Quod rescriptum, nos, edito generali decreto Urbis et Orbis die 19 mensis, et anni ejusdem, approbavimus. Item novis porrectis precibus, ut aliqua additio fieret, tum in Martyrologio Romano, tum in sexta lectione in festo S. Francisci Salesii, utque concessiones omnes hac super re factæ nostris Literis Apostolicis in forma brevis confirmarentur; eadem venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalium congregatio, in ordinariis comitiis die 15 septembris anni ejusdem habitis, rescripsit : « Pro gratia, ac supplicandum Sanctissimo pro expeditione Brevis. » Addi vere censuerunt elogium Martyrologii Romani post verba : « Annesium translatum fuit, » hæc alia : « Quem Pius IX, ex sacrorum Rituum Congregationis consulto universalis Ecclesiæ doctorem declaravit » ; ad lectionem vero sextam post verba : « vigesima nona januarii, » adjungi sequentia : « et a summo pontifice Pio IX, ex sacrorum Rituum congregationis consulto, universalis Ecclesiæ doctor fuit declaratus. » Et hoc quoque rescriptum memoratæ Congregationis die 20 dicti mensis, et anni ratum habuimus et confirmavimus, atque ut super concessionibus omnibus, hac de re factis, Apostolicæ Literæ expedirentur, mandavimus.

Quæ cum ita sint, supradictorum sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalium, antistitum, collegiorum, academiarum, ac fidelium votis obsecuti, deque consilio memoratæ venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalium congregationis sacris ritibus cognoscendis præpositæ, auctoritate nostra Apostolica, tenore præsentium, titulum doctoris in honorem sancti Francisci Salesii Genevensis episcopi ac ordinis sanctimonialium beatæ Mariæ V. Visitationis institutoris, confirmamus, seu quatenus opus sit, denuo ei tribuimus, impertimus, ita ut in universali catholica Ecclesia, semper ipse doctor habeatur, atque in die festo anniversario, cum a sæculari, tum a regulari clero, celebrando officium et missam juxta memoratum sacrorum Rituum Congregationis decretum fiat. Prætera ejusdem doctoris libros, commentaria, opera denique omnia, ut aliorum Ecclesiæ doctorum, non modo privatim, sed et publice in gymnasiis, academiis, scholis, collegiis, lectionibus, disputationibus, interpretationibus, concionibus aliisque ecclesiasticis studiis, christianisque exercitationibus, citari, proferri, et prout res postulaverit adhiberi decernimus.

Ut vero fidelium pietati in hujus doctoris die festo rite colendo, ejusque ope imploranda, excitamenta adjiciantur, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui die festo ejusdem sancti doctoris, aut uno ex septem diebus continuis immediate subsequentibus, uniuscujusque Christifidelis arbitrio sibi deligendo, vere pœnitentes, et confessi, sanctissimam eucharistiam sumpserint, et quamlibet ex ecclesiis ordinis sanctimonialium Visitationis beatæ Mariæ Virginis devote visitaverint ibique pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione, et sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Quapropter universis venerabilibus fratribus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis aliarum ecclesiarum prælatis, per universum terrarum orbem constitutis, per præsentes mandamus, ut quæ superius sancita sunt, in suis provinciis, civitatibus, ecclesiis, et diœcesibus solemniter publicari, et ab omnibus personis ecclesiasticis sæcularibus, et quorumvis ordinum regularibus, ubique locorum et gentium, inviolabiliter, et perpetuo observari procurent. Hæc præcipimus, et mandamus, non obstantibus apostolicis, ac in œcumenicis, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus vel spcialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si fuerint exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 16 novembris MDCCCLXXVII, pontificatus nostri anno trigesimo secundo.

F Card. Asquinius.

— *Livres mis à l'Index. Décret de la S. Congrégation promulgué à Rome.*

Un décret en date du 21 décembre 1877, affiché à Rome le 29, insère au catalogue des livres défendus : *Les Evangiles*, par Ernest Renan; divers ouvrages des vieux-catholiques d'Allemagne, notamment l'*Histoire du concile du Vatican* de Friedrich.

Decretum. Feria II die 17 decembris 1877. Sacra congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a Sanctissimo Domino nostro Pio papa IX sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravæ doctrinæ, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana republica præpositorum et delegatorum, habita in palatio apostolico, Vaticano die 17 decembris 1877 damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quæ sequuntur opera :

Ellero Pietro. *Scritti minori.* Bologna, tip. Fava e Garagnani, 1875. *Scritti politici*, Bologna etc., 1876. *La Questione sociale.* Bologna, 1877.

Zeller Eduard, prof. à l'université de Berlin : *La légende de saint Pierre, premier évêque de Rome*, traduit par Alfred Marchand. Paris, 1876. Quocumque idiomate.

Renan Ernest. *Les Evangiles.* Paris, 1877.

Reinkens Dr. Joseph. *Ueber Einheit der kathalischen Kirche.* Würzburg, 1877. Latine vero : *De unitate Ecclesiæ catholicæ.* Opus prædamnatum ex Reg. II Indicis Tridentini. Decr. S. Off. feria IV die 19 dec. 1877.

Ist an Christi Stelle fur uns der Papst getreten ? Latine vero : *Estne pro nobis Romanus pontifex positus Christi loco ?* Opus prædamnatum ex Reg. II Indicis Tridentini. Decr. S. Off. feria IV die 19 Dec. 1877.

Friedrich Dr. J. *Geschichte des Vaticanischen Konzils.* Bonn, 1877. Latine vero ; *Historia Concilii Vaticani.* Opus prædamnatum ex Reg. II Indicis Tridentini. Decr. S. Off. feria IV die 19 dec. 1877.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis pradicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel

retinere audeat, sed locorum ordinariis, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub pœnis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus Sanctissimo Domino nostro Pio papæ IX per me infrascriptum S. I. C. a secretis relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari præcepit. In quorum fidem etc.

Datum Romæ die 21 decembris 1877.

Antoninus Card. de Luca præfectus. — Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Præd. S. Ind. Congreg. a secretis.

Loco sigilli.

Die 29 decembris 1877 ego infrascriptus magister cursorum testor supradictum decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe. Philippus Ossani mag. curs.

— *Vol dans les Eglises. Profanation des vases sacrés. Circulaire de S. E. le cardinal vicaire aux recteurs des églises de France.*

S. E. le cardinal-vicaire a adressé une circulaire aux recteurs et secrétaires des églises de Rome, en date du 15 janvier 1878, dans le but d'obvier aux vols sacriléges. Voici la traduction de cette circulaire, dont le texte italien est plus loin :

« Depuis peu de temps il est arrivé plus d'une fois dans quelques églises de Rome qu'une main sacrilége, en brisant le tabernacle, ou en l'ouvrant furtivement avec la clef laissée sur l'autel, a volé le ciboire avec toutes les saintes espèces eucharistiques. Pour prévenir autant possible un si horrible méfait, nous ordonnons aux recteurs ou sacristains de redoubler de vigilance, particulièrement aux heures où les églises sont le moins fréquentées. Qu'ils fassent fortifier au besoin la serrure du tabernacle, et qu'ils gardent la clef avec le plus grand soin. Ils ne doivent la confier qu'au prêtre qui doit donner la communion aux fidèles, ou exposer le Saint-Sacrement ; on devra rendre immédiatement cette clef au recteur ou sacristain qui en sera responsable. Afin que notre ordonnance soit observée ponctuellement, nous enjoignons de la tenir affichée dans les sacristies. Rome, 15 janvier 1878. »

Circolare ai rr. rettori e sagrestani delle chiese di Roma. In breve tempo più di una volta è accaduto in qualche Chiesa di Roma che una mano sacrilega sfasciando il ciborio, od aprendolo furtivamente colla chiavetta rinvenuta sopra l'altare, ne abbia involato la pisside con tutte la sante specie eucaristiche. Ad impedire per quanto è possibile che si ripeta un così orrendo misfatto, ordiniamo ai rettori o sagrestani delle Chiese che raddoppino la loro vigilanza, specialmente in quelle ore, in cui il sacro tempio è meno frequento ; che facciano rafforzare, ove occorra, la serratura del ciborio, e ne custodiscano gelosamente la chiavetta, la quale non si consegnerà se non al sacerdote, che deve comunicare i fideli, ovvero esporre o riporre il Venerabile, e quindi verrà immediatamente restituita allo stesso rettore o sagrestano, che ne sarà responsabile.

Affinchè poi sia puntualmente eseguita questa nostra disposizione, commandiamo che la presente rimanga affissa nelle singole sagrestie.

Dalla nostra residenza a dì 15 gennaio 1878. R. CARD. VICARIO
Placido Can. Petacci segretario.

La onzième série des *Analecta* (col. 600) contient une encyclique de la S. Congrégation des Evêques et Réguliers de 1724, laquelle rappelle les prescriptions canoniques.

— *Scapulaire blanc du Sacré-Cœur de Jésus et du Saint Cœur très pur de Marie donné par les Enfants de Marie Immaculée. Bref pontifical concédant des indulgences.*

Les Enfants de Marie Immaculée, dont la maison-mère est à Chavagnes, diocèse de Luçon, ont obtenu du Saint-Siége le privilége de donner le Scapulaire blanc du Sacré-Cœur de Jésus et du Saint-Cœur de Marie. Afin d'accroître la dévotion des fidèles, le Saint-Père a bien voulu accorder de nouvelles indulgences par le bref qui suit, en date du 10 juillet 1877 :

Pius PP. IX. Ad perpetuam rei memoriam. Exponendum nobis curavit dilectus filius moderator generalis Congregationis presbyterorum, qui Filii Mariæ Immaculatæ nominantur, ac principem domum habent in oppido Chavagnes-en-Paillers, diœcesis Lucionen. Nos per alias Apostolicas Litteras Christifidelibus tum diœcesis Lucionen., tum reliquarum Galliæ diœceseon ubi iidem presbyterid vel domos habent, vel sacrum exercent ministerium, ac per rescriptum S. Congreg. de Propaganda Fide Christifidelibus quoque diœcesis Rosen., qui scapulare album SSmi Cordis Jesu et Purissimi Cordis Mariæ a presbyteris memoratæ congregationis juxta formulam adprobatam benedictum atque impositum suscepissent, nonnullas plenarias indulgentias statis diebus lucandras concessisse. Jam vero cum Christifideles complures sacrum scapulare acceperint, aliique multi in dies accipiant, idem dilectus filius præfatæ Congregationis moderator supplices nobis preces admovit, ut quo majori Christifideles pietatis affectu ferantur erga SSma Corda Jesu et Mariæ, et uberiores inde gratiarum fructus percipiant, concessis indulgentiis nonnullas alias addere dignaremur. Nos itaque piis hujusmodi precibus quantum in Domino possumus, benigne annuere volentes, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus e diœcesibus supra memoratis, qui sacrum scapulare SSmi Cordis Jesu ac Purissimi Cordis Mariæ, ut supra dictum est susceperint, si vere pœnitentes et confessi ac sacra communione refecti, propriam cujusque parochialem ecclesiam in festivitatibus Conceptionis et Annuntiationis B. Mariæ Virginis Immaculatæ a primis vesperis, et uno ad libitum cujusque mensis die, ab ortu usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea eisdem Christifidelibus corde saltem contritis, quolibet die Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam pro Romani pontificis incolumitate et pro triumpho ac prosperitate S. Romanæ Ecclesiæ devote recitaverint, tercentos dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari indulgemus. Cum vero dictus dilectus filius moderator generalis præfatæ Congregationis Presbyterorum etiam nos rogaverit ut iis in locis ubi festum SSmi Cordis Jesu non in dominica, ut in diœcesi Lucionensi sed feria sexta post octavam solemnitatis SSmi Corporis Christi celebrari solet, facultatem Christifidelibus facere dignaremu indulgentiam plenariam pro eo festo ipsis concessam hac feria sexta lucrandi, nos his quoque precibus obsecundare censuimus. Atque ideo memoratis Christifidelibus, qui injuncta pietatis opera rite in Domino præstiterint, ut feria sexta post octavam solemnitatis SSmi Corporis Christi, si hac feria festum

SSmi Cordis Jesu in loco, ubi degunt, celebretur, ita ut ipsi concessum est, consequi possint, elargimur. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 10 julii MDCCCLXXVII, pontificatus nostri anno trigesimo secundo.

Pro D. Card. Asquinio — D. Jacobini subst.

— *Rosaire vivant. Bref pontifical qui confie aux Dominicains la direction de la confrérie.*

Pius PP. IX. Ad perpetuam rei memoriam. Quod jure hæreditario pluries quoque ab Apostolica Sede confirmato ad inclytum Fratrum Prædicatorum ordinem in Galliis etiam pertinuerat, propagare nempe pium exercitium cui a Rosario nomen in honorem B. Mariæ Virginis, et sodalitates a sancto Rosario erigere, postliminii jure enixis precibus repetunt trium provinciarum prædicti ordinis in Galliis consistentium præsides.

Pietate et industria bonæ memoriæ Mariæ Jaricot, Lugduni ortum habuit sodalitas a Rosario vivente nuncupata, cujus sodales, in quindenas dispertiti, singulis per mensem diebus, mysterium ad meditandum decademque recitandam sibi unoquoque mense sortiuntur; et sic reliquis deinceps mensibus Hanc sodalitatem adscriptorum numero auctam, laudibus prosecutus est, indulgentiisque ditavit, fel. rec. Gregorius XVI, decessor noster, qui eidem sodalitati patronum dedit eminentissimum virum Aloysium Lambruschini tunc temporis in Galliis nuntium apostolicum, fecitque dilectum filium Bethemps metropolitanæ Ecclesiæ Lugdunensis canonicum ejusdem sodalitatis moderatorem supremum, cujus erat sodalitatum hujusmodi in reliquis diœcesibus præsides deligere, ac zelatores singulis sectionibus præficere. Jamvero, uno et altero, quibus sancta Sedes hujusce sodalitatis patronatum et regimen, ut supra, demandaverat, vita functis, et restituta in Galliis Fratrum Prædicatorum familia, cujus tres ibidem provinciæ constitutæ sunt, quum præfata sodalitas non sine periculo jacturæ indulgentiarum, primæva constitutione et ordinatione sua destituta videatur, dilecti filii hodierni trium Dominicani Ordinis provinciarum in Galliis existentium præsides, enixe a Nobis postulant, ut supremam Rosarii viventis moderationem magistro generali ordinis supradicti, singularum autem sodalitatum seu societatum hujusmodi regimen et curam moderatoribus confraternitatum a S Rosario quæ in locis singulis erectæ sunt, de auctoritate nostra committamus.

Nos igitur, hisce votis obsecundare, omnesque et singulos, quibus nostræ hæ litteræ favent, peculiari beneficentia prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac pœnis, quovis modo vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, auctoritate nostra apostolica, perpetuis futurisque temporibus, munus supremi moderatoris Rosarii viventis dilecto filio magistro generali ordinis fratrum Prædicatorum demandamus, regimen vero et curam sodalitatum seu societatum a Rosario vivente præsidibus seu moderatoribus confraternitatum a S. Rosario, quæ in singulis locis institutæ sunt, auctoritate item nostra, et perpetuum in modum, committimus.

Decernentes has literas nostras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, dictisque in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, Sedis Apostolicæ nuntios, et S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, et alios quoslibet, quacumque præeminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere; ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus nostra, cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo cæterisque quamvis speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Volumus autem ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die 17 augusti MDCCCLXXVII, pontificatus nostri anno trigesimo secundo.

F. Card. Asquinius.

— *Circulaire du général des Dominicains sur le Rosaire vivant. Confréries. Directeurs.*

Cette circulaire a pour objet la mise à exécution du bref qui confie la direction du Rosaire vivant aux Dominicains. Les anciens directeurs sont confirmés, les recteurs des confréries du Rosaire sont nommés directeurs du Rosaire vivant.

Nos Fr. Josephus Maria Sanvito, sacræ theologiæ professor ac vicarius generalis totius ordinis Prædicatorum, omnibus patribus, fratribus et sororibus ejusdem ordinis salutem et sanctæ exultationis spiritum. Cum SS. D. N. Pius PP. IX, per breve *Quod jure hæreditario* datum die 17 aug. 1877, nobis supremam Rosarii viventis moderationem commiserit, virtute facultatum ita nobis attributarum, sequentia declarando ordinamus :

Omnes et singuli directores Rosarii viventis hodie existentes in officio suo ad vitam confirmantur, cum facultate eligendi novos zelatores etiam novis quindenis præficiendos. Similiter, omnes zelatores hodie existentes ad vitam in officio suo confirmantur. Omnes denique sodales a prædictis zelatoribus hucusque recepti, aut ab iisdem in posterum recipiendi, pro legitime admissis habendi sunt, ita ut omnibus indulgentiis et gratiis Rosario viventi concessis aut concedendis libere perfruantur.

In posterum autem, ut quis in sodalitatem Rosarii viventis legitime cooptetur et lucretur indulgentias huic sodalitati concessas, necessarium erit illum eligi aut approbari ab aliqua zelatrice seu zelatore, qui ipse approbatus seu institutus fuerit ab aliquo legitimo Rosarii viventis directore. Pro legitimis vero directoribus habendi erunt : 1. Juxta breve supra citatum, omnes directores confraternitatum SS. Rosarii quæ in singulis locis per magistrum generalem FF. Prædicatorum de consensu ordinarii canonice erectæ sunt aut in posterum erigentur; 2. in locis ubi confraternitas SS. Rosarii non existit, sacerdotes qui, vel a nobis immediate, vel ab AA. RR. PP. Provincialibus (virtute delegationis quam singulis in sua provincia concedimus) instituti fuerint.

Nuper quidem in manus nostras pervenerunt nonnulla documenta authentica ab Rosarium vivens pertinentia, quæ

nunquam adhuc prælo commissa sunt : alia vero, quæ nobis desunt, reperire satagemus. Quibus omnibus examinatis et perpensis, necnon consulta (si opus fuerit, ut omnis dubitandi occasio auferatur) S. Congregatione Indulgentiarum, brevem libellum conficiendum curabimus, in quo accurate explicabuntur ea quæ ad prædictam Rosarii viventis devotionem referuntur.

Quamobrem breve pontificium his nostris litteris adjungimus, simulque jubemus ut omnes ad ea quæ sunt præscripta se conforment. Deum igitur enixis precibus pro pontifice nostro Pio papa IX, qui novum beneficentiæ suæ argumentum ordini nostro contulit, exorent. Dum vero benedictionem nostram omnibus vobis ex corde impertimus, vestris quoque precibus nos ipsos, sociosque commendamus. Valete.

— *Autre circulaire du général des Dominicains pour la réorganisation du Rosaire vivant.*

Cette seconde circulaire explique plus en détail les dispositions de la précédente. On y donne la formule de la nomination des directeurs.

Nos Fr. Josephus Maria Sanvito sacræ theologiæ professor ac vicarius generalis totius ordinis Prædicatorum omnibus PP. provincialibus et superioribus congregationum ordinis nostri salutem. Ut in omnibus Ordinis nostri provinciis obtineatur unitas quantum ad moderationem *Rosarii viventis*, quæ nuper a SS. D. N. Pio PP. IX per breve datum die 17 augusti 1877 nobis commissa est, sequentia declarando ordinamus, quæ per modum regulæ directivæ, ab omnibus nostræ auctoritati subjectis observari decernimus :

1° Omnes Rosarii viventis directores, etiam generales seu diœcesani, die 15 novembris hujus anni præsentis existentes, pro confirmatis ad vitam et pro egitimis habendi sunt, non exceptis illis in quorum loco, seu civitate, adest confraternitas SS. Rosarii ipsorum regimini non credita.

2° Isti directores ita confirmati eligere possunt in posterum novos zelatores, non autem novos directores.

3° Novi directores institui non possunt, nisi a Rmo ordinis magistro, vel a provincialibus, ex ejus delegatione, quæ jam singulis in sua provincia commissa est.

4° Omnes directores locales possunt instituere unum, aut etiam plures viros, seu mulieres, qui, cum nomine *præsidentis*, aut alio simili, sub directoris auctoritate, et in ipsius localitate, pluribus præsunt zelatoribus, prout expedire videbitur. Et hoc idem facere possunt provinciales per totam provinciam, in locis ubi non adest confraternitas SS. Rosarii, et ubi non reperitur aliquis sacerdos idoneus, qui possit et velit partes directoris suscipere.

5° Provinciales constituent directores *locales*, non autem *generales*, v. gr. pro tota aliqua diœcesi. Quod si forte aliter fieri videatur opportunum, aut necessarium, recursus ad Rmum magistrum ordinis habeatur. In locis vero ubi talis confraternitas reperitur, diplomata non concedant nisi forte ex speciali causa, et habito recursu ad Rmum generalem.

6° Salva speciali causa, provinciales libenter sacerdotibus (aliunde dignis, et idoneis) concedant diplomata petita pro locis in quibus non adest SS. Rosarii confraternitas.

7° Hæc diplomata esse poterunt, sive ad vitam, sive ad tot annos, prout expedire videbitur.

8° Possunt provinciales hæc diplomata (et etiam diplomata SS. Rosarii a nobis subscripta) concedere pro locis in quibus nulla extat in præsenti ordinis nostri provincia, v. g. in Helvetia, in Algeria, etc.

9° Talis autem esse poterit formula diplomatis, quod concedent Provinciales: Nos Fr . . . . . prior provincialis provinciæ . . . . . sacri ordinis Prædicatorum.

Inter principaliores officii nostri partes esse reputamus, ut magis in dies propagetur et floreat devotio erga beatissimam Deiparam ejusque Rosarium, quod hæreditario jure ad ordinem nostrum pertinere sæpius ab Apostolica Sede declaratum est. Cum igitur SS. D. N. Pius PP. IX per breve sub die 17 aug. 1877 supremam Rosarii viventis moderationem Reverendissimo ordinis nostri generali commiserit, auctoritate nobis ab ipso delegata, te . . . . . instituimus, et facimus ad . . . . . directorem Rosarii viventis in civitate seu loco qui vulgari vocabulo dicitur. . . . . institutumque decernimus et declaramus, cum omnibus juribus et gratiis quæ talium Directorum muneri seu officio competere dignoscuntur : dummodo tamen in dicto loco non existat aliqua confraternitas SS. Rosarii, quæ auctoritate Reverendissimi magistri generalis ordinis nostri de consensu Ordinarii canonice erecta sit. Quod si talis confraternitas in hoc loco deinceps erigatur, tunc ipso facto cessent facultates quas tibi per præsentes impertimur; cum singuli prædictorum confraternitatum directores debeant, regulariter, moderationem Rosarii viventis ejusque zelatorum et sodalium in suo loco possidere. Datum. . . . .

10° Præsentes vero litteræ nostræ typis publicis ne committantur, ut facilius deinceps in regulis suprapositis immutari valeat, quod forte immutandum experientia magistra videbitur.

Dum vero benedictionem nostram omnibus vobis ex corde impertimur, vestris quoque precibus nos ipsos sociosque nostros commendamus. Valete.

Datum Romæ in conv. N. S. M. supra Min. die 15 novembris, D. Alberto Magno O. N. sacro, anno 1877. Fr. Josephus M. Sanvito. vic-generalis ord. Præd. Fr. Hyac. Marchi prov. et socius.

— *Enquête sur la mort de S. Pierre martyr, de l'ordre de S. Dominique.*

S. Pierre martyr fut massacré en 1252, en haine de la foi catholique. Le fragment de l'enquête relative à son martyre, que nous publions plus loin, a paru dans l'*Archivio storico lombardo*, livraison de décembre 1877.

Anno Domini 1252, die 2 septembris, in domo S. Eustorgii Mediolani presentibus fratribus Raynerio de Placentia, et Daniele ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitoribus constitutis, auctoritate Dni Innocentii papæ IV super negotio isto.

Millano de Cabiago ad ipsum ordinem nuper ingressus: Manfredus diaconus, et Facius, qui dicuntur de Glussiano a prædictis Inquisitoribus requisiti dicere veritatem sub debito juramento, quod ad mandatum eorum præstiterant, sicut apparet per pubblicum instrumentum ab Alberto Janono, sicut infra legitur.

In primis ipse Manfredus dixit. Cum ego essem in platea nostra de Glussiano in hebdomada Sancti Spiritus, venit illuc Stephanus Confanonerius de Aliate, et invitavit me ad hortum ibi, et cum essemus simul cœpit mihi dicere talia verba. Ego venio de Mediolano; et credentes de Mediolano convenerunt inter se, et dixerunt mihi, quod volunt facere occidi fratrem Petrum da Verona, quid tibi videtur super hoc ? Ego volo quod eamus simul Mediolanum ad tractandum cum eis de negotio isto, et respondi quod placebit mihi, et sic ambo tunc venimus Mediolanum, et cum essemus ibi, dixit mihi ipse Stephanus. Eamus loqui cum Guidoto de Sachella, qui mihi dixit, quod ipse vult de suo ad hoc dari libras viginti quinque, qui etiam mecum venit ad domum Sancti Eustorgii

URBIS ET ORBIS. CONCESSIONIS TITULI DOCTORIS ET EXTENSIONIS EJUSDEM TITULI AD UNIVERSAM ECCLESIAM, NEC NON OFFICII ET MISSÆ SUB RITU DUPLICI DE COMM. DOCTORUM PONTIFICUM IN HONOREM S. FRANCISCI SALESII, EPISCOPI ET PRINCIPIS GENEVENSIS. — Eminentissime et Reverendissime Domine. 1. Mira divinæ providentiæ dispensatio in Ecclesia Christi regenda et conservanda tum ex aliis se prodit luculentis indiciis, tum ex eo præclarissimo, quod oborientibus labente ætate novis hæresibus, strenuos in aciem producat veritatis adsertores, vitæ sanctimonia et scientia eximia præstantes, qui adversus irrepentes errores pro sana doctrina decertent, verboque ac scriptis acriter filiorum tenebrarum audaciam confringant. Ita contra grassantem Arianam lucm Athanasium et Hilarium Deus excitavit, Macedonio Basilium opposuit, Helvidio Hieronymum, Pelagio Augustinum, Cyrillum deinde Nestorio, Leonem Magnum Eutycheti, atque ita porro effecit pro temporum opportunitate, ne contra alios atque alios hæresum antesignanos postea prodeuntes catholicæ veritatis sancti doctique vindices Ecclesiæ deessent. Jam vero consideranti mihi luctuosam hæresum historiam nulla tetrior latiusque patens videtur pestis extitisse, quam quæ Luthero, Calvino et Zuinglio ducibus, sæculo XVI immanes peperit in Europa universa corporum et animarum clades. Adversus hanc lucm nocentissimam Deus S. Franciscum Salesium excitavit, veluti scite animadvertit cardinalis Maculanus in suffragio quod tulit pro illius canonizatione, scribens : « Visitavit nos Dominus in virga furoris sui, permissis pluribus Europæ provinciis hæresum obrui tenebris ; at ne videretur plebem suam repulisse, B. Franciscum episcopum Genevensem triumphavit in Christo Jesu, et odorem notitiæ suæ per eum manifestavit (1). » In eamdem sententiam cessit card. Pius, inquiens : « Omnium exauditor Deus, qui ultra vires quemquam tentari non sinit, nostris hisce quoque temporibus validissimum orthodoxæ fidei propugnaculum... indefectibilis sapientiæ magistrum tutissimum denique præbuit Ecclesiæ præsidium (2). » Plures alii, haud inficior, hæresi funestissimæ obstitere scriptores illustres inter catholicos, præsertim vero honoris causa nominandi sunt B. Petrus Canisius, et Ven. Robertus Bellarminus ; sed nemo adhuc, si Franciscum Salesium excipias, duabus simul præfulsit dotibus conjunctis, quæ in Ecclesiæ doctore requiruntur, nimirum quod in albo Sanctorum fuerit adscriptus et eminenti doctrina excelluerit. Cum utrumque in sanctum Genevensem antistitem conveniat, jure meritoque permulti S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi et episcopo ab Apostolica Sede, Vaticani concilii tempore, postularunt ut universalis Ecclesiæ doctor enunciaretur, et modo (præeunte ac judicium instituente Rev. episcopo Anneciensi) flagitant iterum, adjectis precibus innumeris aliorum fidelium, tum ex clero tum ex laicis, ex omni ordine hominum, quorum plures præcelsa dignitas, plures egregia doctrina commendat.

2. Altera ex duabus dotibus, quas jus nostrum exigit, ut quispiam oraculo Sedis Apostolicæ doctor Ecclesiæ renuncietur oratione et studio defensoris non indiget ; nemo est enim tam imperitus qui ignoret bullam canonizationis datam a sa. me. Alexandro VII, die XIII kalendas majas anno 1665, qua Franciscum Salesium sancti nomine et cultu decoravit. Tota igitur controversia in eminenti doctrina versatur, quæ licet satis nota et perspecta sit huic Ordini sapientissimo, a me tamen propter susceptum officium sic est demonstranda, ut nulla dubietas vel contraria suspicio in animis legentium resideat. Quoniam vero in causa persimili quum de S. Alphonso ageretur, faciles ac benignos judicantium animos expertus sum, bifariam dividens lucubrationem meam, intrinseca nimirum ab extrinsecis argumentis sejungens, eamdem et nunc partitionem sequar, sperans fore ut quisquis utrumque probationis genus mente complectatur certum ac persuasum habeat, tantam fuisse Salesii doctrinam, taliaque illus extare monumenta, ut vir summus jure possit ac debeat inter nobilissimos Ecclesiæ doctores accenseri.

(1) Vide apud Cappellum in Actis beatif. et canoniz. S. Francisci Salesii, pag. 149.
(2) Ibid. pag. 168, 169.

CAPUT PRIMUM

De intrinsecis argumentis eminentis doctrinæ S. Francisci Salesii.

3. Hoc argumentorum genus bifariam, ut reor, potest explicari. Licet enim nobis præstantem Salesii doctrinam ipsam in se perpendere, nempe in iis elementis unde constabat, et præsidiis quibus instruebatur; præterea fas est eam arguere atque inferre e scriptis, quæ sanctus antistes posteritati reliquit. Utramque demonstrandi rationem adhibere in animo est; altera enim alterius ope splendidior evadit, ac rem propositam plenius et validius evincit. Ut ordini prospiciam agam seorsim de utraque, adeoque primum hoc caput in binos articulos dividam.

ART. 1. *Scientia S. Francisci in se ipsa consideratur.*

4. Tria sunt quæ doctum ac sapientem virum efficiunt : solers ac celer ingenium ad optima quæque addiscenda comparatum; tum bonarum disciplinarum accedat oportet assidua et recte progrediens cultura; demum remotio impedimentorum omnium quæ sunt inimica sapientiæ, quæ scilicet tenebris offundere mentem, eamque abstrahere a veritate, vel progressus in scientia possint retardare. Jamvero hæc tria in nostro perbelle congruebant : nam primo quidem summam in eo fuisse vim ingenii, et exquisitum animi judicium coævi scriptores mira consensione declarant. Hoc sane discimus a Carolo Augusto Salesio, cujus historia de patrui vita magno in pretio ab hoc sacro ordine habita est (1). S. Franciscum vocat « virum profundæ cogitationis, maturi judicii, tranquillissimi ingenii (2); quod quidem ingenium erat prout explicat scriptor alius *merveilleusement résolutif, et des plus solides*, cui accedebat *une heureuse mémoire* (3). » Ad hæc auctor alter illustris ætatis ejusdem testatur : « Son esprit, qui était naturellement net et judicieux au possible, était cultivé et exercé, avec une continuelle assistance de la grâce divine et la plus fidèle correspondance qu'il est possible humainement d'y apporter, donna jusques au point de l'admiration des personnes qui n'admirent rien de vulgaire. Il est vrai qu'il est très-savant, et connaissant à plein fond tous les sujets dont il parlait ou écrivait; mais outre cela il avait une grâce très-particulière de s'exprimer, ce qui est évident dans tous ses écrits, où il explique et déduit si clairement ses pensées avec tant d'ordre et de méthode, des termes si faciles et si significatifs, des mots si propres, si bien choisis, si bien plantés, si ajustés, tout ce qu'il veut dire, qu'on les jugerait quasi nés et formés pour servir seulement à ses conceptions (4). »

5. Hisce testimoniis aliud adjicimus, quod specie quidem unum, at reapse duplex est, ac legitur in historia vitæ S. episcopi, quam conscripsit P. Joannes a S. Francisco moderator generalis congregationis Fulliensium nuncupatæ : « Je répète encore une fois qu'il a été un des plus savants hommes de son siècle. Il serait bien difficile de trouver quelqu'un capable d'examiner plus exactement, de diriger plus mûrement, de résoudre plus solidement et plus judicieusement une affaire de conséquence. C'était vraiment un esprit transcendant par la parfaite bonté de son sens naturel, par la profondeur de son savoir acquis, et par la grandeur des clartés et des lumières que Dieu lui communiquait abondamment. J'ajouterai ici le témoignage que lui a rendu le père Philibert de Bonneville, provincial des capucins de Savoie, qui a dit, en parlant des congrégations *de Auxiliis* tenues par ordre du pape sur les questions de la grâce : « Dans le temps où l'on tenait ces congrégations, j'eus l'honneur de converser assez longtemps avec lui sur les matières qui y étaient agitées, et quoique j'eusse beaucoup étudié et soigneusement examiné cette question, et que je l'eusse fraîchement enseignée, je reconnus mon ignorance par la profondeur de sa doctrine, et j'admirais la clarté de son esprit, qui m'éclaircissait, et me rendait faciles à entendre les matières les plus obscures et les plus difficiles qui se traitent en théologie (1). »

6. Plenam idcirco fidem sibi conciliat recens biographus Hamon, qui sancti viri historiam accuratissime exaravit. Is post elegantem Francisci prosopographiam, sic ejus animum describit : « Sous cet extérieur si remarquable on admirait une âme plus remarquable encore, dans laquelle la nature semblait avoir rassemblé tous ses dons : jugement exquis, bon sens rare, esprit facile et fécond, génie simple et naïf, ennemi de cette parure recherchée, qui détruit les vraies beautés de la nature, imagination riche et brillante, goût d'ordre qui ne négligeait pas plus les petites choses que les grandes... cœur tendre enfin, sensible et ardent, mais qui en s'attachant à Dieu devint le foyer des plus grands, des plus purs et des plus héroïques sentiments (2). » Et inferius : « Toutes ces sciences étaient accompagnées en François de Sales de deux magnifiques talents : le talent d'écrivain et le talent d'orateur, l'un et l'autre si importants pour communiquer aux peuples les riches trésors de doctrine qui étaient en lui (3). »

7. Quantopere hæc facultas ingenii et animi vis augeri, explicari et erigi debuerit, optimis quibusque disciplinis excultia et expolita, nemo non intelligit. Inerat Francisco adhuc puero vehemens discendi cupido : « François de Sales arrivé à la fin de sa dixième année ne savait point encore lire, mais il brûlait du désir d'apprendre (4). » Nihil enim, si pietatis exercitia excipias præ studio appetebat et « cum de imbuendo litteraria cognitione puero cogitatum est (ceu refert Car. Aug. Salesius), idipsum puer expetebat impendio, perque dies integros, si quando librum habebat, volvendis sponte foliis, noscendisque characteribus sedulam navabat operam » (5). Crevit hæc cupiditas idoneum nacta pabulum, mentisque viribus per ætatem evolutis. Explicat card. Julius Sacchetti in relatione causæ canonizationis S. episcopi quomodo vasta ejus mens scientias fere omnes complexa fuerit : « Disciplinas aptus ad omnes, propensus ad singulas, humanas divinis perfecit (6). » Varios autem earum gradus exponit bulla canonizationis, in qua legitur (§ 2) : « Ab infantia ad pueritiam per pietatis simul ac sapientiæ gradus evasit. Orationi vacabat inter studia litterarum; » mox vero subdit (§ 3) : « Inde sacro chrismate roboratus ad altiora tum virtutis tum doctrinæ ornamenta complectenda se contulit, ut opportunius atque utilius divinæ gratiæ instrumentum fieret. Sortitus enim animam bonam eamdem optimam reddidit accuratiore studio tum litterarum, tum morum (§ 4) humanioribus litteris in collegio Anneciensi perceptis, philosophiæ theologiæque arcana in academia Parisiensi didicit ». Dein voto enarrato, quod in æde Deiparæ nuncupavit, sic pergit (§ 5) : « Hoc voto veluti pharmaco salutari roboratus ad jurisprudentiam capessendam accessit Patavium... (§ 6) : absoluto studiorum curriculo, Romam se

(1) Bened. XIV, de servi Dei beatif. et Ss. canon. lib. 3, cap. 6, num. 12.
(2) Vit S. Franc. Sales. lib. X.
(3) La Rivière, Vie de l'Illme François de Sales (1625), liv. IV, chap. 44.
(4) Traité de la conduite spirituelle selon l'esprit de S. François de Sales, 1637, par le P. Nicolas Caussin, sect. 7, pag. 240.

(1) Dom Jean de S. François. Vie de S. François de Sales, liv. III, pag. 234.
(2) Vie de S. François de Sales, par M. le curé de Saint-Sulpice (M. Hamon). Paris, 1867. Tom. 2, pag. 319.
(3) Ibid. pag. 322.
(4) Ibid. tom. 1, pag. 20.
(5) Carol. Aug. Sales, in Vita, lib. 1.
(6) Cappellus, Acta beatif. et canon. S. Franc. Sales, p. 95.

contulit..... (§ 7). Igitur sui et mundi victor in patriam remigravit, ut fructus legeret litterarii laboris. Nec spem fefellit aut suam aut civium. »

8. Enimvero ut probe teneamus quantum in hac varia et multiplici disciplina vir sanctus profecerit, audiendus est laudatus nuper historicus Hamon, qui veterum recolens testimonia refert : « Tant de belles qualités étaient relevées par une instruction profonde et variée. Versé dans l'antiquité profane et sacrée, il était familier avec les écrits des philosophes tels qu'Aristote et Platon, Épictète et Sénèque, comme avec les ouvrages des historiens grecs et latins ; et les uns et les autres venaient à propos sous sa plume ou dans sa bouche confirmer par quelque trait instructif ce qu'il avait à établir. Il connaissait la rhétorique et la littérature, il possédait même tout ce qu'on savait à son temps de sciences naturelles (1). » Mirabilem ejus peritiam in jurisprudentia canonica et civili declarant amplissime solemnes litteræ quas illi doctoris lauream adepto moderator Patavinæ universitatis concessit, ubi hæc inter cetera conscripta leguntur : « Illustrem D. Franciscum de Sales..... in jure pontificio et civili diligenter et acriter examinandum et excutiendum curavimus qui locis persequendis, argumentis tractandis, quæstionibus solvendis, in omni denique periclitatione sui tam egregie, bene, docte, honorifice, laudabiliter et excellenter se gessit, talemque ac tantam ingenii, memoriæ, doctrinæ, ceterarumque rerum, quæ in consummatissimo jurisconsulto requiri solent, vim ostendit, ut magnam sui expectationem non solum sustinuerit, sed etiam longe superaverit; et ob eam rem ab omnibus excellentissimis dicti Sacri Collegii doctoribus ibidem existentibus unanimiter et concorditer, cunctisque suffragiis, ac eorum nemine penitus discrepante aut dissentiente, nec hæsitante quidem, approbatus fuit (2).

9. Ast hæc fortassis minoris pretii videri poterunt, si cum iis comparentur, quæ de eximia scientia sancti viri in rebus theologicis historici memoriæ prodiderunt. Carolus Augustus Salesius (lib. 1) sic patruum sanctum describit sacra studia capessentem : « Adhibuit statim operi manum quanta fieri potuit diligentia ; nam ut angelici doctoris D. Thomæ Aquinatis theologicam summam semper haberet in promptu, ad quam etiam pro aliorum librorum intelligentia recurreret, eam præ oculis musæi pluteo imposuit. Divi Bonaventuræ libris mirum in modum delectabatur, sacros codices magna cum reverentia pervolvebat. Ex patribus D. Aurelium Augustinum amabat, Hieronymum, Bernardnm, Chrysostomum, sed præ omnibus Cæcilium Cyprianum, quia scilicet (inquiebat) ut in epistola ad Paulinum scribit Hieronymus, B. Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit et placidus. Tanti patris fluentes periodos conabatur imitari, et sæpissime ad ejus morem aliquot opuscula componebat, quæ utinam ex ejus humilitate vel temporum injuria non periissent. » Biographus Hamon nuper laudatus, diligenter persequutus ea quæ Philibertus de Bonneville, P. Joannes a S. Francisco, aliique coævi tradiderunt, late diffusam atque incredibilem illius in rebus divinis scientiam sic explicat : « Mais ce qu'il possédait éminemment mieux c'était l'ensemble des sciences ecclésiastiques, si vastes dans leur étendue, si hautes et si fermes dans leur doctrine, la science de l'Ecriture sainte, qu'il cite presque à chaque page de ses écrits, et qu'il commente avec autant de délicatesse que de piété, l'histoire de l'Eglise, qu'il emploie si à propos à la défense de nos dogmes et à l'édification des âmes ; les ouvrages des Pères, dont il rapporte tant de beaux passages ; enfin par-dessus tout, parce qu'elle est le résumé de tout, la théologie dogmatique et morale. Fort dans la science du dogme, il résolvait avec une facilité merveilleuse et une clarté étonnante, non-seulement toutes les objections des hérétiques, dont aucun n'osait se mesurer avec lui, mais encore les questions les plus hautes et les plus ardues... Non moins habile dans la science de la morale, il résolvait aisément tous les cas de conscience, appuyant toutes ses décisions sur la somme de S. Thomas, dont il s'était rendu la doctrine si familière, qu'il y trouvait à l'instant les principes de solution dont il avait besoin selon les diverses circonstances... Les cardinaux du Perron et de Bérulle, le docteur Duval et les autres docteurs de Sorbonne l'appelèrent le plus savant théologien de son siècle ; et le général des Feuillants dom Jean de S. François, homme éminent en savoir comme en piété, après avoir répété le même éloge dans les mêmes termes, ajoute qu'il excellait dans toutes les parties de la théologie, qu'il avait une connaissance exacte du droit canonique, avec une intelligence si consommée des saintes Écritures, que son esprit semblait transformé en elles, et qu'il en expliquait avec une admirable clarté les passages les plus obscurs et les plus difficiles (1). »

10. Veritatem historicorum vindicat imprimis sa. me. pontifex Clemens VIII, coram quo (adsidentibus S. R. E. cardinalibus aliisque theologis doctissimis) vir sanctus doctrinæ suæ periculum fecit, quum subiit examen antequam ad episcopatum proveheretur. Gravissimum prædecessoris sui judicium his verbis refert Alexander VII in bulla canonizationis (§ 22) : « Episcopus (Genevensis) eum sibi coadjutorem episcopalis curæ destinavit, rogavitque memoratum prædecessorem nostrum Clementem, ut Franciscum, quem Romam ob catholicæ fidei negotia mittebat, hujusmodi dignitate ornaret : quod idem Clemens libentissime præstitit ; cognitaque ejus doctrina per examen de more interrogata, eumdem ad pedes devolutum his verbis dimisit : *Vade, fili, et bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui, deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide.* »

11. Postquam duas explicavi causas, ex quibus solida et eminens scientia gignitur, easque in Salesium nostrum apprime congruere demonstravi, operæ pretium est ut de tertia dicam, quæ est remotio impedimentorum, quæ sunt inimica sapientiæ, quæ scilicet tenebris offundere mentem, eam a veritate abstrahere, vel progressus in scientia possint retardare (Vid. sup. § 4). Iracundiam impatientem, et cœnum lasciviæ impurum sapientiæ obstare potissimum divinum docet effatum : *In malevolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis* (2). Jamvero dulcissimam S. viri lenitatem tot et tam manifesta documenta prædicant, ut ejus nomen etiam imperitissimis evangelicæ suavitatis significatio sit. Ex hac animi tranquillitate mira propensio ad ordinem, et aversio summa a præcipiti temeritate oriebatur. Animus tam bene comparatus non modo illud assequebatur, ut impedimento careret ad scientiam naviter colendam, sed etiam ut opera quæ edebat perfectissima evaderent.

12. At lucidæ veritatis intuitum non minus sordes cupiditatis impuræ, quam iracundi et impatientis impetus animi impediunt. Porro ab hisce sordibus nemo longius abfuit quam noster, qui virginitatis votum in adolescentia coram simulacro Deiparæ nuncupatum sic implevit, ut non humanis sed angelicis moribus præditus videretur. Ac merito Alexander VII votum illud appellat salutare pharmacum, quo roboratus vir sanctus ad jurisprudentiam capessendam accessit (v. sup. § 7).

(1) Op. cit. tom. 2, pag. 320, 321.
(2) Opp. S. Francisci Salesii, tom. 9, edit. Migne, p. 21.

(1) Vita sup. cit. tom. 2, pag. 321, 322.
(2) Sap. 1, 4.

13. De superbia quæ solet obnubilare mentes, easque a lumine veritatis avertere, nihil a me disputandum sacer hic Ordo expectabit, quum singularis illa mansuetudo qua vir sanctus tam præclare enituit non nisi ex summa animi demissione egerminaverit. Pariter de amore profani solatii, et inerti desidia (quæ duo solidæ scientiæ acquirendæ maxime officiunt) nihil a me dicendum arbitror; scitum est enim Franciscum Salesium ab inanibus oblectationibus jugiter ac vehementer abhorruisse, et nullam temporis particulam negotio vacuam prætermisisse. Quid quod ipsæ pietatis exercitationes et labores, quos sustinuit ad gloriam Dei, nobile instrumentum vel causa extiterunt ad scientiam augendam, et aureos libros conscribendos quibus coævos et posteritatem edocuit?

14. Quo tempore Deo vel studiis Salesius minime vacabat, in ecclesiasticis negotiis et sancti ministerii partibus explendis assidue exercebatur; ex iis autem quomodo augeretur ejus prudentia, et zelus ad tuendam veritatem exercitaretur facile compertum est. Neque enim oportet ut a me doceantur Patres Em. in se ipsi experti, quid quantumque prosit quotidianus usus rerum agendarum ad ecclesiasticam disciplinam, ad sacra jura, ad pastoralia officia plenius et intimius agnoscenda. Apostolici vero ministerii perfunctio, quum esset in acie ipsa adversus hæreticos exercenda, non modo occasio et incitamentum erat ad aurea scripta polemica exaranda, sed passim edocebat sanctum fidei adsertorem, quænam essent tela inimicorum, quænam illorum fallaciæ, ex quo simul intelligebat quæ foret aptissima ratio refutationis adhibenda.

15. Hæc cum ita sint, aperte mihi videor demonstrasse, S. Francisci doctrinam eminentem esse existimandam, si ipsa in se spectetur, in elementis unde constabat, in præsidiis quibus instruebatur : egregias enim ingenii et memoriæ facultates excoluit multiplex et exquisita disciplina, semotis iis obstaculis quæ homines a scientiæ fastigio attingendo arcere solent, vel retardare. Possem heic consistere, sed veritatis studium altius conscendere jubet; nam scientiæ humanis viribus et instrumentis partæ alia nolibior accessit divinitus infusa. Nec vana comminiscor : nam testis præ primis locupletissima (femina quidem sed ineluctabilis auctoritatis) se sistit S. Joanna Francisca de Chantal, quæ refert : « Il suffisait de le fréquenter pour reconnaître que Dieu lui avait communiqué le don de la foi dans une perfection éminente, et donné sur nos mystères, sur les sens des Ecritures, et la vraie doctrine de l'Eglise, des connaissances extraordinaires (1) ». Idem porro planius et apertius declaravit juris nostri præceptor immortalis, Benedictus XIV, idoneus, hercle, et justus scientiæ sanctorum æstimator. Disquirens ille et explicans quomodo per scientiam sanctitas illustrior fiat : præteriens Thomam Aquinatem, et Bonaventuram, aliaque exempla nobilissima, quæ ipsi præsto erant, in nostro constitit, oculosque in eum defixit, atque ait : « Si non solum ab omni errore sint immunes (libri servorum Dei), sed etiam Ecclesiæ proficiant, et eo magis si scientia divinitus acquisita conditi fuerint, ceteris ad sanctitatem concurrentibus requisitis, possit eorum haberi ratio in discussione virtutum. Quocirca cardinalis Julius Sacchettus in relatione quam fecit consistorio de actis in causa S. Francisci Salesii, ita de ejus operibus locutus est : Vivit etiam in aureis et seraphicis opusculis ab eo editis, quæ uberrimos in toto christiano orbe fructus parturiunt (2). » Equidem quid gravius et splendidius hoc testimonio afferri possit non video.

16. Illud præterea perpendendum arbitror, quod non modo spiritus intellectus et cognitiones extraordinariæ, sed ipsa dicendi facultas et forma, qua S. episcopus præstabat, indita a Deo visa sit Alexandro VII, qui in bulla canonizationis (n. 27), hæc de ipso prædicavit : « Valebat enim summa et efficacissima dicendi potentia quam illi e cœlo conciliaverat summa cordis innocentissimi sanctitas. » Eodem pertinent verba card. Raggi in suffragio, quod tulit pro ejus canonizatione, ubi legimus « quantam redolent suavitatem misericordia in pauperes profusa..... diffusa gratia in labiis et in libris conscriptis dulci utilitate manantibus » (1); eodemque spectabat archiepiscopus Florentinus Salesium laudans quem « eximio sapientis eloquii dono mentium humanarum, ut inquit Ambrosius, moderatorem Deus comprobavit (2) ». Ex quo fiebat ut peculiaris quædam Spiritus sancti gratia ejus verbis consociaretur, adeoque « card. Perronius dicere soleret : ad hæreticos convincendos sibi satis doctrinæ a Deo traditam esse, ad convertendos vero Spiritus sancti gratiam in electo Genevensi præcipue vigere (3) ».

17. At nolo ulterius progredi quam propositæ controversiæ limites patiuntur; satis sit, me jure posse S. antistitem Ecclesiæ doctoribus æquare; neque acriter huic appellationi obstiturum puto fidei vindicem amplissimum; namque illustris ejus prædecessor Petrus Franciscus de Rubeis Salesium Ambrosio comparavit, quum pro veritate votum edere coactus scripsit : « Libentissime fateor, rem in eo statu esse, quod tuto valeat ad solemnem ejus canonizationem deveniri, ut in sacerdotali ordine post mellifluum Ambrosium alterum extet exemplum, etiam via lactis et mellis ad summum christianæ pietatis et charitatis fastigium posse ascendi (4) ». Quæ verba ad doctrinam certe, non ad vitam et mores referuntur; scitum est enim, Ambrosium et Franciscum in se fuisse austerissimos, et utrumque per asperum ac salebrosum tramitem, non via lactis et mellis, ad excelsum sanctimoniæ culmen pervenisse.

Art. 2. *De argumento intrinseco deprompto ex operibus scriptis a S. Francisco Salesio.*

18. Quamvis omnes ultro fateantur S. episcopum Genevensem a Deo datum fuisse tanquam invictum Ecclesiæ præsidium contra hæreses ætate ejus grassantes, maxime adversus calvinianam pestem; omnibusque persuasum sit prodigio similes esse innumeras conversiones hominum ad catholicam veritatem opera illius patratas; nihilominus falsa quibusdam insidere videtur opinio, quod hæc trophæa virtuti potius et concionibus sancti viri, ore prolatis, quam libris ejus adscribenda sint. Haud ita tamen se res habet; magnam enim hujus gloriæ partem scripta ab eo exarata suo jure sibi vindicant. Hoc illi decus adserebat Em. card. Franciscus Barberini episcopus Portuensis, in suffragio quod tulit pro ejus canonizatione : « Is enim est (inquit) qui cœlestis gratiæ radios indutus, in regione criminum tenebrosa, fidei lumen effulsit, qui virginitate insignis sanctimonialibus laudatissimi instituti leges perscripsit, qui piis doctisque lucubrationibus plurimos ad veram Christi religionem traducens, cunctis etiam pervium cœlum ostendit (5). » Itemque card. Uldericus Carpineus : « Bellum enim (ait) implacabile indixerat tartareis potestatibus, ut prædam illis animarum eriperet. Quod præsertim magna omnium admiratione perfecit, dum tot privatis sermonibus, concionibus publicis, libris scriptis, disputationibus peracutis septuaginta duo hæreticorum Romanæ fidei restituit (6) ».

19. Similis Patrum Eminentissim. vocibus consultorum con-

(1) In proc. sup. canoniz. S. Francisci de Sales Depositio S. Jo. Franc. de Chantal, ad art. 24.

(2) Bened. XIV, de serv. Dei beatif. et Ss. canon. lib. 2, cap. 25, n. 10.

(1) Cappello. Acta beat. et canon. S. Franc. Sales, p. 166.

(2) Ibid. pag. 174.

(3) Compendium vitæ, virtutum etc. B. Francisci de Sales, ex officio editum a Francisco M. Phæbeo, S. R. C. secret.

(4) Ibid. pag. 78, 79.

(5) Cappell. op. cit. pag. 142.

(6) Ibid. pag. 147.

sensio fuit. Alia, ne nimius eim, ejusmodi testimonia prætereo; hoc interim constituisse sufficiat, gloriam debellatæ hæreseos et messis amplissimæ ex conversione innumerabilium mortalium collectæ non minus consilio, voci et laboribus S. episcopi, quam scriptis illius esse tribuendam, et hoc liquere ex gravissimo judicio coævorum vel supparium, qui eodem sæculo XVII, quo Franciscus floruerat, in hoc cœtu sacratissimo suffragium ferebant.

20. Profecto hæc laus, quæ scripta Salesii exornat, ad ea potissimum pertinet, quæ data opera ad tuendam veritatem catholicam et hæreticos refutandos exarata sunt. Eminet inter cetera *Controversiarum* liber, qui vice et loco fungebatur concionum a quibus pronunciandis vir sanctus nonnunquam impediebatur. De his ita disserit card. Sacchettus in relatione causæ S. episcopi Genevensis : « Cum Caballiacenses ab ejus concionibus et consuetudine edicto magistratus abstinere cogerentur, cœpit stylo pugnare, et epistolam cum selectis orthodoxæ fidei conclusionibus ad Tononienses misit, quibus tantam perditorum multitudinem ad Ecclesiæ sinum revocavit (1). » Has conclusiones selectas nil aliud esse quam controversias docet manifesto P. Ludovicus Bofavior in ea testatione, in qua de repertis earum autographis manuscriptis deponit : « Par lesquels cahiers il fut reconnu, que c'estoit un des traitez de controverse composés par ce grand saint au temps de la mission dans le Chablais, et qu'il distribuait par feuilles aux peuples, après que les magistrats hérétiques leur eurent fait déffense d'aller aux prédications du papiste romain (2). »

21. In iis potissime agebatur de Romani pontificis auctoritate, velut tradit Carolus Augustus Salesius Tullianus fratris filius, successor et biographus S. antistitis, enarrans : « Reperimus duodecim codices magnos manu propria scriptos ven. servi Dei et prædecessoris nostri Francisci de Sales, in quibus agitur de multis theologicis punctis inter catholicos doctores et hæreticos controversis, præsertim circa auctoritatem summi Romani pontificis, aut vicarii Jesu Christi et successoris divi Petri (3). » In hac auctoritate explicanda copiose et solide de Romani pontificis infallibilitate sanctus auctor multa disseruerat quæ alicubi mutata, alicubi vero prætermissa sunt in editionibus operum, quæ sæculis XVII et XVIII prodierunt. Quædam ex iis bibliothecæ Chisianæ pluteis deprompta in editione Parisiensi Lud. Vives in pristinos locos sunt restituta. Operæ pretium est a Patrum Emorum oculis subjicere, ut planum fiat quo veritatis studio, et qua doctrinæ copia S. antistes cor ipsum petierit funestæ hæreseos, quæ tota in eo erat ut supremum Rom. pontificis magisterium labefactaret, et quam feliciter Vaticani concilii decretis præluserit. Ideo hoc fragmentum operis immortalis in Summ. num. 2 obsequenter exhibemus.

22. Præstantiam et meritum hujus operis coævi et posteri summis laudibus extulere, et merito quidem ; nam docte, dilucide ac nervose, et propria quadam methodo et forma plenam præbet demonstrationem articulorum fidei, quos acatholici ejus ætatis impugnabant, et istorum argumenta strenue refellit. Bipartitum est opus, cujus prior pars omnes generatim profligat hæreticos, altera vero ad eos pertinet nominatim, quibuscum erat colluctandum.

23. Pressius et acrius urget vir sanctus in altera tractationis parte adversarios suos, ibi enim totius quæstionis caput hoc et fundamentum constituit : « C'est Dieu qui règle notre foi chrétienne, mais avec ses deux instruments, qui nous sont appliqués en diverses façons : 1. par sa parole, comme avec une règle formelle ; 2. par son Eglise, comme par la main du régleur et du compasseur (1). » Hinc naturalis fluit sequentium sermonum seu capitum partitio. In primis enim agitur de verbo Dei, fundamentali, eaque formali regula fidei, et de fontibus unde in nos derivatur, scriptura nempe et traditione : tum de regula applicationis scilicet de Ecclesiæ auctoritate. Adjicitur postremo loco expositio catholicæ doctrinæ circa sacramenta, nec non tractatio de purgatorio et actibus expiatoriis, per quos animabus quæ ibi detinentur Ecclesia suffragatur. Hæc duo (quia præcipuum de illis certamen erat) magna probationum vi et copia evincuntur, et a sophismatibus ex adverso prolatis acerrime vindicantur.

24. Omnia quidem in docto volumine præclara et egregia, sed legentis animus præprimis percellitur ex iis quæ vir sanctus conscripsit dum aggrediebatur alteram operis partem, nempe de fidei regula instrumentali seu applicationis. Ibi Ecclesiæ auctoritatem declaraturus, rationis, Ss. Bibliorum et veterum Patrum auctoritate suffultus uberem et invictam argumentorum copiam explicat incredibili quadam vi et facultate dicendi. Nemo enimvero, quem noverim, antea tam valide, perspicue et copiose catholicam doctrinam de primatu, infallibili magisterio, aliisque prærogativis successorum B. Petri explicaverat. Præter notissima sacræ Scripturæ loca, alia quæ diligentiam superiorum apologistarum effugerant, dissita quidem sed in unum conspirantia, solerter conferuntur, et nova atque insperata viro sapientissimo tela ad vincendum suppeditant. Atteruntur argumentis omnigenis veritatis hostes, nedum præsentes quibuscum prælium committebatur, etiam sequiores, qui post eam ætatem Gallicanos et Febronianos errores erant adserturi. Plane si ea comparemus quæ vir sanctus conscripsit de prærogativis Apostolicæ Sedis cum iis quæ deinceps ad convellendos errores oppositos Ecclesia definivit atque constituit, vix aliquid reperiemus Francisci libris addendum, nihil certe quod ab iis quæ definita sunt deflectat. Imo si quis conferat nonnullas *Controversiarum* pagellas cum prima Vaticanæ synodi constitutione de Ecclesia Christi vehementer mirari cogitur, videns quam apte inter se congruant ; eædem propositiones definitæ, eadem sunt argumenta præcipua, eadem orationis et sententiarum connexio, eadem sæpe verba et locutiones. Perlegesis XXXVI et XLIV controversiarum sermones, tum continuo tria inspice constitutionis conciliaris capita postrema ; hæc ex illis ferme hausta et derivata autumabis.

25. Obstupuerunt homines quo tempore synodus celebrata est, dum ex Chisianis archivis prodire viderunt gravissima illa Salesiani autographi verba ex quadragesimo sermone controversiarum, in quo affirmatur « que S. Pierre, comme pierre fondamentale du gouvernement et administration ecclésiastique, ne pouvoit se froisser et rompre par l'infidélité ou erreur ce qui est la principale porte d'enfer ; » paucisque interjectis subditur : « L'Eglise ne peut pas toujours être ramassée en un concile général, et les trois premières centaines d'années il ne s'en fit point. Ez difficultés doncques qui surviennent journellement, à qui se pourrait-on mieux adresser, de qui pourrait-on prendre les plus assurée, regle plus certaine, que du chef général, et du vicaire de nostre Seigneur ? Or tout ceci n'a pas eu seulement lieu en saint Pierre, mais en ses successeurs. Car, la cause demeurant, l'effect demeure encore. L'Eglise a toujours besoin d'un confirmateur infaillible, auquel on puisse s'adresser, d'un fondement, que les portes d'enfer, et principalement l'erreur ne puisse renverser, et que son pasteur ne puisse conduire à l'erreur ses enfans. Les successeurs doncques de saint Pierre ont tous ces mesmes

(1) Apud Cappell. op. cit. pag. 100.
(2) Opp. S. Franc. Sales. edit. Lud. Vives Paris 1866, tom. 8, pag. 207.
(3) Ibid. pag. 206.

(1) Controverses, avant-propos de la 2e partie.

privilèges, qui ne suivent pas la personne, mais la dignité, et la charge publique. » In prioribus editionibus legebatur : «L'Eglise a toujours besoin d'un confirmateur permanent, » quod epitheton non minus ineptum quam texturæ orationis incongruum est. Causam mutationis pervestigare neque oportet neque libet; sed autographum prodiens vetuit ne amplius in scripta S. antistitis irreperet error, quem ille oderat tamquam portam præcipuam inferorum. Ceterum si res adhuc esset in obscuro, et Chisianis thesauris destitueremur, mentem S. episcopi satis aperirent alia fragmenta controversiarum quæ in archivo Anneciensis ordinis Visitationis servantur. Ibi enim quum omnigenis vetustatis monumentis ostendisset S. auctor, Romanum pontificem tamquam supremum judicet fidei semper habitum fuisse, subjicit : « Les Eusébiens confessent l'authorité du Siége de Rome, quand ils y appellent S. Athanase, et S. Athanase quand il s'y présente. Mais surtout les Eusébiens hérétiques arriens confessent assez combien son jugement est infaillible, quand ils n'y osent comparaître de peur d'y être condamnés. »

Facile intellectu est, ea laudis præconia quibus Em. cardinales et consultores amplissimi sacræ hujus Congregationis, tempore Alexandri VII, honestarunt scripta sancti episcopi quibus catholicam doctrinam contra hæreticos tuebatur (vid. sup. §§. 18, 19) ad controversias potissimum pertinere : idcirco nulla exaggerationis suspicio deprehendi potest in literis Rev. Matris de Changy datis postridie Kal. Januarias ann. 1661 ad universum institutum, quibus sodales edocebat quomodo judices apostolici in processus beatificationis S. episcopi ex lectione ejus voluminis fuissent affecti : « On juge que ce traité est capable de faire autant de fruit parmi les hérétiques pour leur conversion, que *l'Introduction à la vie dévote* en a fait parmi les catholiques pour la dévotion. Et Messeigneurs nos juges disent que les Athanase, les Ambroise et les Augustin n'ont pas plus ardemment soutenu et défendu la foi que ce bienheureux. » Quod judicium suffragio suo confirmarunt quamplures sacrorum antistites in supplici libello, quod Vaticani concilii tempore SS. Domino Pio nono obtulerunt ad postulandum titulum doctoris Ecclesiæ in honorem S. Francisci Salesii.

27. Eapropter mirandum non est quod viri doctrina et pietate clarissimi *Controversiarum* lectione delectarentur admodum, earumque auctorem summis laudibus exornarint. Exemplo sit comes Joseph de Maistre, qui in opere celebratissimo de Romano Pontifice (*du Pape*) cap. 10 longiores tractus e Salesianis controversiis excerpsit prædicans « l'esprit lumineux, qui distinguait le grand évêque de Genève ; » quin etiam illum non obscure cum magnis Ecclesiæ doctoribus comparavit.

28. Controversiarum quasi coronidem et appendicem considerare juvat celebrem disputationem, quam vir sanctus habuit cum Theodoro Beza, de qua hæc refert Alexander VII in bulla canonizationis (n. 20) : « Hisce artibus præstans (S. Franciscus) jussus fuit a Clemente VIII felicis recordationis prædecessore nostro adire Theodorum Bezam, Calvinianæ hæresis acerrimum ministrum ac propugnatorem, et cum eo solo solus agere, ut ea ove ad Christi ovile reducta complures alias revocaret, quod sane eximie Franciscus præstitit, Genevæ non sine vitæ periculo cum Beza congressus, qui tamen ut ex merito confutatus veritatem fassus est, ita ex scelere arcano Dei judicio indignus fuit qui ad Ecclesiam rediret. » Quamvis hæc disputatio Francisci manu exarata non extat, superest tamen antiquis biographis relata diligenter. Tanti pretii ea visa est illustri doctori Ecclesiæ Alphonso de Liguori, ut in historia hæreseum concinnanda licet omnia strictim ac cursim, ut ita dicam, persequutus esset : tamen cum eo pervenisset diutius immorari voluit, ut integram disputationem illam referret.

29. Post Controversiarum volumina memorare oportet libros quatuor quos S. auctor *Vexillum Crucis* inscripsit. De iis ita disserit præsul doctissimus Lucidus Maria Parrocchi, episcopus Papiensis, in egregio commentariolo de præstantia doctrinæ S. Francisci Salesii (pag. 4 et 5) : « E duplice il perno su cui s'avvolge la grandezza scientifica del vescovo di Ginevra, la polemica e l'ascetica, ed in entrambe colse le prime palme. Nel primo ordine occupa un insigne posto il trattato dello stendardo della santa Croce scritto contro un oscuro calvinista, che da una magnifica processione fatta nel 1597 in Annemasse, ad una lega di Ginevra, trasse il pretesto di rinfrescare le vecchie calunnie d'idolatria contro i cattolici in un opuscolo abborracciato alla peggio dalla ignoranza e dalla passione. A questo oppose il Santo uno dei più compiuti trattati, che si conoscono. »

30. Egregii hujus operis meminit Franciscus Maria Phœbeus, a secretis Sacræ hujus Congregationis in compendio vitæ et virtutum S. episcopi, quod ex officio conscripsit : « Non longe a Genevæ mœnibus in pago Annemacio, via publica, ubi olim Philibertus lapideam crucem, mox ab hæreticis avulsam statuerat, ingentem sane sed ligneam solemni pompa restituit..... Ea de re exarsit secta Genevensis, et libellus prodiit auctore Fayano pseudoministro, quo crucis latriam execrabatur ; adversus quem Salesius eximiam scripsit apologiam, cui titulus *Vexillum crucis* (1). »

31. Pari veritatis tuendæ studio et pari copia doctrinæ, qua Fayanum profligaverat, certavit vir sanctus cum Ludovico Vireto, qui non minus impias de SS. eucharistiæ sacramento, quam de immaculatæ Virginis puritate blasphemias effutiverat. Hinc duplex opus S. episcopi, quod in actis canonizationis ejus multa cum laude commemoratur. Scripsit enim laudatus Phœbeus : « Chablasium petivit..... ibi Viretum in eucharistiæ sacramentum impie debacchantem confutavit opusculo in lucem edito cui titulus : « Meditationes in Symbolum apostolorum. » Mox ejusdem blasphemias beatissimæ Virginis puritatem temerare conantes tum ore repressit tum calamo, evulgata dissertatione ita solide refutavit, ut ad palinodiam recantandam impulerit, et Petrum Tornerium primarium syndicum Tononiensem ad Christi pascua reduxerit (2). » Ceterum recolendum est, utrumque ex prædictis catholicis dogmatibus duplici lucubratione a S. episcopo fuisse defensum. Nam contra oppugnantes mysterium Corporis Christi, præter laudatas Meditationes conscripsit etiam dissertationem, quæ manuscripta extat in processu canonizationis vol. V. (vid. sum. num. 1, ser. 1, op. V). Duplex item lucubratio est, qua virginitatem Deiparæ Salesius propugnavit, nam quum adversus primam Viretus quædam objecisset, responsionem istam Franciscus edita replicatione refutavit. Heic vero notandum est, quantopere illi profuerit universalis illa qua præstabat scientiarum peritia ; nam quum ad solvendas adversarii fallacias ante omnia constituendum esset in quo proprio constitit virginitas, vir doctissimus absque erroris formidine ad medicos, ad philosophos, ad jurisconsultos, ad theologos omnes provocavit. Tanta est autem argumentorum gravitas et robur, ut recte dici possit non minus solide Franciscum nostrum refellisse Viretum, quam Hieronymus Helvidii deliramenta refellerat.

32. Verum dum pseudo-minister victas dederat manus, refutandæ supererant Calvini blasphemiæ, qui perosus cultum Deiparæ præstitum, contra usum salutationis angelicæ invehebatur. Ad tuendam piam consuetudinem, stylum vir sanctus arripuit, et doctam tractationem sermonis instar aggressus est : « Calvin (ait) en son Harmonie Evangélique nous appelle superstitieux, tant pour saluer une absente, que pour nous

(1) Apud Cappellum op. sup. cit. pag. 36.
(2) Op. cit. p. 35.

mesler du mestier d'autres (1) ». Atque hic temerarium accusatorem (qui tamen scripturis divinis hærere se jactabat) tot obruit Ss. bibliorum auctoritatibus ad rem depromptis, ut nullum ei reliquum faciat perfugium in quo consistat. Dolendum plane est, quod ex opere egregio fragmentum dumtaxat ad nos pervenerit; sed ex pagellis residuis, quasi ab ungue leo, quale et quantum opus illud fuerit facile licet arguere et animo concipere. Huic jacturæ similis illa est quæ nos orbavit eleganti dialogo super præcipuis religionis dogmatibus, cujus memoriam nobis asservavit commentarius manuscriptus Marchionis de Cumbis (tom. I, pag. 193, 194); unde hæc hausit diligens Francisci biographus Hamon (*Vit.* tom. I, pag. 706) : « Ayant reçu au mois de juillet (1596) la visite de deux de ses frères, il fit apprendre au plus jeune une partie d'un dialogue, qu'il avait composé tant sur les dogmes les plus essentiels de la religion que sur les devoirs qu'impose le nom chrétien, et lorsque le jeune homme posséda parfaitement son rôle, il fit annoncer par toute la ville qu'il y aurait le soir dans l'église de S. Hippolyte un dialogue public sur la religion. La nouveauté du genre attira grand nombre de curieux catholiques et hérétiques. Le saint apôtre proposa les interrogations, le jeune homme donna les réponses, l'un et l'autre avec un intérêt et une grâce qui charmèrent tous les spectateurs, heureux de trouver si bien réunis dans cette soirée l'utile et l'agréable. »

33. Major vero et tristior ea jactura est quæ nobis eripuit librum alium a S. episcopo perscriptum cui titulus « Tractatus de dæmonomania seu de energumenis. » Hunc ait Carolus Augustus Salesius « a Francisco compositum dum ageret Tononii pro conversione hæreticorum, » et nondum editum esse monet, ac se archetypum in charta habere (2). Quomodo hic liber ad propugnandam catholicam veritatem pertineret explicat perspicue laudatus biographus in libro 3 Vit. S. Franc. enarrans : « Per hæc tempora (quum Tononi esset et hæreticis convertendis operam daret) vexabantur ab immundis spiritibus Veragrorum non pauci et Salesius abigendis iis sedulam nec inutilem navabat operam. Terrebant vero ministrorum animos mirabiles tot effectus; nec enim unquam eorum ullus nisi lutheranæ temeritatis particeps rem tentare similem ausus fuit. Magum esse et veneficum Salesium altius ideo inclamabant; alii vero phantasiæ et imaginationis vi vexationis speciem tribuebant, negabantque vel esse dæmones vel tantam in mortalia corpora auctoritatem habere : et accessit ad has nequitias insolens et calumniis refertissimus anonymi cujusdam, qui se medicum Parisiensem ajebat, libellus Regi dicatus in communem Ecclesiæ Parisiensis sensum exorcismorum fulmen impugnans, atque adeo sui auctoris impietatem et pellaciam præseferens. Quæ causa fuit ut tacentibus ceteris, non agendi sed loquendi, non accusandi sed defendendi libertatem Franciscus arripuerit, tractatumque de dæmonomania decreverit scribere, et revera scripsit, licet postea, et qua ratione non constat, luci denegaverit. »

34. Quænam fuerint hujus libri partes, qui tractationis ordo, ita declarat antistes clarissimus : « Continet autem hic tractatus novem capita. Naturam humanam communicare cum angelica. Satanam communicare cum homine a statu peccati, et quo perveniat hæc communicatio. Hujusmodi communicationem, qua Satanas incorporat se homini ab Incarnationis mysterio frequentiorem esse. Eamdem inferre in animo pugnam et in corpore supplicium. Deum vero ordinarium remedium tanto tempore frequenti malo præparasse. Quænam sit præcisa hujus ab immundo spiritu vexationis qualitas. Quænam sint dispositivæ et applicativæ causæ maligni spiritus in corpore possessi. Quodnam sit Satanæ consilium adversus eum quem possidet, et quodnam postremo adversus Ecclesiam, quæ a sua vult eum possessione deturbare. His capitibus quidquid de energumenis dici potest et disputari accuratissime pertractat, concluditque Deum, qui diaboli rabiei cum energumenum vexat terminos imponit, malitiæ etiam et calliditati dare limites, quum Ecclesiam fallere et decipere tentat, ut unius patientia ejus vincat fortitudinem, et alterius prudentia fraudem. Tunc ubi se detectum videt hujus sæculi princeps, ad suum mundum recurrere, ab eoque vim et calumniam, duo veluti brachia quibus impugnet Ecclesiam, et suam tueatur possessionem, mutuari; Ecclesiam vero, quæ contra vim caret armis, habere saltem contra calumniam suis in actionibus innocentiam, suis in verbis veritatem, et ad se tuendam suis in judiciis auctoritatem. »

35. Multam quidem et præclaram adeptus est gloriam vir sanctus his libris quos recensui, at putandus non est, eorum ope dumtaxat pro causa veritatis certavisse. Supersunt enim plures ex iis concionibus quibus fidem catholicam adseruit et illustria conversionum prodigia patravit velut testatur Phœbeus in compendio pluries laudato : « Divione, Gratianopoli et Parisiis quadragesimales conciones habuit, quibus inter plurimos ad catholicam fidem adegit Claudium Buccardum, Lausannæ publicum theologiæ professorem, Franciscum ducem Diguoranum Delphinatus proregem, Barberium et Jacobum Philippum magni nominis pseudoministros (apud Cappell. op. cit. pag. 42). » Plane non tam ad edocendos catholicos jam probe instructos, quam ad hæreticos refellendos simul et illustrandos pertinebant multæ ex iis concionibus quæ inter homilias (sermons) conscriptæ leguntur.

36. Quid quod in ipsis epistolis S. scriptor ad instar Hieronymi et Augustini sæpe multa est complexus quæ sive ad explicandam, sive ad tuendam catholicam fidem pertinerent? Quædam ex iis potius tractatus theologici epistolari forma exarati, quam epistola forent compellandæ. Eminent litteræ datæ idibus aprilis 1603, in quibus S. auctor docte, prolixe et laboriose convellit atque evertit quod nocentissimum erat in lutherana hæresi de fide sine operibus sufficienti ad salutem. Equidem legens satis mirari non poteram, quam plane ac dilucide nativo illo stylo epistolari vir sanctus res difficillimas declaret, puta quid sit Deus, qualia sint SSmæ Trinitatis et Dominicæ incarnationis mysteria. Nec prætereundæ litteræ ad episcopum Savoneusem et Anastasium Germonium datæ, propter quas finis impositus est controversiæ *de auxiliis;* de altera P. Philibertus de Bonneville de facto testis hæc retulit in vita S. episcopi : « Sa doctrine était tellement connue que, lorsque se traitait à Rome la dispute tant célèbre *de auxiliis*, c'est-à-dire de la manière dont Dieu nous dispose pour recevoir les grâces et aides surnaturelles à notre justification, notre très-docte prélat en ayant écrit au Rme Anastase Germonio, lors référendaire de Sa Sainteté, et celui-ci ayant fait voir cette lettre au S. père Paul V, lequel trouva les raisons qu'il apportait si solides, qu'il le communiqua au consistoire des Illmes cardinaux, lesquels, suivant l'avis qu'il donnait trouvèrent bon d'imposer silence à cette dispute, ce qui fut fait : tant était estimé ce qui venait de ce grand cerveau et de cet homme de Dieu « (Vide opp. tom. IX edit. Vivès, pag. 359).

37. Prætereo uberem illam segetem, quam suppeditant scriptiones aliæ, quibus S. episcopus apud pontifices maximos, apud principes, apud magistratus, apud cooperatores suos, et alios instabat, consilia, hortationes, monita, rationes ineundas subjiciens ad purgandas regiones ab hæretica lue, ad catholicum cultum restituendum, ad religionem amplificandam. Eæ profecto acutas de theologia disputationes non continent; sed scriptis polemicis eas adjicere par erat; sunt enim et istæ

(1) Opp. S. Franc. edit. Vives, tom. V, pag. 416.

(2) In Vita S. Franc. Sales. in calce operis in recensione documentorum.

monumenta apostolici zeli, et cum illis conjunctæ perfectam et absolutam exhibent imaginem athletæ fortissimi, qui telis undecumque quæsitis pro veritate dimicavit, et ad extirpandam hæresim viribus totis incubuit.

38. Priusquam recensioni operum dogmaticorum et polemicorum finem faciam, omittere nolo egregiam illam lucubrationem, quæ titulum primum constituit Fabriani codicis, ubi omnes refelluntur errores præcipui Lutheri, Calvini, aliorumque qui per idem tempus hæreseon antesignani extiterunt, gravissimo rationum pondere, doctrina mirabili, et exquisita Ss. Bibliorum, Patrum et conciliarium definitionum peritia; imo sæpe hæreseos præcones suis ipsi telis confodiuntur. Hanc operis partem (si postremam tituli conclusionem excipias) non e penu Antonii Fabri, sed Francisci Salesii prodiisse demonstrat cl. abb. de Baudry tum ex epistolis a Fabro conscriptis, tum ex testimonio coævi historici abbatis de Longaterra (1). In hac copiosa hæreseon refutatione notas illarum S. auctor accurate persequitur, et qui eas tuentur eversores esse veritatum omnium, et absurdissimarum opinionum somniatores evincit. Illos sibi invicem contradicere demonstrat, et nullam habere cui innitantur auctoritatem; spiritum superbiæ, pertinaciæ, contumeliæ, et mendacii quo ducuntur arguit invicte : indecoram illorum originem revelat, nullumque tetrius monstrum vel humanæ societati magis perniciosum ab inferis ortum ostendit. Quisquis hanc S. viri lucubrationem sedulo consideret non modo eum insuperabilem adsertorem veritatis et doctissimum rei theologicæ magistrum deprehendet, sed virum quoque futura divinantem agnosceret, sequentium enim sæculorum historia confirmavit quæ ille præcinuit de exitiis et publici ordinis perturbationibus, quæ ab ea colluvie errorum in hominum societatem redundarent.

39. De libris hucusque disserui polemicis vel dogmaticis : modo ad eos deveniat oratio oportet quos dogmatico-asceticorum compellatione designavi. In hoc numero primi legentium oculos ad se convertunt XII libri *De amore Dei*, quibus nescio an quidpiam in suo genere præclarius sit, ac sublimius. Non enim ad affectus sancte permovendos, fovendamque pietatem dumtaxat pertinent, sed quidquid in philosophia morali de humanis affectibus deque intima amoris natura, quidquid in theologia dogmatica de divinis attributis et benefactis Dei in hominem collatis, de charitatis vi et substantia ejusque societate cum aliis virtutibus, de arctissima animæ conjunctione cum Deo, de gratiæ efficacia, deque hominis arbitrio, de prædestinatione, subtilius et profundius disputari potest, exponunt enucleate, enodant dilucide, simulque explicant apte, ornate, ac venustissime. Certe affirmari potest sine hyperbolis nota, aut nullos aut perpaucos auctores tria illa quæ summum scriptorem demonstrant, optime docere, delectare et movere, tam plene ac feliciter fuisse assequutos quemadmodum Salesius in iis libris præstitit. Præstitit autem in ea re declaranda qua nihil nobilius, nihil homini utilius, nihil acceptius Deo dici potest aut excogitari. Vere ac recte insigne et incomparabile opus illud appellavit Phœbeus, quum nomine hujus Sacræ Congregationis ex officio enarrabat : « Scripsit (S. Franciscus) libros, qui uberrimos in toto Christiano orbe fructus pariunt. *Philoteam* præsertim..... epistolas spirituales et insignem atque incomparabilem tractatum *De amore Dei*, qui omnes, in omnium pene nationum idioma translati, omnium teruntur manibus cum ingenti legentium profectu. In his tanquam in speculo viva Salesii elucet imago, neque enim potuit vir beatus aliter docere quam vixit, aliter vivere quam docuit (2). »

(1) Vide Baudry in edit. Migne Opp. S. Franc. Sales. tom. VI, pag. 120 et seqq., pag. 147 et seqq. et Vitam S. Francisci de Sales scriptam ab Abb. de Longaterra, part. III, pag. 124.
(2) Apud Cappell. Op. cit. pag. 51.

40. Orationis numquam finem facerem, si suffragia recensere vellem vivorum doctissimorum inter catholicos, qui hoc opus laudibus extulere; nam verissime de eo testatus est S. Vincentius a Paulo : « Liber certe admirabilis qui tot præcones de suavitate sui auctoris habet quot sunt ejus lectores. » Tum subdit « quem studiose curavi ut in nostra communitate, omnino tanquam remedium universale omnibus languidis, spiculum torpentibus, incentivum dilectionis, scala ad perfectionem tendentibus legeretur. Oh utinam prout dignus est, ab omnibus tractaretur ! non esset qui se a calore ejus absconderet » (1). Ceterum Patres sapientissimi opus non habent, ut alia nomina laudatorum hujus libri a me doceantur. Multa reperient in litteris postulatoriis ad S. Sedem exhibitis. Illud interim meminisse juvat quod rex acatholicus, sed multa præditus doctrina, hunc Salesii librum magno in pretio habuerit. Namque in testimonio Alberti Gevensis marchionis de Lulin, præfecti regioni Chablasii quod prostat in altero processu super canoniz. S. Francisci legimus (pag. 755 et seqq.) reginam Galliarum Mariam de Medicis tractatum hunc cum *Philothea* eleganter contectos et adamantibus ornatos dono misisse ad Jacobum Angliæ regem. Dein testis refert « hunc regem licet hæreticum, alioquin tamen doctissimum, dixisse, se nunquam libros legisse qui cum hisce duobus possent conferri, et episcopis regni sui exprobrasse, ipsorum neminem eam vim mentis habuisse ut de ejusmodi argumentis tam pure sancteque tractarent, neque et documenta tam apta darent quibus homines ducantur ad Deum » (2).

41. Nihil peculiare et proprium a me dicendum esse puto de duobus fragmentis, quorum alterum de amore Dei inscribitur, alterum de modo quo charitas adhibet virtutes cardinales; siquidem utrumque habendum est tamquam pars vel appendix Tractatus de amore Dei; adeoque ad ea pertinet quidquid de dignitate et excellentia hujus tractatus hucusque disserui. Potius circa homilias sive sermones nonnihil immorandum est, nam propter eas potissimum S. antistes ab Antonio Fabro (3) patribus antiquis Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, Gregorio fuit comparatus, et fama nominis sui Galliam, Helvetiam, Italiam replevit. Nobilissimas equidem ac fructuossisimas fuisse ostendi homilias illas, quæ ad refutandos hæreticos spectabant (sup. § 35); ast aliæ extant quamplurimæ, quibus doctrina catholica exponitur, mores emendantur, charitas incenditur, Deiparæ et sanctorum laudes celebrantur.

42. Par est modo, ut ad asceticos libros deflectat oratio, in quorum numero primum obtinet gradum Introductio ad vitam devotam, seu *Philotea*, quæ tot laudibus ornata fuit, tot genuit fructus salutis, ut ejus unius nomine haud indignum sit S. episcopo doctoris titulum flagitare. De hoc opere sic testabatur S. Joanna Francisca de Chantal : « On dit que le seul esprit de Dieu a dicté le livre de l'Introduction à la vie dévote. Ce livre a été loué hautement et universellement des doctes et des indoctes, et a été et est si profitable, qu'il n'y a quasi nation qui ne l'ait voulu avoir en sa langue, et l'on admire la multitude d'impressions qui ont été faites. Un nombre infini d'âmes ont trouvé dans ce livre le moyen de leur salut, et le chemin de la vraie perfection chrétienne, chacun selon sa condition. » Quæ de versionibus hujus libri in plures linguas sancta mulier testatur historici confirmant; scitum est enim jam anno 1656, illum in septemdecim linguas præter gallicam juisse conversum.

43. Ex eo factum est, ut sanctimonia, quæ in templis ac cœnobiis relegata videbatur, ubique jubar suum effunderet. Ait enim testis plena fide dignus : « Tum visa est vera pietas; viam

(1) Deposit. S. Vincentii a Paulo in proc. canon.
(2) Eadem leguntur in testimonio Petri Castagnesy Baronis Castrinovi.
(3) Codex Fabrius, lib. I, tit 1 in fine.

sibi stravit ad regum solia, in ducum exercituum tentoria, in judiciorum forum, in telonia, in negotiatorum officinas et in pastorum oppidula (1). »

44. Neque illud mirandum est quod omnium ordinum homines ad solidæ pietatis viam liber ille perduxerit; nam S. auctor, prout scite notavit episcopus Bitectensis : « Viam sanctitatis facilem adinvenit, prava sternens in directa et aspera in vias planas (2). » Quæ præconia non eo valent ut novas et alias ab evangelicis normas excogitaret Franciscus; sed ut primus ante omnes explanate doceret quid sibi velit in usu vitæ quotidiano evangelicum effatum : « Jugum meum suave est et onus meum leve, » illudque omnibus hominum conditionibus aptaretur.

45. Si a Salesio ad solidam pietatem fideles in unoquoque statu constituti erant informandi, nonne præcipuam partem in asceticis ejus scriptis illos obtinere par erat, qui clericalem vel religiosum statum amplexi perfectioris vitæ rationem profitentur ? At presbyteris ille peculiariter prospexit per ea quæ de missæ sacrificio, de sacerdotum officiis pie ac sapienter exaravit, ac per alios libros, de quibus dicam quum ad opera deveniam quæ theologiam pastoralem attingunt. Regularibus autem suppeditavit documenta egregia in collocutionibus spiritualibus (vulgo *Entretiens spirituels*) quas S. antistes habuit ad sanctimoniales ordinis Visitationis, quæque justi voluminis molem conficiunt. Ibi multa et præclara disseruntur de religiosa obedientia, de humilitate, de resignatione animi voluntati divinæ, deque aliis virtutibus, quæ potissime ab iis colendæ sunt, qui quæve regularem statum elegerunt.

46. Nec prætereundi sunt duodecim tractatus minores (*Petits Traités*) per quos asceticæ sublimioris præcepta ad practicum usum facili, planaque semita deduci possint. In eodem ordine sunt quæ vir sanctus conscripsit de usu temporis et exercitiis diurnis, de tristitia et turbatione interna, de sacra synaxi pie ac fructuose suscipienda, de sanctis commentationibus super mysteriis nativitatis et passionis Domini, deque piis precationibus, quas vel ille subjecit, vel quomodo recitandæ essent edocuit.

47. Eximia peritia magistri asceticæ disciplinæ cum legislatoris sapientia emicat consociata in regulis et constitutionibus, quas vir sanctus ordini Visitationis præscripsit. Eapropter in hoc sacro cœtu singulari laude liber ille ornatus fuit, ut Franciscus Maria Phœbeus in compendio sæpe memorato tradidit : « Fecit prima fundamenta elevavitque vexilla auctor præclari ordinis sanctimonialium Visitationis Beatæ Mariæ sub regula S. Augustini, additis constitutionibus sapientia discretione et suavitate mirabilibus, et has quidem Urbanus VIII, ordinem vero Paulus V summi pontifices approbarunt et confirmarunt (3) ». Quasi ejusdem operis partes haberi debent monita ad antistitas ejusdem ordinis, itemque monita de vocatione ad statum religiosum, de probatione et receptione puellarum.

48. Uberrimam porro segetem rei asceticæ studiosis suppeditant epistolæ sancti episcopi tum ad S. Joannam Franciscam de Chantal, tum ad alios complures conscriptæ. Nulla fere in hac disciplina exciri potest dubitatio quæ non apte solvatur, nulla moralis infirmitas cui accommoda remedia comparata non sint.

49. Singulare enimvero decus hisce litteris ex eo accedit, quod prima in illis germina reperiantur devoti cultus erga sacratissimum Cor Jesu, quem modo mirifice propagatum in orbe catholico gratulabundi conspicimus cum maximo animarum fructu, et fervidæ pietatis incremento. Peculiarem vocationem ordinis a so instituendi ad fovendum hoc pietatis genus agnovit S. fundator haud obscure anno 1608 ad exitum vergente.

50. Anno 1611, quum S. institutori in mentem venisset insigne quoddam, seu stemma proponere quod nova congregatio præseferret, ita eidem sanctæ mulieri sensus suos expromebat die III idus junias : « Notre maison de la Visitation est par sa grace assés noble et assés considerable pour avoir ses armes, son blason, sa devise, et son cri d'armes; j'ai donc pensé, ma chere mere, si vous en estes d'accord, qu'il nous faut prendre pour armes un unique cœur percé de deux fleches enfermé dans une couronne d'espines, ce pauvre cœur servant dans l'enclavure à une croix, qui le surmontera, et sera gravé des sacrés noms de Jésus et de Marie. Vraiement nostre petite Congrégation est un ouvrage du cœur de Jésus et de Marie, le Sauveur mourant nous a enfantés par l'ouverture de son sacré cœur (1). » Memoranda hæc dies erat, scilicet feria VI post octavam festi Corporis Christi, qua die (post annos quatuor et sexaginta) jussit Dominus peculiari pietatis cultu sacrum Cor suum honorari, itemque illud memorandum quod in visione B. Margaritæ Alacoque reperitur.

51. Neque solam Joannam Franciscam hoc igne inflammabat vir sanctus, sed ceteras etiam sorores; siquidem in epistola data ad religiosam puellam tempore solemni Nativitatis Dominicæ legimus : « Vous estes bien auprès de cette cresche sacrée, en laquelle le Sauveur de nos ames nous enseigne tant de vertus par son silence... son petit cœur pantelant d'amour pour nous debvroit bien enflammer les nostres. Mais voyés combien amoureusement il a escript votre nom dans le fond de son divin cœur, qui palpite la sur la paille (2). » Nonne prælusisse videtur S. antistes celebratissimæ precationis formulæ quæ nunc per orbem universum in ore fidelium omnium personat : *Cor Jesu flagrans amore nostri, inflamma cor nostrum amore tui ?* Possem alias adducere epistolas ad alias e sororibus datas, et eas jungere effatis et allocutionibus sancti viri ; sed ne nimius sim ea prætereo; plura enim congesta hac super re invenire licet in historia B. Margaritæ Mariæ Alacoque adornata a viro clariss. Æmilio Bougaud, vicario generali episcopi Aurelianensis, cap. 8, itemque in historia vitæ S. Episcopi a Hyacintho Gallizia exarata. Hoc unum interea monendi sunt Patres Em. quod non in solo Visitationis asceterio hoc studium excitandi et provehendi cultus Cordis Jesu a S. antistite declaratum fuit, pluries enim in aliis operibus de eo verba fecit, ut fideles omnes eodem pietatis sensu incenderentur. Præsertim in tractatu de amore Dei hæc loca possunt conferri lib. III (edit. Vives, tom. I, pag. 473), lib. V (tom. II, pag. 46, 53, 57, 77), lib. VI (tom. II, pag. 113, 125), lib. VII (tom. II, pag. 188), lib. XII (tom. II, pag. 472). Pariter in Philothea, part. V, cap. 13 (Op. tom. I, pag. 287), in sermone pro feria VI majoris hebdomadis (tom. IV, pag. 424), in collation. spiritual. XII (tom. III, pag. 438), ac præsertim in sermone habito in festo S. Joannis ad portam Latinam (tom. IV, pag. 537).

52. Asceticis libris conserere præsat elucubratiunculas historicas, quarum altera enarrabat virtutes Ven. Juvenalis Ancina, quæ magnificissima habita est ab hoc sacro ordine in causa canonizationis venerabilis servi Dei, altera non absimilis de vita pientissimæ virginis Pernettæ Marraine; quæ narratio propter minorem subjecti amplitudinem priori illi posthabenda non est, eadem enim semper est virtutis nobilitas, sive in humilibus fulgeat, sive in sublimioribus : imo eo magis effulget scribentis peritia quod eadem facilitate, nitore, et eloquentia magni episcopi virtutes humilisque mulieris rusticanæ graphice referre et explicare potuerit.

(1) Proces. sup. canoniz. S. Francisci de Sales; depos. S. Jo. Franciscæ de Chantal.
(2) In voto pro canon. apud Cappell. pag. 184.
(3) Cappell. p. 46.

(1) Opp. edit. Vivès, t. VIII, p. 177.
(2) Opp. tom. XI, pag. 197 in fin., 198.

53. Insignem doctoris Ecclesiæ notam in antiquis illis quatuor Gregorio, Augustino, Ambrosio et Hieronymo hanc deprehendit Bonifacius VIII quod eorum facundia *Scripturarum ænigmata reseraverit* (cap. un. de reliq. et vener. Ss. in 6). Hujus peritiæ specimen præclarum edidit vir sanctus in interpretatione Cantici canticorum, cujus libri explanatio maxime ardua ac salebrosa interpretibus omnibus visa est. Allegoricum esse hunc librum nemo inter viros sana doctrina præditos inficiatur, ergo tropicæ voces passim in eo usurpantur. At difficultas maxima in eo sistit, ut veræ illarum significationes attingat interpres, ac semel repertas jugiter retineat, ita ut in locis pluribus, ubi eadem vox reperitur, semper sibi constet recte sensus orationis. Difficultatem pervidit scriptor egregius, eamque feliciter exsuperavit, velut ex ipsa præfatione liquet.

54. Vix est ut moneam, sanctum interpretem accurate præstitisse quod promiserat, et eam præbuisse perdifficilis Cantici explicationem, quæ pervia etiam indoctis doctissimos simul in maximam raparet admirationem; uberiorem namque studiosis sacræ exegesis præstitit utilitatem, quam qui in Gesenii et Furstii libris insudantes, semiticorum idiomatum comparatione instituta, vix sensus extricarunt aliquos, quos apte hebraici textus vocibus accommodarent. Ceterum alia præbuit ille specimina prudentiæ suæ in fragmento quod extabat in archivo monasterii Mutinensi Visitationis B. M. V. et a cl. Migne editum fuit (Opp. tom. IX, pag. 37 et seqq.), ubi loca quædam Geneseos, Psalmorum, Actuum apost. et epistolarum S. Pauli acute et concinne explanantur. Imo divinum lumen, quo mens ejus erat illustrata in sacris paginis declarandis luculenter etiam perfulget in homiliis, sive sermonibus, in quibus sanctus concionator proposito aliquo e sacris bibliis insigni loco, illum explanat, lateque explicat ad instar Chrysostomi, et ad utilitatem audientium accommodat, ut doctiores illi simul, et meliores e concione discedant. Oh utinam quas agitabat animo sacrarum litterarum interpretationes vir sanctus ad exitum perducere potuisset! Siquidem a Carolo Augusto Tulliano ejus historico discimus, ipsum consilia sua de quibusdam S. Scripturæ libris explicandis abbati Joanni a S. Francisco aperuisse, et vasto, prout erat, animo multa et gravia fuisse complexum.

55. Quamvis morale opus, quod nuper a Carolo Augusto memoratum audivimus, conficere S. auctor nequiverit, nefas tamen est affirmare, nos ejusmodi scriptis ab eo derivatis esse destitutos. Ac primo quidem in *Philotea* nullo licet eruditionis apparatu plures gravesque morales quæstiones facile et quasi obiter extricat atque dissolvit. Singularem vero meruere laudem et celebritatem ejus monita ad confessarios, de quibus ait Car. Augustus Salesius (lib. 5) : « Quia de nonnullis confessarios monendos non utile modo, sed et necessarium ratus est..... idcirco vigintiquinque solidas et breves monitiones scripsit, jussitque mandari typis, et quantum deinceps et confessariis et pœnitentibus libellus hic tulerit emolumenti dici satis non potest; nam et per universam Gebennensem diœcesim, et quod magis, brevi per universam Galliam imo et Italiam in varias linguas versus cucurrit. » Ipsemet Benedictus XIV in quæstione gravissima de cautione adhibenda a confessariis in absolutione confitentibus impertienda, ad hoc Salesii opus provocavit (de Synod. diœces. lib. XI, cap. 2, n. 18.)

56. Horumce monitorum auctoritas et celebritas ex eo etiam liquet, quod vir doctissimus Franc. Antonius Zacharia vestigia terens Ludovici Abelly episcopi Ruthenensis, his quasi clypeo impenetrabili sit usus ad tuendam universam disciplinam moralem per varios casus et quæstiones singulares explicatam. Namque in dissertatione historico-didacto-apologetica quam præmisit theologiæ morali S. Alphonsi, dum convellit sententiam eorum qui casuistas nuncupatos despiciunt, creduntque sine illorum opera posse se difficillimas de moribus quæstiones extricare, ait : « Hoc autem judicium suum confirmat (Abellyus) auctoritate trium insignium episcoporum quos sequi omnes debeant. Hi sunt S. Carolus Borromæus... S. Franciscus Salesius..... cardinalis Paleottus..... S. Franciscus Salesius in instructione confessariorum suæ diœcesis eisdem etiam atque etiam commendat lectionem tractatus de prudentia confessarii, quem scripsit P. Valerius Reginaldo Soc. Jesu, et in epistola ad quemdam præsulem, instructionem sacerdotum card. Toleti vehementer laudat tamquam perutilem muneri recte obeundo, quod ei erat impositum (1). »

57. Eadem moderatione prudentiæ et gravitate doctrinæ temperata sunt omnia quæ de rebus moralibus seorsim vir sanctus conscripsit sive in explicatione præceptorum decalogi, sive in instructionibus ad sacramentalem homologesin peragendam, sive in enodandis quibusdam particularibus quæstionibus, sive de principis officiis disserens, sive de duello ubi acute distinguit quid sufficiat ut lethale crimen quis contrahat, vel in excommunicationem incidat. Ceterum nonnisi majoris subtilitatis et perspicuitatis causa moralia ab asceticis operibus distinximus; omnia enim quæ de re ascetica vir sanctus exaravit morales doctrinas vel adstruunt, vel supponunt (altera enim alterius scientiæ pars et complementum est); ita ut omnes laudes quæ Francisco tributæ sunt tamquam immortali pie sancteque vivendi magistro eo spectent etiam, ut illum moralis theologiæ præceptorem præstantissimum habeamus.

58. Pastoris boni imaginem in se exhibens absolutissimam Salesius facere non poterat quin de pastorali theologia apte graviterque multa scriptis traderet. Sane ad pastorale magisterium quod attinet hæc tria potissime pensanda esse Magnus Gregorius edocuit : « Ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perveniens qualiter vivat, et bene vivens qualiter doceat (2). » Jamvero optima de tribus hisce documenta in Salesii libris reperimus. Aureas enim habet ille sententias circa beneficia dignioribus conferenda, et plura de vivendi ratione quam episcopus sequi debet, ejusque dignitate et officiis sapienter conscripsit. Imo a se ipse sumens exordium « ad hoc fastigium evectus sibi et familiæ optimas conscripsit leges, neque enim aliunde dignosci voluit incrementum honoris, nisi a virtutis et sanctitatis incremento, » velut card. Sacchettus in relatione sua scite notavit (3). De præconio divini verbi, sive ad plebem christianam erudiendam in elementis fidei, sive ad mores edoctorum informandos prudentissima tradidit præcepta, et formulas parochis suppeditavit, quarum ope id commode præstarent. Satis autem commendari nequit *Tractatus de prædicatione divini verbi*, quem tempore eloquentiæ corruptissimæ quasi facem in tenebroso loco vir sanctus proposuit et concionum suarum exemplo illustravit (4). Hoc libro duce potissimum est usus S. Alphonsus de Ligorio in exarando opere quod inscribitur *Istruzione ai predicatori*. Quoniam vero recte nequit ille præesse qui diœcesis statum accurate haud exploraverit, et noverit, hinc ea Francisco prima cura fuit. Quomodo autem id optime præstari valeat ceteros pastores edocuit, quodam quasi exemplari proposito in ea descriptione diœceseos sibi creditæ, et expositione necessitatum ejus, quam ad summum pontificem transmisit.

59. Qualis in administratione diœceseos Franciscus extiterit breviter, sed aptissime explicat bulla canonizationis (§ 29), ex qua S. antistitem conspicis « cuncta episcopalis vitæ momenta suis virtutibus, functionibusque animare, synodum cogere,

(1) Zachar. dissert. proleg. ad scientiam moral. p. 3, c. 2.
(2) Regul. Pastoralis Pras. 1, princ.
(3) Apud Cappet. op. cit. pag. 103.
(4) Confer. opus Rev. H. Sauvage inscriptum *S. François de Sales prédicateur*. Parisis 1874 facultati litterarum Parisien. exhibitum.

ecclesiasticæ disciplinæ leges vel restituere vel sancire. » Exhinc fluit series scriptorum, quam in summarii tabulis septimo loco posui, quæ tamen cum præcedenti de pastoralibus scriptis ita est consociata, ut continenter attexta et unum quasi corpus constituens animo concipienda sit. Quum porro de coacta synodo imprimis pontifex meminerit, recolam et ego ante omnia constitutiones synodales, propter quas singulari laude Franciscum ornavit Emus causæ relator memorans : « Cleri mores coacta synodo sanctissimis legibus stabilivit (1). » Has leges non quasi topici concilii statuta, sed digna quæ in universa Ecclesia serventur existimasse videtur immortalis Lambertinius, dum regulas tradens ad clericorum ordinationes rite habendas lectores ad illas delegavit (2). Quare si ex iis dumtaxat sapientia dictantis innotesceret, satis se viris prudentibus probasset. At zelus illius hisce finibus contentus non fuit ; nam prout latius explicat Phœbeus in compendio vitæ et virt. « Coacta synodo, perlustratis oppidis non solum sæcularis cleri disciplinæ nitorem restituit; sed apostolica suffultus auctoritate regulares etiam, præsertim vero monachos cœnobiorum Sixiensis et Talloriensis ad amplectanda primorum Patrum instituta coegit, » ac paulo post subjecit : « In monte Vaironensi eremitas constituit pariter sub invocatione B. Virginis, quibus pias constitutiones conscripsit (3). »

60. In expendendis singillatim scriptis varii generis, quæ in Summ. n. 1. Ser. VIII recensita sunt, non immorabor ; de omnibus vero conglobatim dicam, ea cum præcedentibus juncta vehementer conferre, ut pleniorem conceptum omnigenæ peritiæ S. viri, exquisitæ prudentiæ, facundiæ admirabilis et facultatis scribendi aptissime de re qualibet animo effingamus. Semper « est enim (ut de Hieronymo Cassiodorus aiebat) planus, doctus, dulcis, parata copia sermonum ad quamcumque partem convertit ingenium (4) ». Imo et ista quoque ad imitationem prosunt; non enim semper de Deo, deque divinis et ecclesiasticis rebus a christianis hominibus dicendum vel agendum est. Plura sæpe urgent negotia, plura sive justitiæ sive humanitatis officia sunt exsolvenda, multis aliorum desideriis satisfacere oportet. Quæ dicendi scribendique ratio in variis rerum adjunctis sanctum et prudentem virum maxime deceat, discere et novisse expedit summopere, nequis in verbo labatur, ne vox vel calamus ulterius quam par est excurrat. Nullum autem exemplar de hac styli necessaria varietate accommodatius proferri potest, quam S. Gebennensis antistes : « cum se debitorem agnoscens sapientibus et insipientibus, omnibus omnia factus, simplices et agrestes in simplicitate sermonis edoceret, inter sapientes vero loqueretur sapientiam, exhibens se omnibus formam virtutum, normam disciplinæ 5) ».

CAPUT SECUNDUM

De extrinsecis argumentis eminentis doctrinæ S. Francisci Salesii.

61. Quamvis in prægressa hujus defensionis parte explicanda frequens mihi oblata sit occasio afferendi testimonia ornatissima sanctorum hominum, Romanorum pontificum, S. R. E. cardinalium, præsulum aliorumque clarissimorum virorum de præcellenti doctrina S. antistitis Gebennensis ; ea tamen spectabant ut plurimum ejus opera singillatim, ideoque adducta sunt ut cujusque præstantia et dignitas agnosceretur. Itaque abs re non erit aliquid delibare, ex segete prope infinita, de judiciis summorum hominum circa universa illius scripta et eminentiam scientiæ, quæ ex ipsis elucet.

(1) Apud Cappell. pag. 104, princ.
(2) De Synodo diœces. lib. XI, cap. 2, n. 11.
(3) Apud Cappell. pag. 41.
(4) Cassiodor. Inst. divin. liter., cap. 21.
(5) Phœbeus. in Comp. vitæ et virt. apud Cappell. pag. 30.

62. Et quoniam de Ecclesiæ doctore renunciando disceptatur, liceat mihi doctoris Ecclesiæ auctoritatem ante omnes proferre, scilicet S. Alphonsi de Ligorio, qui unus ex eo ordine excelso post ætatem Salesii floruit. Admonui jam illud acceptum referri Alphonsi libris quod Salesii disputatio cum Theodoro Beza notior et vulgatior evaserit (vid. sup. § 28). Hic porro memoria repetam, S. doctorem proposuisse Franciscum concionatoribus tamquam exemplar absolutissimum sacræ eloquentiæ, qui ipsam instauraverat eo tempore quo corruptissima evaserat.

63. Et sane ita derivavit, ut non modo in scriptis asceticis persæpe illius auctoritate uteretur, sed etiam in operibus dogmaticis et polemicis haud raro ejus nomen et sententias adduceret. Quo majus autem robur adjiceret auctoritati sancti scriptoris, quo tantopere delectabatur, aiebat : « Si noti che i documenti di questo santo sono stati con modo particolare lodati e ricevuti dalla santa Chiesa, la quale ci fa pregare, che colla guida e prattica di essi procuriamo di giungere all' acquisto della vita eterna : *Concede propitius, ut ejus dirigentibus monitis æterna gaudia consequamur.* Così diciamo nell' orazione del Santo (1) ». A vero itaque haud aberraverit, qui Salesii quodammodo discipulum fuisse Alphonsum affirmet.

64. Haud immerito Francisci vestigia terebat sanctus doctor. Ecclesia enim non modo in oratione nuper descripta, sed et in aliis documentis insignibus sic illum commendat, ut parum a doctoribus differre videatur. Quid enim valet illud, quod in sexta lectione ejus officii legitur : « Suis etiam scriptis cœlesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad christianam perfectionem tutum et planum demonstrat? » Quid illud quod in antiphona ad vesperas? « Replevit S. Franciscum Dominus spiritu intelligentiæ, et ipse fluenta doctrinæ ministravit populo Dei. « Nisi certis constaret argumentis, bullam editam ab Alexandro VII die XIII Kalend. Majas 1665 de Salesii canonizatione dumtaxat agere, crederes illam ad doctorem renunciandum pertinere. In exordiis namque Franciscum prædicat tanquam « doctrina celebrem, sanctitate admirabilem, ætatique huic nostræ contra hæreses medicamen præsidiumque ; » in calce autem Deo benedicit, « quia suscepimus misericordiam in medio templi ejus, dum novum nobis in Ecclesia... intercessorum concessit ad..... fidei catholicæ incrementum hæreticorumque et a via salutis errantium lumen et conversionem (§ 62). « Ejus vero scripta his verbis celebrantur : « Ex hujus charitatis officina volumina prodierunt quorum documentis irrigata populorum ac virorum nobilium pectora affluentem evangelicæ vitæ messem peperere (§ 41). » Alibi demum proponitur Salesius imitans : « Sanctorum Patrum... exempla..... potissimum catholicæ religionis sinceritati consulere, qua mores catholicorum informando, qua sectariorum dogmata evertendo, qua deceptas oves ad ovile reducendo (§ 29). »

65. Cum his congruunt perbelle ea quæ idem pontifex in allocutione consistoriali fuerat complexus. Ibi enim quum memoria repetivisset quæ et quanta Salesius vivens præstiterat : « in reformandis Genevensis diœcesis moribus, in convertendis ad fidem catholicam hæreticis, in revocandis ad pietatem populis, in instituendis religiosis, in docendo omnes tum doctrinæ salubris verbo, tum vitæ innocentis exemplo, » subjicit pontifex sapientissimus : « Superest adhuc, supereritque in terris magna illius pars, quæ idem præstat ope monitorum et evangelicæ disciplinæ documentorum, quæ libris consignata fidelium manibus teruntur (2). »

66. Concinebant pontificis verbis Patrum hujus amplissimi cœtus suffragia. Namque (ut ea præteream quæ superius

(1) Istruz. ai predicatori lett. 1, § 27.
(2) Apud Cappell. op. cit. pag. 140 et 141.

passim descripsi) card. de Aragonia Salesium laudabat tum aliarum virtutum nomine, tum « fructuosissimæ sapientiæ ad « posteros etiam utilissimarum doctrinæ cœlestis lucubratio- « num commercio derivatæ (1). » Adjiciebat card. Pallottus, « Franciscus de Sales unus profecto ex illis censendus est, « quibus dictum legitur : Vos estis lux mundi (2). »

67. Plane Damiatæ archiepiscopus compellabat : « Beatum Franciscum Salesium sal vere evangelicum, qui ad saliendam terram hanc et a calviniana putredine purgandam editus opportune, nihil intactum reliquit; ut in illa Genevensi Babylone pararet Domino plebem perfectam (3). » Haud secus a Vintimiliensi episcopo Salesius laudatus fuit utpote « adeo sapienter arguens, viriliter increpans, ut innumeri vel pseudoministri perversissima quæque monstra in bonum versa turmatim ferocitate deposita in spiritus novitate gauderent. Hæc (subdit) et alia potiora fecit, docuitque Salesius in terra mirabilis, magnus in cœlo. »

68. Optime meminere Patres Emi hæc divini oraculi verba in laudem Francisci a Clemente VIII prolata fuisse (vid. sup. § 10). Quæ si jungantur cum iis quæ nuper retulimus ab Alexandro VII pronunciata, duorum Romanorum pontificum judicio gravissimo eminentiam doctrinæ Salesii nostri perspicue ac solemniter confirmatam intelligimus. Neque aliter senserunt illi qui Franciscum noverant, et hoc supremæ dignitatis fastigium attigerunt. Certe Paulus V manifesto demonstravit quanti faceret Francisci doctrinam in vexatissima *de auxiliis* quæstione, quam sine illo disceptari noluit, et ejus, ut ita dicam, judicio et arbitratu diremit.

69. Leonis XI jam vidimus quænam de Salesio sententia fuerit, quum illum non doctoris modo, sed Apostoli ad instar docuisse existimaverit (vid. sup. § 16). Clemens IX (ut supparem pontificem coævis Salesio adnumerem) et ante et post exaltationem ad Apostolicam Sedem judicium suum apertissime patefecit; namque et in consistorio habito de illius canonizatione hoc protulit suffragium : « Catholicæ religionis propugnator B. Franciscus Salesius..... infensissimos hæreticorum conatus repressit, veramque profligandi dæmonis artem et verbo docuit, et firmavit exemplo. Tum etiam ut omnes eximii ducis expleret partes, præclarissimis voluminibus pium quodammodo armamentarium animarum condidit beneficio, ubi cuique liceat adversus humani generis hostem opportunis sese munimentis instruere. » Ab his judiciis prædecessorum suorum minime deflexit Benedictus XIV, qui, prout ostendi in sup. § 15, Salesii exemplo potissimum est usus, ut declararet quomodo eminentia virtutis heroicæ eximiæ scientiæ splendore illustretur; qui veritus non est affimare libros ejus scientia divinitus acquisita conditos fuisse; qui sæpe ejus auctoritate est usus, ut difficiles enodaret quæstiones; qui demum in constitutione *Pastoralis curæ* non alia appellatione quam *Sapientissimi* eum ornandum putavit.

70. Heic equidem me hærere fateor, extrinsecum namque argumentum aliis adjectis auctoritatibus debilitari potius quam confirmari intelligo. Nullas enim majores vel graviores habeo, aut habere possum iis quas adduxi. At si majores vel pares desunt, reticendum non est, cumulum iis accedere ex mirabili concensione pastorum, quibus Ecclesia docens constituitur. Solebant veteres nostri ad ingentem quemvis numerum significandum sexcentos dicere. Ego vero si dixerim sexcentos sacerorum antistites Franciscum doctoris nomine et cultu dignum censuisse numerum efferam minorem vero; hunc enim longe exsuperant nomina illorum qui in summarii tabulis recensentur. Jamvero licet privati homines qui aliqua ingenii vel doctrinæ fama floruerunt parvi pendissent, vel mediocrem existimassent Salesii doctrinam, nihil eorum opinio detrahere posset gravitati maximæ judiciorum illorum quæ nuper adduxi. Ast absurda hypothesis est. Fieri enim non potuit ut aliquis ingenio et doctrina præstaret, et Franciscum nostrum ejusve libros novisset, ac simul singulari admiratione scientiam ejus minime prosequeretur. Ven. Juvenalis Ancina, de cujus heroica prudentia jam dubitare non licet, et cujus monitis regi volebat Baronius (1), exemplo suo præcessit consultoribus hujus sacri cœtus qui sæpe (ut vidimus) Francisco aptaverunt evangelicum effatum : « Vos estis sal terræ, » quod Ecclesia pro doctoribus suis usurpat. Scilicet cum Franciscus Salutias venisset et rogatus esset a ven. episcopo ut concionem haberet ad populum : « Crucis SSmæ laudes tanta cum facundia et pietate celebravit... ut omnium aures raperet et animos... Finito sacro... Salesio congratulatus est Ancina, et *Tu vere sal es* (inquit) alludendo ad nomen. Cui Franciscus respondit modestissime : *imo tu sal et lux es; ego vero neque sal neque lux*, alludendo ad Salutiæ nomen, quæ postea symbolica dicta suis in litteris usurparunt (2). »

71. Doctis et facundis Francisci concionibus mirifice percitus est etiam Henricus IV, quem ob vastum animum et mentis aptitudinem Gallica gens cognomento Magni merito honestavit. Ille vero hanc compellationem honoris Salesio tribuendam est ratus. A judicio Henrici IV parum differebat sententia Josephi de Maistre, qui, prout animadversum fuit in sup. § 27, dum memoria repetebat *les grands docteurs de l'Église catholique*, satis admirari non poterat « l'esprit lumi- « neux qui distinguait le grand évêque de Genève ».

72. Nimis vero in laudando facilem consultissimum virum extitisse arguet nemo qui cogitet quale de Francisco judicium paulo post ejus obitum Sorbonici antecessores tulerint. Siquidem narrat Carolus Augustus Salesius : « Superesse jam neminem dixere doctores Sorbonici, apud quem recursus ad enodandas theologicas difficultates haberi possit eo defuncto et Jacobo Davidio cardinali Perronio (2). Imo Francisco adhuc vitam agente iidem declaravere libros ab eo editos ex æquo ire cum operibus S. Gregorii, S. Ambrosii et S. Augustini (4); » quam sententiam doctores illorum successores adhuc retinent, et summo pontifici preces fundunt, « ut inter doctores Eccle- « siæ quibus jure æquiparatus fuit, tandem adnumeretur. » (Sum. p. 111, n. 38). »

73. Theophilus Raynaudus, quem sapientissimus juris nostri præceptor plurimi fecit dum illius auctoritatem persæpe usurpavit ad quæstiones enodandas, et suas opiniones fulciendas, hæc de Salesio honorificentissime disserit : « Conscriptis egregiis voluminibus, quibus multiplici idiomate cudendis recudendisque nostratia et externa præla frequentur caluerunt ut non aliis sæpius, catholicus quidam concionator videri potuit, mirabili ratione, eodem tempore, omnibus locis in quæ libri illi sparsi sunt (quo autem non pervaserunt?) et seculares et regulares, quorum manibus assidue teruntur, ad honesti studium et vitiorum detestationem inflammans. Et sunt ejus scriptiones non piæ modo, sed etiam doctrina solida refertæ, quippe de pectoris optime a doctrina constituti vena profluentes. Qua vero erat judicii maturitate, et ad explicanda chartisque committenda sensa sua insigni facultate, mirum est quanta dexteritate nodos theologicos, in quos interdum incurrit, expediverit, et quam dilucide obscurissimas difficultates evolverit, cum res tulit (5). »

(1) Capell. pag. 145.
(2) Ibid. pag. 173.
(3) Ibid. pag. 176.

(1) Vide in posit. causæ Ven. Ancina, Summ. pag. 198, n. 7.
(2) Carol. Aug. Sales in Vita, lib. 5.
(3) In Vita S. Franc. Sales. lib. X, prop. finem.
(4) Vid. sup. § 40 in fine.
(5) Hagiologium Lugdunense, pars I. Indiculus Sanctorum Lugdunensium. Edit. Lugd. apud A. Molin 1662 pag. 79.

74. Æque splendida et illustria sunt quæ de S. episcopo Gebennensi duo doctissimi Galliarum antistites Fénelonius et Bossuetius pronunciaverunt. Quandoquidem primus ille spiritum veritatis per os illius loquentem æque in asceticis ac polemicis libris agnovit, inquiens : « C'est l'esprit de prière qui est l'âme de tout le corps des fidèles... D'un côté voyez la pure spiritualité de S. François de Sales, de l'autre voyez ses principes sur l'Eglise dans ses controverses. C'est le même saint qui parle avec l'onction du même esprit de vérité dans ces deux sortes d'écrits. Tels sont ces aimables saints, qui ont été nourris et perfectionnés dans le sein de l'Eglise-Mère (1). » Fusius ac plenius celeber episcopus Meldensis : « Trois choses (inquit) principalement ont donné à François de Sales beaucoup d'éclat dans le monde : la science comme docteur et prédicateur, l'autorité comme évêque, la conduite comme un directeur des âmes. La science l'a rendu un flambeau capable d'illuminer les fidèles; la dignité épiscopale a mis ce flambeau sur le chandelier pour éclairer toute l'Eglise, et le soin de la direction a appliqué cette lumière bénigne à la conduite des particuliers. Vous voyez combien reluit ce flambeau sacré; admirez maintenant comme il échauffe... Sa science pleine d'onction attendrit les cœurs; sa modestie dans l'autorité enflamme les hommes à la vertu, sa douceur dans la direction les gagne à l'amour de Notre-Seigneur. Voilà donc un flambeau ardent et luisant : si sa science reluit parce qu'elle est claire, elle échauffe en même temps, parce qu'elle est tendre et affective; s'il brille aux yeux des hommes par l'éclat de sa dignité, il les édifie, les excite les enflamme tout ensemble par l'exemple de sa modération. Enfin, si ceux qu'il dirige se trouvent éclairés par ses sages et salutaires conseils, ils se sentent aussi vivement touchés par sa charmante douceur... Notre saint évêque a étudié dans l'Evangile de Jésus-Christ une science lumineuse à la vérité, mais encore beaucoup plus ardente, et aussi quoiqu'il sût convaincre, il savait bien mieux convertir... Dans un pays de son diocèse il n'y avait que cent catholiques quand il commença de prêcher; à peine y restait-il autant d'hérétiques, quand il y eut répandu cette lumière ardente de l'Evangile. ... S. Charles Borromée a réveillé dans le clergé l'esprit de piété ecclésiastique. François de Sales a rétabli la dévotion au milieu du monde (2). »

75. Nobilis hæc instauratæ pietatis gloria effecit ut Salesius pleniorem præ ceteris triumphum de hæresi retulisse censeretur. Nam prout solerter animadvertit Petrus Villarsius episcopus Viennensis, ii qui solis controversiis conscriptis monstrum illud agressi sunt, nonnisi ex parte oppugnarunt. Ast ut debellatum dici possit, intellectus illustrandus est demonstratione veritatis, et incenso pietatis studio voluntas inflectenda (3).

76. Testimoniis theologorum insignium fas mihi sit adjicere auctoritatem jurisconsulti et philologi clarissimi Antonii Fabri, qui alter a Cujacio merito habetur, et Salesium penitus noverat. Is in Fabriani codicis libro I, tit. I, cui materiem, ceu vidimus S. antistes suppeditarat (vid. sup. § 37) quædam post hæresecon refutationem proprio marte adjecit, et cum monuisset, zelo principum, senatus, et episcoporum potissime, Sabaudiam ab hæretica lue immunem fuisse vel liberatam hæc de nostro prædicat memoratu dignissima : « Successor his (Granerio ejusque decessoribus) fuit Franciscus de Sales (quid enim laudibus ejus officere debet quod vivat, meque fraterno et amore et nomine prosequatur quominus a me nominetur qui ab omnibus laudatur?), non modo spendore generis inter nobiliores totius patriæ familias clarissimus, sed etiam doctrinæ, ac quod primum est, pietatis et conspicuæ innocentiæ gloria perillustris. Jurisconsultus (nam et hoc ad rem nostram pertinet) ipso etiam senatus nostri judicio eximius; theologus vero inter doctissimos quoque subtilissimus, et inter subtilissimos scientissimus, prædicator etiam non solum disertissimus, quod ei cum multis commune est; sed etiam quod cum perpaucis, eloquentissimus. Scriptor vero sive latina sive gallica lingua scribendum habeat elegantissimus, et venustatis æque ac succi plenus. »

77. Tum testatus se veritatis studio loqui, non ex adulatione, qua nihil magis execratur, sic pergit : « Possum enim vere, ita salvus sim, affirmare quidquid est sive pietatis et sanctimoniæ pene incomparabilis, sive eruditionis admirabilis, quod in ceteris episcopis vel requirere vel laudare possis totum id in hoc uno elucere tam magnifice ac eminenter, nec eo minus tamen citra ostentationis invidiam, ut sive familiariter colloquentem videas, incredibilem in ore dignitatem, in sermone comitatem morum statim agnoscas, sive graviter ac pie, ut semper solet concionantem audias, non facile possis decernere an eloquentia præstet an doctrina, et an gravitate sententiarum an orationis majestate, an apposite ac partite loquendi facilitate, sive denique cum hæreticis disputantem observes, omnino dubitandum habeas majore ne ille eruditione certaverit ac vicerit (certare nempe illi semper vincere est) an modestia et patientia. Adeo urget ille acerrimis quidem et efficacissimis argumentis, sed ea lenitate et charitate quasi melle temperatis, cui non magis hæreticorum superbia et insolentia felle plena possit respondere; quam ipsorum insania resistere Spiritui qui loquitur in illo. In summa putes te videre vel audire antiquos illos Chrysostomos, Hieronymos, Augustinos, Gregorios et alios si qui sunt ex veteribus episcopis celebriores, quos antiquitas religiosissime ac sanctissime venerata pro magnis et sanctis viris habuit; posteritas vero quæ tales hucusque vix unquam vidit pro miraculis. Subscribet his laudibus non nostra tantum Sabaudia quæ tanti partus matrem se et alumnam esse non immerito gloriatur, sed tota etiam Gallia, quam ille tot concionibus, præsertim Lutetiæ Parisiorum, Divione, Lugduni, nonnullis etiam in ipso Christianissimi regis conspectu habitis, nec minus regem ipsum quam regnum fama sui nominis et admiratione complevit. »

78. Quum talis tantusque vir Salesius esset, nemo obstupescet si ii qui historiam ecclesiasticam concinnarunt ipsum in eodem pene ordine habuerint quo habentur illi qui doctores Ecclesiæ declarati sunt. Prætermitto laudes quibus eum extulit vir doctissimus Thomas Salzano antistes Edessenus in suis libris de ecclesiastica historia, eas namque descripsit in suis precibus Revmus moderator generalis congregationis Ss. Crucis et Passionis D. N. J. C., quæ preces in Summari, tabulis prostant (Sum. p. 104, n. 36). A Salzani sententia minime sane discrepabat judicium Philippi Angelici Becchetti, qui laudes referens Salesio tributas cardin. du Perron et Henrico IV (1) illum Magni cognomento (non secus atque Henricus fecerat) appellabat gesta referens « del gran vescovo di Ginevra S. Francesco di Sales (2), » qui « per rendersi utile agli assenti ancora ed ai posteriavea publicati alcuni trattati utilissimi alla salute delle anime (3). » Sed in eminenti doctrina S. viri enucleanda diligentius versatus est clarissimus Renatus Franciscus Rohrbacher, qui plura de nostro conscripsit in libro LXXXVII Historiæ universalis Ecclesiæ catholicæ. Is illum abscisse doctorem compellat.

79. Enimvero non poterant ecclesiasticæ historiæ cultores diversas ferre sententias ab eo quod censuerunt duo viri prin-

(1) Œuvres de Fénelon, édit. 1828, tom. II. pag. 206. Lettre 7 sur l'Eglise.

(2) Bossuet, Œuvres complètes, édit. Migne 1856, tom. VII, col. 850-851.

(3) In Vita S. Fr. Sales., lib. VII.

(1) Storia degli ultimi quattro secoli della Chiesa lib. 26, § 40. Roma 1858, tom. XIII, pag. 255.

(2) Op. cit. lib. 27, § 18, tom. XV, p. 31.

(3) Op. cit. lib. 27, § 129, tom., XIV, p. 210.

cipes in hac parte sacrarum disciplinarum. Duos dico cardinales S. R. E. Cæsarem Baronium et Sfortiam Pallavicinium, quorum alter semel ac Salesium penitus agnovit « lui rendit tous les honneurs dus à une science éminente (1); » et Salesii sui consuetudine satiari non poterat, (2), » quippe mirabile illud sanctorum et doctorum virorum par in unam mentem virtus cogebat (3); alter vero miratus in libris ejus non ambitiosum acumen, et sanctitatem quæ ex ipsis scriptis pellucebat (4) ita de eo suffragium tulit, ut propter superstites libros, quibus perpetuus fiebat laborum apostolicorum fructus, non dubitaverit eum ipsimet Xaverio quodammodo anteferre.

80. Accedit hisce doctorum virorum judiciis multiplex numero, sed voto unanimi fidelium ex omni ordine, sexu et vitæ instituto suffragium. Ingentia mole volumina conficienda fuissent si typis mandari oportuisset omnes preces et subscriptiones eorum qui Francisco Salesio doctoris Ecclesiae nomen et laureolam ab Apostolica Sede poposcerunt. Docti indoctique simul in unam sententiam convenere ex multis ac dissitis catholici orbis regionibus; et quamvis varia soleat esse de unaquaque re hominum opinio et existimatio, mira tamen fuit atque incredibilis in hac causa postulantium consensio.

81. Idque prorsus expectandum erat, quum S. antistes docuerit et doceat adhuc christianum gregem, ejusque libri in plura idiomata conversi piorum omnium manibus terantur. Dum autem fideles ab eo libentisssime student edoceri ita se gerunt non inconsulta et invita, sed annuente, probante, atque adhortante ceu vidimus, ecclesiastica auctoritate. Congruunt ergo populi voces vocibus summorum pontificum aliorumque Ecclesiæ pastorum in doctrina et sapientia S. episcopi Gebennensis efferenda. Janvero, si teste Mabillonio doctoris nomen Ecclesia his tribuit, quorum doctrina publico ipsius suffragio approbata est, maxime ubi sanctitatis concentus accedit (5), » nihil est quod obesse queat quominus juxta petitiones Rmi episcopi Anneciensis et ordinis Visitationis, cura et ministerio RR. DD. Josephi Abre et P. Josephi Aloisii Fantoni e Soc. Jesu specialiter deputatorum S. Rit. Congregationi exhibitas quibus accessere tot Emi S. R. E. cardinales, Rmi archiepiscopi et episcopi, augusti principes, praesules religiosissimi, prænobiles proceres, collegia docentium et immensa aliorum fidelium multitudo : quominus, inquam, ab Apostolica Sede, ex hujus S. Ordinis sententia, Francisco Salesio doctoris Ecclesiæ universalis titulus, et congruens titulo cultus decernatur.

Quare etc. Hilarius Alibrandi.

Revisa : Augustinus Adv. Caprara S. R. C. assessor et sanctæ fidei subpromotor.

VI

Urbis et orbis. Concessionis tituli doctoris et extensionis ejusdem tituli ad universam ecclesiam nec non officii et missæ sub ritu dupl. de comm. doctorum pontificum in honorem S. Francisci Salesii episcopi et principis Genevensis. Animadversiones R. P. D. Promotoris Fidei.

Eminentissime et Revendissime Domine,

1. Si semper alias, in ea maxime quam aggredimur, disquisitione egregium Ambrosii monitum præ oculis habendum, ut *in judicio gratia absit, causæ merita discernantur* (Officior. lib. 2). Ea namque est omnium animorum in Genevensem sanctissimum præsulem propensio, observantia, devotio : ut pluribus optatissimum, injucundum forte nemini sit futurum, si amplione in Ecclesia cultu eum contigerit honorari. Neque ratio latet. Nam floruit ille quidem multis amplissimisque tum naturæ, tum gratiæ dotibus; claruit ingenii vi et scribendi facilitate; enituit animarum zelo et pastoralis sollicitudinis curis; quin et facilioris habitus auctor semitæ, qua omnigenæ conditionis homines perfectionis culmen attingant. Sed in illo maxima fuit virtus diffusa in ejus corde divina caritas, una cum animi singulari prorsus mansuetudine ac benignitate, ob quam suavissimus ac mitissimus ex omnibus haberetur, quotquot sive hæreticis ad rectam fidem, sive scelestis ad bonam frugem revocandis, sive piis ad sanctitatem promovendis operam dederint. Hæc porro sancti viri nota ac prærogativa, mirum quantum illi animos devinxerit; neque eorum tantum qui viventem adhuc familiarem habuere, sed etiam posterorum qui ejus aut gesta recolunt, aut scripta perlegunt, aut ipsam, ut ita dicam, imaginem contuentur.

2. Tot itaque tantisque tum virtutum cæterarum, tum scientiæ laudibus merito celebrari præclarum hunc, et omnibus diligendum Franciscum Salesium, nec quispiam, puto, ibit inficias, ipseque pleno ore profiteor. Quin et multo etiam plura in medium afferre paratus essem, nisi erudite pariter ac eleganter id jam in Informatione præstitisset vir clarissimus, qua multis ex titulis Salesium doctoris in Ecclesia honorem promereri contendit. De hoc tamen adhuc non leviter addubitare licet. Neque enim in eo modo disquisitio vertitur, num Franciscus scientiarum thesauris dives fuerit, num pius item ac facundus eruditusque scriptor habitus; sed num tanta in eo enituerit in Ecclesia edocendi scribendique peritia ac dignitas, quantam esse doctorum Ecclesiæ decet. Idcirco, quantalibet in sanctum virum observantia admiratioque excogitari valeat, ipsa qua versamus conditio temporum summam in judicando diligentiam maturitatemque deposcit. Acerrimi quippe catholicæ Ecclesiæ hostes eo etiam nomine illi conflare nituntur invidiam, quasi suos inter doctores accensere non abnuat, qui neque doctrina, nec meritis cum antiquis comparari valeant. Horum quidem calumnias refellere heic locus non est; hæ tamen cautissimos oportere esse monent, ut in re tam gravi singula ad severiorem omnino trutinam revocemus.

3. *Eminens* sit oportet doctorum scientia cum sanctitate conjuncta; non enim qui doctus item doctor; cum pluribus inter Ecclesiæ ministros, diverso licet gradu, doctrina opus sit. *Divisiones enim gratiarum in Ecclesia sunt* (Cor. 12, 4) *et quosdam posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores... exinde... genera linguarum, interpretationes sermonum* (ibid. 5, 28). Iterumque Paulus discernit *quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores* (Ephes. 4, 11); additque causam quæ ad rem nostram maxime facit, *ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ.. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri* (ibid. 5, 14-16). Nimirum uti explanat Victorinus : « Quomodo membra singula junctura cohærentia diversis in administrationibus totius corporis mensuram faciunt; sic et in Ecclesia singula quæque membra ministeriorum circa sanctificationem mysterii, et circa fidem Christi juncturas præstant, et corpus suum in charitate constringunt, atque ædificant. » (Mai, Scriptor. vet. t. III, p. 129). Diversa scilicet ministeria non solum in celebratione et sanctificatione sacrorum mysteriorum discernuntur, verum etiam in fide Christi docenda, tuenda, ac penitus semper investiganda. Non igitur quisquis doctrinam et Christi fidem studiis suis cum laude prosequitur statim Ecclesiæ doctor dicendus, cum multi, pro suo quisque diverso eruditionis modulo, in variis fidei ministationibus corpus unum efficiant. Hinc profecto est,

(1) Hamon, in Vita S. Franc. Sales, tom. I, pag. 362.
(2) Carol. Aug. in Vita, lib. 4.
(3) Idem, lib. cit.
(4) Pallavicin. in Vita Alexandri VII, lib. 1.
(5) In præf. ad edit. Opp. S. Bernardi, n. 2.

ut Ecclesia plurimorum sanctorum doctrinam commendet, plurimisque efferat laudibus, quos tamen inter doctores minime computat.

4. Itaque in Ecclesiæ ministris tria præsertim sunt munia, quæ doctrina maxime indigent, et quorum singulis proprium nomen, propriumque titulum ejusdem consuetudo præscripsit. Alii scilicet, ceu ex Paulo accepimus, sunt apostoli, alii pontifices, alii episcopi, alii doctores; quibus singulis non solum doctrinæ scientiæque copia tamquam privatis hominibus necessaria est, verum etiam tamquam ceterorum magistris tradendæ, facundia et eruditio. Neque tres hosce ordines apprime distinctos in unum omnes recidere dicendum est. Nam primo apostolorum intelliguntur nomine, qui per subsequentes Ecclesiæ ætates, apostolorum Christi vestigiis inhærentes, sive ad ejus fidem paganas gentes vocare, sive in hæresim, aut schisma prolapsas ab interitu vindicare sategerunt. Hujusmodi homines scientia instructos esse oportere tum res ipsa, tum Christi ipsius portentum demonstrat, qui apostolos suos ex rudiore piscatorum turba delectos, immisso Spiritu Paraclito, divinitus indita scientia replevit et instruxit. At in eo maxime horumce virorum ab aliorum scientia distinguitur, quod ad gentium sanandarum captum, et cujuslibet cœtus eruditionem accommodetur, Domino simul cooperante sequentibus signis, quibus homines excitati ad veri Dei cognitionem et cultum perducuntur. Plane ejusmodi fuere Bonifacius pro Germania, Augustinus pro Anglia, Cyrillus ac Methodius pro Slavonia, Xaverius pro Indis; at, quamvis Orientali Ecclesiæ multi jam dati fuerint doctores, qui tamen Orienti ad unitatem revocando detur, adhuc apostolum expectamus.

5. Episcopos vero quod attinet, eos omnes scientia pollere opus esse, ab ipsis Ecclesiæ exordiis monuit Paulus, qui neque a doctoris nomine episcopis tribuendo abstinuit. *Oportet enim episcopum esse... doctorem* (Tim. 3, ; 2); scilicet *amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere* (Tit. 1, 7). Opportune itaque ad rem nostram Isidorus Hispalensis advertit, ei qui in erudiendis atque instituendis ad virtutem populis præerit, nedum vitæ sanctimoniam necessariam esse, sed et scientiam Scripturarum, « quia si episcopi tantum sancta sit vita, sibi soli prodest sic vivens. Porro si et doctrina et sermone fuerit eruditus, potest ceteros quoque instruere, et docere suos, et adversarios repercutere. » (Offic. ad Fulgent. lib. 2, c. 5.) Scilicet « Episcopus in Ecclesia, instar benigni cujusdam sideris, non modo in se solis justitiæ ac veritatis radios excipere, sed et eos in populum christianum refundere, animasque sibi creditas luce illa cœlitus accepta illustrare tenetur, » uti scribit Ludovicus Abelly a Bened. XIV citatus (de Beatif. et Canonizat., lib. III, c. 34, n. 7). Quo profecto accidit, ut in nullo sanctorum episcoporum elogio, de illorum præsigni doctrina, vel divinitus indita scientia mentio absit.

6. At longe supereminet doctoris Ecclesiæ scientia; adeo ut et sine episcopali decore doctoribus adnumerari quis possit, et docti licet ad episcopi mensuram viri, doctoris nomini impares habeantur. Sunt enim doctores, juxta Gregorii Magni sententiam, Ecclesiæ bases « in basibus quippe columnæ, in columnis autem totius fabricæ pondus erigitur. Non ergo immerito doctores sancti basium nomine designantur, quia dum recta prædicant, omne pondus Ecclesiæ fixa morum suorum gravitate sustentant » (Moral. lib. 28, c. 38). Per doctores enim, uti Bonifacius VIII explicat, « quasi luminosas ardentesque lucernas super candelabrum in domo Domini positas, errorum tenebris profugatis, totius corpus Ecclesiæ tamquam sidus irradiat matutinum; ... profundis quoque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius Ecclesiæ fabrica, veluti gemmis vernantibus, rutilat; et verborum elegantia singulari, gloriosius sublimata coruscat » (Cap. *Gloriosus*. Decret. in sexto). Hæc itaque doctorum intima prærogativa est, ut Ecclesiæ columnæ ac fundamentum habeantur; ut eorum doctrina totius Ecclesiæ corpus nova luce perfundatur, ac veluti novus doctrinæ fons reseratus fuerit. Sive scilicet hi nascentes hæreses confodere; sive veterascentes eradicarunt; sive denique collecta Ecclesiæ dogmata ac præcepta ita in ordinem digessere, ut exinde posteri theologicarum scientiarum fundamentum et renascentium hæresum refutationem haurire valeant. Hæc « doctrina requisita in Ecclesiæ doctoribus, quod videlicet per eam errorum tenebræ fuerint profugatæ, obscura fuerint dilucidata, dubia declarata, Scripturarumque ænigmata reserata (Benedictus XIV, op. cit. lib. IV, parte 2, cap. 11, num. 14.)

7. Et hoc revera præsidium sanctos doctores, quotquot sunt, Ecclesiæ præstitisse palam est. Ita Augustinus, vetere Donatistarum schismate compresso, Manichæorum, Pelagii ac Cœlestii erroribus refutatis maxime inclaruit. Hilarius et Athanasius ideo Ecclesiæ doctores habiti, quod Arianos tum maxime Constantii tyrannide fultos contra Nicænam fidem insurgentes retuderint, et singulari eloquentiæ vi una cum improbo imperatore prostraverint. Merito propterea scribit Hieronymus: « Vir sanctus et eloquentissimus martyr Cyprianus, et nostri temporis confessor Hilarius, nonne tibi videntur excelsæ quædam arbores in sæculo, ædificasse Ecclesiam Dei? (Comm. in Isaiam, lib. 17, c. 61.) Ambrosius, romana illa facundia et inconcussa pectoris firmitate, Arianos a latinarum fere gentium regionibus exturbavit; Isidorus ejusdem hæreseos in barbara Gothorum gente subinde renascentis reliquias extinxit. Leo Magnus in ipsa fere adolescentia, et vix minori clero adscriptus, Zosimo pontifici in detegenda Pelagii versutia administer, mox, Dioscoro atque Eutychete damnatis, Petri vocem roburque imitatus est; cui Chrysologus in eodem Eutychete percellendo socium se pedissequumque præbuit. Notum est quibus vocibus Urbanus II in concilio Barensi Anselmum compellavit: « Pater et magister Anselme... veni... et defende matrem tuam Ecclesiam, quam Græci labefactare conantur; » quapropter « cum... Græcos in processione Spiritus sancti confutasset, magni apud omnes habitus est, et veneratione dignissimus comprobatus » (Benedictus XIV, lib. IV, p. 2, c. 11, num. 15.) Haud absimile testimonium Petro Damiani reddidit Alexander II, scribens ad Galliæ episcopos: « Talem vobis virum destinare curavimus quo nimirum, post nos, major in Romana Ecclesia auctoritas non habetur... noster est oculus et Apostolicæ Sedis immobile firmamentum. (Positio in causa doctoratus S. Petri Damiani). De S. Bonaventura scribit Xistus V in suis Apostolicis Litteris 15 martii 1588: « In rebus concilii (Lugdunensis) arduis operam egregiam præstitit, catholicam fidem constantissime defendit; pravas opiniones acerrime refutavit; ejusdemque prudentia, doctrina, sanctitate, orationibus Gregorii pontificis sollicitudo tantopere adjuta est, ut sublato... schismatis dissidio Michael Paleologus Græcorum imperator orientalesque nationes ad Apostolicæ Sedis obedientiam, unitatem, communionemque redierint. » Vix autem commemorabo ceteros; nemo enim divina factum providentia neget, ut Nestorio Cyrillus, Eunomio et Macedonio Gregorius Nazianzenus, Anomianis et eidem Eunomio Basilius; Vigilantio, Helvidio, Joviniano Hieronymus opponeretur; ac recentioribus quoque temporibus Abælardo, Gilberto Porretano, Arnaldo Brixiensi, Apostolicis Bernardus occurreret, qui laudem extincti Petri Leonis schismatis, adducti ad pedes pontificis Victoris antipapæ laude cumulavit.

8. Non eosdem quidem omnes retulere triumphos; at neminem reperire est, qui illos coæquaverit ob pretiosa Ecclesiæ relicta monumenta peritiæ suæ; sive scilicet in explicandis divinarum Scriptarum ænigmatibus, sive in theologicis quæstionibus enodandis. Qua in laude liceat primum recensere

nobile illud Joannis os, cui aurei cognomen Ecclesia indidit, et ætates succedentes firmarunt; tum inclitæ Dominici familiæ decus doctorem Angelicum, qui Apostolicam Ecclesiam infinitis confutatis hæresibus, suis scriptis illustravit (S. Pius V, in bulla *Mirabilis Deus*). Quæ cum ita se habeant, quis jam audeat sine Hieronymo litteram, sine Gregorio Magno morum præcepta, sine Bernardo mysticam e Scripturis interpretari? Quis in dogmatum disciplinis quidquam proferat, nisi Thomam, Anselmum, Damianum diu multumque meditatus fuerit? Quis moralem theologiam pertractaverit, neque statim Alphonsi de Ligorio sibi nomen auctoritatemque senserit usurpandam? Nil propterea mirum si horum doctorum laudes eruditi homines quotidie in ore habeant, et auribus discipulorum inculcent. Sive enim scholas fueris ingressus, sive concionatores in Ecclesiis audiveris, sive theologorum libros volutaveris, passim horum, quos recensui, doctorum nomina appellari, verba referri, auctoritatem in medium afferri videris. Accidit scilicet, quod his verbis Leo IV præscripsit: « Si tale emerserit vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos (sacros canones) definiri; tum si illorum, quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel ceterorum sanctorum doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda et promulganda. (Gratian. can. de libellis, distinct. 20).

9. Ad Franciscum itaque nostrum jam deflectat oratio. Eum scientia, quæ vires apostolico ministerio operam navantes, et Ecclesiæ pastores decet, affatim fuisse præditum, vel ipsa pluries instituta a S. Congregatione ejus scriptorum examina satis ostendunt. In istam porro laudem commode referri possunt, quæ de acri ejus ingenii vi, de impensis in studiorum curriculo laboribus, deque uberrimo exinde fructu consecuto narrantur (Informat. cap. 1, art. 1). At quæ superadduntur argumenta sive ex ministerii laboribus, sive ex deperditis libris, sive ex ipso scribendorum operum proposito (Ibid.), nullius fere esse pensi in ea quæstione quam agimus, non invitus quisque concedet. Id enim nonnisi de iis scriptis aut laboribus existimandum putaverim, quibus, uti Anselmo et Hilario accidit, in præsentissima Ecclesiæ necessitate, res christiana stetisset. Licet enim horum sanctorum scripta magna ex parte interciderint, non ideo tamen minus uti habendi et doctores colendi in Ecclesia sunt.

10. Jam itaque liceat inquirere, num Anselmo, Hilario, aliisque Ecclesiæ luminaribus superius recensitis Salesius æquiparandus videatur; num verum sit quod asseritur, quemadmodum antiquis temporibus alios doctores suscitavit Dominus compescendis ac debellandis hæresibus tunc grassantibus, ita pariter sæculo XVI Salesium fuisse excitatum profligandæ Lutheri, Calvini, ac Zuinglii teterrimæ lui. (Inform. § 1). At enim neminem latet quot quantosque insignes pietate ac doctrina viros illa ætas tulerit, qui contra eam hæresim fortiter dimicarunt vix caput extulit. Ut alios præteream, nonne de Ignatio Loyolæo, ejusque inclyto sodalitio legimus « constantem fuisse omnium sensum, etiam pontificio confirmatum oraculo, Deum, sicut alios aliis temporibus sanctos viros, ita Luthero ejusdemque temporis hæreticis Ignatium et institutam ab eo Societatem objecisse? » Præcipui ex illa lectissima acie beatus Petrus Canisius ac venerabilis cardinalis Robertus Bellarminus prodiere. Neque advertere juvat, quod « nemo adhuc, si Franciscum Salesium excipias, duabus simul præfulsit dotibus conjunctis, quæ in Ecclesiæ doctore requirantur, nimirum quod in albo sanctorum fuerit adscriptus, et eminenti doctrina excelluerit. » (Informat. loc. cit.) Nisi enim liquido appareat Salesium pari gradu cum duobus illis doctrinæ laude incessisse quemadmodum istis, ad assequendum doctoris titulum, adhuc Sanctorum decretus honor, ita illi eminentis doctrinæ gloria deerit. Re tamen vera Franciscus alteri defensorum agmini adjungendus videtur, qui illius hæreseos monstro non percussores, sed vigiles excubitores se præbuerunt. Quod meritum, insigne illud quidem, singulari animi mansuetudine et charitatis dulcedine cumulavit; adeo ut plurimi suavitate ejus allecti in viam justitiæ ac veritatis redierint. Huc sane spectat celebratissimum illud cardinalis Perronii effatum « sibi quidem vires animumque suppetere ad hæreticos refutandos, sed ad eos convertendos Salesio opus esse. » Quibus verbis, communi jam consensione firmatis, doctrinæ et aptitudinis quæ apostolum designent illi laudem tribui, doctoris non item, palam est.

11. Sed jam sancti viri scientiam ex ejusdem scriptis perpendamus. Ipsemet in primis in operis præfatione cui titulus *Theotimus*, quod omnium prostremum fuit, de se ingenue fatetur « io ho scritto assai poco, e molto meno ancora ho dato alla luce. » (Editio Ital. operum Brixiæ anno 1829). Tum recenset opuscula ab se edita; sunt autem: Meditationes in Symbolum Apostolorum; Vexillum Crucis; funebre elogium Philippi Emmanuelis Lorenensis; Monita ad confessarios, Philotæa, et ipse Theotimus, cui libro supremam apposuit manum anno 1616. » Quamvis itaque plura post ejus obitum in lucem prodierint Salesii scripta, hæc in sua recensione prætermisit, vel quia ad privatorum tantum usum ordinata, vel quia, utpote subcesivis horis elucubrata, incompleta et adhuc limæ labore ac mora expolienda. Hæc inter, nedum disputationes contra Calvinum ac Viretum, sed ipsas *Controversias* reperire est, quas veluti polemicum opus princeps Informatio laudat atque extollit. De sermonibus qui ei tribuuntur, audiendus est Henricus de Maupas episcopus Ebroicensis in sua præfatione ad vitam ejusdem sancti editam anno 1657: « Je dois vous avertir..... que les sermons imprimés sous le nom du bienheureux François de Sales ne sont point les productions de sa plume. Diverses personnes se sont mêlées de ramasser quelques fragments des discours que ce grand évêque prononçait en public, et les ayant accommodés selon leur sens, on n'y découvre plus les lumières de son esprit, ni le fond de son éminente doctrine; ni les agréables figures de son éloquence; ni les puissants attraits de sa dévotion..... Le sermon de l'Assomption de la sainte Vierge..... et quelques autres, que l'on conserve encore écrits de sa main, marquent bien clairement la différence de ses vrais originaux d'avec les fausses copies. » (Migne Opp. compl. tom. IV, pag. 643).

12. Exaggeratione multa judicium ejusmodi peccasse editores contendunt, et nos ex parte dabimus: verum vel ipsi deinde fatentur: « Nous sommes privés de presque tous les sermons que le saint a faits aux laïques, et qui ont converti tant de pécheurs; car comme ce sont les religieuses de la Visitation qui nous ont conservé ce qu'elles avaient retenu de ses sermons et de ses entretiens, et qu'il avait soin d'adapter les discours qu'il leur faisait au besoin de leurs âmes, ces discours ne roulent guère que sur des points de perfection propres à la vie religieuse. Aussi quand elles ont recueilli ces discours, elles n'avaient point la pensée de les faire imprimer. Elles ne les mettaient par écrit qu'afin de les conserver pour le bien particulier de leur ordre » (Ibi, pag. 645). Non autem e scriptis sancti viri hæc fuisse desumpta, ipsamet S. Francisca de Chantal asserit, in epistola de obitu matris Claudiæ Agnetis Joly: « C'est elle qui a eu soin de recueillir les entretiens de notre bienheureux Père, et la plupart de ses sermons. Elle avait la mémoire si heureuse, qu'elle récitait mot à mot ce que ce grand prélat avait prêché plusieurs jours auparavant. » (ibi). Patet igitur neque expolitas, neque perfectas hasce Salesii orationes ad nos pervenire potuisse. De primo autem Fabriani codicis titulo innuisse sufficiat, eum numquam Francisci nomine fuisse inscriptum.

13. Nihilominus quanti hæc facienda sint breviter videamus. A *Controversiis* initium ducimus, ut Informationis sequamur or-

dinem Audito jam controversiarum nomine, suspicari quis posset Salesium aggressum aliquid esse quod Bellarmini, du Perronii, Bossueti absolutis ea de re lucubrationibus comparari possit, vel iis disputationibus quas contra vetustiores alios Ecclesiæ doctores hostes plures agressi sunt. At longe aliter se res habet. Sunt enim hæ Controversiæ sermones quidam Thononensi plebi accommodati quos scripto dictim tradere coactus est, cum voce recitare prohiberetur. Ipsemet Franciscus rei testis in sua ad Thononenses præfatione : « Ayant continué quelque espace de temps la prédication de la parole de Dieu dans votre ville, sans avoir esté oui des votres que très rarement, par interruption, et à la dérobée..... je me suis mis à réduire en escrit quelques principales raysons que j'ay choisies, la plupart tirées des sermons et autres traités que j'ay faits ci-devant de vive voix. » Nec vero se quidquam novi allaturum, sed sed quæ cœteri dixerint ampliori jam forma, se breviori consuturum pollicetur : « Je ne dirai donc rien qui soit nouveau... car tout est ancien dans cet écrit, et n'y a presque rien du mien que le fil et l'aiguille. Le dessein ne m'a consté qu'à le descoudre et le recoudre à ma façon. » Nec aliter poterat ; ut enim in epistola ad Viennensem Præsulem postmodum scripsit « Nello spazio di cinque anni nello Chablais... ho predicato senz'altri libri che la Bibbia, e quelli del gran Bellarmino (Op. et edit. cit.) Opus præterea se perbreve ac præpoperum aggressum fatetur ; aliorum coævorum hortatur adire multo ampliora ; et ideo tantum sua præ aliis commendat, quod fere allobroga veste aliorum rationes induerit : « La méthode et le style ne vous déplairont point ; car son air est tout à fait savoisien. »

14. Opus autem neque perfectum, neque expolitum fuisse, alia plura ostendunt. In præfatione Italicæ versionis Brixiensis jam memoratæ legimus : « Vero è però che il manoscritto resta mancante di molte questioni che il santo vescovo promette nella sua lettera dedicatoria, le quali o son perdute, o dal Santo non furono distese... Oltre di ciò s'incontrano in esso manoscritto molte lacune, come in opera tessuta in fretta, con animo di riempirle di testi scritturali e di SS. Padri con miglior agio, e con comodità di libri. » Idipsum adnotatum jam fuerat in prima editione operis : « Il est facile d'observer dans nos remarques, que plusieurs choses y sont à désirer. » (Vivès, tom. VIII, pag. 562 ; et idipsum confirmatur ibid. pag. 340). Delituit præterea ejusmodi Salesii elucubratio ad annum 1658, ac nonnisi anno 1672, septimo ab ejus canonizatione, primum publici juris facta est (Migne opp. tom. IV, pagg. 351-355). Non tamen pluribus mendis vacua, neque prodiit integra : adeo ut in Aniciensis monasterii pluteis ad hanc usque ætatem viginti duæ ejusdem paginæ manuscriptæ remanserint. Itaque in opere iis in adjunctis exarato mirabitur nemo aliquid præter S. auctoris mentem excidisse ; quale illud est, ut nedum canones concilii Quinisexti referret ad sextum concilium generale (Vivès, op. et loc. cit. pag. 308) ; sed, ut ipsius Michaelis Montagne auctoritate uteretur (Vivès, opp. cit. in serm. XXV). Quis porro iste vir esset, graphice pinxit Italicus recens historicus : « Ben gli sta l'accusa di avere e coi dubbi, e colle asserzioni sviato dalla leale ricerca della verità, e messa in moda la sbadataggine in questioni di primissima importanza ; l'egoismo della morale ; il libertinaggio nella letteratura, e i paradossi suoi contro la società, e le sue idee sull' educazione furono poi adottate da Rousseau. » (Cantù, Storia, lib. 15, cap. 33). Quæ omnia, licet opus satis imperfectum prodant, tamen absque invidia sanctissimi viri dicta velim, qui in tanta rerum varietate et temporis angustia ad singula attendere minime valuerit.

15. De dissertatiunculis contra Viretum, de Eucharistia, et aliis ejusmodi nihil addendum puto, cum eadem dicenda recurrant, quæ modo de controversiis animadvertimus, ac illud præterea, quod nonnisi paucissimis notæ fuerint. Ad *Vexillum crucis* quod attinet, eruditum quidem opus ac maxima commendatione dignumesse non abnuo, sed illud etiam, non secus ac reliqua sancti viri opera, tenuiore stylo, ac rudiori plebi accommodato conscriptum fuit ; suum quippe opus dedicavit « Alli Signori Confratelli delle compagnie de' penitenti della S. Croce, negli stati di Savoia di qua dei monti. » Ut omnium itaque captui sese accommodaret, ingenio facundiæque pepercit, stylum ad monticularum aures attenuavit, et ex multis ea de re antea docte eruditeque ab aliis editis opellam conflavit. De minoribus aliis operibus unius Bossueti sententiam alleram : « Les Opuscules du saint homme sont marqués par deux fois dans la Préface, comme n'ayant pas la trempe et la solidité des autres ouvrages, et comme des productions d'un âge encore tendre et faible — J'avoue que tout ce qui vient des saints mérite la révérence ; il ne faut pourtant pas croire que ce qu'on donne avec tant de précaution dans une préface soit d'une égale autorité que le reste (Préface sur l'Instruction pastorale. Op. vol. 19, § 134). In Monitis autem viginticinque ad confessarios, prudentia viri apostolici et in animarum regimine versatissimi certe elucet ; quamvis etiam in illis festinanter digerendis quidpiam auctoris diligentiæ excidisse videatur. Ita de absolutionis forma brevianda agens scribit : Il est vray, comme le dit le docteur Emmanuel Sa, ès confessions de ceux qui se confessent souvent, on peut retrancher toutes les prières qu'on fait devant et après l'absolution, disant simplement : « Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris etc... » On en doit dire le mesme, quand il y a une multitude de pénitens, et que le temps est court ; car on peut prudemment abréger l'absolution ; ne disant sinon : « Dominus noster Jesu Christus te absolvat, et ego auctoritate, ipsius absolvo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine etc. » (Vivès, Op. tom. VI, pag. 145). Vides heic de absolutione a censuris verbum non fieri, cum tamen in Rituali Romano etiam urgente aliqua gravi necessitate in periculo mortis præscribatur formula : *Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis, in nomine Patris etc.* (De Sacram. Pœnitent.). De epistolis denique illud unum satis erit heic loci advertere cum doctissimo Papiensi antistite : « Taluno avrà potuto abusare delle lettere 199, 200, 362 ediz. Lethielleux, per assalire la podestà indiretta del pontefice sul potere civile, e in proposito il valoroso periodico di Bruxelles La Croix fa giustamente le sue riserve. » (Articulo in ephemeride *La Scuola cattolica*, anno 2, vol. IV, fasc. 23). Qua quidem in re quantum a Bellarmino Salesius discesserit, nemo non videt ; at non hic animus est unum, cum altero committere. Ex his tamen omnibus colligere datur, cur forte recensita Salesii opera apud nostrates, non æque atque ascetica, vulgata et omnium trita manibus fuerint.

16. Itaque jam ad *Philotæam* atque *Theotimum* veniamus ; quæ licet inter ascetica sancti viri opera computentur, plura etiam de dogmatica theologia ornate, docte, æ venustissime attingunt. Nihilominus hæc pastorem potius, quam Ecclesiæ doctorem prodere, ipse de se Salesius testimonium perhibet. De *Philotæa* ad Viennensem antistitem hæc primum habet : « Avrete osservato, Monsignore, che questa opera non fu mai fatta con disegno apposito. Egli è un memoriale che io aveva composto per un' anima bella.... e ciò fra le occupazioni della Quaresima, nella quale io predicava due volte la settimana... Mi manca senza dubbio ogni cosa per mettermi alla impresa delle opere di grande volume e di gran fatica.... Io sono in luogo dove non posso avere nè libri, nè conferenze proprie a cose tali, e perciò, lasciando a'grandi operai i disegni grandi, ho concepito alcune piccole operette meno laboriose... Mi avverte (episcopus Montispessulani) che io sono in molti luoghi troppo stretto e conciso, non dando corpo che basti a miei ricordi, nel che senza dubbio io veggo che egli ha ra-

gione..... L'altra cosa che egli mi dice, è che per una semplice, e prima introduzione io porto troppo avanti la mia Filotea... Ora all' uno ed all' altro di questi errori io facilmente rimedierò, se mai questa Introduzione si ristampa. » An datam deinceps præstiterit fidem, tot curis ac negotiis distentus, non liquet. In præfatione vero ad *Theotimum* candidissime scribit : « Delle cose che io dico non ve ne ha alcuna ch'io non abbia imparata da altri. Ma il recordarmi in particolare ciascuna cosa da chi, mi sarebbe impossibile . » Nihilominus hæc ipsa simpliciori stylo se prosecutum narrat : « Bensì ho toccato moltissimi punti di Teologia, ma senza spirito di contesa, proponendo semplicemente non tanto quel che io ho imparato già nelle dispute, quanto quello che l'attenzione al servizio delle anime, e l'impiego di ben ventiquattro anni nella santa predicazione mi han fatto credere essere più conveniente alla gloria dell' Evangelio e della Chiesa » (Opp. edit. sup. cit.).

17. Notum insuper vulgatumque est quantopere Salesii doctrina ad tuendum pseudomysticum suum systema Feneonius fuerit abusus, et ea præsertim quæ in *Theotimo* continetur. Plures quippe S. Genevensis antistitis sententias in opere suo congessit cui titulum fecit *Maximes des Saints;* qua de causa a Bossueto gravissime reprehenditur. At hic etiam, licet solemniter protestatus fuisset : « Je me suis assez attaché à défendre saint François de Sales pour être à couvert du soupçon qu'on pourroit avoir, que je veuille affaiblir son autorité; » non omnia tamen Salesii dicta ita emollire potuit, quin aliquid nec satis planum, neque ad theologicam apodixin exactum in iisdem offenderit : « J'oserai dire avec la liberté d'un théologien, que si l'on suit ce saint pas à pas dans ce qu'il enseigne en divers endroits, on ne trouvera pas toujours sa doctrine si liée ni si exacte qu'il seroit à désirer; et on n'aura pas de peine à reconnoître que, selon l'esprit de son temps, il avoit peut être moins lu les Pères que les scholastiques modernes (Bossuet, Op. Lachat, vol. 19, pag. 297). Ac paulo deinceps : « Je ne prétends pas déroger par là aux conduites intérieures de cet excellent directeur, sous prétexte qu'en ces endroits et en quelques autres sa théologie pouvoit être plus correcte et ses principes plus sûrs. Je ne veux non plus affoiblir en lui le titre qu'on lui donne, de théologien à un degré éminent, mais enfin borné, comme tout l'est dans les hommes. — Denique, hoc aliud retulisse juverit, quod Salesii sanctitatem quam maxime tuetur : « Il n'est pas permis pour cela d'avoir pour suspecte la direction des saints, parce qu'on sait que ces opinions de spéculation se rectifient dans la pratique, lorsque l'intention est droite. » Accedit nimirum, juxta ipsam Bossueti sententiam, nonnulla in hisce sancti viri scriptis reperiri, quæ per se indoctos in errorem possent inducere, quod si non accidat, non ipsi doctrinæ, sed perspectæ viri sanctitati tribuendum; adeoque non doctrina sanctitatem, sed sanctitate doctrinam commendari.

18. Ex quo factum arbitrer ut vel illi quidem qui Francisci scientiam doctrinamque apprime noverant, numquam illam Ecclesiæ doctore dignam putaverint. Neque enim tam facile uni dumtaxat Aniciensis processus testi credendum puto, asserenti Sorbonæ doctores judicasse libros a Salesio conscriptos ex æquo ire cum operibus S. Gregorii, S. Ambrosii et S. Augustini (Informat. § 40). Nam si res ita se habeat, curnam Benedictus XIV, qui Bernardum, Ildephonsum, Bedam aliosque memorat utpote a multis dignos habitos, qui doctoris Ecclesiæ titulo decorarentur; Salesium omnino præterit, cujus et merita et doctrinam laudaverat? (Cit. op. lib. IV, p. 2, cap. 11.) Cardinalis autem Gerdilius, licet Allobrox genere, ac Thononi et Annecii diu versatus, rogatus de optima ratione instituendi Sabaudiæ principis, ei quidem inter alia Fenelonii ac Bossueti operum lectionem suadet; Salesii non meminit. (Gerdil, Op. select. tom. 2. Sulla educazione ed istruzione della gioventù. Milano 1830). Non itaque Francisco aptari posse videtur elogium, quod in Ecclesiæ doctoribus merito requiri Mabillonius scripsit, « quorum scilicet doctrina publico ipsius Ecclesiæ suffragio approbata est ».

19. Non diffiteor tamen Salesii scripta, utpote pietate ac doctrina referta, plurimorum, et amplissima elogia meruisse. At si æqui rerum æstimatores esse velimus, reperiemus ejusmodi laudes ferme ea scripta respicere, quæ ad animarum directionem spectant. Huc sane potissimum pertinent celebratissimæ illæ, ac pluries repetitæ liturgicæ preces : *ejus dirigentibus monitis;* item secundæ Lectionis verba : *suis etiam scriptis cœlesti doctrina refertis, Ecclesiam illustravit, quibus iter ad christianam perfectionem tutum et planum demonstrat.* Hæc pariter respiciebant elogia a Patribus cardinalibus aliisque in suffragio pro Salesii canonizatione edita, quibus adhuc alia ejusdem opera vix aut ne vix quidem innotuerant. Hæc fere omnes repetunt, qui modo postulatorias preces pro Salesii doctoratu dederunt (Informat. cap. 2). Quibus forte innixi Bollandiani Patres in sua postulatione Patris Tournemine sententiam attulere : « Sanctum hunc electum fuisse, qui apostolus esset Calvinistarum, et doctor devotionis. » Ac Papiensis laudatus episcopus ex professo hanc thesim statuit : « A chi dunque obiettasse : il vescovo di Ginevra fu maestro di ascetica incomparabile, più ancora che dotto controversista; potremmo rispondere — e per un momento sia; ma quel titolo, che voi non potete negargli, basta anche solo a valergli l'aureola gloriosissima del dottorato. » (Loc. cit.). Sunt profecto hi limites quibus præsens quæstio necessario coarctatur.

20. Nonne tamen novum, et in ecclesiasticis fastis inauditum censeas id sufficere « anche solo a valergli l'aureola gloriosissima del dottorato? » Haud enim diffiteor Bonaventuram, Anselmum, Bernardum aliosque ex Ecclesiæ doctoribus inter asceticæ insignes magistros recenseri : non iis tamen profecto meritis, ceu vidimus, doctoris titulum assecuti sunt. Neque etiam ideo habendus Augustinus doctor, quia psalmum contra partem Donati ediderit lintrariis et bajulis decantandum; aut Basilius si solas monachis regulas præscripsisset; aut Bernardus quod pro Templi militibus idipsum præstitisset; aut Bonaventura quod Marianum psalterium excogitasset. Qui libri ceteroquin ampliissimam laudem merentur, et Christifidelibus vel ab errore revocandis, vel pietate imbuendis aptissimi censentur. *Debitores enim sumus sapientibus et insipientibus* (Rom. I, 14). Scilicet in hisce tam præclaris verbi ministris sæpe conjunctam videre est doctoris et sacerdotis curam; qui postquam, aquilarum more, ad sublimia quæque scientiæ mysteria avolaverint, mox ad plebes christianas humiliore conatu erudiendas descendunt.

21. Hinc factum, ut plures in Ecclesia viri non exiguis sane ingenii ac doctrinæ meritis conspicui, doctorum numero numquam aggregati fuerint, licet primi suorum temporum asceseos ac mysticæ theologiæ magistri haberentur. Quo in numero primum se sistit sanctus Isidorus Pelusiota, Joannis Chrysostomi discipulus, de quo Baronius scribit : « Fuit hic... celebris inter ecclesiasticos scriptores græcos... multa nobilia relinquens posteris et sanctitatis, et scriptorum monumenta. » (Notæ ad Martyr. Rom. die 4 februar.) Hic, præter alia, duodecim millia epistolarum conscripsit, quæ non secus ac illæ Salesii nostri, immo multo magis, inexhaustum præbent Scripturarum enarrandarum thesaurum, et Chrysostomo ipso, ac Basilio non indignæ reputatæ sunt. De sancto Laurentio Justiniano legimus : « libros... cœlestem doctrinam ac pietatem spirantes... conscripsit; » item de S. Joanne a Cruce : « in divinis explicandis arcanis... Apostolicæ Sedis judicio, divinitus instructus, libros de mystica theologia cœlesti sapientia refertos conscripsit. » Quid, quod neque rudes,

neque ipsæ fœminæ ab hujus laudis participatione excluduntur? Nam, ut alios prætеream, de sancto Paschali Baylon uti prodigium habetur, quod « homo rudis et illitteratus de mysteriis fidei difficillimis respondere, atque aliquot etiam libros conscribere potuit. » Item sancta Francisca Fremiot de Chantal, præcipua Salesii discipula, commendatur « scriptis etiam divina sapientia refertis. » Præsertim vero Theresiæ a Jesu virginitatis pariter ac doctrinæ eximiæ ab Ecclesia illud elogium tribuitur, *ut cœlestibus ejus doctrinæ pabulo nutriamur*, non secus ac Salesio, *ut ejus dirigentibus monitis*, cœlestia præmia consequamur.

22. Hæc, ni fallor, ostendunt Ecclesiam numquam ob quantamlibet asceseos tradendæ scientiam doctoris titulum alicui tribuisse. Cum enim hæc dos non imperitis modo, sed etiam fœminis inveniatur communis, ad donum potius administrationis, quam ad doctoris munus pertinere videtur. Quod si adhuc desideretur exemplar, cui Salesius noster opportunius conferri possit, hoc nullum aliud esse puto, quam ipsius S. Caroli Borromæi. Nam et de ipso legimus : « In profligandis hæreticis e partibus Rhætorum et Helvetiorum, quorum plurimos ad christianam fidem convertit, maxime laboravit ;... plura scripsit ad episcoporum præsertim instructionem utilissima ; cujus etiam opera parochorum catechismus prodiit. » Verum nemo forte Bossueto felicius hanc inter Carolum et Franciscum comparationem prosequutus est in panegyrica oratione, quam de eodem Salesio habuit : « Je trouve, inquit, dans ces derniers siècles, deux hommes d'une sainteté extraordinaire, S. Charles Borromée et François de Sales. Leurs talents étaient différents, et leurs conduites diverses, car chacun a reçu son don par la distribution de l'Esprit ; mais tous deux ont travaillé avec même fruit à l'édification de l'Eglise, quoique par des voies différentes. Saint Charles a réveillé dans le clergé cet esprit de piété ecclésiastique ; l'illustre François de Sales a rétabli la dévotion parmi les peuples. Avant S. Charles Borromée, il semblait que l'ordre ecclésiastique avait oublié sa vocation, tant il avait corrompu ses voies, et l'on peut dire, mes sœurs, qu'avant votre saint instituteur l'esprit de dévotion n'était presque plus connu parmi les gens du siècle. » (Bossuet, op. vol. 12, pag. 75, 76 edit. Lachat). Quæ cum ita se habeant, nemo tamen miratur, quod illi sanctissimo Mediolanensi antistiti, et Romanæ Ecclesiæ cardinali amplissimo, doctoris Ecclesiæ laus minime tributa fuerit. Eum quippe *pastoralis officii sollicitudo gloriosum reddidit*, adeo ut, non secus ac Salesius, suæ gentis apostolus non immerito dici possit.

23. Unum forte est quod, præ Carolo, Salesium commendet ; extrinsecum scilicet argumentum ex plurimis episcoporum totius orbis postulationibus depromptum. Quomodo id factum fuerit, semel iterumque admonet informationis clarissimus auctor. Cum scilicet Vaticani concilii tempore de Romani pontificis *ex cathedra* loquentis infallibilitate adhuc disceptaretur, non sine divinæ Providentiæ dispositione accidit, ut e Chisianis pluteis sancti viri autographum Controversiarum extraheretur. « Obstupuerunt homines, dum... prodire viderunt gravissima illa Salesiani autographi verba ex 40 sermone controversiarum... L'Eglise a toujours besoin d'un confirmateur infaillible. » (Informat. pag. 20, § 25). In editionibus antiquioribus pro *infaillible* legebatur *permanent*. Præterea alia tunc in lucem prodiere Controversiarum fragmenta eo usque in archivo Anneciensis ordinis Visitationis servata, quæ idipsum pluribus confirmant. Bonum profecto omen id fuit ; ac propterea Vaticani Patres minime sibi cunctandum putarunt, quin votis Anneciensis antistitis annuerent, et oblatæ ab eo postulationis formulæ unus post alium subscriberent. Iterarunt deinde preces ; attamen non immerito in illis aliquid desiderandum ; vix enim est qui innuat, quis modo in populis sibi commissis Salesii doctrinæ usus, sive in scholis, sive in disputationibus, sive in sacris concionibus ; ut nimirum appareat qua ratione suis scriptis, non minus quam exemplis, ille hodie Ecclesiam universam illustret ac doceat. Quod vero attinet ad Pontificiæ inerrantiæ dogma, quamvis non exigua sit Genevensis antistitis laus, quod Ecclesiæ judicium præverterit, cum tamen genuina ejus hac de re doctrina nonnisi in arena cognita fuerit, postquam eo usque aliter docuisse putaretur ; plane asseri non potest eam concilii Vaticani dogmaticam definitionem ipsius auctoritati fuisse innixam.

24. Ex his aliisque plurimis, quæ pro sua sapientia perpendent, Emi Patres judicabunt : an doctrina Salesii nostri ejusque gesta apostolum tantummodo, aut eximium pastorem, vel etiam doctorem Ecclesiæ prodant : ea inquam doctrina, qua, non secus ac reliqui superius recensiti, vere ac proprie dici possit *sal terræ*, quod escas tabi obnoxias putrescere præpediat, et *lux mundi*, quæ tenebras depellat et ipsa se spectabilem faciat. Qua in re nihil omnino sanctissimi præsulis laudibus detractum volo, quocumque demum titulo denotandus definiatur ; cum sanctitatis amplitudo et gloria, non ministrationis genere, sed ipso perfectionis gradu, et charitatis impetu, quo quisque demandatum sibi munus impleverit, censeatur.

Quæ dicta sint sub censura, salvo etc. LAURENTIUS SALVATI, S. C. ADV. S. FIDEI PROMOTOR.

(*La suite prochainement.*)

REMARQUES SUR LE DÉCRET DE GRATIEN (1)

(*Suite*)

Entrée des ecclésiastiques dans les couvents. Consentement de l'évêque. — Enfants voués par leurs parents. — Profession distincte de la consécration des filles. — Age pour la profession. — Pluralité des bénéfices. — Affaires séculières. — Habit modeste. — Toge romaine. — Tribunal séculier. — Serment devant les tribunaux. — Parjure. — Est-il jamais permis de mentir ? Doctrine de S. Augustin et de S. Ambroise. Abraham, Joseph, les femmes d'Egypte commirent-ils des mensonges ? — Guerre. Doit-on employer la force des armes pour réduire les hérétiques ? Polémique de S. Augustin avec les Manichéens et les Donatistes. Tolérance des méchants. — Prescience et prédestination. — Vengeance réservée à Dieu. — En quel sens S. Jérôme dit-il que l'Église ne doit persécuter personne ?

CAUSE XIX

DEUXIÈME QUESTION

Le pape Léon, au chap. 1er, défend de recevoir un clerc qui aura quitté son église malgré son évêque, pour passer dans un monastère. Cela est vrai, dit Gratien, mais il faut l'entendre des clercs qui veulent quitter leur diocèse sans cause légitime, mais non pas de ceux qui ont dessein de se consacrer plus particulièrement à Dieu en se faisant moines.

Chap. 2. Nous apprenons du pape Urbain II qu'il y a deux sortes de lois : la loi primitive intérieure et éternelle ; quand cette loi parle, on ne doit pas écouter la loi ecclésiastique, qui est celle que les saints pères nous ont laissée dans les canons. L'une est générale, l'autre particulière ; c'est celle-ci qui doit régler notre vocation

(1) Voyez la 16e série, col. 971.

par les mouvements et l'inspiration de la grâce, et toutes les fois que le Saint-Esprit nous parle et nous persuade d'entrer dans un monastère, on doit lui obéir sans écouter l'évêque qui le défend. *Quisquis igitur hoc Spiritu ducitur, etiam episcopo suo contradicente, eat liber nostra authoritate.* Voilà le droit ancien et nouveau.

TROISIÈME QUESTION

Est-il permis à un chanoine régulier de se faire moine? Non, répond Grégoire VII dans un concile, et nous défendons à tous les abbés et les moines de recevoir parmi eux aucun chanoine régulier. Voyez la différence que le concile fait entre les clercs réguliers et les moines.

Gratien dit qu'il faut entendre cette règle de ce concile de ceux qui n'ont pas la permission de leurs abbés ou de leurs supérieurs; car si les supérieurs des chanoines réguliers leur permettent de passer dans un monastère, ils y peuvent être reçus; c'est ce qui est prouvé par le chap. 2.

Dans la troisième partie, ceux qui veulent entrer dans les monastères, à quel âge faut-il les tonsurer? S. Grégoire dit qu'il ne faut pas donner l'habit monastique à qui que ce soit qu'il n'ait passé deux ans dans le noviciat. Les canons et les lois n'ont jamais été fixes sur ce point; tantôt ils demandaient un an, tantôt deux, quelquefois trois; encore n'y avait-il pas une obligation précise à cela, en sorte que, si on y manquait, on irritât la profession. S. Grégoire sur cette matière a parlé diversement; ici il semble mettre quelque limitation; mais si ceux qui entrent dans les monastères sont soldats, que faudra-t-il faire? Il faut, dit S. Grégoire, nous en avertir avant que de les tonsurer. La loi de l'empereur Maurice avait été publiée nouvellement. Il ne dit pas : Vous n'obéirez pas à l'empereur. Il ne voulait pas dire : Vous suivrez son édit; mais il dit : Vous attendrez notre consentement, vous m'en avertirez.

Dans la quatrième partie ceux qui sont entrés dans les monastères ont-ils la liberté de tester? Non, parce que le monastère succède à leur place. Vous voyez donc que c'est avec grande justice que, lorsque les princes ont fait des lois contraires, on s'y est opposé pour les faire révoquer, et ce que dit ici S. Grégoire se trouve dans tous les autres papes et sanctions ecclésiastiques.

Gratien s'objecte l'action de S. Paul ermite, qui légua son habit à S. Athanase et sa tunique à S. Antoine, comme si c'était là un testament de conséquence. Il répond que S. Paul était solitaire, non pas moine; il ne s'était donné à personne, mais les cénobites et les religieux des communautés ne sont pas à eux; ainsi ils ne peuvent tester.

Chap. 9. Ce qu'il y a de meilleur ici et qui demanderait une grande étendue est dans ce chapitre. Voici ce que portent les lois impériales, et on ne doit pas douter que l'Eglise ne les ait volontiers embrassées. L'empereur Justinien dit : Si quelqu'un entrant dans un monastère pour y faire profession, n'a point d'enfants, tout son bien est au monastère. *Jubemus*, c'est une loi; il peut avoir des parents, des proches, n'importe : pourvu qu'il n'ait point d'enfants, le monastère sera son héritier. Mais si, ayant des enfants, il se fait moine avant que d'avoir disposé de ses biens en leur faveur, voici une dispense, mais vous en voyez la nécessité. Après sa profession il ne pouvait plus tester; mais s'il a oublié de leur donner leur portion, que fera-t-il? il donnera à chacun une légitime par son testament, et ce qui restera demeurera au monastère. S'il veut tout partager à ses enfants, à la bonne heure! mais qu'il se compte lui-même comme un de ses enfants.

Les pères disaient : S'il a un enfant, qu'il compte Jesus-Christ pour le second; s'il en a deux, qu'il le compte pour le troisième. Mais c'est la même chose en divers termes. Si l'empereur dit qu'il se compte lui-même comme un de ses enfans, qu'il donne sa légitime au monastère; mais s'il voulait leur donner tout son bien et rien au monastère, il ne le pourrait pas, les canons le défendent, et les lois civiles, conformes aux canons, s'y opposent aussi. Il faut du moins qu'il retienne sa légitime. Que s'il mourait dans le monastère, les enfants ne peuvent être frustrés de leur légitime.

Voilà les lois civiles qui étaient autrefois en vigueur dans la chrétienté, très-conformes aux canons, et les anciens canons aussi très-conformes aux lois civiles : car, dit-il ensuite, quand quelqu'un se fait moine, quoiqu'il ne fasse pas de testament, ses biens appartiennent au monastère, parce que, se donnant lui-même, il est censé donner tout ce qui est à lui, parce que dans lui tous ses biens sont renfermés.

Chap. 10. La Novelle 123 défend aux parents d'exhéréder leurs fils, parce qu'ils se sont faits religieux, quand même ils auraient commis un crime qui méritât cette peine, parce que leur faute est assez expiée par les rigueurs de la vie monastique; ainsi ils cessent d'être déshérités, ou déshéritables.

CAUSE XX

Un père mit deux de ses enfans encore jeunes dans un monastère : l'un de son plein gré, l'autre contre sa volonté; le premier étant parvenu en âge de puberté, c'est-à-dire ayant atteint quatorze ans, sortit du monastère; le deuxième voulut entrer dans un autre plus rude et plus austère.

PREMIÈRE QUESTION

On demande si ceux que leurs parents vouent, même dès leur bas âge, aux monastères, sont obligés d'y demeurer?

Il semble d'abord que non, parce que S. Basile dit que, si une fille fait des vœux, ils seront valides, pourvu qu'elle soit en âge nubile. Dans l'Occident nous avons interprété cet âge nubile à l'âge de douze ans. S. Basile le prenait au moins à seize, et souvent il a pris la puberté pleine en l'âge de dix-sept ou dix-huit ans.

Gratien dit : Il faut entendre ce que dit S. Basile

de ceux et de celles qui, contre le consentement de leurs parents, se vouent à Dieu dès leur bas âge ; mais quand ce sont leurs parents qui les vouent et qui les mettent dans les monastères, il n'y a plus moyen d'en revenir.

Chap. 2. S. Grégoire dit : Ceux de l'un et de l'autre sexe que les parents dès leur enfance auront renfermés dans des monastères, *ab infantiæ annis*, lorsqu'il viendront en âge de puberté, ne pourront en sortir, niavoir la liberté de se marier, *quia nefas est ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur*. Cela est dans le droit ancien et nouveau. Il y a des livres entiers pour ce point.

Je vous avoue que cette contrainte paraissait injuste, mais à qui ? à ceux qui abondent en leur propre sens; car, à considérer l'autorité que les parents avaient sur leurs enfants, rien de si juste. Il n'y a pas lieu de s'en étonner; car, outre ce que nous lisons ici, n'était-il pas permis aux parents par la loi romaine de vendre leur enfants comme des animaux pour subvenir à leurs nécessités. Ils pouvaient même les tuer sans en être justiciables. Ils pouvaient donc à plus forte raison les donner à Dieu et les consacrer à son service. Ceux qui savent combien il est doux de lui appartenir, ne trouveront pas ce procédé étrange.

Chap. 3. Le concile de Tolède distingue deux sortes de moines : les uns qui entrent volontairement dans les monastères, et les autres qui n'y vont que parce que leurs parents les y ont voués : or les uns et les autres sont obligés d'y demeurer, ils y sont tous deux liés, *monachum aut paterna devotio aut propria professio facit*; *quidquid horum fuerit, alligatum tenebit*. Voilà une disjonctive qui oblige ; mais ce sont leurs parents qui les ont jetés dans les monastères malgré eux ? Eh bien ! Jephté ne sacrifia-t-il pas sa fille de cette sorte, et Abraham, pour faire mourir son fils Isaac, donna-t-il son consentement ? Le chapitre suivant d'Isidore dit la même chose.

Chap. 5. S. Grégoire demande une puberté parfaite à ceux qui entreront dans les monastères qui sont dans les îles, parce que la vie est plus rude et plus austère; c'est pourquoi il défend de faire faire profession avant l'âge de seize ans ; mais dans les lieux où la vie est plus douce il permet qu'on la fasse dans un âge moins avancé, savoir à quatorze ans.

Hoc autem eo vel magis obfirmatur, quia mulier aperte expressit, Albertum nonnisi repetitis vicibus pertentasse consummationem matrimonii, quam post nuptialem peregrinationem « dopo il nostro viaggio di nozze ha provato di consumare presso a poco dieci volte. Non ricordo bene, se abbia provato durante il viaggio. » Atqui si de verbali sollicitatione loqueretur, nedum in vehementissimam præsumptionem contrariam offenderet, verum etiam sibi ipsi contradiceret, quia paullo ante confessa est, jam postridie a nuptiis conjugale debitum ab Alberto fuisse requisitum. « Il secondo giorno delle nozze, volendo compiere l'atto mi chiese la parte, in cui doveva farlo, aggiungendo poi, che egli lo sapeva benissimo. »

Nec ita satis. Ex alterius testis depositione secreta quædam ac confidentialis revelatio patefacta est, quam post divortium Maria fecerat ejusdem matri, et in qua aperte innuitur de veris ac physicis conatibus Alberti ad matrimonium consummandum directis, eo quia ibidem fit etiam mentio de seminis ejaculatione; ita namque deponit advocatus Biervliet : « Risulta

da una certa confidenza, che fece la Signora dopo pronunciato il divorzio a sua madre, e che questa ultima ripetè al padre, che nei tentativi del marito per compiere l'atto conjugale, non vi era neppure stata mai l'ejaculazione sufficiente pel compimento di questo atto. » Non hic oportet inquirere, utrum recte hoc affirmaverit Maria. Quidquid tamen sit de hac insufficientia seminationis, perfacile potuit ipsa decipi circa eamdem, quum exploratum sit apud peritos, teste Zacchia, *Quæst. med. leg.* lib. 3, t. 1, qu. 7, n. 12 : « fieri posse, ut sine voluptatis sensu mulier semen emittat ; » atque hoc, maxime in persona Mariæ propter antipathiam contra maritum conceptam. Hoc verumtamen ex hac confessione certissime constituitur, quod quum Maria confessa sit « ha provato di consumare presso a poco dieci volte, » non de incitamentis et sollicitationibus intellexit, sed de conjugali concubitu.

Hisce in facto constitutis, nonnisi quam contra omnem verisimilitudinem affirmari posse defensor contendit, quod consummatio defuerit in casu. Ad evincendum præ primis quam arduum sit pudicitiam servare in supremo ejusdem discrimine, quædam recolit conspicua exempla sacrarum historiarum, in quibus viri sancti vividissimam pugnam substinuerunt ne in proximo periculo succumberent. Quod si tantam sibi vim irrogare iidem debuerunt, tametsi nonnisi quam de insidiis eorum pudicitiæ præparatis ageretur, multo quidem majorem opus fuisset violentiam in casu subire, dum non de insidiis, vel de actis ad copulam præparatoriis res esset, sed de physica corporum viri et mulieris conjunctione; ita ut in personis ad copulam potentibus commixtio carnalis nonnisi quam per miraculum defuisse, affirmari quodammodo possit, quemadmodum non aliter quam per miraculum contingere posset, ut ignis cum palea, flamma cum stuppa incendium excitare non posset.

Ad hanc thesim protuendam invocat defensor auctoritatem Coscii, quam ex integro hic referre censui propter ejusdem analogiam cum nostra specie; ita Coscius *de separation. h.* lib. 3, cap. 2, num. 261, ibi : « Si vero conjuges non solum simpliciter condormierint, verum etiam copulam vir tentaverit, et sponsa se ad actum etsi non libenter præbuerit, et uterque affirmet, quod nihilominus propter reciprocum odium et antipathiam copulam habere non potuerint, hoc opus, hic labor erit inveniendi aliquem, qui absque ulla amaritudine statim iltis credere possit hoc fecisse miraculum. Illud profecto facere nescierunt, qui invisum matrimonium per vim, et metum cadentem in constantem virum, propter antipathiam et odium, contrarietatem, aversionem, et abominationem, seu corporis deformitatem sine consensu nulliter contraxerunt, et tamen in occasione positi ex eorum congressu filios procrearunt. Illud non posse facere dubitarunt etiam viri sanctissimi tantum odium implacabile nutrientes contra peccatum, quantum habere poterant, qui ex intimo sensu Deum amabant; tantumque idcirco odium et aversionem in fœminas sibi ad peccandum oblatas fovendas, quantum haberi potest nedum a sancto, sed simpliciter ab honesto viro contra abominabile scortum; quorum aliqui nihilominus molliter inter flores, manibus, pedibusque ligatis per vim ad actum venereum compulsi propriam linguam dentibus in frustula discissam in faciem inhonestæ fœminæ illos ad turpia blandientis projecerunt, ut se continerent; alii ab illis pariter tentati eas titione fugarunt, ne tentationi succumberent. Alii econtra, non obstante antipathia et odio contra peccatum, contra carnis illecebras, contra luxuriam, contra abominabiles meretrices (aliquando etiam et sæpe copiosa lue celtica infectas) eorum castitati turpiter insidiantes, tamen in laqueum sibi paratum inciderunt. Durum est ergo credere quod duo sponsi ambo potentes, qui ad explendam libidinem voluntarie statum conjugalem elegerint, in ea ætate, quæ viribus pollet, inter noctis tenebras, quæ nec pulchritudinem admirari, nec deformitatem contemnere sinunt, inter tactus cujuscumque partis corporis diversi sexus, inter amplexus, qui in actu simili evitari non possunt, nec semel forsan, nec una nocte tantum, sed pluries, in actuali situ conjunctionis positi, durum, inquam, est credere, quod in duas lapideas statuas converti possint. Durum est credere, quod adolescens cum puella, solus cum sola, nudus cum nuda propter solam antipathiam in actu conjunctioni tam proximo libidinis æstus concorditer, et constantissime suffocaverint, nisi dicendum quoque sit, quod ignis cum palea, flamma cum stuppa nequaquam magnum incendium excitare valeant. »

Præsumptioni de perfecta consummatione matrimonii ex natura rei post pertentatam sæpius copulam desumptæ violenta quoque adjungitur præsumptio juris ex pervulgato capit. *Literis*, de præsumpt. Animadvertit defensor contingere aliquando in moralibus causarum armis quod in armis materialibus accidit, ut nempe ex diuturno obtundantur exercitio. Nihilominus confidit, præsumptionem admissæ copulæ ex citato cap. *Literis* desumptam, majorem in casu exerere vim et robur, eo quia actus ex quo carnalis commixtio deducitur, valde proximior, et magis connexus est eidem copulæ, quanto huic commixtioni magis proxima est confusio membrorum, quam simplex condormitio. Si namque in præcitato canone summus pontifex, quum constaret « solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto ea intentione jacuisse, ut eam cognosceret, » decrevit, « quod ex hujusmodi violenta et certa suspicione fornicationis potest sententia divortii promulgari, » argumento a minori ad majus deducto, multo magis retineri debet matrimonii consummatio, si non tantum cum uxore maritus condormierit, sed matrimonio consummando ita operam navaverit, ut credere posset « che la consumazione avea avuto luogo. »

Præsumptionem ejusmodi numquam occurrere verius posse autumat defensor quam in hac causa, propterea quod valde ampliora sunt extrema facti, quæ commixtionis carnalis suspicionem violentiorem ostendunt, unde merito in casu dijudicandam esse præsumptionem juris et de jure concludit cum Pignatellio consult. 148, t. 1, n. 21, « quæ omnia probanda sunt probationibus concludentibus, imo superabundantibus, maxime respectu non consummationis, quum in hoc casu supponatur cohabitatio et condormitio quinque mensium, ex qua resultat præsumptio juris et de jure pro consummatione. »

Neque valere in contrarium putat, quod quum mulier insimul inconsummationem matrimonii affirmaverit, dividi nequeat ejusdem confessio, ita ut retenta copula excludatur consummatio. Distinctione enim facta, admittit defensor dividi non posse confessionem, quando contra alterutram partem non militat contraria rei verisimilitudo vel juris præsumptio, juxta leg. Si is, 14, § 1 ff. de interrog. in jur. fac., « in totum confessiones ita ratæ sunt, si id quod in confessionem venit, et jus et naturam recipere potest. » Ast si contraria rei verisimilitudo, vel juris præsumptio alterutri confessionis parti refragatur, tunc scinditur confessio, et parte vera admissa, altera minus vera et minus juri conformis refellitur. Scaccia, *de judic.* l. 2, c. 2, art. 4, n. 350 : « generaliter et indistincte concludimus, confessionem posse non acceptari in ea parte, cui repugnat præsumptio juris, quamvis confessio sit qualificata et connexa; retenta ergo conclusione primi casus, quod confessio possit scindi et dividi in ea parte, cui repugnat præsumptio juris vel verisimilitudo, etiamsi ea pars confessionis esset contra ipsum confitentem, amplia conclusionem, etc. Concordat ceteris omissis Rota Rom. decis. 802, n. 1, part. 1 diversor. decis. 118, num. 26, part. 5 rec. et dec. 644, n. 2, cor. Serafini.

Exemplum divisionis confessionis ob contrariam præsumptionem juris adducit ex Baldo in eo qui homicidium confitens, vel casu hoc evenisse, vel in sui defensionem protestatur, ob dispositionem, l. 1 c. de sicar. et l. *Si non convicii*, c. de injur., excluditur pars confessionis quæ homicidium justificat; « nam lex (ait Baldus ad l. 2, c. de donat. ant. nupt. n. 2) separat illam confessionem præsumendo dolum in homicidio; et tunc pars potest acceptari, et pars respui. » Alind exemplum divisionis confessionis ob inverisimilitudinem rei in confessionem deductæ affert ex Rota Romana in *Urbevetana* successionis super examine testium 21 januarii 1848, § 2, coram Alberghini, ibi : « Nec refert probationes viduæ adversarias productas recipi in hac parte non posse, nisi et altera pars admittatur, qua contenditur fœtum ad vitam producendam fuisse inhabilem. Utut enim verum sit scripturam et confessionem qualificatam vel esse in totum accipiendam, vel in totum respuendam, non novum tamen in jure est, id minime procedere, quando vel legis præsumptio, vel contraria adsit probatio in ea parte, quæ respuitur. Hinc si ex lege est indubium, quod fœtus, qui vivus natus est vitalis habeatur, nihil vetabat, quominus confessiones aliæque probationes a reis conventis productæ reciperentur in altera tantum parte, quæ respicit vitam. » Quum autem ex supra demonstratis sit omnino inverosimile, et contra violentam præsumptionem juris, quod dum mulier fatetur « mi sono prestata; ha provato presso a poco dieci volte; l'ho lasciato fare; gli ho fatto credere, che la consumazione aveva avuto luogo », consummatio tamen non fuerit sequuta, hinc merito ex juribus desuper allatis dividenda est confessio, ut admissa parte carnalem commixtionem affirmante, respuatur alia pars consummationem excludens.

Nec magis in contrarium valere defensor contendit confessionem mariti et depositiones testium unanimiter consummationem rejicientium. Ostendit enim ipse testimonia hujusmodi unam originem, unam radicem, unum fundamentum habere in affirmationibus Mariæ, quæ in publicum integram virginitatem in matrimonio servasse ostentavit. Sic enim urget Albertum. Est ipse « sicurissimo », prouti judici declarat, quod matrimonium numquam fuit consummatum. At ejus uxor confitetur « ha provato di consumare presso a poco dieci volte »; numne incassum adlaboravit Albertus? « ho provato; » ita ipse respondet « ma inutilmente a causa della opposizione, che essa faceva. » Instat tamen defensor, quod aliquando docilem habuit uxorem « mi sono prestata, l'ho lasciato fare; » atque usque eo docilem habuit ut ipse crederet consummasse matrimonium « gli ho fatto credere, che la consumazione aveva avuto luogo. » Hæc omnia perfecerat Albertus; et quamvis factum proprium haud ignorasset, nihilominus ex quo post suam depositionem mox subjunxit : « mia moglie si è vantata in pubblico di essere rimasta vergine, » per se manifeste ostenditur, quod ex hisce ipsis jactationibus perfacile et ipse opinionem ebibit se illusum fuisse in opere inconsummationis matrimonii; atque in hoc eo vel magis sese facile accommodavit, quia optimam causam exinde suppeditabat eidem ad dissolutionem matrimonii obtinendam.

Facilius autem testes in hanc opinionem devenerunt, quum ex una parte unanimi choro obtestentur ex ore mulieris fabellam integritatis ipsius audivisse; ita quippe Maria Colpaert deponit : « la Signora stessa me lo ha detto; » R. P. Van-Mullen : « Essa stessa mi disse questo; » soror Alberti : « lo so per mezzo di lei; » R. P. Petrus Cappuccinus : « da quanto la Signora mi ha detto; » Paulus Biervliet : « dopo le affermazioni più energiche della Signora; » Regina Story : « per quanto mi disse mia nipote; » Carolus Verhulst : « essa me lo ha detto. » Ex alia autem parte opinio, quam habebant de muliere, quod esset « superba e testarda; » et de Alberto quod esset « troppo buono, » veracitatis auram jactationibus Mariæ conciliabat. Sive verumtamen maritus, sive etiam omnes testes fuissent opinati, numquam matrimonium esse consummatum, non majus robur ejusmodi depositionibus dandum est, quam jactationibus Mariæ, a quibus illorum opinio originem habuit; et quum perspicua et irrefragabilis sit ejusdem mulieris confessio quoad operam ab Alberto, eadem sese exhibente, ad consummandum matrimonium pluries datam, hinc concordatis mariti et testium depositionibus cum confessionibus mulieris, in hanc sententiam deveniendum esse concludit defensor, quod non ita facile existimassent deponentes inter actus consummationi matrimonii immediate connexos et inhærentes eamdem consummationem fuisse interceptam, nisi dicendum sit, ut observat Coscius desuper citatus, quod « absque miraculo ignis cum palea, flamma cum stuppa, nequaquam incendium excitare valuissent. »

Nihil ex parte Alberti de novo deductum fuit ab ejusdem defensore; unde præcedentia folia ab EE. VV. resumi deprecor, atque pro assueta sapientia et doctrina insimul exoro sequens dirimere dubium : An sit standum, vel recedendum a decisis in casu. — S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *In decisis*. Die 22 septembris 1877.

RÉSIDENCE

Les chanoines doivent-ils résider dans la ville où est la cathédrale? Ne peuvent-ils pas résider ailleurs, supposé qu'ils assistent ponctuellement à l'office du chœur? Usage immémorial. On accorde l'*aperitio oris* à l'égard d'une décision de la Congrégation consistoriale qui prescrit la résidence corporelle. Décision de la S. Congrégation du Concile du 22 septembre 1877.

La cathédrale d'Alife, dans le royaume de Naples, est sous le vocable de Saint-Sixte, pape et martyr. Le chapitre se compose de dix chanoines et de deux dignités. Cependant les chanoines qui ne sont pas nés à Alife résident à une lieue, dans la ville de Piédimonte, qui compte huit mille habitants et dans laquelle se trouvent l'évêché, le séminaire, la plupart des communautés d'hommes et de femmes, et les administrations civiles. Les tremblements de terre, la peste et l'insalubrité du climat ont dépeuplé Alife, qui depuis longtemps n'est plus qu'une bourgade de trois mille habitants, dont la plupart vivent dispersés dans les métairies rurales et qui ne peut offrir aux chanoines un asile sûr et des maisons où ils puissent s'installer.

En 1696, vu la difficulté pour les chanoines de parcourir deux fois par jour la route de Piedimonte à Alife, la S. Congrégation du Concile accorda un indult permettant de réciter tout l'office dans la matinée, y compris vêpres et complies.

Les statuts capitulaires dressés l'an 1703 ordonnent au directeur du chapitre d'aviser les chanoines qu résident à Piédimonte toutes les fois que des fonctions ecclésiastiques auront lieu. N'est-ce pas reconnaître que les chanoines ne sont pas tenus d'établir leur résidence matérielle dans le bourg d'Alife?

Dans les relations des évêques *ad limina*, les prélats ont constamment manifesté que plusieurs chanoines ne demeuraient pas à Alife. Or, la S. Congrégation du Concile n'a jamais pris de mesure, ni fait la moindre observation.

En 1779, la S. Congrégation, apprenant que les chanoines résidents à Piédimonte ne se rendaient pas exactement à l'office, leur ordonna d'assister ponctuellement au chœur, mais elle ne leur enjoignit pas le moins du monde de transférer leur résidence dans le bourg d'Alife.

En 1853, une bulle pontificale érigea Piédimonte en *cité* et permit à l'évêque d'y établir sa résidence. Les chanoines d'Alife saisirent cette occasion pour soumettre plusieurs questions à la S. Congrégation Consistoriale, à l'insu de leurs collègues qui demeurent à Piedimonte. Que décida la S. Congrégation? Elle dit que les deux cités, Alife et Piédimonte, n'étaient pas censées au même rang en ce qui concerne les effets canoniques, dont un est que les chanoines ne doivent nullement présumer de remplir l'obligation de la résidence par cela qu'ils demeurent dans la ville de Piedimonte : « Civitates Aliphanam et Pedemontanam censendas esse haud omnino æquiparandas quoad eos canonicos effectus, quorum alter in eo præsumitur, ut Aliphanæ cathedralis canonici sibi arrogent residentiali obligationi satisfacere, dummodo in Pedemontana civitate incolatum degant. »

Obligé naturellement de faire exécuter la décision du Saint-Siége, Mgr l'évêque enjoignit aux chanoines de transférer leur domicile à Alife.

Alors les cinq chanoines non résidents adressèrent une supplique au Saint-Siége, en date du 4 mai 1876, dans laquelle ils demandèrent la révocation du décret consistorial, et une déclaration portant que les membres actuels et futurs du chapitre remplissent l'obligation de la résidence en habitant Piédimonte d'autant qu'ils assistent ponctuellement au chœur.

Mgr l'évêque accompagne la supplique d'une lettre textuellement rapportée dans le *folium* de la S. Congrégation que nous avons inséré ci-après. En voici le résumé : « Laissant de côté les raisons des chanoines et les pièces à l'appui, je ne puis me dispenser de recommander chaudement la supplique au saint-père pour les motifs suivants : 1. Quoique je ne puisse affirmer absolument l'insalubrité du climat d'Alife, attendu que les habitants nient, au lieu que les Piédimontais affirment, il est pourtant certain que le doute subsiste; autrefois le climat était détestable, tout le monde en convient; le voisinage du fleuve, la malpropreté des rues et la présence d'animaux de toute espèce ne sont pas de nature à assainir l'atmosphère. 2. Les maisons manquent; véritablement il serait impossible de louer cinq maisons convenables pour les chanoines qui résident à Piédimonte. 3. Durant tous les siècles passés les chanoines non alifains n'ont jamais résidé à Alife. Il n'y a actuellement que le curé et le pénitencier qui, étrangers à Alife et à Piédimonte, aient pris leur domicile à Alife. 4. Enfin, la principale raison qui me porte à recommander la demande en question c'est que je suis convaincu qu'il est non-seulement utile, mais *nécessaire*, que tout au moins cinq chanoines résident auprès de l'évêque. En effet, le chapitre de la cathédrale devant être le sénat de l'évêque, est-il possible que le prélat dirige convenablement son diocèse si tous les chanoines résident dans une autre ville? D'ailleurs, je certifie que les cinq chanoines remplissent assidûment leur devoir par rapport à l'office du chœur, nonobstant l'éloignement; ils prennent des voitures pour aller à Alife, qui est à une lieue. »

Une assemblée capitulaire a été tenue le 4 juin 1876 pour examiner la question. En dehors des cinq chanoines qui ont signé la demande, trois ont émis un vote favorable, quatre se sont opposés. Les premiers n'ont pas entendu faire de concession pour l'avenir, car ils ont expressément réservé leur tolérance aux chanoines actuels qui résident à Piédimonte. Tout cela ayant été traité verbalement, le procès-verbal de la séance n'a pas été écrit. Le lendemain les sept chanoines se sont rendus à l'évêché; après avoir lu la teneur de la supplique envoyée au Saint-Siége, ils ont changé d'opinion et ils ont communiqué au prélat un avis entièrement opposé à la demande des cinq.

On remarquera dans le *folium* de la S. Congrégation publié plus loin le résumé de la discussion qui s'est engagée devant le Saint-Siége.

Voici ce qu'on a dit pour obtenir la dispense de la résidence matérielle.

Il est permis de réclamer contre les décisions du Saint-Siége lorsqu'elles ont été obtenues grâce à l'allégation d'une fausseté ou en omettant des faits qu'il était nécessaire d'exprimer. La décrétale *Super litteris*, au titre *de rescriptis*, est formelle. Le décret que les chanoines d'Alife ont obtenu de la S. Congrégation Consistoriale a été notoirement subreptice. Ils n'ont pas dit que de temps immémorial plusieurs chanoines ont leur résidence à Piédimonte ; sans doute ce n'est pas une coutume dans le sens rigoureux et juridique, mais ce fait si ancien fait présumer un indult pontifical, qui a péri dans les incendies et les tremblements de terre qui ont détruit plusieurs fois les archives de l'évêché et de la cathédrale. On n'a pas parlé de l'indult du 5 mai 1696, qui autorisa les chanoines à dire tout l'office en une fois et avant midi. On n'a point parlé des relations épiscopales *ad limina*, qui ont constamment manifesté au Saint-Siége que la plupart des chanoines résidaient à une lieue d'Alife. Enfin, l'on n'a pas dit mot des statuts capitulaires qui consacrent implicitement l'usage. Evidemment le décret de la S. Congrégation Consistoriale a été obtenu subrepticement.

Ce n'est pas à la résidence *matérielle* que les chanoines sont obligés. L'Eglise leur impose la résidence *formelle*, qui consiste à remplir les fonctions en vue desquelles la résidence est prescrite. Les canonistes enseignent que résider c'est simplement desservir l'église dans l'office divin, conformément à la décrétale *Conquerente*. Les chanoines absents pour le service de l'évêque sont réputés servir la cathédrale. Or, au témoignage du prélat, le séjour des chanoines à Piédimonte est utile et même nécessaire à l'administration du diocèse.

Les raisons des chanoines opposants sont exposées au long dans le *folium* de la S. Congrégation.

Décision. La S. Congrégation du Concile, accordant *aperitio oris* contre le décret consistorial, décide qu'en l'état présent des choses nulle innovation n'est nécessaire, de façon que les chanoines peuvent habiter Piédimonte. « An sit locus aperitioni oris in casu? Et

quatenus affirmative, II. An canonici teneantur in urbe Aliphana residere in casu? S. Congregatio censuit : Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Negative, et nihil innovandum in præsenti rerum statu*. Die 22 septembris 1877. »

Aliphana. Aeritionis oris et residentiæ. Die 22 septembris 1877. — In perantiqua et illustri urbe Aliphana cathedralis extat ecclesia divo Xysto pontifici et martyri dicata, cujus capitulum decem canonicis et duabus dignitatibus constituitur. Verumtamen plures ex iis, qui canonicorum albo adscripti sunt ex eadem urbe originem haud duxerunt, ex eo quod circiter tribus millibus habitantibus in majori parte agrorum curæ addictis tantummodo constat. Porro quinque ex his postremis canonicis, qui alibi nati sunt, ad hanc S. C. recursum promoverunt, exponentes capitulares non Aliphanos ab immemorabili habitare solitos fuisse in Pedemontis urbe tribus milliariis ab ecclesia cathedrali distante ac octo millibus incolis frequenti, in qua episcopus cum suo seminario ac universa civilia officia in præsentiarum resident : et hospitale ac pleræque tam virorum quam mulierum religiosæ domus extant.

Cujus rei causa fuisse videtur aeris insalubritas, pestes et terræmotus, a quibus ita depopulata fuit Aliphana civitas, ut neque tutum asilum, neque opportunas habitationes amplius præberet, in quibus canonici sese reciperent. Quapropter cum nimis difficilis ac durus redderetur quotidianus et bis in die ad ecclesiam pro divinis laudibus persolvendis accessus, S. hæc Congregatio audito Ordinario, sub die 5 maii 1696 benigne indulsit, ut integrum de mane etiam cum vesperis et completorio recitarent officium, eisque suffragaretur perinde ac si debitis horis illud persolverent.

Statuta vero capitularia die 30 dec. anni 1703 condita, casu quo mors alicujus canonici in urbe Pedemontana obvenerit, statuunt ut canonicus qui supremum diem obiverit, capitulariter associetur ; item curatori mandant, ut omnes de capitulo Pedemonte degentes præmoneat et advocet si functiones ecclesiasticæ in cathedrali Aliphana celebrandæ sint.

Nec satis : episcopi in relationibus suæ diœcesis hujusce non residentiæ constanter mentionem fecerunt, quin S. Congregatio vel questus moveret, vel providentiam in futurum suggereret. Imo, volvente anno 1779 cum canonici in Pedemontano oppido residentes chorali servitio præstando non intervenirent, et cum hujusmodi onus obirent canonici in Aliphana urbe degentes, distributionibus negligentium sibi adsignatis, S. Congregatio de re commonefacta illico rescripsit canonicos absentes ad quotidianum cathedralis officium adstringendos esse, quin aliquid de eorum domicilio Aliphæ constituendo præscriberet. Ex quo alicujus privilegii præsumptionem oratores deducendam esse autumant, cujus existentiæ defectum tribuendum censent variis vicissitudinibus, quibus ob deprædationes et terræmotus capitulare archivium obnoxium fuit.

His tamen non obstantibus, anno 1853 capta occasione bullæ pontificiæ, qua Pedemontis oppido in civitatem erecto, episcopo facultas data fuit in urbe Pedemontana residendi, omnes canonici Aliphani, cæteris autem inconsultis qui Aliphæ haud degunt, et silentio præteritis quæ favore canonicorum Pedemonte habitantium a S. Sede constituta jamdiu fuerant, ad Sacr. Congregationem consistorialem confugerunt, plurium dubiorum solutionem proponentes, inter quæ illud, quod canonicorum in civitate Pedemontana morantium residentiam pertingit.

Sacra Congregatio consistorialis igitur ad quartum dubium circa canonicorum residentiam sic respondere censuit : ... « 4. Denique civitates Aliphanam et Pedemontanam censendas « esse haud omnino æquiparatas, nec esse ullatenus æquiparandas quoad eos canonicos effectus, quorum alter in eo « præsumitur, ut Aliphanæ cathedralis canonici sibi arrogent « residentiali obligationi satisfacere, dummodo in Pedemontana civitate incolatum degant. »

Canonici ab episcopo Aliphano pressi, ut prædictum decretum executioni mandarent sub die 4 maii anni 1876 ad sacratissimum principem, quem Deus diu sospitet, recursum obtulerunt enixis precibus postulantes, ut, prævia recordati consistorialis decreti revocatione, declaretur capitulares cum præsentes, tum futuros residentiæ oneri satisfacere, tametsi in civitate Pedemontana incolatum habeant. Idque eo vel magis, quod servitium chorale ab ipsis laudabiliter persolvitur.

Oratorum preces episcopus commendat epistolis ad II, S. C. eadem die missis, quas fidelissimis EE. VV. oculis subjicere operæ pretium ducimus. « Giunge in cotesta S. Congregazione una petizione di cinque canonici di questa cattedrale Alifana, residenti qui in Piedimonte e non già nella città di Alife. Eglino (costretti da me di porsi in piena regola in forza delle leggi di S. Chiesa, riguardante la residenza dei canonici) hanno umiliato al S. Padre tutte le loro ragioni, per le quali eglino hanno sempre dimorato qui in Piedimonte e per le quali credono, che bene a ragione possano seguitare ad aver qui la loro residenza.

« Io però (lasciando a parte le loro singole ragioni, una con i documenti annessi) non posso non raccomandare caldamente la loro petizione alla clemenza del S. Padre per i seguenti motivi :

« 1. Bene è vero, che io non posso assicurare la malsania dell' aria colà in Alife, conciossiachè mi sembra, che sia un fatto controverso, affermandolo i Piedemontesi e negandolo gli Alifani. Però che vi siano gravi dubbi all' oggetto, è cosa certa ; sorgono questi dubbi dal perchè nei tempi andati era pessima quell' aria a confessione di tutti, e poi la vicinanza al fiume, il trebbiare il grano in città nei mesi estivi, la mancanza di nettezza per le strade, il far dimorare fra i limiti stessi della città ogni specie d'animali non possono rendere al certo molto salutare l'aria, che quivi si respira.

« 2. Quivi havvi difetto di case e quindi tornerebbe impossibile in verità il poter prendere in fitto cinque abitazioni decenti, perchè i canonici residenti qui in Piedimonte potessero trasferirsi colà, una con le loro singole famiglie.

«3. Costa ben chiaramente, che in tuttii secoli andati, i canonici non Alifani, non abbiano giammai dimorato in Atife, così come oggi dimora colà soltanto il canonico curato ed il canonico penitenziere, come che non siano Alifani, nè nativi di Piedimonte.

« 4. Da ultimo, il motivo principalissimo, che mi spinge di raccomandare la petizione in parola, si è il mio convincimento che debba tornare non che utile, ma necessaria la residenza (almeno di cinque canonici) colà dove il vescovo risiede. Se il capitolo della cattedrale forma per legge il senato del vescovo, fia possibile, che il vescovo possa ben governare una diocesi avendo intiero il capitolo residente in un' altra città? Io dunque ripeto, in vista di questa ben grave ragione, raccomando caldissimamente la petizione, che cinque canonici di questa cattedrale si trovano già aver avanzata presso cotesta S. Congregazione e la raccomando non che per il loro comodo personale (e qui non posso rimanermi dal certificare, che, non ostante la loro lontananza, prestano assiduo servizio al coro di questa cattedrale Alifana) ma anche per i canonici successori, parendomi necessario, che cinque canonici almeno, si trovino residenti colà dove il vescovo risiede. Sicuro della carità etc. »

Hisce acceptis S. hæc C. sub die 10 maii ejusdem anni rescripsit : « Eidem episcopo coadjutori, qui audiat capitulum

« in scriptis ac referat quomodo se gesserint canonici post de-
« cretum S. C. consistorialis de quo in precibus. »

Rmus episcopus Aliphanus ea qua par erat diligentia amplissimi vestri Ordinis mandatis moremgessit, et audito capitulo super bono oratorum jure, animi sui sensum patefecit ea confirmans quæ in superius exposita epistola retulerat. « In vista del riverito foglio di cotesta S. Congregazione in data dei 18 maggio del corrente anno N. 159020 mercè il quale mi si comandò di ripetere in iscritto dal Rmo Capitolo di questa cattedrale chiesa Alifana, il proprio parere quanto alla petizione avanzata di già presso cotesta medesima S. Congregazione da cinque canonici della stessa cattedrale Alifana riguardante in loro residenza qui in Piedimonte (invece di Alife) io ordinai che si fosse convocato capitolo all' oggetto, il cui parere poi mi fosse stato trasmesso in iscritto nel luogo della mia residenza. Il capitolo si tenne il dì 4 dello scorso giugno e tre voti furono favorevoli (sebbene nulla si mise in iscritto) e quattro gli sfavorevoli. I voti favorevoli si ristringevano soltanto per la residenza dei cinque canonici supplicanti, non mai pei loro successori; non mai, cioè, per un sistema da essere elevato contro il decreto della consistoriale: in questi sensi adunque vennero emessi, ma a voce, i detti tre voti favorevoli. I quali tre voti favorevoli, uniti a quelli dei cinque canonici supplicanti (che si astennero di votare) risulta il numero di otto, cioè di due terzi del detto capitolo Alifano, conciossiachè un canonico a nome Luca Panella, non godendo più delle integrità delle sue forze mentali in forza dell' età già inoltrata fino a 85 anni, può dirsi oggi questo capitolo Alifano composto soltanto di dodici canonici.

« Poscia, nel giorno seguente, tutti i detti canonici (in numero di sette) mi chiesero una copia della detta petizione già avanzata costì dai cinque canonici non residenti; la quale, sì tosto come venne letta da essi, credettero cangiar di consiglio ed inviarmi un loro voto sfavorevole del tutto, che io accludo in questo mio foglio originalmente.

« Siccome poi nel detto riverito foglio di cotesta S. Congregazione a me in diretto mi si comanda di riferire in che modo siasi comportato intiero il detto capitolo Alifano dopo la emanazione del già noto decreto della consistoriale (referat quomodo se gesserint canonici post decretum S. Congregationis consistorialis) io non posso non far conoscere a cotesta medesima S. Congregazione, come il detto decreto sia stato sempre rigorosamente eseguito nel senso, che sempre siansi negati ai non residenti i godimenti di alcuni diritti, che giusta le proprie usanze, son dovuti solamente ai residenti. Non credendo intanto opportuno aggiungere altra mia osservazione al già detto nella mia lettera in data dei 4 maggio dei volgente anno, non mi rimane che prostrarmi ai suoi piedi ecc. »

Rebus sic perstantibus die 31 julii 1876 rescriptum prodiit:
« Ex audientia SSmi 7 aug. 1876. SSmus annuit ut causa dis-
« ceptari possit in plenario Emorum PP. consessu, cum
« clausula de aperitionis oris arbitrio, et ponatur in folio. »

Cum itaque causa in hodiernis comitiis dirimenda proponitur sub dubiorum formula in calce exscripta, præstat una cum a contendentibus deductis aliquid in jure pro utraque parte animadvertere.

Arbitrium pro oris aperitione haud denegandum esse videtur canonicis in urbe Pedemontana degentibus. Sane scitissimi juris est adversus decreta seu rescripta pontificia oris aperitioni locum fieri, si quid necessarium non est expressum vel si quid falsum allegatum. Cap. *Super litteris*, de rescriptis. Idque eo vel magis cum per hujusmodi rescripta seu decreta jus alicui quæsitum sublatum esse ostendatur, c. 19 de rescriptis et c. 1. de Const. in 6. Concinit Rota in *Terracinen* seu *Setina* aperitionis oris 17 junii 1819, p. 3, coram Emo Odescalchi, in *Balneoregien.* reintegrationis seu aperitionis oris 2 aprilis 1824, p. 13, coram Marco.

Jam vero, quod decretum a capitulo Aliphano contra canonicos in urbe Pedemontana incolatum habentes subreptionis vitio laboret, in dubium revocari nullo pacto posse tuentur canonici actores. Si quidem a capitulo Aliphano reticitum præ primis fuit, quod ii canonici ab antiquis temporibus ad urbem Pedemontanam suos lares transtulerunt. Quæ temporis diuturnitas, si non veram consuetudinem, quæ in themate invocari non potest, saltem præsumptionem secumfert pontificii indulti, licet nullum reperiatur ad rem documentum. Quod mirum non est, si paulisper attendatur, quod archivium tam curiæ, quam cathedralis ecclesiæ terræmotibus ac incendiis pluries subjectum fuit.

Neque mentio facta fuit indulti, quod obtinuerunt a S. vestro Ordine capitulares Aliphani die 5 maii 1696 integram nempe explendi officiaturam de mane, donec ab Aliphæ universitate obligationi satisfactum non fuerit, qua domus canonicalis construendæ sese obstrinxerat. Ratio autem ob quam hujusmodi indultum concessum fuit in eo reperitur, quod Pedemontanis canonicis, quibus ferme totum constituebatur capitulum nedum difficilis, sed impossibilis erat quotidianus accessus et recessus mane et vespere ad cathedralem longo præsertim itinere intercedente. Eruitur id ex relatione die 6 septembris 1726 ab Emo card. Petra peracta, qui a S. Congregatione requisitus fuerat ut suum panderet votum super capituli Aliphani preces quibus petebat, ut sibi facultas integrum de mane etiam cum vesperis et completorio recitandi officium indulgeretur. Et licet hoc rescriptum neque expresse revocatum, neque in usu diceretur esse, tamen consulta S. Congregatio die 6 septembris 1726 rescribere censuit:
« Quo vero ad futurum episcopus certum præfigat terminum
« universitati Aliphanæ ad sua jura in S. Congregatione
« deducenda, et interim per modum provisionis canonicis
« indulgeat ut gaudere valeant impetratis sub enunciata die
« 5 maii 1696, » quod idem est ac usque dum canonicalis domus ab universitate Aliphana extructa non fuerit, quæ adhuc optatur. Hæc rescripta absque dubio præsumere faciunt indultum apostolicum canonicis concessum in Pedemontano oppido commorandi.

Silentio insuper præterita fuere capitularia statuta a canonicis omnibus die 38 dec. 1703 accepto habita et a Rmo Porfirio episcopi munus gerente adprobata, ex quibus evincitur canonicos Aliphanos tunc temporis in Pedemontano oppido commorasse, quod præsumere facit aliquo indulto ad hoc fuisse donatos; maxime quia episcopus ipse edicto die 25 januarii 1716 improbavit canonicos Aliphanos, qui semet conferebant ad associandum defunctorum cadavera, quin confratres in Pedemontana regione commorantes antea commonefacti fuissent.

Item indulti existentiam præsumere faciunt in suis relationibus plures episcopi, de quibus pariter a capitulo ne verbum quidem factum fuit in dubiis ad S. C. consistorialem dirimenda propositis. Prætereundum tandem haud est, quod hujusmodi consistoriale decretum, quemadmodum inconsultis ac irrequisitis canonicis indulto fruentibus impetratum; sic dubiorum resolutio ipsis nec notificata fuit. Quæ agendi ratio quam sit a jure et a praxi aliena, nemo est, qui inficiari valeat.

Cum igitur ea omnia, quæ a capitulo Aliphano reticita fuerint, hujusmodi sint, ut necessario forent patefacienda; hinc sequitur quod decretum consistoriale tali modo impetratum subreptionis vitio infectum dicendum sit, et quod adversus illud oris aperitionis arbitrio locus detur.

Constito igitur de subreptione impetrati rescripti canonici Pedemonte commorantes semet residentiæ oneri satisfacere contendunt, licet alibi, quam in proprii beneficii loco domi-

cilium teneant. Residentiæ enim vocabulum non materialiter, seu pro corporalis in loco beneficii præsentia, sed formaliter, idest pro muneris exercitio ad quod residentia ordinatur accipiendum esse autumant. Teste Fagnano qui in cap. *Conquerente*, n. 17, de clerc. non resid., et cap. *Licet*, n. 23, de præbend. docet, residere nihil aliud esse, quam deservire ecclesiæ in divinis officiis, per textum in cit. cap. *Conquerente*. Concinit Pirhing. in lib. 3 Decret. num. 1, qui insuper tradit clericum uti non residentem habendum esse, etiamsi personaliter quidem in loco beneficii existat, officium tamen suum nunquam præstet. Quid enim prodest clericorum præsentia in loco, si divinis non adsunt, propter quæ sunt beneficia instituta? Glossa cap. un. vers. *Præstantes* h. t. in 6. Jam vero canonici Pedemonte degentes in locum beneficii sui singulis diebus sese conferunt; cathedralis ecclesiæ servitio sedulo incumbunt, divinisque persolvendis officiis egregiam dant operam, ita ut divinus cultus ne minimum quidem detrimentum patiatur. Cujus rei amplissimum exhibet testimonium Aliphanus episcopus in sua informatione. Præterea animadvertendum est cum Fagnan. in cap. *De cetero*, de cleric. non resid. n. 12 et 13, quod canonici absentes ab ecclesia beneficii pro servitio episcopi, « juris censura præsentes reputantur et censentur inservire ecclesiæ, cum eccclesia sit in episcopo; cap. *Scire debes*, 7, q. 1 ; c; *Similiter*, 16, q. 1 ; cap. *Hæc hujus placiti*, 12, q. 2, et notat hic Glossa 1 Host. in princip. et reliqui omnes. Verum horum canonicorum in urbe Pedemontana commoratio nedum utilis, sed etiam necessaria juxta episcopi mentem censeri debet. Sane in præfata epistola episcopus ad rem sic se exprimit : « Da ultimo il motivo principalissimo che mi spinge di raccomandare la petizione in parola, si è il mio convincimento, che debba tornare nonche utile, ma necessaria la residenza (almeno di cinque canonici) colà dove il vescovo risiede. Se il capitolo della cattedrale forma per legge il senato del vescovo, fia possibile, che il vescovo possa ben governare una diocesi, avendo intiero il capitolo residente in altra città? » Quæ cum ita se habeant, concludi posse putarem canonicos in urbe Pedemontana habitantes, tamquam in proprii beneficii loco residentes habendos esse.

Verum dato etiam quod residentiæ nomen ita stricte accipi debeat, ut pro ea corporis præsentia in beneficii loco intelligatur ; tamen ab hujusmodi residentiæ onere sese esse dispensatos pluribus suffulti rationum momentis evincere nituntur canonici. Aiunt siquidem residentiæ obligationem, quæ singulis ecclesiæ cathedralis vel collegiatæ canonicis incumbit, pluribus ex causis fieri posse ut vel imminuatur vel penitus ab habente auctoritatem dispensetur. Quod autem ipsi penitus dispensati sint ex eo deduci posse arbitrantur, quod omnes Aliphanæ cathedralis canonici antecessores, præsertim qui in urbe Pedemontana nati sunt, ibi jugiter ab immemorabili tempore domicilium suum fixerint. Quæ immemorabilis consuetudo res est adeo omnibus nota et perspecta, ut eam neque capitulares Aliphæ morantes in dubium revocare audeant. Sed præter horum capitularium consensum, eam triplici ex capite evincere student. Ac præprimis decretum adducunt ab hac S. Congregatione canonicis omnibus die 5 maii 1696 indultum, vi cujus ipsis potestas facta erat integrum officium cum vesperis et completorio de mane recitandi. Ratio autem quæ eminentissimorum patrum animum movit ad hujusmodi indultum elargiendum hæc fuit ; quod scilicet major canonicorum pars in oppido Pedemontis lares habebant, quod oppidum trium milliarium spatio circiter distabat a civitate Aliphana, quod difficilis admodum ipsis erat quotidianus accessus et recessus mane et vespere ad cathedralem longo præsertim itinere intercedente. Hujusmodi decreto concordant statuta capitularia Aliphanæ cathedralis die 30 dec. anni 1703 condita, quæ pariter immemorabilem præfatam consuetudinem confirmant. Sane articulus 7 capitularium statutorum de morte canonicorum agens in urbe Pedemontana degentium sic sonat : « Se poi morisse (qualche canonico compagno) in Piedimonte, sempre dovrà essere associato capitolarmente con cotta e mozzetta nel luogo ove si lascia, o sieno tenuti almeno associarlo appresso al feretro cogli abiti lunghi. » Concinit art. 8, cujus verba hæc sunt : « Occorrendo ancora da farsi qualche officio in questa nostra chiesa, messe cantate votive, litanie o seppellirsi qualche defonto, il procuratore a spese del capitolo (quando non fosse pronta altra comodità) o per un canonico compagno sia tenuto mandare persona a posta in Piedimonte a chiamar tutti del capitolo, con dargli parte del giorno et hora, acciò nessuno si possa dolere sapendolo. » Denique præfatam consuetudinem adstruunt relationes quas episcopi omnes faciunt de suæ diœcesis statu ad H. S. C. siquidem in ipsis de plurium Aliphanorum capitularium ab ecclesia cathedrali absentia fit mentio. Quæ omnia nedum consuetudinis immemorabilis existentiam favore canonicorum in urbe Pedemontana habitantium extra omnem dubitationem in tuto ponunt, sed præsumere faciunt aliquod indultum vel beneplacitum apostolicum. Hujusmodi enim est longissimi temporis vel immemorabilis consuetudinis natura et vis, ut qui eam adducit, allegare possit titulum de mundo meliorem, etiam privilegium vel decretum seu indultum atque beneplacitum apostolicum ad notata per card. De Luca, *de Benef.* dis. 32, n. 2 et 4, Bonfin. *de Jure fideicommis.* disp. 114, n, 31. Rota cor. Olivatio decis. 624, n. 8, et cor. Ansaldo, dec. 546, num. 11, ubi habetur quod immemorabilis seu centenaria « existit adeo efficax, ut suppleat vices expressi privilegii apostolici, cum ea sola nominali differentia, quæ inest inter tacitum et expressum. »

Neque ad hujusmodi doctrinam infirmandam juvat regerere quod conc. Trid. in præfata sess. 24 contraria statuta vel consuetudines expresse damnaverit, quæ propterea induci non possunt. Sapientissime enim observat laudatus De Luca, *de Can. et Cap.* disc. 12, n. 9, ibi : « Attamen id recte procederet, quando allegatur sola consuetudo tamquam purum beneficium temporis, seu tamquam præscriptio ; secus autem ubi allegatur specialis concessio apostolica ad cujus probationem adducitur observantia, tamquam probatio præsumptiva, cum tunc non sit de directo ferire decretum irritans, seu agere de ejus non comprehensione. »

Concludunt tandem canonici etiam post consistoriale decretum ipsis licere in urbe Pedemontana domicilium retinere, quia prior ratio subsistit adhuc ob quam ab antiquis temporibus a cathedrali ecclesia absentiæ probabiliter indultum concessum fuit ; quæ ratio fuit domorum defectus pro decenti canonicorum habitatione, cœli inclementia et aeris malignitas. Quidquid enim in contrarium asserant canonici Aliphæ degentes, factum esse aiunt omnibus exploratum quod Aliphæ nunc etiam non extent nisi parvæ domus ad usum et habitationem familiarem rei agrariæ addictarum ad summum aptæ. Quoad vero aeris insalubritatem probationem reperiunt in facto ipso, quod canonici qui extra Aliphæ mœnia nati sunt, at ibi morantur infirmitate laborant et continuis curis magno rei familiaris damno studere debent. Denique si vera essent (aiunt) quæ cæteri canonici de excellenti Aliphanæ civitatis conditione tantopere magnificant, curnam curia episcopalis cum suo seminario et cætera omnia officia publica, et tribunalia ad urbem Pedemontanam translata sunt, quæ paucis abhinc annis urbs recognita fuit? Curnam hæc omnia in urbe Aliphana non extant, quæ Pedemontem nobilitate ac temporis vetustate adeo præcellit?

Ex altera vero pro parte canonici in urbe Aliphana residentes decretum Congregationis Consistorialis nulla subreptionis labe

laborare affirmant. In casu enim agi ajiunt de dubiorum resolutione, quæ a juris principiis dimanant, quæque nullam neque dependentiam neque relationem præseferunt cum rationibus facti vel possessionis, quantumvis immemorabilis, quas adversarii pro viribus jactant. Cum igitur jura quæ ab adversariis opponuntur ad rem non laciunt; erat prorsus inutile, quod de iis mentio fieret, cum recursus ad Congregationem consistorialem pro hujusmodi dubiorum resolutione promotus fuerit. Si ergo silentii velo tecta tuere, non ideo asseri jure potest Congregationis consistorialis responsa subreptionis vitio infecta fuisse.

Tunc enim decreta uti subreptitia habentur et nullius sunt roboris, cum aliquid tacetur, quod si pontifex cognovisset, decretum non concessurus, vel aliter dubia fuisset resoluturus c. 2, 19 et 20, lib. 1, tit. 3, de Rescript. Hoc autem in themate, ut ex dictis patet, profecto non verificatur, cum silentium super negociis ad rem non facientibus versatumfuerit

Quod si canonici Aliphani, adversariis haud consultis S. Congr. consistorialem adiverunt; id prudentiæ causa moti peregerunt. Quapropter fraudis vel doli suspicione accusandi minime sunt. Tunc enim quis doli vel fraudis reus reputari debet, cum aliquid se facturum dicit, et aliud vel contrarium, vel in damnum juris a tertio acquisiti exequutioni mandat.

Tandem veluti commentitium retinendum esse arbitrantur quod adversarii objiciunt, resolutionem nempe dubiorum a S. C. peractam ipsis haud fuisse panditam. Compertum siquidem est hujusmodi consistoriale decretum coram capitulo lectum fuisse. Cujus rei fidem facit adnotatio in margine literæ episcopi a secretario capitulari adjecta, qui episcopum certiorem faciebat dictum decretum lectum fuisse coram capitulo legitime congregato. Qua de re quidam ex canonicis Pedemonte degentibus graves questus moverunt, nullus tamen pro hujusce decreti abrogatione summum pontificem adire ausus est. Quæ adversariorum agendi ratio profecto ostendit eos vehementer dubitare de causæ justitia quam hodie mordicus propugnant.

Ad residentiæ onus devenientes, quo devinciuntur canonici Pedemonte degentes canonici Aliphani recolunt tritissimi juris esse canonicos omnes ad personalem residentiam in suis sive cathedralibus, sive collegiatis ecclesiis adstrictos teneri. Hæc siquidem obligatio ex juris communis dispositionibus satis aperte profluit, ceu videre est in cap. *Quia nonnulli*, 3; cap. *Relatum*, 4, et cap. *Conquerente*, 6, de cleric. non resid. Et concordat textus in conc. Trid. sess. 24, c. 12, de Reformat. par. *Præterea*, ibi: « Præterea obtinentibus in « eisdem cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, « præbendas aut portiones, non liceat vigore cujuslibet « statuti aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eisdem « ecclesiis quolibet anno abesse. »

Quæ cum ita sint, mirum non est si hæc S. Congregatio Tridentinæ synodi legum interpres constituta super hujusmodi præscriptionis observantia et executione semper institerit, et longiorem quam trium mensium absentiam tunc solum concesserit, cum justa et necessaria adesset petitionis causa, licet de iis ecclesiis ageretur, in quibus quotidianum totus anni servitium requireretur; ut in *Capuana* indulti, 3 sept. 1740.

Quibus juris communis principiis admissis, aiunt canonici Aliphæ degentes, adversarios ad causas a residentiæ obligatione excusantes inutiliter confugere, ut se quoque ab hujusmodi lege dispensatos et exemptos proclament. Nulla enim ex causis pro residentiæ dispensatione a jure admissis eorum favore in præsentiarum subsistit. Sane Aliphana urbs in præsenti domibus et habitationibus adeo frequens est, ut asylum conveniens et satis commodum canonicis Pedemonte adhuc commorantibus præbere valeat. Clementiam vero cœli et aeris salubritatem haud ibi deficere patet ex eo, quod civium numerus a 1600 ad 3000 paucos post annos excrevit, et omnes optima valetudine fruuntur, ipsis canonicis haud exceptis dies suos Aliphæ ducentibus, quorum plerique, licet alibi nati sint, ad tardam usque senectam tamen pervenerunt. Quod si tandem et ipsi diem supremum obiverint, id non aeris malignitati vel cœli inclementiæ vitio, sed universali mortis decreto hominibus statuto tribuendum esse censent.

Nihil pariter proficit, prosequuntur canonici, consuetudo, quam adversarii acriter propugnant quæ cum a jure reprobata sit, nullam vim vel efficaciam præseferre potest. Sane conc. Trid. in præcitata sess. 24, cap. 12, de Reformat. decernit canonicos a propria ecclesia cathedrali aut collegiata ultra tres menses abesse non posse, licet aliquod particulare statutum vel specialis consuetudo, aliud consentire videantur, ibi: « Obtinentibus... canonicatus, præbendas aut portiones non « liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres « menses ab iisdem ecclesiis quolibet anno abesse. » Hujusmodi Tridentinæ dispositioni concinit sequens pontificia declaratio anno 1573 emanata lib. 1 Decr. Congr. Conc. pag. 33, a tergo, ibi: « SS. D. noster etiam ex sententia Sac. Cong. « Conc. declaravit immemorabilem consuetudinem non « excusare a residentia in ecclesiis cathedralibus et collegiatis « insignibus: in collegiatis autem non insignibus posse « excusare etc. »

Cum igitur quævis consuetudo licet immemorabilis nihili facienda ac quovis valore prorsus destituta sit, jam ex hoc consequi asserunt canonici, adversarios in gravi errore versari arguentes ex hac consuetudine utpote immemorabili præsumi et deduci debere aliquod privilegium seu indultum pontificium, in vim cujus potestas ipsis facta sit apud Pedemontanam urbem jugiter commorandi. Ad hoc enim ut actus suos effectus pariat necesse est, ut sit validus et in suo robore consistat. Compertum siquidem in jure est, quod actus nullus, nullum parit effectum. L. *Aut nullum*, cod. de legit. hær.

Verumtamen, dato etiam at non concesso, quod pontificium indultum ex consuetudine quantumvis omni robore destituta deduci atque oriri queat; incassum tamen ab adversariis in præsenti quæstione invocatur. Hujusmodi siquidem indultum utpote odiosum stricte accipiendum est et veluti sub conditione concessum censeri debet; perdurantibus scilicet rationibus et causis specialibus, quæ pontificis animum ad tale indultum largiendum moverunt. Cum igitur ejusmodi speciales rationes, quæ indulto pontificio causam dederunt, ceu ex superius dictis clare descendit, in præsentiarum amplius non subsistant; consequitur, quod hujusmodi indultum specialibus hisce rationibus sustentatum cessare et evanescere oporteat. Sane explorati juris est, actum cessare debere, cum ratio deficiat, quæ dedit causam actui, et cujus existentiæ tantummodo innitebatur, seu resoluta conditione sub qua indultum concessum fuit, ipsum quoque indultum resolvatur necesse est. Ea enim est ratio et indoles conditionis resolutivæ, ut, ipsa si existat, rem vel actum resolvat et annulet, qui ab ejusmodi conditionis eventu dependet, l. 3. ff. de contrah. empt.

Quæ loquendi ratio cum pro recta indultorum declaratione valeat, quæ a summi pontificis oraculo prodierunt, sic pariter imo multo magis admitti debet, cum agatur de episcoporum relationibus occasione visitationis ad sacra limina productis explicandis, vel cum agatur de capitularibus constitutionibus interpretandis, ad quas pro suis juribus tuendis, nimis fidenter adversarii confugiunt. Constitutiones siquidem capitulares, et episcoporum ad sacra limina relationes nihil juris canonicis Pedemonte habitantibus tribuere possunt: quod si aliquam vim præseferunt, hanc in tantum habent, in quantum indulti pontificii existentiam præsupponunt, cujus propterea veluti accessorium existimari debent. Verum acces-

sorii indoles est, ut principalis naturam sequatur : *Accessorium naturam sequi congrait principalis.* Reg. jur. 42, lib. 6 Decret. Cum igitur principale, seu indultum conditionatum in themate retinendum sit; sequitur, quod constitutiones capitulares quemadmodum et episcoporum relationes hujusmodi conditione affectæ censeri debeant. Quod præsumpti indulti tenor sic accipiendus sit, ostendere videntur verba quibus S. C. consistorialis ad primum dubium relate ad episcopi residentiam respondit. In eo siquidem leginus obligationem episcopo ad urbem Aliphanam remeandi impositam, statim ac id commode exequi poterit. En decreti verba : « Residentiam videlicet Aliphani pro tempore antistitis neutiquam adhuc habendam esse utpote in perpetuum obligatoriam, sed ita nempe precariam et facultativam, ut Aliphanus quisque præsul valeat pro lubitu suo, debeatque in eadem Aliphana dumtaxat civitate residere statim ac id poterit convenienter contingere. » Res cum ita se habeant absque ulla dubitationis alea concludi posse videtur quod canonici incolatum Pedemonte tenentes in urbe Aliphana apud cathedralem ecclesiam residendi obligationis onere sint obstricti.

Quæ cum ita sint, videant EE. PP. pro ea qua pollent sapientia, quo responso dirimenda sint dubia :

I. An sit locus aperitioni oris in casu? Et quatenus affirmative,

II. An canonici teneantur in urbe Aliphana residere in casu?

Sacra Congregatio Concilii ad prædicta dubia respondendum censuit : Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Negative et nihil innovandum in præsenti rerum statu.* Die 22 septembris 1877. »

ORGANISATION PAROISSIALE

Paroisse de Sainte-Agathe à Brescia. Organisation particulière. Trois vicaires nommés à vie. Ont-ils besoin de la délégation du curé pour administrer les sacrements et faire les mariages? Alexandre VI et la bulle de fondation des trois vicariats. Jugement de première instance. Appel à l'archevêché de Milan. La S. Congrégation du Concile casse les deux jugements. Règlement sur les rapports du curé avec les vicaires inamovibles. Décision du 22 septembre 1877.

La paroisse Sainte-Agathe à Brescia, est desservie par le curé, qui porte le titre de *prévôt*, et par trois vicaires nommés à vie. Alexandre VI, en 1502, rendit une bulle approuvant cette organisation particulière. Chaque vicaire reçoit l'institution canonique dans une chapellenie affectée à sa charge. Ils sont donc nommés pour toute la vie. Trois siècles se passèrent sans voir de conflit entre le curé et les vicaires. Aussitôt après leur prise de possession, les vicaires se mirent à leurs fonctions, administrant les sacrements, surtout le baptême, assistant aux mariages et remplissant les autres attributions curiales. Le prévôt leur conféra-t-il une délégation? Il n'y en a pas de vestige.

En 1790, le prévôt essaya de troubler les vicaires dans la paisible possession de leurs droits. La question fut déférée au tribunal de l'*Avogaria* de Brescia; le tribunal se prononça en faveur des vicaires et fit défense au prévôt de mettre des entraves à l'exercice de leurs fonctions. Même décision en appel à l'*Avogaria* de Venise. L'évêque de Brescia confirma les deux arrêts par une décision qu'il prit en date du 19 février 1791; toutes choses mûrement considérées, il décida qu'il y avait lieu de maintenir les trois vicaires dans le libre exercice de l'administration des sacrements, surtout le mariage, conformément à l'usage.

Peu d'années après, c'est-à-dire en 1795, le prévôt recommença la lutte; mais bientôt il se désista et, comme son prédécesseur, il reconnut par écrit le droit des vicaires.

Durant les cinquante ans qui suivirent, les vicaires administrèrent les sacrements et firent les mariages sans demander l'autorisation expresse du curé.

En 1845, le prévôt annonça qu'il retirait la délégation pour les mariages, et en chargea exclusivement un des vicaires. En acceptant la délégation, le vicaire protesta qu'il ne la prenait qu'autant qu'elle pouvait être nécessaire pour les mariages, et sans préjudice des droits des trois curés, lesquels seraient fixés par l'autorité ecclésiastique selon la bulle d'Alexandre VI. A partir de ce moment, les deux autres vicaires cessèrent d'administrer les sacrements.

En 1867, le chapelain Poletti ayant demandé la permission de faire un mariage, le prévôt donna l'autorisation par écrit, et inscrivit dans le registre des mariages la note suivante : « M. Poletti est autorisé à unir en mariage NN. » Ce procédé déplut aux trois vicaires; ils portèrent plainte à l'évêché, dans le but de sauvegarder leurs droits. Vu la bulle de fondation, le long et paisible exercice des attributions paroissiales et diverses ordonnances rendues en faveur des chapelains, la cour épiscopale rendit le 9 novembre 1869 un arrêt portant « qu'il y avait lieu de maintenir les trois vicaires en possession du droit d'administrer en qualité de curés les sacrements et d'assister aux mariages dans la paroisse de Sainte-Agathe, sans avoir besoin de la délégation du prévôt, sauf la soumission qu'ils devaient avoir pour ses ordres dans cet exercice coadjutoral de la cure. »

Tant le prévôt que les vicaires firent appel à la cour métropolitaine de Milan, le prévôt pour le fond de l'arrêt, les vicaires parce qu'ils se crurent lésés par la dernière clause du jugement.

La cour métropolitaine jugea la cause en *pétitoire* et non en simple *possessoire*, ainsi que demandaient les appelants : « Le droit de pleine parochialité et notamment celui d'assister aux mariages dans ladite paroisse appartient à titre de parité et de réciprocité en vertu de la fondation aussi bien aux coadjuteurs titulaires qu'au prévôt curé. »

Le prévôt ne pouvait acquiescer à un pareil arrêt. Il demanda à la S. Congrégation du Concile de revoir toute l'affaire tant au possessoire qu'au pétitoire. On verra le texte de la requête dans le *folium* que nous publions plus loin. « Le curé demande que l'on examine l'acte de fondation qui est le principal fondement de la sentence du second degré. Il demande aussi que l'on décide : 1° Que la cure habituelle dans la paroisse de Sainte-Agathe appartient au prévôt seul et nullement aux chapelains conjointement avec lui. 2° En ce qui concerne la cure actuelle, que les chapelains ne peuvent l'exercer indépendamment du curé. »

Mgr l'évêque de Brescia, consulté *pro informatione et voto*, conformément à la procédure de la S. Congrégation, a envoyé les renseignements suivants :

« 1. Les chapelains n'ont jamais pris le titre de *curés*, et en cette qualité n'ont jamais eu droit aux dépouilles et n'ont ni la charge de la messe *pro populo* ni celle du principal entretien de l'église. 2. Les paroissiens se sont toujours adressés au curé pour les attributions paroissiales, particulièrement pour inviter des prêtres étrangers à faire les mariages. Le prévôt a toujours délégué sans consulter les vicaires. Les paroissiens n'ont jamais soupçonné qu'il pût y avoir *quatre* curés dans la paroisse. Les testateurs ont institué légataire le curé de Sainte-Agathe et non les curés ou la corporation des curés ; par ce mot ils ont entendu parler du prévôt, et c'est à lui seul que les legs ont été délivrés. 3. *De facto*, l'évêché, à son tour, n'a jamais considéré les chapelains de Sainte-Agathe comme des curés ou con-curés. Demandes, invitations, ordonnances, dispenses de mariages et de bans, tout cela est envoyé, non aux chapelains de Sainte-Agathe, mais au prévôt. Les chapelains n'ont jamais siégé parmi les curés de la ville. Durant la vacance de la prévôté, l'ordinaire a constamment désigné un pro-curé pour administrer la paroisse en dehors des trois chapelains. C'est ce qui eut lieu lors de la dernière vacance en 1838. 4. Enfin, l'acte de fondation des chapellenies de Sainte-Agathe donne aux trois vicaires le simple titre de *chapelains*; cela est bien différent des trois anciennes collégiales de la ville, dont les chanoines possèdent collectivement la cure. »

La S. Congrégation du Concile a traité l'affaire à deux reprises : le 24 mai 1875 et le 22 septembre 1877. Nous publierons plus loin l'un et l'autre *folium*. On y verra toute la discussion, les motifs et les prétentions *hinc inde* des parties en litige, la répugnance que le droit canon oppose à la juridiction collective qui semble incompatible avec l'ordre et avec l'unité que la constitution générale de l'Eglise affecte aux divers degrés de la hiérarchie.

Décision. La S. Congrégation, le 24 juillet 1875, juge que le jugement de première instance et celui de l'appel doivent être réformés; que les chapelains ont le droit d'exercer la cure avec le prévôt et sous sa dépendance, selon un règlement que l'évêque rédigera et communiquera à la S. Congrégation : « Sententias primi et secundi gradus esse reformandas ; capellanis jus esse exercendi curam animarum una cum præposito et dependenter ab ipso juxta ordinationem ab episcopo proponendam et ad S. Congregationem transmittendam. Die 24 julii 1875. »

Comment expliquer la clause : *Jus exercendi curam animarum una cum præposito et dependenter ab ipso ?* Le prévôt n'a pu se mettre d'accord avec les trois vicaires.

Ceux-ci ont pensé que la S. Congrégation reconnaissait en eux le même droit curial que pour le curé, et que la soumission à laquelle ils sont tenus comprend simplement quelques actes de politesse à l'égard du prévôt, lequel en effet est leur égal en ce qui concerne la cure habituelle, ou tout au plus *primus inter æquales in jure*.

Ces prétentions ont obligé le curé d'écrire de nouveau à la S. Congrégation. Les chapelains se sont défendus par des subtilités et des sophismes.

Règlement. La S. Congrégation a ratifié le règlement que Mgr l'évêque de Brescia a dressé pour fixer les rapports du curé et des trois vicaires. Cette ordonnance est rapportée intégralement dans le *folium* du 22 septembre 1877. Voici les principales dispositions :

1. Le prévôt, étant le chef de son église, occupera la première place dans toute fonction. Les vicaires garderont leur rang d'ancienneté.

2. Les vicaires ayant le droit, ou la faculté en droit d'exercer la cure des âmes dans la paroisse, avec, c'est-à-dire en commun avec le prévôt, les attributions naturelles seront sauvegardées, et le prévôt ne pourra les empêcher ni les restreindre.

3. Les fonctions des dimanches et fêtes seront célébrées, à tour de rôle, par le prévôt et les chapelains selon l'usage établi. Lorsque le prévôt voudra faire en personne une fonction liturgique, il avertira le chapelain qui en est chargé.

4. Les fonctions solennelles, avec pluvial, clergé, orgue, qui ont lieu dans le courant de l'année, ou celles qui sont demandées par les fidèles, sont réservées au curé. Les chapelains feront les fonctions ordinaires *d'étole*, baptêmes, services, viatique.

5. Le prévôt célébrant la messe solennelle sera assisté de deux chapelains. En son absence, le chapelain de semaine officiera.

6. Les prédications seront faites alternativement par le prévôt et les chapelains. Ils aideront le prévôt pour le catéchisme. La messe *pro populo* est à la charge du prévôt.

7. Les fonctions d'étole seront faites par les chapelains, une semaine chacun.

4. Quoique les chapelains partagent la sollicitude pastorale, on gardera l'usage des trois districts, qui sont particulièrement confiés à chaque chapelain. Chacun prendra soin des malades et des pauvres de son quartier, et assistera aux mariages. On ne déléguera pas un prêtre étranger à l'insu du curé. Cependant le prévôt pourra assister personnellement à tous les mariages, mais il fera verser dans la caisse des chapelains l'offrande qui sera reçue.

9. Le casuel provenant de toutes les fonctions religieuses sera partagé en deux parts, dont une pour le prévôt, et l'autre, versée dans la caisse des chapelains, sera partagée entre eux chaque trimestre, excepté l'honoraire de la messe, lequel appartiendra au célébrant.

10. Si le prévôt s'absente, il préviendra les chapelains; ceux-ci devront pareillement prévenir le prévôt ou leurs confrères, en sorte que le service de l'église ne souffre pas de l'absence.

Voilà le règlement que la S. Congrégation a muni de l'approbation. Il nous reste à publier le *folium* du 24 juillet 1875 et celui du 22 septembre 1877.

Brixien. Jurium parochialium. — Die 24 julii 1875. Extat Brixiæ parœcialis ecclesia sub titulo S. Agathæ, quæ a sua fundatione usque ad annum 1502 ab uno tantum administrata fuit parocho præpositi nomine insignito.

Verum exeunte dicto anno quidam canonicus Bartholomæus

a Puteo hujusce ecclesiæ præpositus, ut meliori modo quo posset, crescentis gregis sibi commissi saluti prospiceret, petiit et obtinuit ab Alexandro VI, tum temporis supremo reipublicæ christianæ moderatore, ut tres aliæ capellaniæ perpetuæ, cum fructibus pro capellanorum sustentatione adsignatis, in dicta ecclesia S. Agathæ erigerentur pro tribus aliis perpetuis capellanis, qui una cum præfato Bartholomæo, et pro tempore existente dictæ ecclesiæ rectore horis canonicis interesse, et curam animarum parochianorum exercere, residere ac celebrare tenerentur. Ita erectionis bulla, quæ se refert ad diem 5 septemb. 1502 et in summario præpositi legi potest.

Hujusmodi capellani beneficiorum institutorum possessionem vix nacti, munus sibi creditum obire, sacramenta maxime baptismatis administrare, matrimoniis adsistere, atque alia munera peragere cœperunt, quæ a parochis curam animarum exercentibus peragi solent: nec ullum extat vestigium eis a præposito delegationem demandatam fuisse.

Hoc modo res processisse videntur per tria fere sæcula quin aliqua vel jurgii vel dissensus causa præpositum inter et capellanos intercesserit. Verum admirabile hoc concordiæ ac pacis vinculum ruptum tandem fuit adventante anno 1790. Hoc enim tempore præpositus Martinengo capellanos curatos in perantiqua et pacifica jurium parochialium administrationis quasi possessione turbare perteutavit. Capellani at vero nedum præpositi intentioni non acquieverunt, sed imo fortiter obstiterunt, et illico recursum ad Brixien tribunal, vulgo *Avogaria* dictum promoverunt. Tribunal judicium capellanis favorabile protulit præposito mandans : « quod per se nec per interpositas personas sub quovis colore aut prætextu turbare de facto non audeat dictos instantes in libera possessione prædicta, sub pœna etc. » Hujusmodi judicium præposito haud arrisit, hinc causa ad tribunal ejusdem nominis *Avogaria* Venetiis constitutum deduxit.

Verumtamen etiam in hac judicii sede infenso sidere certavit præpositus, siquidem eo res perducta fuit, ut ipse optimum capellanorum jus sponte sua per constitutum diei 14 feb 1791 recognoverit. Quare die 19 febr. 1791 utrumque hoc judicium confirmavit episcopus Brixien., quandoquidem omnibus rite perpensis quæstionem diremit, edicens manutenendos esse dictos reverendos curatos in libero exercitio administrationis sacramentorum parochianis dictæ parœciæ, et præsertim sacramenti matrimonii, ut est in praxi. Paucos at vero post annos a lato decreto, idest die 27 maii 1795 præpositus Callini litem instauravit, etsi postea ab incœptis destiterit et in omnibus et per omnia, non excepto ipso constituto, antecessoris sui Martinengo laudabili exemplo sese conformavit.

Post hæc per annos quinquaginta pacifice jura sua exercuerunt capellani ; donec sub die 31 octobris 1815 præpositus ipsis indixit se delegationem assistendi matrimoniis ad se revocare et eam capellano Batticini tantummodo indulgere. Ab hoc tempore ab administrandis sacramentis omnes capellani sese abstinuerunt, si Batticini excipias, qui, delegationem aceptans, hanc emisit protestationem die 8 decemb. ejusdem anni : « Super expressa delegatio a subscripto recipitur et retinetur, quatenus potest esse necessaria ad assistendum matrimoniis, quum agatur de sacramentis, servatis omnino, et sine aliquo præjudicio trium curatorum S. Agathæ juribus, quæ dirimenda sunt ab Alexandri papæ VI bulla, 4 idus septemb. 1502, cujus explicatio et declaratio pendet a legitima auctoritate ecclesiastica. » Antecessoris vestigiis insistens, haud aliter se gessit curatus Rigatti, qui delegationem a præposito sponte oblatam recipiens die 14 octobris 1849 eamdem reservationem in libris matrimoniorum vol. 6, pag. 199 adnotavit. Tandem die 18 feb. 1867 capellanus Poletti ad celebrandum matrimonium Caroli Porro cum Elisabeth Zuccoli invitatus præpositum adivit pro assequendo consensu. Libenter annuit præpositus hanc adnotationem in matrimoniorum regestro scribens : « Si concede licenza al reverendo curato Poletti di unire in matrimonio il signor Carlo Porro colla signora Elisabetta Zuccoli e parimenti Pietro Chiodi con Maria Bregoli. »

Displicuit hæc agendi ratio capellanis curatis ; hinc ne sua jura deperirent, die 26 martii 1867 questus contra præpositum ad episcopum moverunt, expetentes : « che si degni riconoscere e confermare il predetto loro possesso in che si mantennero fino al presente e ciò per conseguente effetto delle leggi canoniche. » Curia episcopalis in examen adductis bulla fundationis, libero et pacifico exercitio longissimi temporis in cura animarum, variis decretis capellanorum favore ad rem promulgatis, et cæteris omnibus prout de jure expensis die 9 nov. 1869 hanc protulit sententiam : « Doversi ammettere a norma della petizione 18 feb. 1867 delli reverendi curati etc. il possesso da loro professato nella loro qualità di curati di amministrare i santissimi sagramenti, non che di assistere ai matrimonii in detta parrocchia di S. Agata, senza bisogno di relativa delegazione del reverendo preposto, salvo la dipendenza da' suoi ordini in tale esercizio coadjutorale di cura di anime. »

Verumtamen hæc sententia neutri satisfecit; quapropter utraque pars appellationem ad sedem metropolitanam interposuit. Præpositus quidem, quia gravatum se putavit ab exitu judicii; capellani vero, quia sua jura per postrema sententiæ verba cohiberi posse credebant. Tribunal autem metropolitanum non in possessorio, prout partes appellantes postulaverant, sed in petitorio controversiam diremit præscribens : « Il diritto di piena parrocchialità e quindi nominatamente di assistere ai matrimonii in detta parrocchia spettare a parità e reciprocanza, in vigore di fondazione, così ai coadjutori titolari, come al parroco preposto. » Hæc litis definitio S. Agathæ præposito haud placuit, quia sententia prioris judicii naturam mutavit et ultra petita vagata est. Hinc supplici misso libello controversiam sapienti H. S. Congregationis commisit judicio petens ut res tum in possessorio, tum etiam in petitorio dirimatur. « Chiede pertanto che venga esaminata la fondazione posta a principale fondamento della sentenza di secondo grado. Domanda poi che venga deciso :

1. La cura abituale nella parocchia di S. Agata appartenere al solo rettore preposto, non già ai cappellani comulativamente con esso.

2. In quanto alla cura attuale non potere i cappellani esercitarla indipendentemente dal preposto. »

Hisce habitis precibus die 24 maii 1874, episcopo de more scriptum fuit : *pro informatione et voto, auditis interesse habentibus, referat de bono jure oratoris, transmissa et soluta* etc.

Episcopus mandato H. S. C. obtemperans die 30 junii 1874 respondit hæc referens : « 1. Quei beneficiati non furono mai chiamati parrochi e come tali non ebbero mai nè diritto agli spogli nè l'onere della messa *pro populo*, nè l'onere del mantenimento principale di quella chiesa.

« 2. I parrocchiani di S. Agata nelle contingenze di una giurisdizione parrocchiale si erano sempre rivolti al prevosto e specialmente per ottenere delegazione a favore d'altri sacerdoti ad assistere ai matrimoni, delegazione che il prevosto avea sempre dato senza chiedere nulla ai beneficiati; e gli stessi parrocchiani non aveano mai pensato vi potessero essere in S. Agata quattro parrochi, talmente che i benefattori nei loro testamenti chiamavano legatario non i parrochi, o il ceto dei parrochi, ma unicamente il parroco di S. Agata, e per parroco intesero il prevosto, a cui sempre anche dall' autorità vennero aggiudicati tali legati.

« 3. De facto anche l'ordinariato diocesano non chiamò nè considerò mai i beneficiati di S. Agata come parrochi o

comparrochi e succedendo domande, inviti, ordini, dispense di matrimoni e di pubblicazioni ai parrochi della città non s'indirizzarono mai ai beneficiati di S. Agata ma al prevosto e quei beneficiati non siedettero mai tra i parrochi. Anzi nelle vacanze della prepositura l'Ordinariato elesse sempre un economo spirituale a reggere la parrocchia e questo anche estraneo ai beneficiati, comè e succeduto nell' ultima vacanza nel 1838.

« 4. Finalmente le tavole di fondazione dei benefici di S. Agata (ove quei beneficiati sono chiamati cappellani) pareano molto diverse nelle espressioni di giurisdizione parrocchiale da quelle dei curati delle tre antiche collegiate diocesane che si consideravano comparrochi. »

Rebus sic stantibus die 15 julii 1874 decretum editum fuit : *Ponatur in folio et notificetur episcopo.*

Omnibus absolutis in pleno EE. PP. conventu causa hodie disceptanda proponitur sub dubiorum formula in calce hujus libelli exscribenda. Præstat itaque nonnulla ex rationum momentis decerpere quæ capellani pro suo jure tuendo protulerunt. Quoad vero rationes jus præpositi respicientes summam earum exponam, quas patronus a præposito delectus exhibet in oratione typis edita et sapienti EE. PP. examini subjicienda.

Capellanorum jus erui posse videtur tum a tabulis fundationis, tum a pacifica et perantiqua trium fere sæculorum consuetudine, quam etiam ex pluribus sententiis eorum favore juxta varia tempora prolatis, quibus et ipsi præpositi sponte se subjecerunt. Sane circa fundationis tabulas haud inutile præmonere putamus, quod hæ in themate nostro legem constituunt, atque ad eas præsertim nos referre debemus pro recta hujusce controversiæ solutione. Jam vero verba bullæ adeo clara esse videntur ut nullam interpretationem admittere posse videantur. In ea enim legimus, prædictos capellanos vocatos fuisse « ad curam animarum una cum rectore reverendo illius tempestatis ac pro tempore successoribus exercendam. » Porro neminem latet particulam *una cum* æqualitatem inter eas personas inducere ad quas refertur. Paris. *Cons.* 19, num. 21, lib. 3. Rota Decis. 216. *Faventina* 20 junii 1564. Barbosa disc. 431, n. 1. Æqualitas autem saltem eam dependentiam respuit, quæ in capellanis obligationem inducit sacramenta sine consensu et delegatione præpositi non administrandi. Nec refert quod sic haberetur jus parochialitatis inter plures in solidum. Probe enim distincto hoc jure a libero exercitio curæ animarum, proposita difficultas illico evanescit. Præterea hoc etiam omisso neque in jure novum, neque in praxi insuetum esse videtur jus parochialitatis in solidum haberi, præsertim si qua vel circumstantia vel rationabilis et legitima ratio, sicut in præsentiarum, id expostulet. Pitonius, constitutiones et decisiones pro parochis n. 1404 et seq. 3 junii 1678. Neque aliter sentit S. H. C. in *Tiburtina* 25 martii et 9 julii 1757.

Verum dato etiam quod tenor bullæ hujusmodi sit, ut aliqua interpretatione indigeat ; hæc profecto in casu nostro non defuit. A prima enim capellaniarum institutione usque ad annum 1791, seu per spatium tercentorum annorum capellani curam animarum continuo exercuerunt, quin unquam a præposito delegationem expostulaverint, quin imo nec in regestris parochialibus datur reperire adnotationem vel minimam hujus delegationis prouti exigit Rituale Romanum, quod habet speciale caput, cui titulus *Formulæ scribendæ in libro parochorum,* et quemadmodum practicare solitum fuit tum cum sacerdotes extranei ad sacramentorum administrationem vocati, vel cum ipsi præpositi admissi sunt ad conjungendos alterius parœciæ sponsos. Sed, quod magis insuper est, nuspiam apparet præpositos, qui tribus prioribus hisce sæculis ad S. Agathæ ecclesiam regendam adlecti fuerunt, ullum questum vel protestationem contra hunc capellanorum agendi modum emisisse. Quod quidem præpositorum silentium quanti valeat, nemo est qui non videat, præsertim si attentio cohibeatur ad præpositi silentium, qui capellaniarum erectionem obtinuit. Hujusmodi enim diuturno silentio satis aperte demonstrarunt non aliam dandam esse interpretationem bullæ pontificis. Ad rem ait De Luca in opere cui titulus *il Dottor Volgare*, tom. 1, cap. 6, pag. 87 : « Si considera anche dai giureconsulti una specie di osservanza o consuetudine la quale si dice interpretativa, da non indurre nuova legge, nè da distruggere la vecchia, ma che interpreti la legge, la quale già vi sia nei casi dubbi : e questa non richiede i suddetti requisiti, ma basta che si sia per qualche tempo così osservato secondo le qualità e circostanze dei casi, dei quali si tratta. »

Vis autem hujus interpretationis maximopere crescit, si paullisper attendatur ad ipsam consuetudinem, quæ cum plusquam centenaria sit, natura sua valorem induit veri ac legitimi tituli et privilegii, eaque præditus potest allegare titulum de mundo meliorem l. in summa 2 ff. 7 de aqua et aquæ pluviæ arcendæ ; l. hoc jure 3 par. 4 ff. de aqua quotid. G. super quibusdam 26 de verb. signif. Rota recent. part. 1 decis. 677, n. 4, part. 3, decis. 489, n. 2, part. 4, tom. 1 et alibi passim. Quapropter De Luca, lib. 7 *de alien.* disc. 3, n. 6, ait : « Sola centenaria (præscriptio) sufficit non obstante moderna constitutione Urbani VIII ob facultatem allegandi quemcumque titulum de mundo meliorem. » Cujus rei rationem adducit in lib. 15, disc. 21, *de judiciis,* n. 50, hisce verbis : « Omnia enim dominia ac bona vel jura quæ ab antiquissimo ac immemorabili tempore bene concluso possideantur, aliquod principium absque dubio supponunt. » Quapropter concludi posse videtur, quod observantia tanti temporis capellanis patrocinetur nedum in linea *interpretativa* et *præsumptiva,* sed et in linea *præscriptiva.*

Verum iis, quæ sunt usque huc exposita si copulentur rationum momenta extrinseca, quæ favore capellanorum militant, bina nempe decreta tribunalis Avogaria dicti, constitutum duorum præpositorum, judicium ab episcopo Nani anno 1791 prolatum, nec non duæ postremæ sententiæ, altera episcopi Brixien. sub die 9 novemb. 1869 lata, altera vero sedis metropolitanæ diei 6 septembris 1873 ; haud dubie affirmari posse videtur optimum capellanorum jus, sive in possessorio, sive in petitorio uti lux meridiana illucescere.

Nec obstare videtur tenor literarum ad nutum etc., quas præpositus capellanis possessionem beneficii nanciscentibus expedire solebat : error enim in quo versabatur præpositus valori bullæ apostolicæ præjudicium afferre non poterat. Quemadmodum neque contra capellanorum jus facere videtur, quod aliqui eorum per aliquot annorum lapsum sese ab administratione sacramentorum abstinuerint. Nam, præterquam quod jura spatio triginta, non vero viginti quinque annorum (ut in casu evenit) præscribuntur : protestatio ab altero ex capellanis in assumendo delegationem emissa, cæterorum etiam jura, quatenus a bulla emanabant, sarta tecta servavit.

Neque majori in honore habenda esse videntur, quæ episcopus favore præpositi adnotat. Revera, quoad ea quæ primo loco dicuntur, mirum non est si capellani gravati non fuerint onere neque manutentionis ecclesiæ, neque celebrationis missæ pro populo. Capellani enim, præter redditus ex fundis sibi adsignatis provenientes, nihil aliud sperare poterant pro compensatione laboris et operæ quam præstabant : cœtera emolumenta cujuscumque speciei et naturæ præposito cedebant. Æquum ergo est ut ille totum incommodum persentiat, qui totum habet commodum. Quæ vero secundo loco adjiciuntur, innuunt solum quod præpositus est caput ecclesiæ S. Agathæ et in jurisdictione primus : quod ipsi capellani libenter fatentur : at profecto non indicant, quod capellani

munia parochialia neque exercuerint, neque exercere valeant absque præpositi delegatione, id enim ab ipso esset probandum eo quod caput et fundamentum est istius controversiæ. Neque aliter sentiendum videretur de his quæ tertio loco exribuntur, eoquod neque sensum bullæ destruere, neque vim perantiquæ consuetudinis infirmare possunt. Quin aliquid negocii facessit quod verba bullæ Alexandri VI, vi cujus capellani liberum curæ animarum exercitium consecuti sunt, diversa sint in expressionibus jurisdictionem significantibus ab illis, quæ existentiam dederunt tribus antiquis diœcesanis collegiatis, quarum coadjutores sacerdotes habentur ut comparochi et unum idemque sunt cum præposito in sacramentorum administratione. Nos enim non de verbis, sed de verborum significatione solliciti esse debemus; littera enim occidit, spiritus autem vivificat. Jam vero si ad sensum respectus habeatur, profecto apparebit bullas inter se in nihilo differre : bulla enim Alexandri VI liberum ac plenum exercitium animarum capellanis S. Agathæ attribuit, quin hi opus habeant delegatione, quemadmodum erui potest ex verbis superius citatis. Numquid in bullis expediendis una eademque formula jugiter est adhibenda? Quæ cum ita sint, recte concludi posse videtur, quod capellani in themate animarum curam libere, et absque ulla delegatione exercere possint, et valeant.

Altera sed vero ex parte præpositi defensor initio animadvertit in diversa abiisse Brixiensis et Mediolanensis tribunalis judicia : primum enim, veluti coadjutorum instantia ferebat, in *possessorio* prodiit : alterum in *petitorio*. Ille vero utcumque de possessione legitime dimicandum esse censeat, etiam de jure disserit, ut contradictorum intentionem undique profigari demonstret.

In possessorio judicio aliud cum alio coadjutores confundere deprehendit. Etenim sive retinendæ sive recuperandæ possessionis interdicta proponantur, oportet in jure vel factum continuum detentionis vel amissionis, recens esse; nam si antiquum sit, ad interpretationem quidem in petitorio allegari poterit, minime vero ad interdicta sustinenda. Igitur coadjutores, et primi gradus sententia, qui possessionem probant decreto anni 1792, quamquam eadem sententia non diffiteatur privativam jurisdictionem præpositi « nello spazio di ventiquattro anni fino alla presente causa » ea ratione dimicant in possessorio judicio, quæ ab illo alienissima est.

Deinde interdictum *retinendæ* ad casum aptari non posse animadvertit, quia in illo agitur de servanda possessione, quam primi gradus sententia, saltem viginti quatuor ab hinc annis amissam profitetur : præpositus autem episcopi testimonio ac monumentis innixus contendit etiam antea ac semper penes suos decessores extitisse. Hisce positis, non minus absonum in jure putat uti interdicto *recuperandæ*, quod non conceditur nisi in possessione quæ aut vi aut clam aut precario occupata fuerit. Baimberger, *Dritto romano privato e puro :* lib. 3, cap. 1, §. 195. Atqui ne coadjutores quidem unquam allegarunt præpositum precario, clam aut vi possessionem private ministrandi occupavisse. Unde concludit nullum possessorium interdictum coadjutoribus competere.

Hoc autem evidentius erumpere contendit ex ipsis collationum literis, quibus coadjutores munus nacti sunt. Illos enim rector vocavit « ad coadjuvandum in cura animarum nos et pro tempore existentem hujus ecclesiæ parochialis præpositum » collato ministerio « horis canonicis interessendi, una cum rectore ejusdem ecclesiæ pro tempore existente, præposito nuncupato, et curam animarum exercendi ad nutum rectoris ipsius. » Quamobrem, ait defensor, possessio illa quam coadjutores vindicant, exercendi pari jure ac potestate cum præposito, nulla ratione concipi potest. Nemo enim plus juris habere potest quam traditum illi fuit : collationis autem semel acceptæ fines beneficiarius prætergredi nequit, ex Rota in decis. 816 coram Merlino. Quidquid antiquitus contigerit, si quid etiam probari posset, hoc certe exploratum est hodiernos coadjutores haud aliud munus accepisse quam exercendi ad nutum rectoris. Accedit quod in possessione animus sibi retinendi requiritur, teste Baimberger loc. cit. § 186 : quisquis autem liberam exercendi facultatem non sibi retinet, sed ab altero accepit, alteri legitime possidet, non sibi. Hanc igitur exercendi libertatem, concludit cum coadjutores non possideant, plane sequitur possessorio interdicto condici non posse.

In petitorii vero controversia definienda ait unum potissimum quæri, utrum vel ex jure communi, vel ex peculiari aliqua lege deceat paræciam non unius, sed quatuor parochorum arbitratu regi. Quo in loco, auctoritate nititur textus in cap. *Sicut*, qu. 2, cap. *In quibus*, 7, qu. 1. Rebuff. in *Praxi*, tit. de non promotis intra annum num. 69, et Barbosæ in *Collectan.* ad cap. 15 de præbend. qui vetant plura capita uni ecclesiæ præesse parochi titulo. Quod si plures presbyteri paræciæ præficiantur, demonstrat card. De Luca, *De paroch.* disc. 14, id contingere posse vel quatenus ii presbyteri corpus conficiant, vel quatenus præter istiusmodi sacerdotes non desit is qui propriam rectoris personam gerit. Si corpus seu collegium componant, non plures reapse rectoris vice funguntur, sed unus, scilicet moralis collegii persona. Si rector præterea non deficiat (ut in casu præpositus non deest), tunc unus rector est, alii vero sunt vicarii seu adjutores ad exercitium curæ. At qui ad exercitium vocatur dum regimen alteri adscribitur, ita se gerere debere tradit Rota in decis. 39 num. 1 seqq. par. 15 Rec. « ut unus se habeat dependenter, et tanquam coadjutor alterius. »

Nec secus a jure communi in coadjutorum fundationibus dispositum fuisse contendit. Et sane præpositus ipse capellanorum constitutionem a pontifice impetravit, participatione oblata ex reditibus quibus ille potiebatur. Præsumi autem nequit illum beneficii sui dismembrationem proposuisse, suorumque fructuum partem abdicavisse ut sibi non vicarios, non inferiores adjungeret, sed pares atque æmulos. Accedit, quod « collationem et provisionem dictarum trium capellaniarum » pontifex in apostolicis literis præpositis asseruit. Unde præpositi defensor duo potissimum consectaria derivat. Primum est quod in collatione institutio auctorizabilis ad gerendam animarum curam non comprehenditur, quippe quæ ab inferioribus episcopo committi nequit ex textu in cap. 4, de offic. archidiac. Si quando conferendi jus ex privilegio admitti placuit, haud aliter contigit, quam vicario nomine episcopi. Pifon. *Disc. eccl.* 20, num. 31. Barbosa, *De episc.* alleg. 72, num. 186, et facta in singulis collationibus hujus vicariæ potestatis mentione. S. Congreg. partic. in *Tarvisina* jurium capitularium 15 junii 1858. Igitur coadjutores, qui a præposito beneficium accipiunt ordinaria facultate, absque ullius privilegii mentione, parochi esse nequeunt. Alterum hoc est, quod cum jus conferendi inter ampliora jurisdictionis et superioris gradus judicia adnumeretur, juxta Rigant. in reg. cancell. to. 1, reg. 2, § 2, num. 9, absonum arbitratur defensor collatorem et electos in eodem dignitatis gradu confundere.

Animadvertit præterea in fundatione Alexandri VI accurate semper adjutores *capellanorum* nomine, præpositum vero *rectoris* titulo distingui; unde concludit huic solummodo regimen animarum competere ex Rota in decis. 489, par. 3, num. 3, Rec. ac præposito facultatem impertiri, capellanis absentibus, « alium seu alios loco absentium substituere, » quod inter superiorem quidem et inferiores decet, minime vero inter pares.

Ac frustra objici contendit verba illa fundationis « tres alias capellanias pro tribus aliis perpetuis capellanis, qui una tum præfato Bartholemæo, et pro tempore existente dictæ

ecclesiæ rectore in ipsa ecclesia horis canonicis interesse et curam animarum parochianorum prædictorum exercere, in ipsaque ecclesia personaliter residere, et per se ipsos, non autem per substitutos, impedimento cessante legitimo, deservire, ac singulis diebus in ipsa ecclesia per se vel per alios missas celebrare teneantur, » perinde ac si clausula *una cum* paritatem ministerii induceret inter parochum et adjutores. Primo enim nil velat famulum cum domino, institorem cum præponente, militem cum duce, suo quemque gradu in officium incumbere. Deinde res duplici sensu usurpari potest. Capellani ita usurpant, ut clausula *una cum* in singulis officiis repetita censeatur, in horis canonicis, in exercitio curæ in residentia, in personali ministerio, in missæ celebratione; quod absurdum ait defensor, sequeretur enim adjutores una cum præposito « per se vel per alios missam celebrare, » et rursus una cum præposito « deservire. » Alio igitur sensu legendum putat, uti verba sonant, nempe ut capellani « una cum... rectore in ipsa ecclesia horis canonicis interesse... teneantur, » ac cætera præstent quæ in constitutione recensentur, et in iis curæ exercitium, quin clausula *una cum* his etiam muneribus adjiciatur. Animadvertit postremo ordinem in cura animarum exercenda requirere ut inter plures sit aliquis præses, ne in matrimoniis aliisque gravioribus negociis contingat alterum concedere, alterum negare, et singulos diversa ratione eumdem populum regere.

Nec in petitorio saltem valere contendit quæ a capellanis in possessorio frustra afferebantur. Possessio, ait, seu potius consuetudo trium ferme sæculorum præposito luculenter suffragatur. Atque ut instituat ab usu fundationi proximo, qui potissimum in pretio haberi debet, meminit anno 1515 præpositum decrevisse « quod nullus de cura animarum totius parœciæ se impediat tam in audiendis confessionibus quam cæteris conferendis sacramentis, nec quisque sacerdos audeat in præsenti ecclesia celebrare absque licentia domini præpositi seu sacristæ etc. »; post sæculum autem capellanos fateri debuisse « ita semper fuisse observatum » : quod anno 1625 confirmarunt scribentes « se teneri ad coadjuvandum ipsum rev. D. præpositum in functionibus parochialibus juxta illius mandata, et non aliter. » Atque addit votum præsulis Pamphilii mox ad supremum Ecclesiæ senatum et ad Petri cathedram evecti, coram S. Congregatione « quod cum capellani teneantur exercere curam animarum donec præposito placuerit, cura ipsa est penes præpositum, non autem penes capellanos, qui licet respectu præbendarum sint perpetui, respectu tamen curæ sunt temporarii, cum illam exerceant pro libito præpositi, qui potest eos amovere ab exercitio curæ, et quem solum volentem teneantur coadjuvare, et ideo non possunt dici curati. »

Quæ cum ita sint, animadvertit perspicuam fundationem trium ferme sæculorum usui conjunctam deleri non posse absque legitima præscriptione. At coadjutores, ait, nihil aliud objiciunt quam decretum anno 1791 in possessorio latum a sæculari magistratu, ingravescente rerum publicarum eversione, et auctore quodam presbytero Moladori, quem S. Ordo vehementer redarguit. Primo enim decretum ipsum jura in petitorio præservavit, et reapse præpositus anno 1795 judicium instituit, postulans « che li cappellani.... debbono bensì cooperare .. ma sempre con la dovuta sudordinazione e dipendenza nelle parrocchiali funzioni, dal preposito. » At judicium hæsit, ait defensor, quia alter ex coadjutoribus, quocum ille dimicabat, scripto præpositi delegationem agnovit. Anno demum 1848 præpositus constitutiones edidit de ordine servando in exercitio curæ ad nutum ejusdem præpositi, quæ hactenus servatæ sunt. Ut autem perpetuæ consuetudini fastigium imponat, Brixiensis episcopi literas ad S. Ordinem recitat (in præpositi summario recensitas num. 19), quæ hunc unum uti parochum rectorem a curia et ab aliis in omnibus, capellanos vero uti inferiores adjutores semper haberi consuevisse demonstrant.

Hisce præjactis grave ne sit EE. VV. sequens dirimere dubium:

An et quomodo sententia curiæ Mediolanensis sit confirmanda, vel infirmanda in casu?

S. Congregatio Concilii rescripsit : *Sententias primi et secundi gradus esse reformandas; capellanis jus esse exercendi curam animarum una cum præposito, et dependenter abipso juxta ordinationem ab episcopo proponendam, et ad sacram Congregationem transmittendam.* Die 24 julii 1875.

Brixien. Jurium parochialium. Die 22 septembris 1877. Roganti mihi in comitiis diei 24 julii 1875 : » An et quomodo sententia curiæ Mediolanensis sit confirmanda, vel infirmanda in casu, » amplissimus vester Ordo consultissimum responsum tulit : « *Sententias primi et secundi gradus esse reformandas : Capellanis jus esse exercendi curam animarum una cum præposito et dependenter ab ipso juxta ordinationem ab episcopo proponendam et ad S. Congregationem transmittendam.*

Mandatis hujus S. Ordinis morem gerens sacer antistes deputavit viros in jure canonico peritos, qui accitis interesse habentibus, eorumque auditis atque perpensis rationibus et argumentis normam et fines hujus dependentiæ indicarent. Hæ igitur normæ literis ab antistite datis sub die 24 januarii 1876 ad me transmissæ fuerunt, easque modo præ meo munere fidelius EE. VV. oculis subjicio.

« 1. Cum Rmus rector præpositus caput sit suæ ecclesiæ, primus ei debetur locus in qualibet sacra functione. Coadjutores capellani ipsi assident juxta antiquitatem institutionis.

« 2. Quia vero etiam coadjutoribus jus est, seu de jure facultas exercendi curam animarum in parœcia, una idest communiter cum cum præposito, suæ et ipsis integræ maneant ex officio connaturales attributiones, quas præpositus perturbare aut imminuere nequeat.

« 3. Sacræ functiones in parœcia consuetæ tam diebus festis, vel dominicis, quam profestis peragantur a præposito et coadjutoribus juxta vicem huc usque retentam. Præpositus, cui functiones liturgicas de more a coadjutoribus exercendas, semper liberum sit, legitima suadente causa, exercere per se, quando jure suo erit usurus, coadjutorem præmoneat, cui aliter ritus sacer esset obeundus.

« 4. Sed præter functiones, quas consuescit obire, præposito reservatæ habeantur cæteræ solemnes, idest cum pluviali, clero et organo, quæ per annum occurrant, sive ex consuetudine Ecclesiæ, sive ex voto publico, sive fuerint rogatu fidelium celebrandæ; coadjutoribus servatis functionibus ordinariis, quas de stola dicimus, puta baptismata, funera, delatio SSmi ad infirmos.

« 5. Bini saltem ex coadjutoribus præposito solemniter celebranti adstent ministerio, libero manente tertio ex eis propter quascumque, quæ occurrant, fidelium spirituales necessitates. Præposito non peragente per se functionem, quæ fuerit sibi quomodocumque reservata, vices ejus obeat coadjutor, qui hebdomadarium agit, dimidiatis inter eos emolumentis, si quæ a fidelibus offerantur.

« 6. Prædicationis onus ita commune sit præposito et coadjutoribus, ut isti homiliam habeant per vicem, et nonnisi a præposito præmoniti : iidemque eum adjuvent in catechesibus.

« Applicatio autem sacri pro populo præposito incumbat, diebus ab Ecclesia præscriptis.

« 7. Functiones porro minus solemnes, vel de stola, a coadjutoribus exercendæ ita dividantur inter eos, ut quisque illas peragat per hebdomadam in orbem; hebdomadario autem impedito, subeat qui hebdomada sequenti functurus erit munere hebdomadarii.

« 8. Quamvis in partem sollicitudinis pastoralis præpositi

assumpti sint coadjutores, ut totius paræciæ saluti studeant una cum præposito, tamen ut melius fidelium utilitati provideatur, mos retinendus salubriter inolitus ut paræcia dividatur in tres regiones, tribus coadjutoribus singillatim distribuendas : quisque autem ex ipsis in regione sibi assignata specialem infirmorum curam agat, pauperibusque in ea degentibus eleemosynas distribuat, nec non incolarum saluti propensiori cura invigilet. Item matrimoniis quæ ratione solemnitatis non pertineant ad præpositum, assistat quisque ex coadjutoribus, de cujus regione fuerit sponsa : eo impedito, suppleat qui erit de hebdomada. Causa intercedente delegandi, ne ad id muneris delegetur extraneus, inscio præposito. Insuper semper liberum sit præposito assistere personaliter matrimoniis etiam minus solemnibus, illatis tamen in capsam capellanorum oblationibus inde perceptis.

« 9. Obventiones cujuscumque generis hebdomadario a fidelibus oblatæ ratione alicujus spiritualis functionis, sive per orbem suum eam exerceat, sive vicem agendo præpositi, salva in hoc casu præposito sua medietate, in capsam inferantur ut inter coadjutores singulis trimestribus dividantur, eleemosyna missæ excepta, quæ in rem celebrantis cedat.

« 10. Discessurus e paræcia, sive præpositus sive aliquis ex coadjutoribus meminerit quæ tam salubriter, sive a Tridentino sive a nostris constitutionibus sancita sunt, tam quoad tempus absentiæ beneficiatorum cum cura animarum a propria sede, quam etiam quoad servitium ecclesiæ providendum absentiæ tempore; et ideo sive præpositus coadjutores, sive coadjutores præpositum vel collegas admoneat, de suo discessu atque secum invicem ita conveniant ut interim aliqui ex ipsis præsto sint fidelibus in opera spirituali. »

Verum hac in occasione lis quædam inter capellanos et præpositum exorta est circa interpretationem enunciati rescripti diei 24 julii 1875. Capellani enim jactabant amplissimum vestrum Senatum recognovisse « in loro il diritto parrocchiale come nel prevosto, *una cum præposito,* e che la dipendenza a cui sono obbligati, non deve intendersi nel vero significato della parola, ma soltanto per alcuni atti di urbanita verso il prevosto che infatto è a loro eguale nel diritto della cura abituale ed al più è primus inter æquales *in jure.* »

Hujuscemodi interpretatio haudquaquam præposito arrisit; hinc ad hunc S. Ordinem obtulit sequentem libellum. . . « mi trovo costretto a supplicare le loro eminenze a prendere in serio esame questa vertenza, provvedendo che rimanga intatto e libero il diritto del rettore, ne si lasci luogo a nuove pretese nei coadjutori e sia mantenuta la dispendenza sapientemente riconosciuta nella decisione . . . Se mai nel regolamento presentato da Monsig. vescovo si trova (come è a temersi) qualche restrizione al diritto parrocchiali del prevosto, ovvero qualche concessione ai cappellani, supplico le eminenze vostre a porvi opportuno rimedio. Il caso e assai grave trattandosi di stabilire ciò che formera legge perpetua e inalterabile. »

Ut autem hujus controversiæ ratio haberi possit in solutione dubii in calce hujus libelli exscripti, præ meo munere duxi contendentium deductiones summatim referre.

Præpositus contendit in laudata declaratione sancitum esse quod capellani curam exerceant dependenter ab ipso. Ad quam interpretationem adstruendam præ primis recolit, ex bulla Alexandri papæ VI pro erectione trium capellaniarum in ecclesia S. Agathæ civitatis Brixiæ exploratum fore, quod capellani ipsi teneantur interesse una cum præposito horis canonicis in ipsa ecclesia, et (tenentur) exercere curam animarum parochianorum, et per seipsos, non autem per substitutos deservire. Insuper animadvertit capellanos ipsos constanter in actis curiæ episcopalis, et in ipsa visitatione apostolica diœcesis Brixiensis anno 1581 nuncupatos fuisse capellanos coadjutores rectoris præpositi. Cum autem aliquando capellaniæ istæ collatæ fuerint a summis pontificibus Clemente papa VIII, Paulo V et Urbano papa VIII, in eorum bullis collationalibus onus capellanorum semper designatum fuit hisce verbis : « Quam capellaniam pro tempore obtinenti rectorem dictæ ecclesiæ S. Agathæ pro tempore existentem præpositum nuncupatum in exercitio curæ animarum dilectorum filiorum illius parochianorum coadjuvandi onus incumbit. »

Quibus præstitutis infert S. Congregationem Conc. in superiori declaratione adjudicasse capellanis non curam habitualem paræciæ, sed tantum jus exercendi curam animarum. Jus intellige quod coadjutoribus competit, ita ut nullus ex extraneis possit absque injuria eos impedire ab exercitio : non autem jus contra voluntatem rectoris præpositi, cujus sunt coadjutores; quare ipso coadjuto invito vel contradicente iidem nihil agere possunt in iis quæ ad curam spectant. Ferraris *Bibl. Can.* verbo *Coadjutor,* num.28, 29. Ideo in laudata declaratione statuitur quod capellani curam exerceant dependenter a præposito.

Altera autem ex parte capellani inclamant : « Chi ha autorizzato il prevosto ad interpretare a suo talento le parole della sentenza della S. Congregazione del Concilio, e limitarne il valore? Poteva essere necessaria una sentenza della S. Congregazione del Concilio per poter ritenere che nessun estraneo abbia diritto d'impedire ai curati di S. Agata la cura delle anime nella loro parrochia? Il buon senso di qualunque persona non diebbe lo stesso dei coadjutori ex. gr. di S. Giovanni benche non siano investiti? La dipendenza cioè, sara regolata dalla S. Congregazione, e non dalla volonta personale del prevosto.

« Chiunque legge spassionatamente la bolla di Alessandro VI si convince all'evidenza che le parole *tenentur una cum præposito* . . . afficiunt tutti gli officî nei quali si riassuma la cura d'anime. Rilevasi infatti che nei scritti del prevosto il verbo *tenentur* artificiosamente è messo in principio e ripetuto in seguito, mentre nel breve di fondazione vi ha una volta sola, e questa in fine del periodo. E tale fu il giudizio di S. Carlo visitatore apostolico esplicitamente espresso colle parole : « Capellani tres coadjutores qui una cum præposito tum ad personalem residentiam, et ad horas canonicas collegiatim recitandas, tum ad animarum curationem ex fundatione teneri comperti sunt. »

« Per tutto quello che può avvenire si fa osservare che nel breve di fondazione alle parole, *per seipsos, non autem per substitutos deservire;* seguono immediamente questo altre, *legitimo cessante impedimento,* dal che è facile arguire che quando vi fosse impedimento possono *deservire* anche per sostituto, in forza del breve di fondazione.

« Non può dirsi che constanter in actis curiæ episcopalis « nuncupati fuere capellani coadjutores rectoris præpositi, » mentre il massimo numero delle bolle o atti di collazione dei relativi benefici ripetono le precise parole del breve di fondazione dove si dice « pro tribus perpetuis capellanis qui una cum præposito horis canonicis interesse, personaliter residere, ac curam animarum parochianorum exercere teneantur. » Per ciò poi che riguarda la visita apostolica evidentissima è la falsità dell'asserzione che si chiamassero « capellani coadjutores rectoris præpositi, » solo che si rifletta alle parole del santo visitatore apostolico ricordate di sopra, dove si chiamano « capellani tres coadjutores non præpositi, sed qui una cum præposito etc.

« Relativamente poi alla collazione fatta dai tre sommi pontefici di un beneficio che si rese vacante nelle epoche in cui i sommi pontefici si erano riservata per sei mesi la collazione di tutti i beneficii in Italia se v'ebbe qualche modificazione nelle

relative formole, cio avvenne perchè si appogiarono all'esposizione inesatta che fecero i Rmi prevosti degli uffici dei curati quando ne promovenano l'investitura. Tanto è vero che colle successive collazioni si ritornò sempre alla formola che leggesi nel breve di fondazione, e in quasi tutti gli atti di collazione dei benefici. E per certo se i sommi pontefici avessero inteso di derogare, alterare autoritativamente il breve di fondazione, non si sarebbe in seguito ripetuto il consueto formulario. »

Perperam præpositum arguere prætensam dependentiam, instant capellani ex verbis deductis a Ferraris loc. cit. : coadjuto invito et contradicente iidem nihil agere possunt. Siquidem hanc distinctionem in medum proferunt : nihil agere possunt : « Se il prevosto è invito e contradicente juxta ordinationem concedo : ma se egli si elevasse al di sopra della ordinazione approvata della S. Congregazione del Concilio o comunque poi la violasse, chi non vede che potrebbero agire liberamente? »

Eoque minus obstare autumant verba, « statuitur quod capellani curam exerceant dependenter a præposito » quoniam semper repetunt juxta ordinationem « e non altrimenti, giarchè è chiaro che il modo ed i confini della dipendenza debbono essere proposti dal vescovo e riconosciuti dalla S. Congregazione.

« Si osserva da ultimo essere evidente che in sostanza la S. Congregazione del Concilio ha confermato la sentenza di I e II istanza riformandole soltanto per cio che riguarda il superiore da cui deve stabilirsi la pragmatica che deve regolare l'esercizio del diritto e la dipendenza ad evitare collisioni. E in vero il giudizio diocesano ha riconosciuto nei curati il *jus exercendi curam animarum* salvo dipendenza dal prevosto nell'esercizio di tale dritto. Il giudizio metropolitano riconoscendo pure il jus a parita e reciprocanza del prevosto, vuole che l'esercizio sia regolato dal vescovo a norma del concilio prov. IV. La S. Congregazione riserva a se l'approvazione del regolamento che deve essere proposto dal vescovo. E questa terza autorevolissima sentenza fu pronunciata ne' noti termini dalla S. Congregazione quantunque i curati siansi ritirati dalla causa, l'uno di essi per essere stato promosso alla prepositura di Lovere, e l'altro per l'unico motivo dell'essere impossibilitato a sostenere il grave dispendio, come ebbe egli stesso a dichiarare all'Illmo e Rmo ordinario, e non abbiano quindi presentato alcun atto od alcuna risposta a propria difesa in confronto dell'opponente il quale ha fatto il possibile collo scritto e colle stampe per interpretare e far interpretare a suo modo e il breve di fondazione, e tutti gli atti successivi e la pratica di oltre trecent'anni.

« Si crede opportuno l'aggiungere l'interpretazione del giudizio metropolitico per cio che riguarda le parole, *una cum*. La bolla Alessandrina nel suo senso ovvio d'interpretazione prova nel senso di una cura di anime che incombe *una cum* al prevosto ed ai curati con reciproca uguaglianza. E si aggiugne pure il testo della sentenza dello stesso giudizio. Il diritto di piena parrocchialita e quindi canonicamente di assistere ai matrimoni in detta parrochia, spettare a parita e reciprocanza in vigore di fondazione cosi ai coadjutori titolari come in parroco prevosto. »

Quibus perpensis grave ne sit EE. VV. dirimere dubium :

An et quomodo propositæ ab episcopo ordinationes probandæ sint in casu?

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *Affirmative in omnibus*. Die 22 septembris 1877.

LEGS DE MESSES

Legs de cinq messes par semaine. Le testateur n'ayant pas expressément ordonné l'application de ces messes, on demande si l'application est libre. Décision de la S. Congrégation du Concile du 22 septembre 1877.

Lorsque le legs prescrit simplement la célébration, faut-il supposer que l'application des messes est obligatoire ? Les canonistes embrassent divers sentiments. Amostase, Pignatelli et Pasqualigo, cités dans le *folium* que nous rapportons plus loin, sont d'avis que l'obligation de célébrer implique l'application, parce qu'on ne peut supposer que le bienfaiteur qui impose la charge de dire des messes n'a pas voulu que le fruit lui en fût appliqué. D'autre part, quelques auteurs pensent que l'application n'est pas due lorsque le legs ne la prescrit pas expressément. Plusieurs décisions de la S. Congrégation confirment cette interprétation.

En 1631, un prêtre de Chiari, diocèse de Brescia, institua héritier le chapitre de la collégiale de cette ville : « Je laisse au chapitre de Chiari, mon héritier, un capital de..... avec la charge de me faire un anniversaire solennel avec musique tous les ans pour mon âme, pour celles de mes père, mère et parents. » Il fonda aussi un canonicat, et imposa au nouveau chanoine l'obligation d'assister ses collègues pour la cure paroissiale et de dire cinq messes chaque semaine : « Qu'il soit tenu de célébrer cinq messes à l'autel de S. Joseph ou à tout autre qu'il croira plus commode pour la population dans ladite église paroissiale et collégiale. »

Au début on mit en doute si les cinq messes devaient être appliquées. Quelques chanoines se bornèrent à la célébration ; d'autres crurent que l'application était prescrite. En 1731, un décret de l'évêché déclara libre l'application des cinq messes. De là vient que de temps immémorial les messes dont il s'agit n'ont plus été appliquées.

Le canonicat étant vacant à présent, l'évêché de Brescia a consulté la S. Congrégation. L'information de Mgr l'évêque atteste que les procès-verbaux des visites pastorales ne mentionnent jamais l'obligation d'appliquer les cinq messes, quoiqu'il y soit question de la charge relative à la paroisse. Le canonicat rend à présent 750 livres ; l'obligation d'appliquer 250 messes par an serait onéreuse et même intolérable.

Pour l'anniversaire, le testateur prescrit expressément l'application. Il aurait enjoint l'application des cinq messes par semaine si telle eût été son intention. Il a désigné l'autel de S. Joseph ou tout autre plus commode pour la population. Cela indique qu'il s'est plutôt proposé l'avantage spirituel des fidèles et le service de l'église que des suffrages pour lui-même.

La paroisse compte dix mille âmes. Cinq bénéficiers assistent le curé. Si l'on exige l'application des 250 messes, aucun prêtre ne voudra occuper le canonicat, dont le revenu ne s'élève qu'à 750 livres.

Décision. La S. Congrégation du Concile décide qu'il ne conste pas de l'obligation d'appliquer les cinq messes. *Non constare de onere applicationis.* Die 22 septembris 1877.

Brixien. Applicationis, absolutionis et reductionis missarum. Die 22 septembris 1877. Sacerdos Paulus Cinquini ex oppido vulgo Chiari diœcesis Brixiensis ultimo quo suo decessit elogio anno 1631 capitulum dicti loci suum vocavit hæredem edicens : « Lascio al capitolo di Chiari mio erede un capitale col peso di celebrarmi un'anniversario solenne con musica ogni anno per l'anima mia, di mio padre, madre e parenti. » Voluit insuper ut in ecclesia prædicta tunc collegiata fundaretur canonicatus, adjecto onere novo canonico coadjuvandi ceteros confratres in cura animarum, nec non celebrandi quinque missas in qualibet hebdomada. Fundationis tempore reditus hujus canonicatus summam 400 libellarum pertingebat, quæ progressu temporis ex additione nonnullorum legatorum excrevit ad libellas 750. Ipso in limine fundationis dubitatum fuit, an sub nomine *celebrationis* intelligenda esset tantummodo præsentia, vel potius comprehenderetur etiam *applicatio;* hinc dictæ missæ a præbendato aliquando applicatæ fuisse videntur aliquando non, quin imo constat decreto curiæ anni 1731 declaratum fuisse præfatas missas esse liberæ applicationis. Unde factum est, quod a tempore hominum memoriam superante enunciata sacrificia haud amplius applicata fuerunt.

Rebus sic stantibus et vacante in præsens prædicto canonicatu ordinarius Brixiensis supplici libello diei 25 januarii jam effluxi a S. V. Ordine declarari petiit, an in themate urgeat obligatio applicationis. Et quatenus hac in re EE. VV. in affirmativam abeant sententiam, absolutionem pro præteritis omissionibus humiliter expostulat, necnon dispensationem, aut saltem magnam reductionem, eo quia haud valet inveniri sacerdos, qui canonicatum adipisci velit, cui est adnexum onus alios coadjuvandi in exercitio curæ animarum.

Hujusmodi habito libello sub die 13 februarii 1877 rescribendum censui : « Episcopo qui transmittat particulas docu« mentorum, ex quibus apparet ipso in limine fundationis « dubitatum fuisse de obligatione applicandi missas, atque « inspectis actis sacrarum visitationum, referat an in iisdem « mentio aliqua occurrat de prædicta obligatione. »

Morem S. Ordini gerens antistes literis diei 22 junii 1877 respondit : « In ipso limine fundationis de obligatione applicandi missas dubitatum fuisse, imo probabilius non extitisse, ex eo evincitur, quod in actis pastoralis visitationis tempore piæ fundationis nulla de hujusmodi obligatione mentio fit. Confirmari videtur ex allegatione quam ex exemplari in bibliotheca Morcelliana illius paræciæ fideliter excriptam mitto. Inspectis vero pastoralium visitationum actis ab anno fundationis 1631 usque in præsens, mentionem quidem de onere cooperationis in cura animarum factam esse, nullam vero de missarum applicatione fieri deprehendi. Ratione insuper habita de redditnum tenuitate hujusmodi obligatio non modo onerosa sed plane importabilis foret. Ea tamen ad unguem servabuntur quæ sacra Congregatio servanda esse declaraverit. »

Post hæc rescriptum edidi : *Per summaria precum.*

Hodie itaque in plenariis comitiis hæc causa disceptanda proponitur; hinc meum est in medium afferre quæ hinc inde observatu digna videntur.

Facit pro applicatione principium, quod injuncta celebratione censeatur quoque volita applicatio, nisi hæc arbitrio capellani fuerit relicta. Amostaz. *de caus. piis,* lib. 2, cap. 3, num. 49. Pasqualig. *De sacrif. nov. leg.* quæst. 208, n. 6. Pignatell. *Consult. canon.* 139, n. 12 et seq. tom. 1. Deficiente ideo in fundatione expressa exemptione ab applicatione, dicendum videtur, quod canonicus in themate ad missas applicandas teneatur. Amostaz. loc. cit. cap. 3, n. 59. Pignat. loc. cit. n. 15.

Et jure merito; præsumi enim non potest, quod fundator dum onus celebrationis missarum demandavit, præcipuum ipsarum fructum sibi suisque noluisset applicari. Hinc ex hac præsumpta fundatorum voluntate principium invaluit etiam in foro, quod missa pro fundatore est applicanda, licet ipse applicationem non expresserit. Exemplo sint resolutiones S. Ordinis in *Tinen.* applicationis sacrificii diei 8 aug. 1668, lib. 26 decr. fol. 61. *Mediolanen.* applic. miss. 16 maii 1733. *Taurinen.* 9 sept. 1775 ad 2 dub.

Post hæc inutiliter ad observantiam confugiendum videretur, primo quia ipsa semper constans a fundatione non fuit; secundo quia non obstante contraria observantia Sacra hæc Congregatio alias applicationi locum esse definivit, prouti videre est in *Tridentina* applicationis missarum diei 26 augusti 1769, § *Et quatenus.*

Altera sed vero ex parte perpendi potest, quod in fundatione nullum onus applicationis injunctum reperitur, imo hoc exclusum censendum esse videtur, quia fundator solam celebrationem, non vero applicationem demandavit, quam expresse imperasset, si eam voluisset, ad tradita per Pignatel. consult. 139, num. 3, tom. 1. Suarez, tom. 2 de Relig. tract. 8, lib. 2, cap. 17, num. 7. Quod argumentum majus robur acquirere videtur, ex eo quod testator præcipiendo suo hæredi anniversarium solemne expresse illud celebrari voluit « per l'anima mia, di mio padre, madre, e parenti, » proindeque censendum est noluisse applicationem pro aliis missis, pro quibus applicationem non expressit, ceu tenuit H. S. C. in *Romana* red. et applic. miss. diei 15 decemb. 1714, dub. 2, et in alia *Romana* 29 januarii 1791.

Eo vel fortius in hanc sententiam deveniendum esse putarem, quia testator non modo designavit ecclesiam in qua essent celebranda dicta sacrificia, verum etiam edixit celebranda esse « all'altare di S. Giuseppe, ovvero a quell'altare che lui giudichera a comodita del popolo nella suddetta chiesa. » Quare contemplata potius videtur a testatore commoditas populi et ecclesiæ cultus, ac decus, quam suffragium ipsius fundatoris, ut innuit Tamburin. lib. 3 de sacrific. missæ, cap. 5, et 3, num. 22 quo in casu missas applicandas non esse ex sola celebratione præscripta docent resolutiones a S. Ordine editæ in *Callen.* applic. sacrificii diei 17 decembris 1679, lib. 40 decret. fol. 4. *Tricastinen.* applic. sacrif. proposita die 18 julii et resol. die 8 augusti 1711. *Mantuana* applic. sacrif. 19 novembris 1718. *Novarien.* 22 novembris 1727, *Fulginaten.* 7 septembris 1737.

Quibus omnibus, si addere placeat reditnum tenuitatem, quæ anno 1776 ad applicationem excludendam prolata fuit, onus impositum canonico coadjuvandi parochum in exercitio curæ animarum, electionem canonici factam a testatore in persona sibi benevisa, decretum curiæ anni 1731 post quorumdam theologorum vota declarans præfatas missas esse liberæ applicationis (quæ omnia ex reperto et exhibito documento scatent), nec non immemorabilem observantiam, ac tot antistitum patientiam, absque dubio viderentur præfatæ missæ minime onus applicationis secumferre.

Verumtamen si EE. PP. præ ea sapientia et prudentia qua fulgent in dirimendis quæstionibus judicent prædictas missas esse quoque applicandas, tunc dignentur videre 1° num absolutio pro præteritis omissionibus sit concedenda. Ipsam enim suaderet bona fides, quæ in jure, et penes H. S. Congregationem præsertim in hisce casibus quanti valet nemo est qui ignorat. Dignentur 2° decernere, num dispensatio, aut

magna reductio concedenda sit « poichè (ut ait vicarius generalis) altrimenti non può aversi il sacerdote, che voglia occupare il canonicato col peso annesso della cura di anime in assistenza e sollievo degli altri cinque beneficiati in una parrocchia di oltre diecimila anime, mentre le sue rendite attuali accresciute dopo la fondazione per altri lasciti ascendono a lire 750 circa. »

Hisce igitur perpensis ea qua solent sapientia, et religione videant EE. VV. quid in themate sit decernendum.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii rescripsit : *Non constare de onere applicationis*. Die 22 septembris 1877.

INSTITUT D'ESTE

Testament de François V, duc de Modène. Legs de deux cen mille florins pour soulager l'infortune ou favoriser l'education professionnelle ou littéraire. Capitaux placés partout ailleurs qu'en Italie. Règlement soumis à l'approbation du pape. Décision de la S. Congrégation du Concile du 22 septembre 1877.

François V, duc de Modène, dans le testament qu'il a fait à Vienne le 22 avril 1873, a prescrit d'établir un grand institut de bienfaisance. Le texte italien de la disposition testamentaire est inséré dans le *folium* de la S. Congrégation, que nous donnons plus loin. En voici le résumé :

« L'usurpation ne pouvant briser mon affection pour le pays où je suis né, où j'ai passé la plus grande partie de ma vie, que j'ai gouverné durant treize ans, et où j'ai laissé un grand nombre de personnes qui me sont affectionnées et dont plusieurs sont dans le besoin, je prescris à mon héritier de fonder sans retard une œuvre de bienfaisance sous le nom d'*Institut d'Este*, en employant un capital de deux cent mille florins.

« Mon héritier consultera en toute chose l'archevêque de Modène *pro tempore* et d'autres personnes de Modène qu'il désignera et qui feront partie du conseil d'administration de l'œuvre.

« Nous ne prescrivons rien d'invariable pour l'emploi du revenu, parce que les besoins peuvent changer avec le temps ; mais nous voulons que les ressources de l'œuvre soient toujours affectées, soit à soulager des misères imméritées, soit à encourager les talents techniques et même littéraires, pourvu que les talents et l'instruction soient unis à de bons sentiments catholiques, ainsi qu'à la bonne conduite et au travail qui en sont en quelque sorte la conséquence nécessaire. Voulons que le statut soit soumis à l'approbation papale. Les capitaux seront toujours placés hors de l'Italie, même au cas où les princes légitimes seraient rétablis. Si les rentes des capitaux de l'œuvre placés à l'étranger étaient frappées de quelque impôt, ou détournées de leur destination, soit en totalité, soit en partie, ou enlevées au libre contrôle du conseil d'administration que l'archevêque de Modène présidera, ou soustraites à l'autorité de mon héritier ou de ses successeurs ; dans ces diverses hypothèses on cessera de verser les rentes en Italie, et elles seront accumulées à l'étranger, et capitalisées jusqu'à ce que l'œuvre soit de nouveau exonérée de toute contribution et de toute autorité étrangère.

« En cas de dissentiment entre l'héritier ou ses successeurs et le conseil d'administration sur le règlement et les changements à y apporter, sur l'emploi ou le cumul du revenu, nous prions le pape régnant d'évoquer la question et de décider sans appel.

« Si par malheur un des successeurs de mon héritage n'était pas catholique, ou s'il tombait dans des censures ecclésiastiques, s'il refusait de joindre le nom d'Este au sien, il ne pourrait plus être protecteur de l'institut d'Este tant que ces obstacles ou l'un d'eux subsisteraient. En ce cas l'institut serait placé sous la direction exclusive de l'archevêque *pro tempore* de Modène et du conseil d'administration. Alors le compte rendu annuel serait fait au saint-père et non plus à mes héritiers à perpétuité. »

Dès que le legs a été délivré au nouvel institut, le conseil d'administration a été constitué ; son premier soin a été de dresser le règlement de l'œuvre, en vingt-huit articles, dont la plupart reproduisent les dispositions du testament.

Un désaccord s'est produit entre la commission et l'héritier sur l'article 18, portant que toute proposition de modifier le règlement est approuvée, si elle réunit les deux tiers des voix. Le fondé des pouvoirs de l'héritier objecte qu'en vertu de cet article la commission pourrait supprimer le protecteur.

L'article 20 se rapporte à la même question. Le protecteur prétend que les modifications lui soient soumises avant d'être portées au saint-père.

Pour le moment, on ne fondera pas un établissement spécial pour l'éducation littéraire ou professionnelle ; les ressources serviront à soulager les individus ou à conférer des bourses aux jeunes gens admis dans les colléges existants.

Le règlement a été soumis à l'approbation du Saint-Père, comme veut le testament du pieux bienfaiteur. La S. Congrégation du Concile, dans la séance du 22 septembre 1877, a traité la question. Elle a décidé d'approuver le règlement, sauf de légères modifications.

Mutinen. Approbationis statuti. — Die 22 septembris 1877. Supremis quibus decessit tabulis die 22 aprilis 1873 religiosissimus ac clementissimus vir Franciscus V, Mutinensis dux, inter cætera hæc disposuit : « L'usurpazione non potendo sciogliere i vincoli di affezione verso il paese ove nacqui, ove passai la miglior parte della mia vita, che governai per 13 anni, ed ove lasciai molte persone affezionate, e anche molte di esse bisognose, prescrivo all'erede di fondare senza ritardo un' opera pia sotto il nome di Lascito Estense, erogandovi un capitale di duecento mila fiorini, salvi i possibili diffalchi propri a tutti i legati in caso che viene precisato più sotto, e salvo l'onere comune, sperabilmente transitorio, dell'obolo di S. Pietro, di cui si dira piu sotto.

« Il lascito Estense verrà fondato dall' erede o chi per lui, se fose minorenne al momento della mia morte, e d'accordo in ogni caso col mio esecutore testamentario, e dopo udito pure in ogni caso l'arcivescovo *pro tempore* di Modena, nonchè altre persone Modenesi ed autorevoli da lui suggerite, e frattanto io ne cito alcune di mia confidenza, e che desidero entrino

nella organizzazione e nel consiglio di amministrazione, ossia fra queste che nomino, quelle che mi sopraviveranno, od almeno alcune di esse.

« Queste persone sarebbero il conte Giuseppe Forni, il conte Teodoro de Volo, desidero che l'erede o chi per lui scelga almeno fra questi, in numero però non mai minore di tre, non che fra i propostigli da Monsignor Arcivescovo. Essi costituiti in una commissione proporranno la migliore erogazione dei redditi, cioè quale sarebbe il maggior vantaggio che ne potrebbe derivare al paese ed ai poveri da tali risorse.

« Non fissiamo poi nulla d'invariabile quanto al genere della erogazione, perchè coll'andare del tempo potrebbero variarsi i bisogni; ma desideriamo che le risorse di tale opera vadano sempre o a sollevare miserie immeritate, o ad incoraggiare talenti tecnici in ispecie, ma anche letterari, purchè tali talenti e l'istruzione vadano uniti a buoni sentimenti cattolici, e ad buoni portamenti ed operosità, che ne sono in certo modo una conseguenza necessaria. Vogliamo inoltre che lo statuto sia sottoposto all'approvazione papale, e che i capitali siano sempre impiegati fuori d'Italia, ancorchè gli affari politici fossero più o meno ben ristabiliti in Italia stessa, non escluso neppure il ristabilimento dei governi legittimi, che potessero forse col tempo risorgere; e che, ove accadesse che le rendite dell'opera pia che verranno dall'estero, fossero tassate o sviate dal loro scopo in tutto od in parte, o sottratte al libero controllo stabilito del consiglio di amministrazione presieduto dall'arcivescovo *pro tempore* di Modena, ed all'autorità dell'erede mio o dei successori nella eredità e nel cognome di Este aggiunto al proprio; vogliamo, come si disse, che in tutti questi casi si cessi dal versare le rendite in Italia, e disponiamo che si accumulino all'estero al capitale fino a che l'opera pia sia di nuovo libera da pesi e da autorita estranee all'opera stessa.

« Vogliamo in fine che il consiglio di amministrazione, tranne tutto al più un contabile ed un cassiere da mantenersi dall'erede o suoi successori nell'eredita e nel cognome di Este aggiunto al proprio, sia gratuito, e che l'erede e suoi successori pensino pure a provvedere un locale a loro spese per l'ufficio, se pure uno degli amministratori e facoltosi non vorrà essere si patriottico e generoso di offrire in casa sua lo stretto necessario locale per l'ufficio, che dovrà impiantarsi nel modo il più semplice e modesto possibile, essendo ciò un male necessario, e non dovendo essere un soggetto di vanità nè di sfarzo.

« Qualora accadessero divergenze d'opinioni fra l'erede o successori nell'eredità circa l'amministrazione del lascito, circa il regolamento o cambiamento da farsi in quello, e l'erogazione o l'accumulamento delle rendite, preghiamo il Santo Padre allora regnante ad avvocare a sè la questione e decidere inappellabilmente.

« Oltre le condizioni che il capitale dell'opera pia del lascito Estense debba essere fuori d'Italia, e della eventuale sospensione delle rendite, ossia della loro erogazione, qualora esse non la potessero essere colla dovuta indipendenza da governo qualunque che vi fosse in Modena, e dovessero esse rendite soggiacere a tasse in Italia, stabilisco ancora qual condizione *sine qua non*, che se per disgrazia un successore nell'eredità fosse od acattolico o caduto in censure ecclesiastiche, o rifiutasse di aggiungere al suo il cognomo d'Este, esso non potrà essere più a lungo protettore del lascito Estense finchè durassero tali eccezioni, o l'una o l'altra di esse; ed in tal caso esso lascito rimarrebbe sotto l'esclusiva direzione dell'arcivescovo *pro tempore* di Modena e del consiglio d'amministrazione, di cui Monsignore sarà di diritto il presidente, il quale darebbe allora direttamente l'annuo resoconto a Sua Santità il papa in luogo di darlo al protettore erede mio od erede dell'erede all'infinito. »

Adita ab instituto hæreditate, ut excelsi Principis testatoris suprema voluntas executioni mandaretur, regulariter instituta est commissio administratrix hujus pii relicti, quæ sequens edidit statutum, quod nunc huic S. Ordini probandum proponit.

« 1. L'opera pia laicale e privata del *Lascito Estense*, come ha avuto vita dalla volontà del suo munifico istitutore, così prende norma di agire nelle disposizioni del suo testamento in data di Vienna 22 aprile 1873.

« 2. Protettore nato e perpetuo della pia opera è il successore *pro tempore* nella eredità della defonta A. R. l'arciduca Francesco V d'Austria di Este, il quale professi la religione cattolica, non sia soggetto a censure ecclesiastiche, porti il cognome d'Este aggiunto al suo proprio, e adempia tutte le condizioni prescrittegli nel testamento.

« 3. Al protettore appartiene di scegliere i membri del consiglio d'amministrazione dietro proposta dell'arcivescovo di Modena, qual presidente di esso consiglio; e di ricevere annualmente il conto della gestione di esso consiglio.

4. L'eccelso protettore, quale successore nell'eredità del principe fondatore, ha l'obbligo di mantenere un contabile ed un cassiere in servigio dell'amministrazione del Lascito Estense, e di provvedere a sue spese un locale per l'uffizio il quale dovrà impiantarsi nel modo piu semplice e modesto possibile.

« E ciò ancora nel caso, che si spera non succederà mai, che per mancanza d'alcuna delle condizioni dette di sopra, il consiglio di amministrazione dovesse (a termini del testamento) astenersi dal rendere a Lui l'annuo conto della sua gestione.

« In questo caso il conto deve essere rassegnato dall'arcivescovo alla Santità del papa regnante.

« 5. Il consiglio di amministrazione si compone di quattro membri elettivi e dell'arcivescovo di Modena *pro tempore* che ne è il presidente dal momento che sia eletto a tale dignità dal S. Padre. Per la prima volta i membri del consiglio sono nominati dal protettore prendendoli tra le persone indicate nominativamente dal principe fondatore, e quelle che l'arcivescovo gli proponga, a termini del testamento.

« 6. In avvenire la nomina de' membri medesimi sarà fatta dal protettore e scegliendo alcun altro dei designati determinatamente dal testatore o sopra proposte di monsignor arcivescovo.

« 7. Nel caso che rimanesse sospeso nel protettore il diritto di ricevere il conto annuale, la nomina de membri del consiglio sarà fatta dall'arcivescovo di Modena.

« 8. Le funzioni dei consiglieri sono affatto gratuite.

« 9. Essi stanno in ufficio per quattro anni. Per la prima volta la sorte determinerà i due membri che cessino dalle loro funzioni a capo di un biennio.

« 10. Per la nomina de' nuovi consiglieri in posto degli scaduti, o in caso di morte o di rinunzia in pendenza del quadriennio, l'arcivescovo presidente, sentito il parere del consiglio, propone una lista di persone, tra le quali il protettore eleggerà.

« 11. Questa lista conterrà non meno del doppio, nè piu del triplo del numero de consiglieri da eleggere.

« 12. I membri che cessano pel compimento del quadriennio possono essere posti nella lista e venir confermati dal protettore.

« 13. Le persone indicate nominativemente nel testamento saranno poste a preferenza nella lista.

« 14. Il consigliere eletto nel posto di un consigliere mancato per morte, o che abbia rinunziato, starà in ufficio pel tempo che vi sarebbe stata la persona alla quale e sostituito.

« 15. L'arcivescovo presidente può farsi rappresentare nel consiglio di amministrazione da persona di sua confidenza, anche estranea al consiglio ed ecclesiastisca o secolare.

« 16. In caso di morte dell'arcivescovo o di sua rinunzia all'arcivescovo accettata dal papa, la presidenza si trasmette al vicario capitolare.

« Ma per questo non s'intende di dare all'opera del lascito Estense il carattere di opera pia ecclesiastica, volendosi conservarla laicale e privata e assolutamente autonoma a termini del testamento che le da vita.

« 17. Alla validità e regolarità delle deliberazioni del consiglio basta la presenza di tre membri, compresovi il presidente o chi lo rappresenta, per gli oggetti ordinarii.

« Ma ove si dovesse trattare di mutazioni o modificazioni di questo Statuto, si richiede il concorso di tutti i consiglieri non impediti legittimamente. E si lascia al prudente arbitrio dell' arcivescovo presidente di domandare il concorso anche di altre persone da lui proposte per avere da esse un voto consultivo. In questo caso non presentandosi in numero sufficiente i consiglieri non impediti, avrà luogo una seconda convocazione; e anche questa non riuscendo per mancanza di numero, l'arcivescovo presidente nè convocherà una terza, nella quale si potrà deliberare, qualunque sia il numero degli intervenuti.

« 18. In tal caso la proposta di mutamento o modificazione non si intenderà approvata, se non raccoglie due terzi dei voti. Se il numero dei volanti è pari, l'arcivescovo presidente ha doppio voto.

« 19. La proposta di mutamento o modificazione dello statuto non potrà mai essere fatta se non dalla persona dell'arcivescovo presidente.

« Tal facoltà non passa nel vicario capitolare.

« 20. Per essere poi eseguito il mutamento o la modificazione che il consiglio abbia trovato conveniente di approvare, la proposta dovrà essere comunicata al protettore e rassegnata alla Santità del sommo pontefice per la definitiva conferma.

« 21. Avvenendo il caso di discrepanza di opinione tra il protettore e il consiglio circa l'amministrazione e l'erogazione o l'accumulamento delle rendite, nel caso che questo debba essere fatto in forza delle disposizioni scritte nel testamento; si dovrà in esecuzione del testamento medesimo rassegnare la questione alla Santità del papa regnante per la sua suprema ed inappellabile decisione.

« L'esecuzione di questo articolo è di esclusiva attribuzione dell'arcivescovo presidente, o del vicario capitolare in caso di sede vacante.

« 22. L'amministrazione economica sarà regolata con articoli addizionali al presente Statuto.

« 23. I redditi del lascito Estense sono destinati dal volere del testatore o a sollevare miserie immeritate o ad incoraggire talenti tecnici in ispecie, ma anche letterarii, con che tali talenti e l'istruzione vadano uniti a buoni portamenti ed operosità che ne sono in certo modo una conseguenza necessaria.

« 24. Non essendo poi prescritto un invariabile modo di erogazione, ma essendo anzi lasciato alla prudenza del consiglio di regolarsi secondo la varietà dei bisogni che si verifichi coll' andare del tempo; perciò in pendenza della deliberazione che si possa prendere circa la fondazione di un istituto diretto massimamente alla educazione ed istruzione tecnica ed anche letteraria di giovanetti di famiglie povere senza loro colpa; il consiglio per ora avrà in mira massimamente il sollievo delle immeritate miserie, preferendo nei sussidii da accordare quelli che possano essere applicati all'educazione ed istruzione.

« 25. Il consiglio, procuratesi le opportune informazioni, formerà d'anno in anno un conto preventivo della distribuzione da fare dei redditi nelle provincie che costituivano gli Estensi Dominii.

« 26. Ove esistano istituti o pubblici o privati che diano opera alla cristiana e civile educazione ed istruzione, segnatamente tecnica ed anche letteraria, potrà esse assegnato loro alcun sussidio da applicare a giovani meritevoli a senso della mente del testatore.

« 27. Una parte di questi sussidii può essere applicata alla educazione delle fanciulle.

« 28. Tutti gli assegni fatti dal consiglio si intendono pel solo anno corrente.

Omnes præcitati articuli tam ab ipsa commissione, quam a procuratore tutoris augusti hæredis probati fuerunt, si demas articulum 18 et 20, quos circa, ut refert archiepiscopus, quædam exorta est discrepantia inter commissionem et præfatum procuratorem.

Rebus itaque ita perstantibus totam rem in amplissimo EE. VV. consessu disceptandam proposui, ut non modo dictum Statutum probare, verum etiam discrepantiam mox exponendam circa præfatos articulos vigentem, abrumpere dignemini.

Revmus igitur archiepiscopus et commissio administratrix autumant se voluntatem Excelsi testatoris rite interpretasse, si articuli 18 et 20 retineantur prout jacent; dum e contra patronus agens pro hærede vellet « al primo dei suddetti articoli... aggiungere che le proposte di mutamento, oltre a un terzi almeno dei voti dovessero per la validità loro riportare l'approvazione del protettore. In pari tempo poi dall'altro articolo cassava la riserva che la proposta di mutamenti per essere eseguita dovesse prima comunicarsi al protettore. »

Ad suam protuendam sententiam præfatus procurator hanc argumentandi methodum instituit: « Quando la modificazione dello Statuto sta nel piacimento di due terzi del consiglio di amministrazione, in allora un successivo consiglio potrebbe, a modo di dire, stabilire che il lascito non abbisogna di protettore; al che credo di dovermi opporre: il citato passo del testamento non si riferisce, a mio parere, almeno nel testo tedesco, al mutamento dello statuto. Se nel testamento non è detto che lo statuto deve essere approvate dall'erede, non è nemmeno detto che esso può essere stabilito senza di lui. »

At vero nuper allata argumentatio Rmo archiepiscopo et commissioni administratrici haud placet, quia onerosæ conditiones ponendæ non sunt contra aut præter voluntatem testatoris; testator enim quod voluit expressit. Insuper addunt: « 1. Il protettore è ingiunto nel testamento, e però qualsiasi cangiamento dello Statuto non potendo contraddire mai alle disposizioni testamentarie, non equivarrà a cangiare il testamento. Resta quindi infondato il supposto, che una modificazione dello Statuto possa escludere o menomare l'azione del protettore in tutto ciò che inè proposito stabilito nel testamento. 2. Autentico testo delle ultime disposizioni del compianto principe è quello scritto di sua mano in lingua italiana. Fa d'uopo adunque in caso di dubbia interpretazione riportarsi a questo, e non ad una versione in lingua tedesca. 3. Ora i luoghi dell' articolo 15 del testamento, che hanno riferimento sia a modificazioni dello Statuto, sia alle approvazioni necessarie per tali modificazioni, sono testualmente i seguenti: — Non fissiamo nulla di invariabile quanto al genere di erogazione; giacchè coll'andare del tempo potrebbero variarsi i bisogni... Vogliamo che lo Statuto sia sottoposto all'approvazione papale... Qualora accadessero divergenze di opinione fra l'erede o successori nella eredità circa l'amministrazione del Lascito, circa il regolamento o cambiamento da farsi in quello ecc. preghiamo il S. Padre allora regnante ad avvocare a sè la questione, e decidere inappellabilmente. — Nelle quali espressioni emerge chiaramente che lo Statuto e le eventuali mutazioni di esso debbono riportare la sanzione pontificia, ma non appare che sia pure necessaria quella del protettore. Che anzi, ove questi sollevasse divergenze colla commissione, andrebbero esse a venir sottoposte al giudizio del Romano pontefice. Ne infine pare attendibile in niuna maniera la massima che siavi titolo a sostenere ciò che dal testamento non è escluso, o per meglio dire ciò dichè il testamento non parla;

essendo manifeste le strane conseguenze alle quali tale massima potrebbe condurre. »

Hisce expositis, EE. VV. exorantur, ut propositum Statutum, vel uti jacet, correctum aut emendatum, probare dignentur.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Pro gratia approbationis juxta modum facto verbo cum SSmo.* Die 22 septembris 1877.

MÉLANGES

— Mort du pape Pie IX. Oraison funèbre prononcée par Mgr Nocella, secrétaire des letires latines.

Parentalibus Pii IX pont. max. Oratio ad eminentissimos ac reverendissimos s. e. r. cardinales, Carolo Nocella, protonotario apostolico decuriali atque ejusdem pontificis ab epistolis latinis, habita in æde sixtina die xvii februarii a. mdccclxxviii. — Tristis sane, Emi ac Rmi Patres, tristis sane atque acerbus dolor nobis contigit, ut nempe pontificis ejus funus videremus, quem in caligine hujus sæculi velut insigne sidus lumenque respeximus, quem mirifice cum universo populo christiano dileximus, et de quo semper unanimis votis optavimus, ut post tanta discrimina et post tot procellas tandem tranquillo pacato florentique Ecclesiæ statu feliciter frueretur. At judicia Dei hominum noxas ulciscentis votis nostris non annuerunt; atque hodierna die augustæ Pii noni memoriæ, cui putabamus gratulationem pro felici rerum conversione nos oblaturos, funebrem laudationem et lacrymas cogimur, in supremum amoris et pietatis officium exsolvere. Sed facilius est ingentem tanti pontificis imaginem posse nobis animo effingere, quam orationis ope, suis lineamentis expressam, ut decet, exhibere. Agimus enim de eo pontifice, qui eo carior Ecclesiæ fuit, quanto diuturnius mortalis peregrinationis spatium implevit, de eo pontifice qui universos pastores et fideles suarum virtutum præcones habet, de eo qui vivens uti amplitudine meritorum, sic historiæ præconiis jam posteritati commendabatur. Quamnam igitur orationem ejus dignitati parem me afferre posse confidam? Nitar tamen, Emi Patres, Deo juvante, ac benignitate vestra favente memoriæ ejus debitum venerationis pignus offerre, in ipso spectans pontificem parem certamini quod contra Ecclesiam excitatum fuit, pontificem nempe qui supremi pastoris et principis dignitatem ac munera admirabiliter sustinuit, qui magnarum virtutum exempla catholicis populis præbuit, qui magnis gloriæ insignibus in suis tribulationibus effulsit, ita ut revera de eo dici possit, splendidum hoc sæculo spectaculum extitisse mundo et angelis et hominibus. Ex hoc spectaculo illud accidit, ut humana nequitia confusa fuerit, divinæ potentiæ gloria amplificata, ac Ecclesiæ divinum opus et divina vis novum splendorem acceperit. Habetis quid susceperim, præstare ut possim, quæso et obsecro, vestro me studio et benevolentia sustentate.

Ea est tempestas, ut nostis, quæ contra Ecclesiam nostro ævo erupit, ut in ipsam omni in terris defensore nudatam, diræ conjurationis acerbitas, omnes iniquitatis et calliditatis artes, potentium opes, violentiæ arma, conversa fuerint, adeo ut ea ubique pene in servitutem redacta, ipsa ejus vita in extremum fuerit conjecta discrimen.

Oppressa hoc modo Ecclesia, altera ex parte errorum lues, depravatio morum, omni ope ad corruptelam mentium animorumque provecta est, eo conatu et exitu, ut hujusmodi pestis non modo extremos societatis ordines, sed primores etiam funeste pervaserit. Non fidei solum, sed ipsius societatis civilis fundamenta convulsa fuere, et salutiferæ revelationis divino munere rejecto, eo etiam perventum, ut humanæ rationis ac naturæ vis et auctoritas, tamquam supremum numen consecraretur. In tanta perturbatione rerum, in ea tyrannide quæ libertatis nomen obtinuit, defuerunt in magnis rerum humanarum fastigiis fortes animi, quorum vires pares certamini, pares causæ ostenderentur. At non talis fuit tuus animus, tua virtus augustæ memoriæ, Pie, ut magnitudine dimicationis et infidelis animis terreri posses; tu Dei potentia subnixus certamen strenue suscepisti, et in pontificia statione ac vigilia collocatus ostendisti te esse constitutum ut ædificares, plantares, evelleres, destrueres, confirmares infirma, depravata converteres, et verbum vitæ in æternitatis cibum effunderes; ostendisti te esse dignum ea causa quam propugnabas, dignum apostolico munere quo fungebaris. Vos enim scitis, Emi Patres, nihil illi tota vita antiquius fuisse, quam ut errores qui insidiose serpebant apostolica damnatione ac censura confoderet, disciplinam morum defenderet, quarum rerum causa errorum hujus ævi syllabum edendum, et œcumenicum concilium indicendum putavit, intelligens quam magni momenti ea opera essent, ut catholica fides et doctrina incolumis maneret, ac novo lumine illustraretur. Episcopale autem ministerium respiciens divina ordinatione constitutum, ad regendos in omni orbis regione fideles, in illud tamquam in arcem et propugnaculum ecclesiæ suas curas perpetuo convertit, operam navans in strenuis viris dignisque eligendis, in iis omni præsidio confirmandis, in viduis Ecclesiis suo rectore muniendis, in hierarchia per plures provincias constituenda quo divina religio tutelam haberet, incrementa susciperet. Ejus apostolicum zelum sensit sacerdotalis ordo, cui voce et exemplo maxima semper ad virtutem incitamenta dedit, sensere sacri ordinis alumni, quibus vel seminaria condidit, vel conditis subsidia impertivit, sensere religiosæ familiæ quarum temporali et spirituali bono studiose consuluit, sensit omnis christianus populus quem jubilæis indictis ad emendationem morum et sanctitatem excitavit, et suis privatis concionibus quæ deinde vulgabantur, ad precum officia, ad justitiæ et salutis opera cohortari non destitit, sensere gentes ab omni civili humanitate remotæ, quæ evangelicæ veritatis præcones acceperunt, sensere demum omnes terræ reges et populi quorum alteros prout adjuncta poscebant divina qua præcellebat auctoritate monuit, ut Dei causam susciperent, aut ut se patres et pastores, non graves dominos populorum esse meminissent, alteros hortabatur, ut debitum obsequium supremæ auctoritati præstarent. Conventiones porro ab eo initæ cum civilibus potestatibus, Pontificiæ litteræ quas dedit innumerabiles, tot illustria monumenta sunt apostolici ardoris, quo ad suum ministerium implendum, ad Ecclesiæ rationes curandas, ad roborandos in præliis Domini animos, flagrabat. Ex his autem omnibus curis pulcherrimum eum fructum percepit, ut nempe videret firmam ac stabilem episcoporum et fidelium cum apostolica Sede conjunctionem, quæ admirabile spectaculum vel ipsis hostibus hoc ævo constituit.

At ardenti ejus in religionem studio ille quoque ardor conjunctus fuit, quo decorem domus Dei, et pietatis incrementa in dies magis promovenda censuit. Hic ardor enituit in instauratione templorum, in pretiosis donariis quæ sacrorum splendori dicavit, in largitione sacræ supellectilis qua tot ecclesias instruxit, in augendis sanctorum cœlitum honoribus, in sæcularibus aliisque solemnibus quæ ad demerendam cœlestium opem peregit, ac præsertim in eo supremi magisterii oraculo, et augusta illa religionis celebritate, qua anti-

quam et unanimem fidelium venerationem erga Deiparam ab origine immaculatam, in magna orbis cathelici gratulatione obsignavit.

Vestri quoque ordinis dignitas, Emi Patres, ei carissima fuit; nunquam enim vacuas vestri ordinis sedes implere destitit, ac dignitatis vestræ insignia, ad Græcos, Ruthenos, ad extremas Americæ terras extendens, effecit ut obsequium et honor erga vestrum amplissimum ordinem latius propagaretur.

Cum autem tot nefariis ausibus Ecclesiæ et apostolicæ Sedis jura violata et conculcata fuere, frontem impavidam præferens apostolicam vocem extulit, hostibus sacerdotalis animi robore obstitit, vexatis quod potuit præsidium attulit, pro Christi hæreditate tuenda sanguinem etiam profundere paratus fuit. Hoc tempore quanta illi perpetienda aspera rerum et acerba fuere! Maximum imprimis eum dolorem tulit, ut causam Dei desertam videret, et se in ea conditione positum ut nullum tot malis remedium afferre posset. Necesse ei præterea fuit ad Romani pontificatus dignitatem tuendam octo fere annos se domi perpetuo continere, opus fuit petulantiam procacium scriptorum ac turpium imaginum ludibria subire, opus fuit iniqua eorum vota sæpe perferre, qui mortem senis expectare longum censebant. Sed Christi et justitiæ causa omnia hæc æquo animo pertulit et constantissimo ac perferendo viam magna ex parte munivit, ut aliquando devia humana societas ad cor revertens, vocem supremi pastoris audiat et veneretur.

Quod si in eo imaginem principis et reipublicæ rectoris contemplemur, videbimus ejus erga civilem societatem merita talia fuisse, ut nihil optimo principi defuerit, nisi ut melioribus temporibus uteretur. Num enim non optimus is esse poterat, qui ea fundamenta in quibus ordo civilis nititur, tamquam gubernacula habebat quibus reipublicæ procurationem moderaretur? Regnum ab insigni clementiæ opere exorsus, cujus ut nostis amarissimos fructus tulit, nihil potius habuit ab inito principatu, nisi ut curas et contentiones omnes ad utilitatem et prosperitatem civium intenderet. De animorum et mentium cultu imprimis sollicitus, scientias artesque provexit, magisteria instituit, magnis sumptibus adjumenta quæ scientiarum cultoribus usui essent, comparavit, juvenilem præsertim institutionem tam in populo quam in majoribus societatis gradibus omni liberalitatis genere promovit, quam deinde institutionem sub nova dominatione in disciplinam nequitiæ immutatam videns, magno dolore ingemuit, ac effusis impensis contendit, ut aliquod remedium gravissimo huic malo pararetur. Nec præterea animum non adjecit ad rempublicam opportunis institutis et legibus juvandam, ac optans ut præmia et incitamenta civibus præsto essent, nova honorum ornamenta remunerandis optime meritis constituit.

Quod autem fuerit ejus studium in iis quæ ad externum urbis decus, et ad vitæ civilis utilitatem pertinent, ostendunt publica opera ejus auspiciis et munificentia perfecta, ostendunt viæ militares restitutæ, aquæ deductæ, clivi Aricini opus ausus Romanorum temporum repræsentans, maxima ædificia in usum pauperum excitata. Docent etiam instituta, quibus rei agrariæ prospexit, monumenta vetera alia, a squalore eruta, alia in apricum prolata, docent effossa ex colonia Ostiensi marmora ac signa, qua in re effecit, ne hæc urbs Pompeianarum antiquitatum opes, Campaniæ oris invideret. Neque in tantis his molitionibus quibus lucri opportunitatem operariorum classibus sapienter aperiebat, unquam passus est vel in magnis publici ærarii angustiis, ut sui cives novis vectigalibus gravarentur.

Mirabitur sane posteritas, P. E., quod tantus hic princeps potuerit regno et libertate spoliari; at hoc iniquitate hominum et temporum bonis omnibus intimo dolore affectis per summam injuriam passus est, sed ita passus, ut dignitatem et principalia S. Sedis jura impavide sustineret, ita passus ut omnia quæ poterat præsidia ad impedienda vel minuenda publica civium mala tum animorum tum præsentis vitæ adhiberet, ita passus ut civibus suis qui publica munera gesserant sua stipendia servaret, effecitque charitate sua ut ii, qui paternum ejus imperium non amplius sentiebant, patris tamen animum et opem experirentur. O Pie, nostræ lacrymæ fortasse consumentur, sed de te cogitare nunquam poterimus, quin semper infixus in animo hæreat dolor.

At aliud etiam fuit illustre spectaculum ac decus quod princeps optimus populo christiano præbuit, ac contulit, magnarum scilicet exempla virtutum, quæ in eo ita singulæ nitebant, ut in una aliqua seorsim excolenda ipsum se exercuisse putares, sic junctæ lucebant universæ, ut utra alteri præstaret non facile judicasses. Aliis quidem ætatibus Deus inter Ecclesiæ membra extulit viros, quorum præcipuus sanctimoniæ splendor oculos omnium ad se potenter raperet, hoc autem ævo magnarum virtutum lumen in ipso visibili Ecclesiæ capite ostendere voluit, ac in eo tanquam splendidam facem edito e loco exhibuit, quam omnes gentes aspicerent, ac ducem lubrico in tramite sequerentur. At quænam fuit hujus lucis vis magnitudo? Ut taceam de iis virtutibus quæ in sanctuario pectoris abditæ testem habuere Deum, et eos qui consuetudine optimi pontificis fruebantur, nemo non admirabatur ipso præclaram vitæ innocentiam, humilitatem in imperio, indefessam in rebus Ecclesiæ curandis contentionem, humanitatis gratiam, quam totius oris dignitas, et suavis ille oculorum conjectus augebat, ac præsertim vim illam qua erat potens et dominator sui, ac rex ejus regni, quod iniquitas hominum ei eripere non poterat. Nemo non suspexit firmam illam fiduciam qua nitebatur in Deo, ex qua ea constantia et fortitudo invicta manabat, qua frangi flectique nescius restitit semper Ecclesiæ oppugnatoribus, ac iniquas eorum spes labefactavit.

Insidet autem animis vestris Emi Patres luctuosa recordatio malorum publicorum, quæ sæpe ille in amplissimo cœtu vestro cum magno dolore recensebat, nostis etiam acerbissimos dolores quibus ipse diu cruciatus fuit, at pariter in his omnibus nostis, qua æquitate animi divinæ voluntati subjecti, qua patientia et oris serenitate, tot mala perferebat.

Ejus autem charitatis in Deum præclara argumenta sunt fervidæ preces quas diu producebat, animi fervor cum rei divinæ operaretur, ac quæstus et lacrymæ quas nullus privatus dolor, sed injuriæ divino numini illatæ ex ore et oculis ejus sæpissime expresserunt.

Voluit Deus ut sancta hæc Sedes bonis suis inique ereptis, admirando pietatis exemplo omnium orbis fidelium amplis muneribus et largitionibus juvaretur, at optimus pontifex charitate erga dominicum gregem incensus non ea ad augendum dignitatis suæ splendorem, non ad opes suorum amplificandas, sed ad religionis præsidium, ad sublevandam familiam Christi perpetuo contulit, quæ in hac urbe et ubique locorum tum in privatis tum in publicis calamitatibus eum semper solatorem ac patrem invenit. Qua in re certare quodammodo visæ sunt divini largitoris benignitas et inexhausta pontificis beneficentia, ut quo magis iste quæ præsto erant, in egentium subsidium erogaret, eo majori liberalitate opes ex toto orbe in unius gremium affluerent.

Ex hoc virtutum spendore qui omnium oculis emicabat factum est, ut fidelis populus pastorem suum non modo dum viveret quasi cœlitem degentem in terris venerabundus suspiceret, sed etiam in obitu virtuti ejus testimonia luculenta præberet, quod nos in hac urbe commotis animis conspeximus, concurrentibus ingenti agmine civibus et advenis ad exuvias ejus, ut extremo officio novisque cum lacrymis, filialem venerationem et pietatem patri merentissimo testarentur. Merito

utique, vos populi fideles, merito etiam tu urbs nostra carissima tanti pontificis desiderio commoti : intellexistis enim quantam honorum jacturam in funere ejus fecistis, qui erat clypeus ac solamen Ecclesiæ, exemplum sanctimoniæ, magister et adsertor justitiæ ac veritatis.

At quæ unquam gloria cum ea comparari queat quam ipse dum iniquitates hostium perferret, a Deo et ab hominibus assequebatur ? Totum enim tribulationum ejus tempus quasi cursus quidam gloriæ, et continens triumphus fuit. Primum quidem talis erat ejus senectus in tot acerbitatibus, ut quod Hieronymus de Paulo Concordiensi ait, non memoriæ tenacitatem antiquior ætas dissolveret, non calidi acumen ingenii frigidus sanguis obtunderet, non contractam rugis faciem arata frons exasperaret. Futuræ resurrectionis virorem in eo Dominus ostendebat, ut peccati sciremus esse quod cæteri adhuc viventes præmoriuntur in carne, justitiæ, quod ipse adolescentiam in aliena ætate mentiretur.

Pastores autem et fideles Ecclesiæ ingentem pontificiæ virtutis speciem in illo intuentes, ejus laudes, ut nostis, publicis celebrabant litteris, laboranti fidem et amorem suum profitebantur, nullum largitionibus modum inaudito exemplo statuebant, ex dissitis regionibus confluebant ad Patrem, ac memorias ejus summo studio quærebant, quas veluti sacra pignora religiose servarent. Sed inter has glorias eæ præcipua quadam luce nituerunt, quas ipse obtinuit cum Deo largiente sacerdotalem jubilæum attigit, et cum Romani pontificatus spatium ultra B. Petri annos, et ultra quinquagesimum annum ab episcopali dignitate accepta propagavit. Plurimi ex vobis, P. Emi, qui dierum illorum gratulationem et lætitiam viderunt, sciunt optime quam illustria, quam augusta ea spectacula fuerint, quos intimos sensus excitarint, ut eorum recordatio nulla diuturnitate temporis possit extingui. Hostes enim ejus ante annos e vivis evanescebant, at ipse retributionem peccatorum videns dierum longitudine repletus vitali vita et gloriæ amplitudine fruebatur. Putabant impii tantum pontificem se vicisse, et oppressa potestate ejus, pontificatus vim simul obruisse, at orbis in terra universus eum venerabatur, et sentiebat ac prædicabat eum esse hostibus suis, eorum invidia et vexatione majorem.

Unum visum est defuisse ad cumulum gloriæ desideratissimi Patris, ut nempe diem illum videret quo sua Ecclesiæ jura, sua libertas restituta esset. Sed summus Deus illi melius consultum fore putavit, si eripiens animam ejus a sæculi fluctibus, oculos ejus a lacrymis, ei tribueret eam gloriam et gaudium, quod nullis temporum limitibus, nullis felicitatis finibus continetur. Abiit enim princeps sanctissimus accipere sibi regnum quod non deposuit sed mutavit in tabernacula Christi jure pietatis adscitus, in illam Hierusalem supernam ubi nunc positus dicit, sicut audivimus ita et vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, quam Deus fundavit in æternum. Cum autem ea dies terris advenerit, qua pax optata refulgeat, non poterit magnus pontifex ea gloria carere, ut nempe omnes, qui pace illa fruentur, ejus constantiæ, laboribus, precibus eam magna ex parte deberi fateantur.

At tu interea, anima beatissima, supremi pontificatus insigne ornamentum et decus, tuorum meritorum immortali corona perfruere. Tibi dedit Deus ut nobilis victrix iniquorum temporum e terra discederes, dedit virtuti tuæ commune orbis studium, desiderium et præconium, daturus fortasse etiam olim, ut tua memoria cœlitum honoribus consecretur. Nobis quidem ingens superest dolor, quod tuo aspectu, tua voce, tuo solatio destituti sumus, at tuo nomini ea fortuna superest, ut triumphalibus Ecclesiæ fastis inscriptum, in honore et prædicatione versetur, donec justitia, veritas ac recte facta in terris commendabuntur. Virtutis autem tuæ exempla vigebunt semper in animis nostris; et quoties iniquitas temporum nos in discrimen adducet, toties ex iis stimulos capiemus, ut ad firmitatem et constantiam erigamur. Dum vero piaculares ritus hic tibi instauramus, nos vicissim e tua sede respice, a Deo posce, ut justitiæ consilia mitescant, ut quæ a te sunt gesta pro sua gloria, fortunet, ut quas benedictiones tanto cum animi affectu nobis impertire consueveras, confirmet, earumque fructum copiose largiatur.

— *Entrée des cardinaux dans le conclave. Discours prononcé par le prélat secrétaire des brefs aux princes sur l'élection du pape.*

Dicturus, Eminentissimi Patres, ad hunc Sacrum Senatum de summo pontifice eligendo, non minus ab augusta cœtus majestate commoveor, quam ab amplitudine materiæ et gravitate. Verum, cum gratissimo perpendam animo, me, nulla licet laude perspicuum et fere delitescentem fuisse a vobis ad hunc honorem vocatum simulque nihil a me proferi posse, quod sapientiæ, experientiæ, religionique vestræ non sit perspectissimum; recreor et confirmor, ac benignitati vestræ plane confisus, quæ, non aliena proposito themate, menti suggesserunt præsentia temporum et rerum adjuncta ingenue efferam et paucis.

Si unquam oportuit, ut qui præficiendus erat universæ Ecclesiæ vocaretur a Deo tamquam Aaron, nunc certe necessarium est in primis, cum in adjunctis prorsus insuetis ipsa versetur, sive ex hominum, sive ex divinæ providentiæ factis. Semper equidem Ecclesia in militante sua vita vel cum potentium ambitu, vel cum morum licentia, vel cum errore, schismate, hæresi colluctari debuit. Sed hæc ab isto aut illo procedebant principe, istud aut illud impetebant jus ejus aut dogma, istam aut illam nationem commovebant : dum impræsentiarum in orbe universo populi meditati sunt inania, et principes, qua torpendo, qua insectando convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Ipsa rebellionis indoles est plane diversa. Dum enim Sancta Sedes sua civili ditione privatur, et cum illa destituitur propria temporali autonomia, spectatur præcipue spiritualis ejus auctoritatis depressio et deletio. In ordine vero fidei, non hoc aut illud peculiare jus aut dogma oppugnatur, sed quotquot unquam fuerunt errores una congeruntur, et ad ipsum efferuntur atheismum ; per quem securis admovetur totius veri et justi radici et fundamento : ita ut videre debuerimus primum, post novemdecim generalia concilia, Vaticanum ad asserendam Dei existentiam coactum. Hanc a corrupta plebe passim contemni audimus et irrideri, hanc impugnari conspicimus a pseudophilosophis sive per pantheismi et materialismi doctrinas, sive directe per sophismata, non minus in cathedris, quam in editis operibus; et ad eam deventum est impudentiam, ut in hac ipsa Italia circumferatur ephemeris, cui titulus l'Ateo, novo prorsus exemplo, cum non solum inter christianos, sed nec inter ipsas gentes tanta impietas umquam tolerata fuerit; et Protagoras ab Atheniensibus impietatis damnatus, ejusque volumina publico decreto combusta id aperte testentur.

Nec mirum : ille, qui dixerat olim in cœlo : Non serviam, quique fuit eritque semper auctoris sui ejusque operum osor infensissimus, asseclas se dignos sibi quæsivit inter homines, cosque sibi per concupiscentiæ superbiæque nexus obstrictos, in nefarias turbulentasque coegit consociationes quæ, frustra confixæ pluries ab Ecclesia, negligentibus et haud raro fabentibus populorum rectoribus, ita creverunt, tantamque sibi compararunt potentiam et gratiam, ut aulas omnes principum

invaserint, rerumque demum summa potitæ fuerint. Istæ spiritu ducis informatæ et desideria patris sui volentes perficere, bellum divinæ humanæque indixerunt auctoritati; ea tamen arte, ut humanam cum sacra committentes ad hanc delendam illa uterentur; quæ solido sic fundamento destituta, facile deinde subrui valeret. Cum itaque ab una mente tota rebellio regatur, qua patet orbis, eadem plano methodo eademque ratione ubique gliscere, procedere, invalescere, conspicitur; discrimine tantum serto indolis morumque nationum, scilicet, ut cautius liberiusve procedat, violentius vel remissius, prout suadeat publicæ indignationis et commotionis vitandæ necessitas.

Ceterum ubique spoliatur Ecclesia, ne ministros alere possit sacrumque cultum sustentare, beneficia supprimuntur; legibus, calumniis, cachinnis sacra deprimitur auctoritas; disjiciuntur religiosæ familiæ : seminaria abolentur clericique vocantur ad arma ; spirituale Sanctæ Sedis commercium cum episcopis et populis intercipitur : mulctis, exilio, carcere præsulibus et sacerdotibus os obstruitur, ne scelestas moderatorum machinationes aperiant populis, eosque in avita fide et pietate confirment: execratur matrimonium; institutio juventutis, adolescentiæ ipsiusque infantiæ subducitur ab Ecclesia, ne prima ætas sanis imbuta doctrinis cavere valeat a fraudibus, aut, iis decepta, serius resipiscere. Laica vero potestas, usurpatis Ecclesiæ juribus, judicio suo subjicit litteras apostolicas, mandata, rescripta; præsules e sua sede depellit; inquirit non solum in sacras conciones ut in verbo captet oratores, sed in ipsam sacramentorum administrationem : procurationem et dispensationem ecclesiasticorum honorum laicis committit; præceptores, ut plurimum perversos, ad docendum vocat, ut totam plane vitiet succrescentem sobolem, cui etiam crebiora obtrudit licentiæ lenocinia ; et, ad consummandum schisma populo facultatem asserit eligendi episcopos et parochos. Quæ omnia sicuti indole sua, ad Jesu Christi regnum subvertendum excogitata conspiciuntur : sic ab impietatis coriphæis accepta referri Satanæ liquet, tum e laudibus, quibus ipsum prædicant auctorem et promotorem veri progressus, tum ex ominosa illa et nefaria inferorum salutatione, qua præsentium commotionum eruptio celebrari consuevit.

Luctuosissima hæc ab inferis et humana malitia. Quod si ad divinæ providentiæ ordinem convertamus oculos, perspicere videmur, eam, insolita ratione, per mirorum potius factorum evidentiam, quam per humanum ministerium obterere decrevisse superbiam et insipientiam impiorum, qui divinitatem institutionis Ecclesiæ irridentes, eamque tribuentes humanæ versutiæ et figmentis, se ipsam deleturos jactarunt. Et sane, si alias ab alicujus ambitu civilis Sanctæ Sedis ditio impetita fuit aut etiam occupata, potentior illi objectus est, qui patrimonium Ecclesiæ pontifici redderet. Quoties hæresis et schisma mysticam Christi vestem consciderunt, toties excitati sunt viri clarissimi sanctitate, scientia, fortitudine, qui fiducialibus veluti litteris muniti miraculorum, prophetiæ, cœlestium charismatum, sisterent errorum irruptionem, offusas populis tenebras discuterent, confirmataque fide, vires eorum converterent in tutelam veritatis.

At in præsentiarum, ubi agitur de insectatione, non ab aliqua natione, sed a toto orbe commota in Ecclesiam, non de peculiari errore, sed de omnium errorum congerie ad athismum usque provecta : non modo sivit Dominus sponsam suam frusta circumspicere, cum non sit inter potentes qui eam adjuvet, non modo nullum ei dedit e colosseis illis viris, quos alias in minori periculo adhibuerat, sed fortiores et milites præripi sivit, vel a communi naturæ lege, vel a ferro aut veneno, vel ab exilio et carcere; et alios ad cessandum cogi a prudenti metu gravioris discriminis Ecclesiæ inferendi. Summus, quem lugemus, supererat pontifex, validissimum Ecclesiæ columen, insigni, tum in adversis perferendis, tum in propugnandis sacris juribus constantia commendatus ab ipsis ejus hostibus, quem omnes veluti pharum salutis suspiciebant, et qui virtutum omnium laude, ac potissimum caritate, liberalitate et benignitate, omnes ita sibi devinxerat, ut verba ejus, quantumvis captivi, trepidationem ingererent osoribus Ecclesiæ, etiam potentibus, ac afflictam catholicam familiam mirifice recrearant, et ad spirituale certamen alacrius urgendum incenderent. Et hunc quoque patrem amantissimum et præstantissimum præsidium a nobis amovit Deus, ne scilicet confideremus in homine.

Verum dum humanis quibusque subsidiis Ecclesiam suam ipse privari sinebat, episcopatum universum arctiore, quam antea vinculo obsequii et amoris obstringebat capiti suo; per miras Deiparæ apparitiones et innumera miracula nutantem ac pene extinctam in plurimis fidem suscitabat et confirmabat in ceteris; fidelium animos religionis proculcatione et discrimine fractos ad communem parentem, unitatis catholicæ centrum, convertebat, et ab eo recreatos in auxilium adhibebat oppressi cleri et episcopatus; ad extremas terræ regiones, et ad regna catholicæ religioni impervia evangelii lumen proferebat ; restituebat in Anglia et Hollandia ecclesiasticam hierarchiam jamdiu deletam, idem beneficium Scotiæ mox collaturus; plurimas excitabat pias consociationes et religiosas familias, quæ diversis fidelium necessitatibus curandis addictæ integritati et propagationi fidei prospicerent; credentium, numerum sic augebat, ut per centenas novarum episcopalium sedium erectiones iis consulere oportuerit ; summo autem pontifici ad inopiam redacto adeo largiter subveniebat per miram, inter publicas privatasque rerum angustias, fidelium omnium liberalitatem, ut ei liceret solitis munerare stipendiis quotquot militaribus aut civilibus muneribus functi fuerant, erigere scholas, collegia, seminaria; episcopos per Italiam omni reditu atque ipsa domo destitutos sustentare ; templorum instaurationi incrementoque divini cultus ingentes impendere sumptus; magna opera moliri; juges profusasque largiri eleemosynas egestati; et haud raro urbibus et oppidis, in exteris quoque regionibus, incendio, terræ motu, inundatione vastatis auxiliari. Quibus evidentissimis factis, ac plane miris, dum Deus luculenter ostendebat, Ecclesiam reapse opus esse suum et incassum idcirco humano ei subduci præsidia et exitia moliri; subsannabat simul inimicos suos, ac indubiam fidelibus spem ingerebat victoriæ, eo nobilioris et amplioris, quo clarius sibi soli successum servasse demonstrabat.

At quidquid ipse facere constituit in sui nominis gloriam et humanæ familiæ beneficium, id non solum enixe peti, sed et, collata hominum opera, conciliare voluit. Vos itaque, Eminentissimi Patres, congregavit, ut paretis ei viam et rectas faciatis semitas ejus per electionem sacerdotis juxta cor suum, qui consiliis suis sit plane responsurus. Meum certe non est ejus designare notas, quas gentium Apostolus perspicue descripsit, et post eum encleate fuseque recensuerunt Ecclesiæ Patres; vos ipsi vero facile dispicietis in tanta Ecclesiæ vexatione, in tanto animarum discrimine, in tanta rerum trepidatione et difficultate, quanto studio res maturanda sit, et quo zelo, qua caritate, qua prudentia, qua firmitate ornatum esse oporteat illum, cui naviculæ Petri undique jactatæ clavus sit committendus.

Hujusmodi certe laudes non desiderantur in amplissimo senatu vestro; exploratissima vero vestra religio et impensum illud studium, quo flagratis, unius divinæ gloriæ et utilitatis Ecclesiæ, vos veluti sponte ad ejus electionem adducent, qui cumulate iis dotibus instructus, idoneum se præbere valeat adjutorem Dei, et ab ipso propterea se vocatum exhibeat tamquam Aaron. Hunc a Deo jugi prece poscit catholicus orbis universus, hunc anxius inter pericula quotidie majora a vestro

in Ecclesiam amore et a vestri maturitate judicii ipse citius expectat; certus, spem suam minime foro decipiendam.

— *Consistoire. Notification adressée aux cardinaux. Objet de l'assemblée consistoriale. Costume des cardinaux.*

Notre saint-père le pape Léon XIII a tenu son premier consistoire le jeudi 28 mars 1878. La veille, les appariteurs du palais apostolique ont porté au domicile des cardinaux la notification suivante :

Intimatio per cursores facienda domi dimisso exemplari. — Feria quinta die 28 martii 1878 Sanctissimus Dominus noster Leo PP. XIII in superiori aula palatii apostolici Vaticani, hora decima matutina, primum habebit consistorium secretum, in quo sacro Cardinalium collegio de sua ad supremi pontificatus apicem assumptione gratias aget; mox rebus consistorialibus absolutis, catholicæ fidei professionem emittet, et inviolabilem nonnullarum prædecessorum suorum constitutionum observantiam promittet atque jurabit; ac tandem reserato præfatæ aulæ ostio, galerum rubrum pontificalem eminentissimo et reverendissimo D. Cardinali Mac Closkey ex ritu tradet.

Intimentur omnes et singuli eminentissimi et reverendissimi DD. S. R. E. Cardinales, qui vestibus et cappis violaceis cum pellibus armellineis induti intererunt, quorum caudatarii vestem nigram cum pallio simili assument.

De mandato SS. D. N. SS. D. N. Papæ
Pius Martinucci
Protonot. Apost. Cœrem. præfectus.

— *Procès-verbal du consistoire. Allocution du saint-père Léon XIII aux cardinaux. Coopération des cardinaux au gouvernement de l'Eglise. Serment par lequel le pape s'engage à ne pas céder l'Etat temporel du Saint-Siége.*

A 10 heures, le Saint-Père quittait ses appartements et se rendait dans une salle voisine de celle du consistoire ; il y revêtait les vêtements pontificaux avec le *piviale* de satin rouge et plaçait sur sa tête la mître de drap d'or; puis, suivi des cardinaux, il faisait son entrée dans la grande salle et allait prendre place sur le trône.

Après avoir reçu les hommages du Sacré-Collége, Léon XIII a prononcé l'allocution suivante :

« Vénérables frères,

« Aussitôt que dans le courant du mois dernier, nous avons été appelé par les suffrages que vous nous avez donnés, à assumer le gouvernement de l'Eglise universelle et à être sur cette terre le vicaire du prince des pasteurs, Jésus-Christ, nous nous sommes senti en proie à un très-grand trouble et à une émotion très-vive.

« En effet, d'une part nous étions atterrés, et par la conscience de notre indignité et par la pauvreté de nos forces, tout à fait au-dessous d'une charge si lourde. Cette indignité nous apparaissait d'autant plus grande que la renommée de notre prédécesseur Pie IX, pontife d'immortelle mémoire, s'était répandue dans le monde plus splendide et plus célèbre. Ayant combattu sans relâche et avec une ardeur invincible pour la vérité et pour la justice et ayant exemplairement tenu avec de grandes fatigues l'administration de la république chrétienne, cet illustre recteur du troupeau catholique a non-seulement illustré ce Siége Apostolique par la splendeur de ses vertus, mais encore il a tellement rempli l'Eglise tout entière d'amour et d'admiration pour lui que, de même qu'il a surpassé tous les pontifes romains par la longue durée de son pontificat, de même par bonheur et même à la préférence de tous il a obtenu les plus amples témoignages de respect et de vénération constante et publique.

« D'autre part, nous étions grandement affligés par la très-triste condition dans laquelle se trouvent presque partout dans les temps présents non-seulement la société civile, mais aussi l'Eglise catholique, qui, violemment dépouillée de sa puissance temporelle, a été placée dans une situation telle qu'elle ne peut jouir entièrement du plein, libre et indépendant usage de son pouvoir.

« Cependant, vénérables frères, quoique ces motifs nous poussassent à refuser l'honneur offert, comment aurions-nous néanmoins pu résister à la volonté divine, qui s'est manifestée dans l'assentiment de vos suffrages et dans cette très-pieuse sollicitude qui a été cause que vous ayez eu uniquement en vue le bien de l'Eglise catholique et que vous ayez réussi à faire en sorte que l'élection de son souverain pontife fût très-prompte?

« Nous avons donc cru devoir accepter la charge qui nous était offerte et obéir à la volonté du Seigneur, mettant en lui toute notre confiance et espérant fermement qu'il soutiendrait par sa vertu notre humilité, puisqu'il nous en avait conféré la dignité.

« Maintenant, vénérables frères, puisqu'il nous est donné d'adresser pour la première fois la parole de cette place à votre grand ordre, nous voulons, avant tout et par dessus tout, protester solennellement que rien ne sera plus sacré pour nous dans cette charge de servitude apostolique que de tourner tous nos soins vers l'inviolable conservation du dépôt de la foi catholique, vers la fidèle sauvegarde des droits et des canons de l'Eglise et du siége apostolique, disposé en ces circonstances à ne nous soustraire à aucune fatigue, à ne refuser aucune incommodité, à ne jamais laisser penser que notre vie soit plus précieuse que nous-même.

« Dans l'accomplissement de ces parties de notre ministère, nous avons aussi confiance que votre conseil et votre sagesse ne nous feront pas défaut et c'est notre vif désir qu'ils ne nous manquent jamais; nous ne voulons pas que vous pensiez que cela est dit presque pour la forme, mais bien par une solennelle déclaration de notre volonté. En effet, en nous est gravé le souvenir de ce que, d'après le récit des livres saints, Moïse fit pour obéir à un divin ordre : Moïse, épouvanté de la lourde charge de gouverner le peuple entier, convoqua autour de lui soixante-dix hommes choisis parmi les plus anciens d'Israël, afin qu'ils partageassent avec lui cette charge et qu'ils allégeassent par leur labeur et par leur conseil les immenses soucis de la direction du peuple d'Israël.

« Ayant devant les yeux cet exemple, et quoique nous ayons été, malgré notre peu de mérite, institué chef et recteur de tout le peuple chrétien, nous ne pouvons pas ne pas demander aide pour nos fatigues et soutien pour notre esprit à vous qui occupez dans l'Eglise de Dieu le poste de ces soixante-dix hommes d'Israël.

« Nous savons également que, comme l'attestent les divins oracles, *là est le salut où nombreux sont les conseils;* nous savons que, comme l'enseigne le concile de Trente, l'administration de l'Eglise universelle, entre les mains du Pontife romain, trouve appui dans le conseil des cardinaux ; nous savons enfin que saint Bernard appelle les cardinaux les collatéraux et les conseillers du Pontife romain ; et c'est pour cela que nous qui, pendant vingt-cinq ans environ, avons eu

l'honneur d'appartenir à votre collége, nous avons apporté sur ce siége suprême non-seulement une âme pleine d'amour et de déférence pour vous, mais aussi une ferme volonté de nous servir maintenant de votre aide comme de celle de compagnons et de collaborateurs dans nos fatigues et dans nos conseils, comme nous avons eu jadis avec vous cette communauté d'honneur.

« Maintenant, il nous survient une chose très-agréable et très-opportune, vénérables frères, c'est de devoir partager avec vous un fruit de douce consolation que, grâce à un travail heureusement conduit, nous avons cueilli pour la gloire de notre religion. En effet, ce que notre prédécesseur, de mémoire sacrée, Pie IX avait déjà entrepris par suite de son zèle envers le catholicisme, qui avait été décrété par le vote de ceux parmi vous qui appartiennent à la congrégation sacrée de la Propagande, c'est-à-dire que la hiérarchie épiscopale étant constituée dans le royaume d'Ecosse, cette Eglise reprit son ancienne splendeur, il nous a été concédé, avec l'aide de Dieu, d'accomplir heureusement et de conduire cette tâche à son terme ; nous avons ordonné que des lettres apostoliques fussent publiées le 4 de ce mois et de cette année. Nous nous réjouissons, en effet, vénérables frères, que dans cette circonstance on ait pu satisfaire aux désirs ardents de fils chéris en Jésus-Christ : le clergé et le peuple d'Ecosse ont donné des preuves nombreuses et éclatantes de leur attachement à l'Eglise catholique et à la chaire de saint Pierre.

« Nous avons la ferme confiance que cette œuvre accomplie par le Saint-Siége sera couronnée par le plus beau succès, et que, grâce à l'intervention des saints protecteurs de l'Ecosse, dans ce pays chaque jour davantage *suscipiant montes pacem populo et colles justitiam.*

« Du reste, vénérables frères, nous ne pouvons absolument douter que vous, animés de la même volonté que nous, vous travaillerez avec ferveur pour la défense et l'intégrité de la religion, pour le soutien de ce siége apostolique, pour la plus grande gloire de Dieu. Vous n'oublierez pas que dans le ciel la récompense sera commune, si commun a été notre travail dans l'intérêt de l'Eglise.

« En attendant, interposez la médiation puissante de la Vierge Marie Immaculée, du saint patron de l'Eglise, saint Joseph, et des saints apôtres Pierre et Paul, et conjurez de concert avec nous ce Dieu plein de miséricorde qu'il nous aide tout jours de sa grâce, qu'il guide vers le bien nos propos et nos actions, qu'il accorde à notre ministère des jours heureux et qu'enfin les vents apaisés et la tempête calmée, il conduise au port désiré de la tranquillité et de la paix la barque de Pierre, que, dans la fureur de la tempête, il a voulu nous confier. »

En réponse aux sentiments de bienveillance spéciale ains exprimés par Sa Sainteté, l'éminentissime cardinal di Pietro, sous-doyen du Sacré-Collége, a prononcé, en son nom et au nom de ses éminentissimes collègues, le discours latin dont voici la traduction :

« Votre Sainteté a bien voulu, dans l'allocution qu'elle vient de lire, exprimer ses sentiments de gratitude pour notre collége, en raison des suffrages qui, par une admirable disposition de la divine Providence, vous ont si justement élevé au Siége suprême du pontificat romain. Vous avez, en outre, daigné joindre à ce témoignage les paroles les plus aimables pour réclamer de nous, en ces temps si difficiles, le secours d'une vaillante coopération.

« Mais, en vérité, si les suffrages de notre Sénat sacré se sont réunis sur vous seul sans hésitation et par le plus grand accord des esprits, afin de vous faire monter sur le trône des souverains pontifes en qualité de vicaire de Jésus-Christ, nous nous réjouissons de pouvoir attribuer cela aux paroles du prince des apôtres, lorsqu'il dit : Dieu, qui connaît les cœurs, nous a fourni lui-même son témoignage, en vous donnant et à nous le Saint-Esprit.

« C'est pourquoi, sans la moindre controverse, Dieu vous a désigné par son Saint-Esprit comme pasteur de l'univers tout entier, et il a voulu (ainsi que le disait Bernard à son très-cher pape Eugène) que vous fussiez placé comme en un haut observatoire, « d'où, gardien vigilant, vous considériez toutes « choses, étant placé à la tête de toutes choses, afin d'arra- « cher et de détruire, de disperser et de dissiper, d'édifier et « de planter. » Grand labeur assurément! « Car cette surveil- « lance amène le travail, et non le repos. Il n'est pas de repos, « en effet, quand on est pressé par l'active sollicitude de « toutes les églises. »

« Or, cette fin réclame la vivacité d'un esprit prompt et une constante sollicitude telle, en un mot, qu'il la faut chez celui qui entre dans un héritage qui, s'il apparaît extérieurement très-beau et très-grand, consiste cependant, on le sait, dans la croix de Jésus-Christ et dans d'innombrables travaux.

« Pour nous, très-saint Père, nous étions absolument certains et vous venez de confirmer cette certitude, que vous aviez grandement à cœur et que vous vouliez accroître encore l'honneur et la dignité de notre sacré-collége. De notre côté, fortifiés par de si grandes et de si nobles promesses, nous vous assurons de la complète obéissance qui nous fera, d'un esprit prompt, vous porter aide et secours. Peut-être ce respectueux concours allégera-t-il la gravité du poids si grand que vous avez daigné assumer pour céder aux desseins de Dieu et vous rendre à nos prières.

« Mais nous savons à n'en pouvoir douter que nos promesses, en vous apportant quelque allégement, ne diminueront en rien les graves sollicitudes que vous cause le troupeau qui vous est confié et ne détruiront pas votre crainte. Cependant Votre Sainteté, qui, étant riche de si précieuses vertus de tout genre, suit par là même avec plus de sincérité la voie de l'humilité chrétienne, effrayée d'un si rude labeur, élèvera ses yeux vers le ciel et se confiera à la promesse divine, en vertu de laquelle chacun recevra une récompense proportionnée à son propre travail. Cette pensée fortifiera votre cœur abattu, et, reprenant confiance, vous répéterez les paroles de saint Bernard : « Si la grandeur de la tâche effraye, la récompense encourage. »

« Toutefois, outre cette récompense que vous avez, très-saint Père, le droit d'attendre dans le royaume céleste, daignez agréer aussi le vœu que nous formons et en vertu duquel vous recevrez, même sur cette terre, une grande récompense, qui sera de voir pendant votre pontificat d'innombrables nations de toutes les parties du monde venant se ranger progressivement dans l'Eglise catholique et accourir avec soumission à cette chaire pacifique de Pierre et à votre trône pontifical, de manière à pouvoir dire avec S. Ambroise : « Non pas avec les nœuds de la perfidie, mais avec les liens de la foi. »

Puis S. Em. le cardinal Borromeo s'étant démis de sa diaconie des Saints Vite et Modeste, a opté pour le titre de Sainte Praxède, passant de l'ordre des diacres à celui des prêtres.

Le Saint-Père ayant ensuite conféré dans les formes ordinaires la charge de camerlingue de la sainte Eglise romaine à l'Eme cardinal Camille di Pietro, a désigné comme il suit :

L'Eglise épiscopale de Philadelphie, in partibus infidelium, pour le R. P. Dominique Lancia, des ducs de Brolo, de la congrégation de Saint-Benoît du Mont-Cassin, prêtre de Palerme, professeur de théologie dogmatique et morale, ancien prieur du monastère de Saint-Placide, près Messine, auxiliaire de Mgr Celesia, archevêque de Palerme.

L'Eglise épiscopale de Carre, in partibus inf. pour le R. Antoine Crusca, prêtre de Vienne, ancien camérier secret surnuméraire, professeur de théologie à l'université de Vienne,

chanoine de cette métropole, aumônier de l'armée impériale et royale d'Autriche, docteur en théologie.

Ont été ensuite publiées les églises suivantes pourvues par bref :

L'Eglise de Glasgow, en Ecosse, récemment érigée en archevêché, pour Mgr Charles Eyre, transféré d'Anazarba, *in part. inf.*

L'Eglise de Saint-André d'Edimbourg, en Ecosse, récemment érigée en métropole, pour Mgr Jean Strain, transféré d'Abila, *in part. inf.*

L'Eglise archiépiscopale de Hiéropolis, in part. inf., pour Mgr Paul Goethals, de la compagnie de Jésus, vicaire apostolique du Bengale occidental, transféré d'Evaria, *in part. inf.*

L'Eglise épiscopale de Curium in part. inf., pour Mgr Jean Joseph Conroy, évêque démissionnaire d'Albany, en Amérique.

L'Eglise d'Aberdeen, en Ecosse, récemment érigée en cathédrale, pour Mgr Jean Mac-Donald, transféré de Nicopolis, *in part. inf.*

L'Eglise épiscopale de Tempe, in part. inf., pour le R. Joseph Masi, prêtre de Mezzojuso, dans l'archidiocèse de Palerme, député évêque ordinand, du rite grec, en Sicile.

L'Eglise de Dunkeld, en Ecosse, récemmenté érigée en cathédrale, pour le R. Georges Rigg.

L'Eglise de Galloway, en Ecosse, récemment érigée en cathédrale, pour le R. Jean Mac-Lachlan.

L'Eglise d'Argyll et des îles, en Ecosse, récemment érigée en cathédrale, pour le R. Enée Mac-Donald.

L'Eglise cathédrale de Vincennes, aux Etats-Unis, pour le R. François Chatard, ancien camérier secret surnuméraire et recteur à Rome du collége des Etats-Unis de l'Amérique septentrionale.

L'Eglise cathédrale de Richmond, pour le R. Jean-Joseph Keane, prêtre du diocèse de Baltimore et administrateur du vicariat apostolique de la Caroline septentrionale.

L'Eglise épiscopale d'Eucarpie, in part. inf., pour le R. Edouard Gasnier, vicaire apostolique du Siam occidental.

L'Eglise épiscopale de Tanasie, in part. inf., pour le R. Giordano Ballsieper, vicaire apostolique du Bengale oriental.

Ensuite la demande du sacré pallium a été faite pour les siéges archiépiscopaux de Glasgow et de Saint-André d'Edimbourg en faveur des susdits archevêques, actuellement présents à la curie.

Sa Sainteté a prononcé, selon l'usage, la profession de foi et prêté serment aux constitutions apostoliques.

La salle consistoriale ayant été alors ouverte, l'Eme cardinal Jean Mac-Closkey, créé et publié le 15 mars 1875, du titre de Sainte-Marie sur Minerve, archevêque de New-York, ayant rempli les formalités d'usage et ayant fait les révérences dues, s'est rendu auprès du trône pontifical, et là s'étant agenouillé, ayant baisé les mains et les pieds du Saint-Père et en ayant reçu l'accolade, est allé embrasser tous ses éminentissimes collègues ; après quoi il est retourné à son trône, et, s'étant agenouillé de nouveau, Sa Sainteté lui a posé le chapeau cardinalice, en prononçant la formule prescrite.

Le saint-père s'étant retiré dans la salle destinée aux ornements, pour les quitter, le Sacré-Collége s'est rendu processionnellement dans la chapelle érigée tout auprès de la salle consistoriale, où les chantres des chapelles pontificales ont chanté le *Te Deum* et où le cardinal di Pietro, sous-doyen du Sacré-Collége, a fait les prières accoutumées *Super electum.*

Ensuite Sa Sainteté a daigné recevoir en audience particulière Mgr le cardinal Mac Closkey.

Voici le texte latin de l'allocution prononcée par notre saint-père le pape Léon XIII dans le consistoire du 28 mars 1878 :

VENERABILES FRATRES,

Ubi primum superiori mense, vobis suffragia ferentibus, ad suscipienda Ecclesiæ universæ gubernacula, et ad vices in terris gerendas principis pastorum Jesu Christi vocati fuimus, gravissima sane perturbatione, ac trepidatione, animum nostrum sensimus commoveri. Nam ex una parte nos maxime terrebat, tum intima de indignitate nostra persuasio, tum virium nostrarum infirmitas tanto oneri ferendo penitus impar, quæ quidem tanto major videbatur quanto clarior et celebrior prædecessoris nostri Pii IX immortalis memoriæ pontificis, sese per orbem fama diffuderat. Cum enim insignis ille catholici gregis rector pro veritate et justitia invicto semper animo certaverit, magnisque laboribus in christiana republica administranda fuerit in exemplum perfunctus, non modo virtutum suarum splendore hanc Apostolicam Sedem illustravit, sed etiam universam Ecclesiam amore et admiratione sui adeo complevit, ut quemadmodum omnes Romanos antistites diuturnitate pontificatus superavit, ita sorte præ ceteris amplissima publici et constantis obsequii ac venerationis testimonia retulerit. Ex altera autem parte nos vehementer angebat asperrima conditio, in qua hisce temporibus pene ubique non modo civilis societas, sed et catholica Ecclesia, atque hæc præsertim Apostolica Sedes versatur, quæ sua per vim temporali dominatione spoliata eo adducta est, ut pleno, libero, nullique obnoxio suæ potestatis usu, perfrui omnino non possit.

At quamquam, Ven. Fratres, hisce de causis ad delatum honorem recusandum movebamur, quo tamen animo obsistere divinæ voluntati potuissemus quæ tam luculenter nobis enituit, in vestrarum sententiarum consensu, et in ea pientissima sollicitudine, qua vos catholicæ Ecclesiæ bonum unice spectantes, illud assecuti estis, ut quam citissime summi pontificis electio perficeretur ?

Oblatum itaque supremi apostolatus munus nobis suspiciendum, et divinæ voluntati parendum esse duximus, fiduciam nostram penitus in Domino collocantes, ac sperantes firmiter daturum humilitati nostræ virtutem, qui contulerat dignitatem.

Cum vero, Ven. Fratres, nunc primum ex hoc loco vestrum amplissimum ordinem alloqui nobis datum sit, illud imprimis solemniter coram vobis profitemur, nihil unquam nobis in hoc apostolicæ servitutis officio antiquius fore, quam divina adjuvante gratia eo curas omnes intendere, ut catholicæ fidei depositum sancte servemus, jura ac rationes Ecclesiæ et Apost. Sedis fideliter custodiamus, et omnium saluti prospiciamus, parati in his omnibus nullum laborem defugere, nulla incommoda recusare, nec unquam committere, ut animam nostram pretiosiorem quam nos facere videamur.

In his autem partibus ministerii obeundis, consilium, sapientiamque vestram nobis non defuturam confidimus, et ut numquam desit, vehementer exoptamus ac petimus ; quod quidem ita a vobis accipi volumus, ut non officii studio, sed pro solemni testificatione nostræ voluntatis hoc dictum intelligatis. Alte enim insidet menti nostræ quod in sacris litteris ex Dei jussu Moyses fecisse narratur, qui gravi pondere universum populum regendi deterritus congregavit sibi septuaginta viros de senibus Israel ut una cum eo onus ferrent, atque opera consilioque suo in gentis Israeliticæ regimine curas ejus allevarent. Quod quidem exemplum, nos, qui totius christiani populi duces ac rectores, licet immerito, constituti sumus, præ oculis habentes, facere non possumus quin a vobis septuaginta virorum Israel in Ecclesia Dei locum obti-

nentibus, laboribus nostris opem, animoque nostro levamen conquiramus.

Noscimus insuper, uti sacra eloquia declarant, *salutem esse, ubi multa consilia sunt*, noscimus, ut monet Tridentina Synodus cardinalium consilio apud Romanum pontificem universalis Ecclesiæ administrationem niti noscimus denique a S. Bernardo Romani pontificis collaterales et consiliarios cardinales appellari, ac propterea nos qui fere vigintiquinque annos honoris collegii vestri compotes fuimus, in hanc supremam Sedem non modo animum attulimus plenum erga vos dilectionis ac studii, sed etiam firmam eam mentem, ut quos olim consortes habuimus honoris, eis nunc laborum et consiliorum nostrorum sociis ac adjutoribus, in expediendis Ecclesiæ negotiis maxime utamur.

Nunc autem illud nobis jucundissimum et peropportunum accidit, Ven. Fratres, ut dulcem consolationis fructum vobiscum communicemus, quem ex felici opere ad religionis nostræ gloriam peracto, in Domino percepimus. Quod enim a decessore nostro sanctæ memoriæ Pio nono pro eximio suo in rem catholicam zelo fuerat susceptum, et ex sententia eorum ex vobis, qui in sacro concilio christiano nomini propagando censentur, decretum fuerat, ut nempe episcopali hierarchia in illustri Scotiæ regno constituta, Ecclesia illa ad novum decus revocaretur, id nobis feliciter implere, et ad exitum perducere, Deo juvante, datum est per Apostolicas litteras, quas die 4 hujus mensis hoc eodem anno vulgari mandavimus. Gravis profecto sumus, Ven. Fratres, quod hac in re contigerit nobis fervidissimis votis dilectorum in Christo filiorum, cleri et fidelium Scotiæ satisfacere, quos propensissimo in catholicam Ecclesiam, et Petri cathedram animo esse, multis iisque præclarissimis argumentis comperimus; firmiterque confidimus fore, ut opus ab Apostolica Sede perfectum, lætis fructibus cumuletur, et cœlestibus Scotiæ patronis suffragantibus, in ea regione in dies magis *suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam.*

Cæterum, Ven. Fratres, nulla ratione dubitamus vos conjunctis nobiscum studiis, ad tutelam et incolumitatem religionis, ad præsidium hujus Apostolicæ Sedis, ad incrementum divinæ gloriæ alacriter esse adlaboraturos, animo reputantes communem futuram omnium nostrum in cœlo mercedem, si in Ecclesiæ rebus adjuvandis communis fuerit abor. Divitem porro misericordia Deum, interposito etiam Deiparæ Immaculatæ, sancti Josephi patroni cœlestis Ecclesiæ ac SS. apostolorum Petri et Pauli validissimo interventu, humilibus nobiscum votis obsecrate, ut nobis jugiter præsens bonusque adsit, consilia actusque nostros dirigat, ministerii nostri tempora feliciter disponat, ac tandem Petri navim, quam nobis gubernandam mari sæviente commisit, domitis ventis fluctibusque compositis, ad optatum portum tranquillitatis et pacis adducat.

A cette allocution, Son Éminence le cardinal di Pietro, sous-doyen du Sacré-Collége et camerlingue de l'Eglise romaine, a répondu :

Benigne placuit Sanctitati tuæ in allocutione nuper perlecta grati animi sensus nostro S. R. Ecclesiæ collegio exprimere ob suffragia quæ miro divinæ Providentiæ ordine te ad supremam Romani pontificatus Sedem meritissime extulerunt. Ad hæc insuper verba humanissima addere dignatus es, quibus auxilium ac validam cooperationem, hisce difficillimis temporibus a nobis expostulas.

Sed vero si sacri nostri senatus suffragia in te unum absque ulla hæsitatione, ac maximo animorum consensu confluerunt, ut qua Christi in terris vicarius pontificium solium conscenderes, id profecto verbis principis apostolorum attribuendum esse lætamur, scilicet : *Qui novit corda Deus testimonium perhibuit dans tibi Spiritum sanctum sicut et nobis.*

Quare citra ullam controversiam sancto suo Spiritu Deus te universi orbis pastorem constituit, voluitque ut in eminenti specula sisteres (pronti aiebat divus Bernardus dilectissimo suo papæ Eugenio) : « Unde prospicias omnia speculator « super omnia constitutus, ut evellas et destruas, disperdas « et dissipes, ædifices et plantes. » Nimis certe improbus labor! « Enim vero prospectus iste procinctum parit non « otium : neque enim locus est otio ubi sedula urget sollici- « tudo omnium Ecclesiarum. »

Hæc certe destinatio prompti aciem ingenii constantemque sollicitudinem expostulat, qualis adamussim in eo exquiritur qui eam adit hæreditatem, quæ etiam si amplissima et exteriori intuitu pulchra esse videatur, illico tamen noscitur consistere in Christi cruce et in laboribus plurimis.

Cæterum nos omnes firmissima certitudine innitebamur te, sanctissime Pater, veluti in præsentiarum iterum confirmasti, summopere diligere ac promovere decus et dignitatem sacri nostri collegii. Nos vero vicissim tantis, tamque nobilibus roborati promissis, te certiorem reddimus de nostra submissa obedientia, ut tibi prompto animo, opem auxiliumque feramus. Hic noster obsequens agendi modus, fortasse imminuet gravitatem tanti ponderis, quod tu divinis obtemperans placitis, nostraque secundans preces, assumere dignatus es. At probe noscimus et compertum habemus promissiones hasce, si alicujus levaminis tibi forent, nonnisi in minima parte, gravissimas concrediti gregis curas imminuere, atqui timorem tuum tollere. Profecto, Sanctitas Tua, quæ, utpote præclaris omnigenisque ditata virtutibus, idcirco sincerius christianæ humilitatis vestigia sequitur, labore permagno territa sublevet tamen ad cœlum oculos et in divina promissione confidet unumquemque secundum proprium laborem mercedem accipere. Hinc dimissum prope animum recreet, atque fidens sibi repetat divi Bernardi verba : Si labor terret, merces invitat. Verumtamen præter hanc mercedem quam tu, beatissime Pater, in cœlesti regia jure meritoque tibi adpromittere debens, augurium alterum etiam nostrum nunc excipere digneris, nempe ut etiam hic in terris mercedem magnam consequaris, hoc est, ut videas in tuo pontificatu innumeras ex toto orbe gentes magis magisque ad catholicam Ecclesiam confluere, et ad hanc pacificam Petri cathedram accurrere, atque pontificio tuo solio, ut verbis Ambrosii, devinciantur : *Non nodis perfidiæ, sed vinculis fidei.*

L'administrateur-gérant :

PALMÉ.

Paris. — JULES LE CLERE et Cie, Imprimeurs de N. S. P. le Pape et de l'Archevêché, rue Cassette, 17.

ANALECTA JURIS PONTIFICII.

CENT CINQUANTIÈME LIVRAISON.

LA PROMULGATION DES LOIS

Nécessité de promulguer les lois. — Formalités traditionnelles observées dans l'Eglise. — Les encycliques peuvent-elles être promulguées? — Allocutions, brefs particuliers, lettres latines. — Doctrine du pape Grégoire XVI sur les caractères et les conditions des constitutions dogmatiques.

I

CONSTITUTIONS DOGMATIQUES.

La constitution dogmatique est un acte immédiat que le pape adresse à tous les chrétiens sans exception. En effet, les bulles qui renferment des constitutions dogmatiques ont pour suscription : *Universis Christi fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem.* C'est ce que porte la constitution de S. Pie V sur le baïanisme; celles de Grégoire XIII et d'Urbain VIII sur le même sujet; de même la constitution *Cum occasione* d'Innocent X censurant les cinq fameuses propositions de Jansénius; celle d'Alexandre VII *Ad beati Petri Sedem;* la constitution *Unigenitus* de Clément XI censurant cent une propositions de Quesnel; enfin l'admirable constitution dogmatique *Auctorem fidei* de Pie VI.

Les encycliques ne présentent pas ce caractère d'universalité. Ce sont de simples circulaires adressées aux évêques seuls: *Leo decimus tertius universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis communionem sanctæ sedis habentium salutem et apostolicam benedictionem.* Telle est la suscription qui se lit sur les encycliques.

La promulgation est une condition essentielle pour toute constitution et toute loi générale.

Un jugement, un arrêt judiciaire n'oblige qu'à partir du moment où on le fait notifier officiellement aux intéressés. Quoique l'arrêt ait été rendu et publié dans la séance formelle du tribunal, il n'est exécutoire qu'après que l'officier public en a remis la copie légale aux intéressés. Il se peut que l'on divulgue des copies privées qui font connaître le texte de l'arrêt avec tous ses considérants et son dispositif. Cette notification particulière n'est pas suffisante; l'exécution est suspendue jusqu'à ce que l'huissier officiel signifie le jugement.

Ce principe fondamental se base sur le droit naturel. En effet, il n'est pas possible que l'homme soit atteint par un jugement qui ne lui serait pas officiellement intimé.

D'après ce principe, toute constitution, toute loi générale devrait être signifiée officiellement à chacun des membres de la société, qui seront tenus de se conformer à cette constitution et à cette loi.

Toutefois n'étant pas possible d'adresser un exemplaire authentique de la loi à chacun des membres qui forment la nation, la promulgation légale, dans les formes établies, tient lieu de la signification individuelle que, sans cette fiction juridique, l'on devrait faire à chacun des membres de la société.

Dans une société aussi étendue que l'Eglise, qui est répandue parmi toutes les nations de la terre et compte ses enfants par centaines de millions, la notification individuelle de la loi serait encore plus impraticable que pour toute autre agrégation sociale. De là vient que la promulgation légale des actes pontificaux comprenant l'Eglise entière présente une importance tout autrement capitale que dans la sphère politique et civile.

C'est pourquoi les constitutions dogmatiques ou disciplinaires du Saint-Siége renferment une clause expresse portant que, publiées et affichées aux portes des basiliques romaines et au champ de Flore (*in acie Campi Floræ*), elles atteindront et obligeront chacun des fidèles du monde catholique, comme si elles étaient signifiées et notifiées à chacun en particulier.

Tel est le style immuable de la chancellerie pontificale. Il est en harmonie avec les principes constitutifs de la jurisprudence et de l'équité naturelle.

e d' una vita santa in Dio, » et inferius adjecit : « La più pura morale e la più elevata si trova negli scritti dei veri asceti e mistici cattolici. Le opere di S. Francesco di Sales sono di questo numero (ibid. pag. 885) ; » alibi vero scripserat : « Uomini usciti dalla scuola *diun S. Francesco di Sales*, d'un S. Vincenzo de Paoli resero stimabile la religione cattolica persino ai protestanti (ib. pag. 561). » Quare nimis verendum non est ne ab hoc hostili agmine invidia Ecclesiæ comparetur, si inter doctores Salesium adscripserit.

5. Si vero, prout sonant voces « acerrimorum catholicæ Ecclesiæ hostium » fidei vindex præstantissimus eos intelligit, qui bellum acerbissimum et maxime formidolosum hoc tempore inferunt Ecclesiæ, meminerit illos esse ejusmodi, qui vi magis et armis, quam doctrinæ præsidiis domum Dei aggrediuntur. Ab hostibus istis lucubrationes expectandæ non sunt solidæ scientiæ speciem habentes, quibus parum peritum Salesium fuisse contendatur. Si unius vel alterius ephemeridis parum obstrepat clamor, jam ante gallicinium et diei insequentis auroram sonitus ille conticescet, et rumoribus quos nova dies allatura est obrnetur. Ab hoc hostili agmine, quod veteres catholicos numero et potentia longe exsuperat non quæritur an Salesius (velut inquit censura) doctrina et meritis cum antiquis comparari valeat; sed omnis doctrina sana in contemptum ac ludibrium vocatur, sive in Irenæo, sive in Athanasio, sive in magno Leone, sive in Alphonso de Liguori aut Francisco Salesio enituerit. Rejiciuntur omnes qui Deum regnare in cœlis, aut Christum filium Dei esse, et divinitus Ecclesiam institutam fuisse docuerint. Quapropter si hoc genus hostium spectemus, proniorem esse decet sacrum Ordinem ad honores Salesio augendos, adeoque ad ejus patrocinium magis conciliandum, quia hostes sunt ejusmodi, quorum conversio ad veritatem nonnisi per prodigium singulare divinæ gratiæ speranda est; Franciscus autem (fatente censore in § 10 animadv.) hoc dono fuit maxime insignis, quo corda obdurata emolliuntur, et cervices pervicacissimæ catholicæ veritati subjugantur. Quas ob res licet Patribus eminentissimis æquo et propenso erga nos animo ad suffragium accedere, quum neque gratia et studium fidelis populi quidquam habeat quod illos moretur, neque inimicorum malignitas formidolosum aliquid minetur, quod eos ab officio humaniter, uti solent, obeundo deterreat.

CAPUT II.

De doctrina in Ecclesiæ doctore requisita, deque ea qua S. Franciscus Salesius excelluit (Anim. §§ 3-10).

6. *Explicatur censuræ argumentum in* § 3 *et seqq. animadv. objectum.* Quæ duo juris nostri disciplina requirit, ut aliquis inter Ecclesiæ doctores ab apostolica Sede recenseatur, ea conjuncta in Salesio enituisse censor egregius sic inficiari non audet, ut eum utroque expertem prorsus fuisse contendat; imo vero præstantis sanctitatis et doctrinæ laudem ei libenter impertit, sed ut æquissimæ intentioni nostræ, imo universi catholici episcopatus, modesto vetito intercedat, subtilem proponit distinctionem, cui parem aut similem nemo vel acutissimus, ut opinor, inter Aristotelis studiosos excogitasset. Seposita scilicet scientissime ab hoc judicio quæstione de sanctitate eximia Francisci (quem non modo sanctum, sed sanctissimum ultro compellat) scientiam in abstracto conceptam ita distinguit, ut aliam esse dicat apostoli, aliam episcopi, aliam doctoris. Ad rem porro quam agimus deveniens, apostoli et episcopi scientia Genevensem antistitem affatim instructum fatetur (1); at contendit acriter, eum fuisse doctoris scientia destitutum. In hoc autem assumpto demonstrando (dicam audacter cogente defensoris officio) censura ita se implicuit, ut contrarium prorsus evinceret illi quod demonstrandum susceperat.

7. *Eadem est quoad naturam et genus scientia quæ in apostolo, episcopo et doctore requiritur.* Ac sane, nequid obscurum aut ambiguum controversiam involvat, imprimis quærendum et constituendum est utrum scientia in hoc triplici sanctorum ordine juxta mentem objicientis *natura et genere* an *gradu* differat. Si dixeris natura et genere differre, vide ne in gravissimum errorem corruas. Nam scientiam rerum divinarum a Deo revelatam Christus apostolos suos edocuit : *Omnia quæcumque audivi a Patre meo nota feci vobis* (1). Hanc in lectissimos illos Spiritus sanctus descendens consummavit et implevit : *Paraclitus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, is vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis* (2). Ejusdem generis scientiam (studio saltem et industria quæsitam) exigunt in episcopis Paulus apostolus, Isidorus Hispalensis et Ludovicus Abelly ab amplissimo fidei vindice in § 15 Animadv. laudati. Id egregie declarat Gregorius Magnus pontifex simul et doctor, ubi de doctrina a pastoribus colenda disserit. Namque descripto officio regendi et monendi subdit : « Sed omne hoc rite a rectore agitur si supernæ formidinis et dilectionis spiritu afflatus sacri eloquii præcepta meditetur... Valde nampe inter humana cor defluit, cumque indubitanter constet quod externis occupationum tumultibus impulsum a semetipso corruat, studere incessabiliter debet, ut per eruditionis studium resurgat. Hinc est enim quod prælatum gregi discipulum Paulus admonet dicens : *Dum venio attende lectioni* (1 Tim. 4, 13). Hinc David ait : *Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est* (Psal. 118, 97). Hinc Moysi Dominus de portanda arca præcepit dicens : *Facies quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, faciesque vectes de lignis Sethim .... ut portetur in eis* (Exod. 15, 12). Quid per arcam nisi sancta Ecclesia figuratur?..... vectesque de lignis Sethim fiunt qui eisdem ad portandum circulis inseruntur, quia fortes perseverantesque doctores velut imputribilia ligna quærendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes sanctæ Ecclesiæ unitatem denuntient..... Ad hoc namque vectes esse in circulis semper jubentur, ut cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus tarditas nulla generetur, quia videlicet cum spiritale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum est si tunc quærat dicere, cum quæstionem debet enodare. Sed circulis vectes inhæreant, ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes testamenti arcam sine mora elevant, si quidquid necesse est protinus docent. Unde bene primus pastor Ecclesiæ pastores ceteros admotet, dicens : *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe* (1 Petr. 3, 15) (3).

8. Quoniam tenemus cujus generis scientia sit quæ apostolos et Ecclesiæ pastores decet, videamus an alterius generis sit, quæ ad doctores pertineat. Num sanctos viros qui Platonem in philosophia excolenda, vel Papinianum in jurisprudentia, vel Hippocratem in scientia medica, vel Neutonium in arcanis naturæ investigandis exæquaverint, in albo doctorum Ecclesia adscribit? Minime gentium : nam scientia præcellens rerum divinarum doctores Ecclesiæ facit, licet hæc humanarum scientiarum et litterarum præsidio et cultura instructior et ornatior possit elucescere. Id plane expressit Clemens XII in litteris apostolicis quæ incipiunt *Verbo Dei* datis die 28 augusti 1733, ubi, Thomam Aquinatem commendans, inquit « ipsam scientiam res divinas et mores christiano homine dignos ad rectam

(1) Animadv. § 9 princ.

(1) Joann. XV, 15.
(2) Joann. XIV, 26.
(3) S. Gregor. Reg. Pastor. Part. 2. cap. XI.

Ecclesiæ ministrorum institutionem et salutem animarum solide pertractantem, ejusque doctores ac magistros pietate venerabiles commendari tunc maxime convenit, cum ingruente falsorum dogmatum illuvie fides catholica et christiani mores supremæ curæ nostræ commissi periclitantur. Quo loco decessores nostri Romani pontifices sanctum Christi confessorem Thomam Aquinatem ordinis Prædicatorum et Ecclesiæ doctorem honoris causa Angelici cognomento appellatum semper habuerunt. » Tum memoratis pontificibus, qui Thomam laudibus ornaverant, pergit « qui omnes uno eum ore approbantes in sacris Ecclesiæ fastis juxta ac magnos Ecclesiæ doctores Gregorium, Ambrosium, Augustinum et Hieronymum, Thomam quoque et vitæ probitate et sanctioris theologiæ scientia venerabilem miraque eruditione Ecclesiam Dei clarificantem, ac sancta operatione fecundantem coli voluerint (1). » Non ergo genere et natura differt ea scientia qua doctores Ecclesiæ eminent ab ea qua instrui oportet illos qui apostolico ministerio vel pastoris officio funguntur. Ac sane festivus, imo ineptus ferme ille dicendus esset, qui Ambrosium, puta, triplici theologia instructum fuisse diceret, alia qua ad veritatem divinitatis Christi agnoscendam et adorandam Arianos permovit, aliam qua gregem Mediolanensem pascendum et ad sanam doctrinam informandum curavit, aliam quam scriptis tradidit, per quam coævos et posteros mirifice edocuit.

9. Quid multa? Ipsam decretalem Bonifacii VIII, quæ in hisce quæstionibus tanquam caput et fundamentum habetur, si sedulo inspicias et excutias, nonnisi varias theologiæ partes, asceticam, moralem polemicam, hermeneuticam sacram, homileticam enumeratas intelliges, quibus quatuor illos veteres Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, Gregorium floruisse et ceteris præstitisse pontifex declaravit. Ait enim : « Horum quippe doctorum perlucida et salutaria documenta prædictam illustrarunt Ecclesiam, decorarunt virtutibus, et moribus informarunt. Per ipsos præterea quasi luminosas ardentesque lucernas super candelabrum in domo Dei positas, errorum tenebris profugatis, totius corpus Ecclesiæ tanquam sidus irradiat matutinum : eorum etiam fœcunda facundia, cœlestis irrigui gratia influente, scripturarum ænigmata reserat, solvit nodos, obscura dilucidat, profundis quoque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius Ecclesiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, et verborum elegantia singulari gloriosius sublimata coruscat (2). » Jamvero si ejusdem generis et naturæ est ea scientia, qua apostolos, episcopos, et doctores præditos esse decet, discrimen a fidei promotore amplissimo constitutum in alio idearum ordine, nempe in alio partitionis fundamento et ratione erit inquirendum.

10. *Nonnisi in gradu scientiæ discrimen ponere censura potuit inter apostolos, episcopos et doctores.* Quærendum est scilicet, an juxta mentem animadversoris egregii, discrimen quod apostoli et pastoris doctrinam ab ea secernit quæ ad doctores pertinet in vario ejusdem gradu, sive in majori minorive ejus copia et præstantia consistat. Atque hanc quidem viri clarissimi sententiam esse liquet manifesto. Ait namque initio § 3 : « Eminens sit oportet doctorum scientia cum sanctitate conjuncta, non enim qui doctus item doctor; cum pluribus inter Ecclesiæ ministros diverso licet gradu doctrina opus sit. » Atque hic continuo subtexit locos ex Pauli epistolis, in quibus de apostolis, pastoribus et doctoribus sermo est. Inferius autem subdit : « Non igitur quisquis doctrinam et Christi fidem studiis suis cum laude prosequitur, statim Ecclesiæ doctor dicendus, cum multi pro suo quisque diverso eruditionis modulo in variis fidei ministrationibus corpus unum efficiant. » Dein explicata in §§ 4 et 5 anim. ea scientia quæ apostolis et sacrorum antistitibus convenit, pergit in § 6 : « At longe supereminet doctoris Ecclesiæ scientia, adeo ut et sine episcopali decore doctoribus adnumerari quis possit, et docti licet ad episcopi mensuram viri doctoris nomine impares habeantur. » Demum in § 10 mentione injecta B. Canisii et Ven. Bellarmini, subjecit : « Nisi enim liquido apparcat Salesium pari gradu cum duobus illis doctrinæ laude incessisse : quemadmodum istis ad assequendum doctoris titulum adhuc sanctorum decretus honor, ita illi eminentis doctrinæ gloria deerit. » Non itaque aberrare a veritate mihi videor, si affirmavero, triplicem hanc scientiam apostoli, pastoris et doctoris, non genere et natura, juxta mentem censoris optimi, sed gradu et majori minorive modulo differre.

11. *Argumentatio ab animadversione instituta contra ipsam retorquetur.* Jamvero ratio et firmitas hujus gradationis (quæ aliquam particulam veritatis haberet, si recte et probe intelligeretur) nescio qua de causa ab ipsomet censore humanissimo pessumdatur et evertitur : atque hic sistit contradictio, de qua nuper animadversionem arguebam (sup. in fin. § 6). Utitur namque vir amplissimus eo argumento, quod si ad rem nostram pertineret, contrarium prorsus evinceret illi quod probandum sibi proposuerat. Mens enim scribentis erat, ni fallor, ostendere scientiam non adeo profundam et exquisitam viris apostolicis adserere, majorem quamdam et præstantiorem episcopis, maxime eminentem et præinsignem doctoribus. De primis namque ait : « In eo maxime horumce virorum ab aliorum scientia distinguitur, quod ad gentium sanandarum captum, et cujuslibet cœtus eruditionem accommodetur, Domino simul cooperante sequentibus signis, quibus homines excitati ad veri Dei cognitionem et cultum perducuntur (1). » Hujusmodi porro fuisse dicit Bonifacium pro Germania, Augustinum pro Anglia, Cyrillum ac Methodium pro Slavonia, Xaverium pro India. Hic, prout quisque videt, scientia nonnisi secundas partes agit juxta mentem egregii censoris, quum ea requiratur quæ etiam infimi vulgi captui accommodetur, et ad finem obtinendum potissime conferat gratia Domini cooperantis, qui internis excitamentis et auxiliis prodigia quæque solet adjicere; nemo autem ignorat scientiam Bonifacii, Cyrilli, et Xaverii, quos censura memorat, peculiari laude minime consuevisse in eorum elogiis ornari. Ad episcopos deinde veniens censor eximius in § 5 inquit : « Episcopos vero quod attinet, eos omnes scientia pollere opus esse ab ipsis Ecclesiæ exordiis monuit Paulus, qui neque a doctoris nomine episcopis tribuendo abstinuit..... quo profecto accidit, ut in nullo sanctorum episcoporum elogio, de illorum præinsigni doctrina vel divinitus indita scientia mentio absit. » Demum § 6 : « At longe supereminet doctoris Ecclesiæ scientia etc. » Quare ad censoris mentem in tribus hisce classibus, minimus scientiæ gradus viris apostolicis tribuitur, paulo major episcopis, maximus doctoribus.

12. Unde hoc probatur? Divino Bibliorum testimonio ex epistolis Pauli apostoli. Audi : « Non enim (repetam censuræ verba) qui doctus item doctor; cum pluribus inter Ecclesiæ ministros, diverso licet gradu doctrina opus sit. Divisionem enim gratiarum in Ecclesia sunt (1 Cor. 12, 14), et quosdam posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores... exinde... genera linguarum, interpretationes sermonum (ibi, v. 28). Iterumque Paulus discernit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores (Ephes. 4, 11), additque causam, quæ ad rem nostram maxime facit, ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ etc. » Sedata, quæso, mente rationes supputemus. Aut hæc loca ex Pauli epistolis ad divisiones gratiarum dumtaxat (prout ipse præfatur) pertinent, ac nihil habent commune

(1) Bullar. Rom. tom. 13, pag. 353.
(2) Cap. unic. de reliquiis et vener. Sanctor. in 6.

(1) Animadv. § 4 in fine.

cum variis scientiæ gradibus ; ex quo fluit, illos ad rem nostram nihil facere, et extra chorum ad canendum induci. Aut Paulus significare voluit, prout clarissimus censor contendit, varios scientiæ gradus in diversis ministeriis requisitos, cum multi (prout inquit animadversio) « pro suo quisque eruditionis modulo, » in variis fidei ministrationibus corpus unum efficiunt, atque exinde inferre cogimur scientiæ gradus ratione prorsus inversa ab ea quam censor vellet procedere; nam Paulus apostolis primum locum nominatim et diserte tribuit, tertium doctoribus. Neque profecto ea erat orationis gradatio, ut ab imo ad summum adscenderet ; tunc enim ipsos Christi apostolos in scientia rerum divinarum imperitissimos omnium (dictu nefas !) pronunciavisset. Manifesto itaque illos tanquam dignitate præstantissimos antefert. Et merito quidem apostolos omnibus antefert, eorum enim nomina in fundamentis civitatis Dei conscripta sunt (Apoc. 21, 14), quippe quibus Christus nota fecit *omnia quæcumque* audivit a Patre suo, et Spiritus sanctus pariter *omnia* docens, *omnia* suggessit quæ præterea Christus esset dicturus (1). Ubi vero ad Ephesios scribens Paulus etiam pastorum mentionem facit, rursus collocat præprimis *apostolos*, tum insertis prophetis et evangelistis *pastores* memorat, postremo *doctores* recenset. Hæccine solida est probatio illius quod censura spectabat? Nonne potiori jure subtilis defensor aliquis deducere posset, eum qui afflatim præditus est ea scientia quæ viros apostolico ministerio operam navantes et Ecclesiæ pastores decet (uti de Salesio nostro censura fatetur § 9), eum, inquam, in se habere majus aliquid et præstantius, quam necesse foret ad doctoris titulum et honores promerendos?

13. *Quid verum, quid falsum sit in argumento animadversionis explicatur.* Verum neque ipse subtilitatibus delector, neque Salesii causa ejusmodi est ut in argumentis ad hominem spes victoriæ ponatur. Libenter dabo censori amplissimo doctoris titulum, prout in hac judicii sede intelligitur, non semper tribui sanctis viris, qui vel pastorali dignitate enituerunt, vel apostolico ministerio cum laude perfuncti sunt; atque hæc est veritatis particula quam initio sup. § 6 adversæ argumentationi inesse fatebar. Sed ea omnia quæ in causæ informatione allata sunt non eo pertinent, ut liqueat sanctum episcopum Gebennensem instructum fuisse dumtaxat ea doctrinæ copia, quæ satis est ut apostolicum ministerium fructuose obiret, vel episcopale munus rite recteque exerceret, sed luculenter evincunt : ipsum ea doctrinæ præcellentis edidisse specimina, ac monumenta tam præclara reliquisse, ut cum iis comparandus sit, qui doctoris nomen Ecclesiæ suffragio meruerunt.

14. Quamvis autem doctissimo fidei promotori concedamus libenter, non omnes episcopos et viros apostolicos ministerio suo cum laude perfunctos ilicet doctoris titulum promeruisse; nolumus tamen sic accipi propositam distinctionem, ut in æstimando eminentis doctrinæ merito negligantur ac seponantur ea quæ vir sanctus conscripsit ad hæreticos convertendos, vel gregem suum evangelica doctrina merito erudiendum. Ineptum esset objicere, illum in iis rebus gerendis apostolici viri vel sacri antistitis, non doctoris partes egisse : semel atque eas res præstitit docte admodum, erudite et sapienter, jam illustria præbuit argumenta illius doctrinæ eminentis, propter quam eum decet ille honoris titulus quem ipsi vindicamus. Si secus foret, neque Ambrosio, Augustino, Basilio etc. ad doctrinæ laudem prodessent ea quæ ad hæreticos ætatis suæ refutandos, et convertendos pertinebant, neque ad Leonis vel Chrysostomi decus quidquam conferrent aureæ homiliæ quibus ille Romanum, hic Antiochenum vel Byzantinum populum alloquebantur. In re autem qua de agitur sedulo meminisse oportet, S. virum non barbaræ genti et rerum omnium ignaræ lucem evangelii attulisse, ut simplex veritatis manifestatio, cooperante Deo et sequentibus signis, ad eam convertendam valeret ; sed cum viris decertasse, sæpe doctis, qui sacras litteras, Ecclesiæ traditiones et historiam noverant, aut se nosse præsumebant, adeoque necessum habuisse disputationibus doctis, gravibus, subtilibus, ut rationum vi et doctrinæ copia veritatem illis persuaderet. Neque hæc præsidia et instrumenta abjici poterant in concionibus ad fideles qui contra illorum hostium artes et fallacias erant præmuniendi. Si itaque Gebennensis præsul plurima hæreticorum millia « doctissimis lucubrationibus ad catholicam fidem revocavit, » prout olim de eo prædicavit card. Sacchettus huic Sacræ Congregationi præfectus (1), iidemque fere verbis pronunciavit card. Chisius (2), si dum gregem suum instituebat « ex ore ejus sermo egressus est suavitate non minus, quam doctrina admirabilis, » ceu card. Franciottus gravissime testabatur (3), demum si in utroque officio apostoli et pastoris obeundo et christiana plebe informanda ad solidam virtutum et perfectionem *scientiarum thesauris dives* apparuit, et in iis promendis, *pius, facundus eruditusque scriptor est habitus*, velut ipse fatetur censor religiosissimus (4), eccur, quæso, dicemus hæc omnia abesse a merito et laude doctoris, quia aliud est apostoli, aliud episcopi, aliud doctoris ministerium?

15. *Nihil causæ nocent laudes doctrinæ aliis SS. episcopis tributæ.* Quæstio igitur (quod ad hoc caput animadversionum attinet) in eodem loco graduque est quo fuerat cum informatio causæ exhibita fuit. Illud unum in tuto et in aprico positum est, quod in æstimanda præcellenti doctrina S. episcopi Gebennensis oporteat in pretio habere etiam ea scripta quæ tanquam vir apostolicus et Ecclesiæ pastor edidit, nimirum quæ ad hæreticos profligandos, ad peccatores convertendos, ad erudiendos fideles diœcesis suæ, ad episcopale ministerium optime exercendum docte et sapienter exaravit. Neque ullo pacto censuram juvat quod in calce § 5 Anim. notat usuvenisse, scilicet « ut in nullo sanctorum episcoporum elogio de illorum præsigni doctrina vel divinitus indita scientia mentio absit. » Nam primo quidem plures extant SS. antistites quorum doctrina in sacra liturgia nulla laude commendatur, quales sunt inter RR. pontifices Leo II, Petrus Cœlestinus aliique complures; inter simplices episcopos vero S. Nicolaus Myrensis, S. Norbertus, S. Andreas Corsini etc. Præterea, quamvis plures SS. pastores tanquam docti, non tanquam doctores ab Ecclesia laudentur, non ideo tamen sequitur hæc elogia esse aspernanda, quum causa doctoratus agatur : imo vero si alia adsint argumenta doctrinæ eminentis, hæc prosunt summopere, velut compertum fuit ætate nostra cum de S. Hilario deque S. Alphonso quæstio est instituta. Demum etiam vis et amplitudo hujusce præconii præ oculis est habenda. Si quis autem animo complectatur ornamenta laudis quibus decoratus fuit Franciscus Salesius a Romanis pontificibus et a Patribus sacri hujus Ordinis (quorum scilicet judicio vel suffragio elogia probantur quæ censura significat) et cum laudibus comparet quæ aliis episcopis confessoribus tributæ fuerunt, facile comperiet discrimen ingens quod inter utraque intercedit.

16. *Locus S. Gregorii a censura adductus explicatur.* Ut sensum et notionem eminentis scientiæ in Ecclesiæ doctore requisitæ præter modum efferat et exaggeret censura solers, præter insignem decretalem Bonifacii VIII quam in sup. § 9 descripsi, duo loca adducit, quorum alterum e Moralibus S. Gregorii, alterum e libris Benedicti XIV de Serv. Dei

(1) Vide sup. § 6. Joann. XIV, 15 ; XIV, 26.

(1) Vide apud Cappellum pag. 105.
(2) Ibid. pag. 159. Vide inform. causæ, pag. 16, § 18.
(3) Ibid. pag. 148.
(4) Animad. § 2.

beatif. et beator. canoniz. decerpsit. At Benedictus XIV repetit tantummodo et strictiori stylo contrahit quæ Bonifacius edixerat; S. Gregorius autem de doctoribus eo sensu non loquebatur quem in hac judicii sede nunc usurpamus. Ipse enim fuit inter primos quibus peculiaris ejusmodi cultus tributus est. Cur ergo basibus et columnis sacrum hoc tribunal opplevit animadversio, quasi de xysto aliquo vel basilica extruenda deliberetur? Certe magnus pontifex rectissime aiebat : « Non immerito doctores sancti basium nomine designantur, quia dum recta prædicant, omne pondus Ecclesiæ fixa morum suorum gravitate sustentant. » At si ex hac Gregorii sententia meritum et præstantia doctorum Ecclesiæ (qualem in hac quæstione accipimus) æstimanda esset, jam S. Genevæ pastor majus aliquid in se haberet quam oportet. Ecquis enim deneget eum recta prædicasse? Aliquis, puto, ex Dania hæreticus, at ex catholicis nemo quem sciam. Quis fixam morum ejus gravitatem in dubium revocet? Ne hæreticus quidem. Jamvero illi qui dum recta prædicant exemplum præbent sanctorum operum, idest *verbo* et *exemplo* præeunt, recte dicuntur a Gregorio pondus Ecclesiæ sustinere. Nam si verbi Dei prædicatio deficeret, si virtutes ab Ecclesia exsularent, jam divinum hoc ædificium prolapsum corruisse censeretur. Ideo pro Romanis pontificibus qui præcipue hoc pondus sustinent quotidie Deum rogat Ecclesia universa : « Famulum « tuum quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti propi- « tius respice, da ei, quaesumus, verbo et exemplo quibus « præest proficere etc. » Nihil ergo ad propositam controversiam adjicit S. Gregorii auctoritas, ut aliquid majus in Salesio exigatur quam in causæ informatione supposui. De fundamentis quæ basibus et columnis latenter substruit animadversio ut Ecclesiæ fundamenta velit esse doctores, antestor contra, vehementer obsisto, et obreptionem tentari contendo. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus (1). Insuper Ecclesiæ fundamenta secundaria apostoli recte dicuntur, velut superius ex Apocalypsi demonstravi. Si apostolis censura velit consociare prophetas non reluctabor (2), alios non sinam; sed videat ne nihil sibi prosit si ad vetus Testamentum controversiam transtulerit.

17. Redit itaque quæstio ad Bonifacii VIII decretalem, quam tamquam principium et normam juris in hac disceptatione venerabundi suscipimus. Ecquid tandem hæc constitutio in Ecclesiæ doctoribus exigit? « Ut eorum doctrina (ait Animadversio) totius Ecclesiæ corpus nova luce perfundatur, ac veluti novus doctrinæ fons reseratus fuerit. » Quod primam partem respicit ultro assentior censori doctissimo; affirmo tamen illam Salesio nostro apprime congruere. Quod vero ad novum doctrinæ fontem attinet, distinctione opus est; nihil enim de eo novo fonte Bonifacius dixit, ac revera circa doctrinæ substantiam nihil novi sincerus Ecclesiæ doctor valet afferre. Nam, veluti monet Vincentius Lirinensis in Commonitorio, § 27, explicans Pauli verba : *Depositum custodi*, quæ quidem officium theologi cujusque spectant : « Quid est depositum? Id est quod tibi creditum est, non quod a te insertum : quod accepisti, non quod excogitasti; rem non usurpationis privatæ, sed publicæ traditionis, rem ad te perductam, non a te prolatam, in qua non doctor debes esse, sed custos; non institutor, sed sectator; non ducens, sed sequens. » Potest tamen novitatis meritum in doctore enitere, tum circa modum explanandæ explicandæque doctrinæ quo pluribus utilior ac fructuosior sit, tum circa copiam rerum optimarum, quæ ab eo afferuntur ut Christi doctrina illustretur. Utramque porro hanc laudem ad Franciscum quoque pertinere contendo.

18. *Doctrina S. F. Salesii Ecclesiæ corpus nova luce perfudit.* Vident Patres Em. me, excitante ac prope dixerim hortante censore egregio, tria demonstranda assumpsisse. 1. Doctrina S. Francisci Salesii totum Ecclesiæ corpus nova luce fuisse perfusum. 2. In ea doctrina novitatis meritum enitere, cum circa modum fructuosissimum quo fuit explicata; 3. tum propter copiam eruditionis qua illustrata fuit. Ad primum ilicet deveniam. Salutaris certe doctoris opera et scriptorum ejus utilitas non debet uni hominum ordini prodesse, sed omnibus, non unius diœcesis aut regionis finibus circumscribi, sed ad universam Ecclesiam extendi quæ nova exinde luce decoratur. Verum quis hominum ordo est qui luminibus careat a Salesio diffusis, quando « omnibus omnia factus simplices « et agrestes in simplicitate sermonis, inter sapientes vero « loquutus est sapientiam (1) ? » quippe ab eo *prodierunt volumina* (ceu testatum est in bulla canonizationis), *quorum documentis irrigata populorum ac virorum nobilium pectora affluentem evangelicæ vitæ messem* peperunt (2). Nonne probante Clemente IX, ecclesiastico ritu quotannis celebratur Salesius quod repletus spiritu intelligentiæ *fluenta doctrinæ ministravit populo Dei* (3)? Nonne præeunte card. Sacchetto, commendavit Benedictus XIV opera sancti scriptoris, utpote quæ uberrimos « in toto christiano orbe fructus parturiunt, » quum scilicet apta statui suo monita quisque reperiat, « sive « sæculo deditus ille sit, sive claustro, sive cœlebs, sive con- « jugatus, seu princeps seu privatus (4). » Cujus rei rationem attulerat Alexander VII renuncians, documenta ejus « libris consignata fidelium manibus teri magno cum uniuscujusque emolumento..... quamcumque hominum conditionem ad semitam salutis, » ab eo fuisse reductam, unde recte affirmabat : « D. Francisci Salesii sapientia *Christianum orbem universum* late perfundit (5).

19. Quæ porro pars est catholici orbis quo libri S. antistitis non pervenerint? Innumeras versiones in omnia idiomata, et editiones operum ejus jam a sæculo XVII factas fuisse constat, alias porro accessisse duobus sequentibus sæculis nemini ignotum est. Postulationes quæ, non modo ab episcopi fere totius orbis, sed etiam a piis viris et mulieribus ex Italia, Gallia, Hispania, Germania, Hungaria, Polonia, et Helvetia, imo ex dissitis Orientis plagis ad Apostolicam Sedem pervenerunt (6) apertissime declarant in omnes orbis regiones S. antistitis libros fuisse propagatos. Multa quæ huc pertinent possem adjicere, præsertim circa versiones et editiones operum S. episcopi, quæ in Germania confectæ sunt, sed ne diutius legentes morer, heic ab iis afferendis abstinebo. Nolim tamen prætermittere ea quæ vicarius apostolicus Cracoviensis de versionibus polonicis nos admonet : « Plura (ait) ex ejus scriptis in linguam polonicam jamdudum translata et sæpius edita..... manibus omnium tam ecclesiasticorum quam sæcularium virorum et mulierum teruntur (7). » Et quum Polonorum facta sit mentio, juvat elegantem, sed aptam solidamque rationem adducere universalis diffusionis Salesianorum operum ab egregio scriptore illius gentis traditam. P. Hieronymus Kajsiewicz concionator illustris, et moderator generalis congregationis a Resurrectione appellata, in oratione quam habuit Cracoviæ V kalend. februarii anno 1846, quæ eodem anno Lutetiæ typis impressa est (pag. 26) hæc inter alia scite notavit, quæ juxta gallicam versionem profero : « Il existe beaucoup d'œuvres spirituelles et des traités de dévotion, mais très-peu de ce genre qui soient en même temps propres à chaque siècle, à chaque pays, à chaque particulier. On sent

(1) I Corinth. 3, 11.
(2) Ephes. 2, 20.

(1) Vide Inform. pag. 47, § 70 in fine.
(2) Ibid. pag. 49, § 94.
(3) Summ. pag. 72 in med.
(4) Bened. XIV de Serv. Dei beatif. lib. 2, c. 23, n. 10.
(5) Vide inform, pag. 50, § 65.
(6) Summ. pag. 51 princ. et Summ. addit. num. 2.
(7) Summ. pag. 88, vers. *Siquidem*.

ouijours dans ces ouvrages quelque chose qui provient d'un manque de fond, quelque chose de sec, de limité, et trop borné pour satisfaire l'intelligence et le goût naturel de l'homme. Les uns sont trop abstraits et profonds, les autres ne renferment que des notions superficielles et des pensées rampantes : tantôt ils sont trop secs, on parlent trop à l'imagination, et d'une manière trop sentimentale, tantôt trop austères, rebutant les esprits, ou trop faciles et assoupissant la conscience ; enfin ils ne contentent ni par leur essence ni par leur développement. Le livre de S. François de Sales, et l'Imitation de N. S. Jésus-Christ, sa sœur aînée, ont, après la parole de Dieu, le plus grand don et privilége d'*universalité ;* c'est là qu'on sent le mieux le parfum et l'onction du Saint-Esprit : ils ont gagné dans tous les pays un immense nombre d'âmes à Notre-Seigneur et en gagnent encore tous les jours. »

20. *Quomodo et quando Ecclesia doctorum scriptis nova luce perfunditur.* Postrema hæc verba mirifice viam sternunt ad rem explicandam, quam mihi in hac parte orationis recte definiendam esse, et solide constituendam intelligo. Certe totum Ecclesiæ corpus radios excepisse e libris Salesii manantes nemini jam dubium est ; verum solertissimus fidei vindex scite admodum flagitat in Ecclesiæ doctoribus ut « eorum doctrina totius Ecclesiæ corpus *nova luce perfundatur.* » Verum quid nomine lucis juxta ecclesiasticum verborum usum intelligitur? Declaravit divinus præceptor cum ait : « Sic luceat *lux vestra* coram hominibus, ut videant *opera vestra bona*, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est (1). Huic rationi loquendi adhæsit Paulus quum inquit : « Ut sitis sine querela, et simplices filii Dei sine reprehensione in medio nationis pravæ et perversæ, *inter quos lucetis* sicut luminaria in mundo (2). » Lux ergo bona opera ac virtutes sunt, unde et virgines illæ evangelicæ habere semper accensas dicuntur lampades suas ; adeoque qui virtutes colunt filii lucis, qui in vitiis sordescunt filii tenebrarum compellantur (3). Neque secus fieri potest ; nam divinus evangelicæ perfectionis magister est *lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, et lex ejus est *præceptum Domini lucidum illuminans oculos* (4). Ecquando igitur majori luce fulgebit Ecclesia Dei ? Quum fideles omnes, vel maxima eorum pars, plenius ac perfectius evangelicas virtutes coluerint, easque sequentur impensius. Honores, opes, potentia, metus hostibus injectus, sæcularis sapientia, artium cultura, et similia, possunt subsidio esse et instrumento ad Ecclesiæ decus, pacem, et libertatem tuendam ; sed vera, et divina lux tunc in ea maxime fulget, quum virtutum claritas in ejus membris quamplurimis enitescit. Itaque doctorum opera tunc maxime præstat illud cui destinata est, cum efficit ut ejusmodi luce fulgeat Ecclesia, ideoque illi sideribus comparantur. « Qui « autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, « et qui ad justitiam erudiunt multos quasi stellae in perpetuas « æternitates (5). » Primum propterea ac præcipuum decus, quod in antiquis doctoribus Bonifacius VIII commendavit hoc est, quod illorum « perlucida et salutaria documenta prædictam « illustrarunt Ecclesiam, decorarunt virtutibus et moribus in- « formarunt. » Quo in loco non de virtutibus a scriptore exercitis, sed per ejus documenta partis, auctis, excultis in Ecclesia, nempe in cœtu fidelium, sermo est apertissimus. Jamvero hæc laus Salesium præprimis pertingit, ut in calce paragraphi præcedentis vidimus, proindeque Alexander VII qui de eo prædicaverat : « Quamcumque hominum conditionem prudenti ac suavi divini Spiritus insinuatione ad semitam salutis reducit, » disertissime de scriptis ejus testatur « ingens Ecclesiæ universæ lumen afferunt » (1).

21. *Nova lux e Salesii scriptis effulsit propter modum, quo Christi doctrinam explanavit.* Hisce probe compertis, facile demonstratu est quod secundo loco declarandum suscepi (sup. § 18) : nempe in doctrina S. episcopi novitatis meritum enitere propter modum fructuosissimum quo Ecclesiæ doctrina ab eo fuit explicata. Hoc meritum tanti est, ut post redemptionis beneficium, Ecclesiæ constitutionem et doctrinam salutis a Christo traditam, vix dicere possis an aliquid præstantius et optatius Christianæ societati, imo humano generi contigerit. Ecceur enim immortalia hæc benefacta Deus et Dominus noster hominibus impertivit ? Scilicet ut *serviamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris* (2). *At angusta porta et arcta via est quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam* (3). Nonne igitur mirandum, inauditum, ac prope divinum dixeris cogitatum et inventum illius qui, testante censore egregio, « facilioris est habitus auctor semitæ, qua omnigenæ conditionis homines perfectionis culmen attingant » (4)? Si auctor fuit, novitatis meritum denegare non possumus. Neque hæc temere vir gravissimus dixit ; nam plures habebat ejusdem sententiæ sufiragatores, quos inter card. Delcium qui affirmaverat « divinum plane modum excogitavit ; » et episcopum Bitectensem qui pronunciaverat : « Viam sanctitatis facilem adinvenit prava sternens in directa, et aspera in vias planas (5). » Id peculiari missioni divinæ acceptum retulit Emus Card. Wiseman, idque scripsit ab Ecclesia testatum cum in missæ collecta, tum in celebri illo elogio : *Suis etiam scriptis cœlesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad christianam perfectionem tutum et planum demonstrat.* « La Chiesa ha riconosciuto in « fatti (aiebat scriptor Emus) in S. Francesco di Sales uno spi- « rito che gli è proprio, un dono spirituale tutto speciale..... « La Chiesa riconosce che S. Francesco di Sales ha ricevuto « una missione speciale dalla divina bontà per far sentire a « tutti la dolcezza della carità e condurre le anime alla salute « piuttosto per questo sentiero, che per quello dell'austerità « e della penitenza (6). » Scriptis igitur sancti viri non modo vera luce perfusa est Ecclesia Dei, sed *nova* luce, prout censor egregius flagitat, idque eo mirabilius est, quod ea ætate tenebris teterrimis catholici orbis facies obscurabatur, testante Bossueto, rei scientissimo, qui moniales Visitationis alloquens aiebat : « On peut dire, mes sœurs, qu'avant votre saint instituteur l'esprit de dévotion n'était presque plus connu parmi les gens du siècle (7).

22. *Sternens faciliorem semitam ad perfectionem S. Fr. Salesius hæresim valide oppugnavit.* Crescit in immensum hoc laudis meritum quo floret S. Gebennensis antistes, si perpendamus utilitatem quam christianæ reipublicæ attulerunt aurei ejus libri, introductionis ad vitam devotam, de amore Dei, aliique ejusdem generis, ut arma validissima confringerentur, quibus hæretici ejus ætatis ad aggrediendam Ecclesiam, suumque agmen augendum usi fuerant. Eo scilicet tempore quo Calvinus, Lutherus aliique reformationis quam vocabant duces surrexerunt, iners dominabatur inter fideles rerum spiritualium oblivio, cum quibus rerum mundanarum cura componi non posse videbatur ; vitia late serpebant, corruptio morum magis magisque invalescebat, ipsamet cœnobia, quæ sola ferme sanctitatis et pietatis asyla putabantur, multis in

(1) Matth. V. 13.
(2) Philipp. II. 15.
(3) I Thessal. V. 5.
(4) Joann. I. 9. Psalm. XVIII. 9.
(5) Dan. XII. 3.

(1) Inform. pag. 50, § 55 in fine.
(2) Luc. I. 74. 75.
(3) Matth. VII. 14.
(4) Animad. § 1.
(5) Vide inform. pag, 34, 35 § 44.
(6) In præfet. Anglicæ versionis Collationum spiritualium (Entretiens).
(7) Bossuet. Opp. tom. 12, pag. 75.

locis laxioris vitæ studio aditum patefecerant, et veste non moribus ascetas incolas suos prodebant. Multi proinde eo rerum conspectu deterriti christiani gregis emendationem in votis habebant, mores cleri et populi reformandos esse inclamabant. Tum pessimi illi hæreseon magistri accommodam sibi occasionem rati, specie colendi fovendique spiritualem vitam præseferentes, et antiquæ fidei morumque puritatis zelum jactantes, complures ea fallacia deceperunt, qui pravorum morum ubique vigentium pertæsi, emendationem christianæ reipublicæ volvebant animo, et novis rebus ac doctrinis capti illusique in hæresim collapsi sunt.

23. Quid adversus hasce hostiles artes agendum erat? Dimovendi erant hostes ex eo loco quem per fraudem occuparant, telaque ex eorum manibus erant eripienda. Id magna ex parte præstiterat Tridentina synodus, quæ ad emendationem morum christiani gregis sedula incubuit. Verum non ea erant vulnera, quæ solis decretis et præscriptis ecclesiasticæ auctoritatis possent consanari. Demonstranda erat vera et pulcherrima spiritualis vitæ ratio ex intimis catholicæ doctrinæ medullis eruta, et solidæ caritatis principiis innixa; ea porro sic explananda erat ut omnibus pervia agnosceretur, ex quo fieret ut cuncti ad eam amplectendam allicerentur, simulque fucata illa novatorum severitas (cujus velamine malignitas invida turpisque licentia tegebantur) fallaci veste exueretur, omnemque vim et robur ad credulitatem simplicium decipiendam amitteret. Quum id egregie effecerit scriptor sanctissimus, incredibile dictu est quanto salutis fructui, et religionis emolumento arma ab hostibus extorta in ipsos converterit, omnemque opportunitatem ulterius grassandi ipsis ademerit. Hinc, ceu testatur Hyacinthus Gallizia : « Il libro della Filotea ha servito a ridurre innumerabili eretici alla fede di Cristo, ancorchè non tratti di materie di controversie, onde; il soprannominato arcivescove (Viennensis Petrus de Villars) ebbe a dire che questo libro ha fatto più conversioni, che tutti insieme i libri dei dottori cattolici che hanno scritto di controversia (1).» Hunc salutis fructum quem contra hæreticos Philothea gignebat, epistolæ S. viri adversus incredulos præstiterunt; fatebatur namque illustris de Sacy ex academia gallica, testis minime suspectus : « Pour moi j'avoue sincèrement, quand je lis les lettres d'un S. François de Sales, toutes les objections de la critique et de l'incrédulité contre la divinité du christianisme me paraissent bien frivoles (2). » Hæc autem dum gerebat illustris fidei defensor, solida quoque præjecit fundamenta doctrinæ et tela invicta paravit, quibus freti et instructi catholici scriptores oppugnare deinde possent etiam jansenianam pestem et pseudo-mysticismi labem, quas Galliæ et Germaniæ infestissimas extitisse nemo prudens ignorat.

24. *Et arma præbuit, quibus jansenismus et pseudomysticismus profligarentur.* Hominibus namque illius furfuris non secus atque superioribus illis mendacii præconibus illud commune fuit, ut veram christianæ perfectionis notionem subverterent, apta illius acquirendæ media despicerent ac perversa traderent; plurimi vero ex iis pharisæos veteres sectabantur, qui imponebant aliis onera intolerabilia; mundabant quod deforis est calicis et paropsidis, dum intus pleni erant rapina et immunditia (Matth. 23, 25). Perniciosissimis his erroribus S. Gebennæ præsul verbis et scriptis perpetuum bellum indixit, eosque profligavit ita ut eorum fallaciam et exitiosam indolem facile omnes valeant perspicere. Docet vir sanctus, perfectionis intimam vim in caritate consistere, præ omnibus exercitiis internæ abnegationi, et vitiorum coercitioni studendum esse; non adeo spectandum esse quid agatur, sed quo spiritu et animi intentioni negotia gerantur : licere in quovis humanæ societatis statu pietatem colere, et spiritualem vitam agere : tum practice demonstrat quæ et qualia suis quæque temporibus usurpata adjumenta et exercitia a Christo instituta, ab Ecclesia præscripta, ad perfectionis fastigium perducant, quomodo simul fidelis homo possit, juxta sanam doctrinam catholicæ religionis, suaviter atque expedite suis perfungi officiis, inter homines versari, placere Deo, in semita virtutis proficere.

25. *Novum genus concertationis contra hæreticos instituit.* Si hactenus constitisset Salesius, uberrimos afferens salutis fructus, qui omnibus comperti sunt, id satis esset ut recte diceretur nova luce Ecclesiam perfudisse, novosque doctrinæ fontes reserasse, ac recenseri posset a censore egregio inter bases et columnas, quæ gravitate morum suorum, quos vivendo ostenderint, scribendo explicaverint, omne pondus Ecclesiæ sustentant. Sed hic ille non constitit; majora est aggressus et perfecit. Etenim in eo certamine quod cominus et consertis, ut ita dicam, manibus, contra hæreticos sustinuit, arduum sane et novum, sed efficax et fructuosissimum concertationis genus posteris ac nostræ præsertim ætati præmonstravit. Hoc censoria virga plectit Animadversio in § 13, dum, quasi aspernantis instar, memorat : *Sermones quos scripto dictim tradere coactus est.* Sed nescit (seu potius dissimulat) quam difficilis sit hæc dimicandi ratio, quam strenuum quam validum, quam bene instructum et comparatum militem flagitet, ut ad victoriam perducat. Sciunt illi viri præclarissimi, qui nunc in Italia quotidianis editis scriptionibus contra veritatis hostes infensissimos simili ferme præliandi genere uti coguntur, et licet plures extent eruditione insignes, eloquentia præstantes, vix junctis viribus minimam partem referunt manubiarum, quas Franciscus unus ab hostibus eripuit. Dum cæsim ac punctim ferit hostes Salesius, dum eos fugat, profligat, conterit et ad deditionem cogit, erumpit ex ore et scriptis ejus sermo Dei vivus et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum (1). Det mihi hominem censura, qui tantumdem efficiat, et victas dedam manus, prout victas dedidere Salesio « septuaginta duo millia hæreticorum, et plures inter hos doctrina et auctoritate præstantes (2) ».

26. *Mira et salutaris S. episcopi methodus in re dogmatica exponenda.* At de controversiis earumque stylo et forma iterum sermo redibit; quare diutius hic non immorabor. Ad eam novam lucem oculos animumque convertam, quam vir sanctus cum in expositione rei dogmaticæ, tum in ea parte sacrarum disciplinarum quæ homiletica dicitur, effudit. Nemini ignotum est, catholicam doctrinam in iis maxime partibus quæ salutis æternæ consecutionem pressius ac propius attingunt, ea ætate qua Salesius floruit, et quæ proxime præcesserat, a multis perperam fuisse traditam, non sua et germana, sed mendaci sub specie exhibitam, nonnunquam turpiter deformatam. Nemo pariter hac in parte laudem illam Francisco denegaverit, qua ipsum ornavit doctissimus archiepiscopus Edessenus Thomas Michael Salzano dum eum compellavit « insigne scrittore che mostrò nel vero punto di vista lo spirito della cattolica religione (3). » Quin etiam in sublimioribus et difficilioribus dogmatibus exponendis (quod sæpe facit in controversiis, in Theotimo, in concionibus, in epistolis) S. scriptor idem fere præstitit quod in theologia practica, rationem iniens, qua converteret aspera in vias planas. Multum profecto in declarandis christianæ fidei dogmatibus meruerunt Thomas Aquinas ejusque asseclæ illustriores; sed ipse sum expertus, et multi mecum, ardua, abstrusa, et salebrosa multi in aureis iis libris reperiri, unde solidum quidem pabulum viri doc-

(1) Gallizia. Vita di S. Francesco de Sales, pag. 211.
(2) Préface aux lettres de S. François de Sales.

(1) Hebr. IV, 12.
(2) Card. Chrisius cit. in causæ Inform. pag. 16, § 18.
(3) Salzano. Corso di storia Eccles. 1852, vol. 2, pag. 297.

tissimi jucunde decerpunt, sed nihil audet attingere vulgus fidelium, ne exceptis quidem mediocri cultura præditis qui volumina illi sapientibus reservata venerabundi suspiciunt, quemadmodum montem, in quo Deus Moysen alloquebatur, populus Israel obsequenter dissitus suspiciebat. Atqui christianæ plebis maxime interest doctrinas illas (præcipuas saltem) perspicue nosse et probe callere, eoque præsertim tempore intererat, quo hæreticorum petulantia sublimiores theologiæ quæstiones e scholarum penetralibus in quotidianam disputationem, in fora et compita propemodum adduxerat. Tum vero oportebat ut ipsum fidelium vulgus insidiis hostium impetitum, ac sæpe captum, rationes nosset, quibus illorum fallaciæ refutantur. Res erat perquam difficilis sic illud instruere ut veritatem teneret, et hostiles impetus ab se retunderet. « Difficilius forte est (scite notant Bollandiani Patres) scribere accurate de rebus dogmaticis, moralibus et asceticis ita ut scripta intelligantur ab indoctis, et non spernantur a doctis, quam grandiora de theologia condere opera. Quæ difficultas tanta est ut non superetur nisi a summis viris (1). » Nihilominus vir sanctus rem arduam est aggressus, et feliciter confecit. Etenim docendorum hominum rationem ac methodum directe mutuatus a præceptore divino qui *multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire* (2), per aptas similitudines, imagines venustas, et faciles analogias, congruis sed usitatis vocibus res gravissimas explicans, eas omnium captui accommodavit, atque ita omnes erudiens, erroris nexibus solvit irretitos, et simplices deceptionibus obnoxios contra fallaciam prava docentium communivit.

27. Hoc ornamentum laudis quo præfulsit Gebennensis antistes plurimi æstimatum fuit et commendatum non modo a Gallicis scriptoribus (3), sed etiam a doctissimis Germaniæ theologis, qui inter catholicos fidem tueri coacti eadem fere in conditione sunt, in qua noster versatus fuerat. Id optime novit et declaravit Joannes Alzog, qui hæc memoratu dignissima de Salesii scriptis protulit : « Quæ scripta ut originalia hac re excellunt, quod veritates revelatas similitudinibus et parabolis plurimis iisque aptissimis declarant et illustrant (4). » Verum ut hæc apertius perspecta sint patribus eminent., mihi liceat uti testimonio viri clariss. magni Jocham sacræ theologiæ professoris Monachiensis, qui optime gnarus est scriptorum qui potissime in Germania celebrantur. Is itaque in docta lucubratione quam insernit ephemeridi pastorali diœcesis Monachiensis et Frisingensis anno 1876, n. 9, hæc inter alia de Salesio prædicavit : « Sed ipsi jam a primis sacerdotii sui annis obtigerat negotium et munus aliud, nempe exponendi hominibus, variis erroribus ab Ecclesia catholica abalienatis, veritatem catholicam ea perspicuitate et gravitate et virtute dicendi ut in captivitatem dare cogerentur intellectum in obsequium Christi (2 Corinth. 10, 5) quicumque nondum erant obdurati cordis..... Summum ipsius studium et labor in eo versabatur, ut cœlestes veritates et mysteria divina hominibus errore et peccato obcæcatis ea suavitate et amœnitate proponeret qua illæ veritates et illa mysteria hominibus in intimo cordis placeant, iisque arrideant, et quemvis alliciant ad investigandam et amplectendam religionem catholicam. Valde autem errat, qui magnum hunc doctorem ignorasse opinetur quidquid boni et optimi schola antiqua comparaverat, nobisque tradiderat.... Quidquid docet, quidquid declarat, innititur fundamento theologico. Ubi disserit et discutit de anima.... inferiorem partem secernit a superiore sicut scholastici distinguunt. Quod ad inferiores, quod ad superiores animæ potentias attinet, quodque operari iis convenit, similitudinibus ex rebus apparentibus ita dilucidare consuevit, ut quæ docet ob oculos versari, et testimonio propriæ experientiæ comprobari videantur. »

28. Hinc nominatim scriptor egregius Theotimum laudat « ubi (ait) SSmus doctor doctrinam de unitate Dei et Trinitate, de Filio Dei ante omnia sæcula genito, de Spiritus sancti ex Patre Filioque processu ita plane et correcte tractat, ut prophetam divinitus inspiratum audire tibi videaris... Eadem admiratione dignum est quod de divina per æternum Dei Filium Redemptorem erga creaturas ratione præditas providentia docet lib. II, cap. 5, 6, 7. De Christo ejusque opere doctrinam ab alio eadem brevitate, iisdemque firmis fundamentis, et eadem gravitate traditam esse vix crediderim. Quare illustrissimi Germaniæ theologi sanctissimum doctorem Salesium semper semperque prædicaverunt et laudaverunt, tanquam lumen singulare Ecclesiæ fulgens, eumque magistrum divinitus inspiratum celebraverunt. Fidelissimus ille S. Benedicti filius Dominicus Schramm, qui eadem perspicuitate et eadem industria sacros Ecclesiæ canones explanavit qua sanctorum patrum opera commentatus est, in libro, qui *Institutiones Theologiæ mysticæ* inscribitur, universæ suæ doctrinæ sanctum Salesium affert auctorem et testem. Res sublimissimas tractans, quidquid docet Salesii testimonio confirmat .. Eadem pietate sanctum Salesium nostrum veneratur Georgius Gobat soc. Jesu in Germania magister, qui in operibus suis moralibus (tom. II, tract. IV, num. 418) Salesium laudat virum eruditione et sanctitate illustrem.... Eadem mente doctissimus Bavariæ S. Benedicti congregationis magister rev. Sebastianus Wiest episcopum Gebennensem celeberrimum illorum doctorum laudat, qui de mystica theologia scripsere, eumque in hac via tanquam ducem commendat nunquam fallentem, nusquam dubium. Qui omnes viri doctissimi in Salesio illam sapientiam admirantur, qua summæ simul ac profundissimæ theologiæ doctrinæ summa simplicitate ac planitate explicantur et demonstrantur. Hanc sancti nostri Salesii sapientiam in investigandis et declarandis sanctissimæ fidei nostræ veritatibus admiratus est etiam maximus Germaniæ theologus quem sæculum XIX protulit, clarus ille Joannes Adamus Moehler, qui sanctum nostrum tanquam auctorem et testem fallere et falli nescientem ingenti cum laude adfert. Hic celeberrimus Germaniæ theologus cum librum suum, cui *Theologiæ symbolicæ* nomen dedit, contra iniquissimas et imprudentissimas interpretationes defendit, has Salesii laudes scribit: S. Franciscus Salesius inter excellentes practicæ theologiæ scriptores insignis ac ingenuus hanc Ecclesiæ doctrinam (scil. de privatione gratiæ supernaturalis et de vulneratione supernaturalium donorum primi hominis quæ ipsi per peccatum accidit) imaginibus et similitudinibus, uti consueverat, mira planitate et simplicitate exponit etc. »

29. *S. F. Salesius sacræ eloquentiæ instaurator.* Novam lucem e Salesii scriptis adeptas esse sacras disciplinas etiam in ea parte quæ homiletica dicitur et sacram eloquentiam respicit, in sup. § 26 significavi. Ut recte intelligatur quanta hæc lux fuerit et quam salutaris Ecclesiæ hac in re sancti scriptoris industria, præprimis considerandum est prædicationem divini verbi medium esse præcipuum, maxime universale, a Christo Domino institutum, quo catholica doctrina declaratur; et recolere est opus quam atra nox fuerit in qua tunc temporis ea disciplina jacebat. Clarissimus Joannes Andres, vergente ad exitum sæculo XVIII, hæc scribebat : « Certo egli è che nel passato secolo era troppo deplorabile la depravazione della sacra oratoria, della quale sin dal principio del secolo ce ne fa una lacrimevole pittura il medesimo Borromeo (Fridericus). Gonfio e ampolloso stile, pensieri bizzarri, arditi paradossi,

(1) Summ. pag. 102.
(2) Marc. IV 33.
(3) Late id explicat H. Sauvage in opere inscripto : *S. François de Sales prédicateur*, pag. 78 et seqq.
(4) Alzog. Historia univers. Ecclesiæ christianæ, pag. 911.

testi troncati, e violentemente sforzati a dire ciò che non dicono, proposizioni più maravigliose che vere, prove più sottili che concludenti, più acutezza d' ingegno che sodezza di ragioni formano il distintivo delle prediche di quel tempo (1). » Adversus hasce ineptias et inanes calamistros vocem extulit vir sanctus in aureo tractatu de prædicatione divini verbi, et exemplo demonstravit, quæ dicendi ratio esset iucunda, gravis nempe, sine fuco, solida, eloquentiæ veterum Patrum conformis, quæ mentes illustraret, et corda moveret. « Divini verbi prædicatoribus (ait episcopus Nivernensis) veram et apostolicam annuntiandi Evangelii methodum exponit in tractatu inscripto *De la prédication* quam quidem methodum ille constanter tenuit (2). » Comparentur, quæso, cum miseris illis eloquentiæ corruptissimæ monumentis, quæ Gallia, Italia, Hispania eo tenebricoso tempore suppeditavit, cum homiliis et sermonibus S. episcopi Genevensis, et pronunciet æquus quisque judex, num ex ejus lucubrationibus nova lux Ecclesiæ accesserit. Certe doctissimus Faber illius conciones audiens sibi visus est « audire antiquos illos Chrysostomos, Hieronymos, Augustinos, et alios, si qui sunt, ex veteribus episcopis celebriores, » atque audacter testem vocavit Galliam universam, quam vir sanctus non minus quam regem ipsum, per conciones quas habuit, fama nominis sui et admiratione complevit (3).

30. Neque Fabrum fefellit opinio ; nam S. Alphonsus, Ecclesiæ doctor, præcepta et exempla Salesii concionatoribus proponebat, atque hæc præsertim monita quæ totidem verbis descripsit in opere cui titulus : *Istruzione ai predicatori*, et italice reddidit. « La tessitura dee esser naturale senza vani ornamenti e senza parole affettate. I nostri antichi padri e tutti quelli che hanno fatto frutto si sono astenuti dal parlare con troppa pulizia ed ornamenti mondani... so che molti dicono che il predicatore dee dilettare ; ma quanto a me distinguo e dico, che vi è una dilettazione la quale è conseguente alla dottrina che si predica, ed alla commozione degli ascoltanti ; poichè qual anima è così insensata che con estremo piacere non intenda il modo d'incamminarsi al cielo, d'acquistarsi il paradiso e non intenda l'amore che ci porta Dio ? e per dilettare in questa forma si dee usare ogni diligenza coll'insegnare e muovere. Vi è poi un altra sorta di dilettazione, che spesso impedisce d'insegnare e muovere : questa è una certa ansia o solletico che si fa all' orecchie, il quale proviene da una certa eleganza profana, da alcune curiosità, e da una aggiustatezza di parole che tutta consiste nell' artifizio, e quanto a questa io risolutamente dico, che un predicatore non dee usarla, perchè ella è propria degli oratori mondani, dei ciarlatani che vi si applicano, e che chi predica così, non predica Gesù Crocifisso, ma se medesimo. S. Paolo detesta i predicatori prurientes auribus cioè quei che vogliono compiacere chi li sente. » S. doctor, qui hæc descripsit, diserte pronunciat. « E come insegnava il santo, così praticava ; » atque inferius subdit : « con tutto che predicasse senza belletti, il frutto che faceva era immenso. » Tum verba refert mulieris prænobilis jam in § 62 Inform. descripta : « Gli altri coi discorsi volano come per aria ; ma Monsignor di Geneva scende alla prede e quale oratore del santo amore investe subito il cuore e se ne rende padrone (4). »

31. Jamvero si nihil in oratore præstabilius est quam posse (ut Tullii verbis utar) *voluntates impellere quo velit, unde autem velit deducere* (1), si in cordibus permovendis, vincere dominari, regnare orator dicitur, si propter hanc vim et facultatem ab eodem Tullio, et vetustiore auctore quem ille laudat *flexamina atque omnium regina rerum oratio* dicitur (2), omnino princeps sacrorum oratorum ætatis suæ Franciscus existimandus est. Et sane fuit, ceu docet V. C. Petrus Feret in opere quod de card. Du Perronio scripsit ; ubi, cum laudasset inter sacros oratores ejus ævi in Galliis quinque dumtaxat, licet ætatis illius vitiis haud expertes, sic pergit : « Mais au-dessus de tous, au-dessus de Fenolliet, Cospean, Coëffetau, Bertaud, du Perron, nous devons placer S. François de Sales... Celui-là comprenait trop bien la dignité de la chaire pour y manquer lui-même, traçait de règles trop sages pour ne pas les suivre... On le peut dire, en S. François de Sales ce qui fait le fond de l'écrivain fait aussi le fond de l'orateur. Ce naturel admirable, cet inimitable simplicité, et à la fois cette justesse d'observation, cette finesse d'esprit, cet à-propos sous le voile de l'ingénuité, en un mot cet ensemble indéfinissable de qualités, qui dans les autres ouvrages du saint charme et captive, se retrouve dans ses sermons (3). » Ex eo admirabilior vir sanctus fuit, quod ea ætate non modo concionatores ceteri (perpaucis exceptis, quos nuper audivimus) captabant auras inanes ; sed auditores ipsi assueverant ea probare quæ risu potius et miseratione digna, quam laude et plausu censenda fuissent. Atque eo res pervenerat, uti docet S. Alphonsus, ut, loquente altero ex oratoribus qui tunc celebrabantur, Salesius ingenue illi fateretur : *A tutti avete piaciuto fuorchè ad un solo* (4), sibi nimirum, qui hoc salubri monito vitium concionatoris emendavit. At postquam a viris prudentibus et ab ipso rege probari cepit dicendi ratio a S. episcopo inducta, tanta rerum immutatio est insequuta, ut ipse unus libenter audiretur, et qui eum imitarentur ; ceteri vero displicerent. Venustissime scriptor recens ait : « François de Sales avait fait à tous (ce dont se plaignait un de ses auditeurs) beaucoup de bien, et un mal dont on ne guérirait plus, il avait dégoûté des autres prédicateurs..... La voie nouvelle est tracée. Tous ceux qui ne la suivront pas sont condamnés à s'égarer (5). » Ex eo factum est, ut in Galliis prius quam in aliis Europæ regionibus sacra eloquentia renovata nobilem, gravem, dignitate plenam formam induerit, et pro ineptis illis quorum perierunt nomina, viri clarissimi Bourdaloue, Bossuet, Fénelon, Fléchier, Mascaron, Massillon floruerint. « En résumé (ait cl. Féret jam adductus, post laudes Salesio tributas) une heureuse et forte impulsion était donnée. Elle fut suivie et accrue dans la société de Jésus par Lingendes, Biroat, Castillon, pour aboutir à Bourdaloue, et dans la congrégation de l'Oratoire par Sénault, Le Jeune, pour avoir la gloire de produire Soanen, Mascaron, Massillon. Le clergé séculier ne demeurait pas en retard, et de ses rangs devaient sortir Fléchier, Fénelon, et celui qu'on nomme à juste titre le prince de l'éloquence sacrée, Bossuet (6). »

32. *Instauratio sacræ eloquentiæ a S. Francisco peracta Italis quoque et Germanis profuit.* Documenta et exempla sancti viri Italis quoque et Germanis profuisse non est ambigendum. Quod ad nos attinet, satis foret innuisse, S. Alphonsum Ecclesiæ doctorem eorum documentorum exemplorumque præconem et adsertorem factum esse, sed reticendum non est, adhuc sæculo nostro sacræ eloquentiæ præceptores eadem discipulorum auribus inculcare. In lectionibus sacræ eloquentiæ

(1) Andres, *Dell'origine, progresso e stato attuale d'ogni letteratura*, tom. 3, cap. 7, n. 153, pag. 512. Quod ad Gallicos oratores peculiariter attinet conf. H. Sauvage in opere laudato *S. François de Sales prédicateur*, cap. 1, per totum.

(2) Summ. pag. 193 vers. *Divini*.

(3) Vide Informat. § 77.

(4) S. Alphonsi opera, Taurini, 1847. Tom. 3, pag. 322 et 314.

(1) De orat. lib. 1, c. 18.

(2) Ibid. lib. 2, c. 44.

(3) Féret : *Le cardinal du Perron orateur, controversiste, écrivain.* Etude historique et critique. Paris, 1877, pag. 101, 102.

(4) Tom. cit. pag. 313.

(5) Sauvage, *S. François de Sales prédicateur*. Paris, 1874, pag. 267.

(6) Féret, op. cit. pag. 102, 103.

Taurini editis anno 1840 ac nominatim in lectione 12 quæ est de homiliis episcoporum, V. C. Gulielmus Audisio, testatus se magistri personam deponere et discentis assumere, præcepta memorat ex aureo Salesii tractatu deprompta, quorum pluribus recitatis, ait : « Io mi sento rapire, e non istupisco a questi commovimenti del più sublime e del più santo amore (1). » Atque in lectione 24 monita et præcepta exponens quorum ope sacra eloquentia rursus apud Italos reflorescat, talia edisserit, quæ cum iis quæ tradidit Salesius magna ex parte conveniunt.

33. De Germania auctores habemus antecessores universitatis Vindobonensis qui nunciant : « Conciones, homiliam ab ipso (Salesio) ad mentem SS. Patrum revocatam esse testantur, atque Verbi divini prædicatoribus normæ inserviunt, qua ad munus suum fructuose subeundum utantur (2). » Fusius autem hanc rem prosequitur et explicat prof. magnus Jocham in ea lucubratione quam superius (§ 27) laudavi : « Celebratur (inquit) in Germania Salesius, præsertim ut prædicator. Ipsius enim sermones, quibus et diœcesis suæ et majoris Galliæ partis Ecclesiæ doctor florebat, eumdem honorem et titulum ipsi vindicant in Germania, idque eodem jure quo S. Chrysostomum Salesii et exemplar et normam ut Ecclesiæ doctorem veneramur. » Enumerat heic scriptor sermonum illorum versiones et editiones in Germania confectas, tum prosequitur : « Longior illa ad quemdam Ecclesiæ præsulem epistola de bene prædicandi methodo a cl. J. M. Sailero in linguam germanicam versa una cum pluribus omnium sæculorum ævi Christiani epistolis edita est, quam quidem epistolam Sailer instructionem pastoralem unctione et benignitate et experientia insignem prædicatoribus utilissimam nominat. Ab illo inde tempore ista instructio ab omnibus, qui de theologia practica in Germania scripsere, excerpta est ; quare S. præsul Gebennensis prædicatorum in Germania magister est factus et doctor. »

33. *Exquisitæ eruditionis copia catholicam doctrinam vir sanctus illustravit.* Ut ex integro ea præstem, quæ initio § 18 sum pollicitus, ostendam oportet, in operibus S. episcopi novitatis meritum enitere etiam ex copia eruditionis seu rerum optimarum quibus doctrinam catholicam illustravit. Sic itaque habendum est, non modo omnes theologiæ partes ab eo studiose fuisse excultas ; sed omnium humanarum scientiarum et litterarum præsidia ad eas illustrandas fuisse conversa. Ex quo verissime illi aptari potest quod in Ecclesiæ doctoribus censura flagitat, nempe quod novi doctrinæ fontes ab eo fuerint reserati. Atque hic primum Patres Emos obtestor, ut ea velint memoria repetere quæ in § 8 et seqq. Informationis exposui de omnigena bonarum disciplinarum eruditione qua vir sanctus excelluit. Iis porro adjiciant quæ Joannes Jacobus Olier scientia non minus quam pietate illustris memoriæ mandavit in sermone quem de Salesii doctrina habuit (3). Hic itaque demonstraturus S. antistitem a Deo fuisse constitutum ut universam Ecclesiam doceret, illique aptans divinum effatum : *Implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus*, hæc inter alia scripsit : « Dieu voulant l'allumer comme un flambleau au milieu de l'Église pour éclairer ce corps vaste et immense, le remplit d'un don merveilleux de science et de sagesse proportionné à ses desseins... On peut dire que sa science était universelle par les choses, et en cela elle me paraît admirable. Comme Dieu par sagesse sait proportionner les causes avec les effets qu'il veut produire, ayant à éclairer ce vaste et immense corps de l'Eglise il verse à proportion sa lumière dans l'esprit du grand François de Sales, l'un des plus capables de son temps : *Dedit unicuique secundum propriam virtutem*. Notre saint devait servir à tant de choses dans l'Eglise, il devait être instruit de toutes sortes de sciences, et réunir en soi les sciences divines et humaines. » Cum porro declarasset vir egregius sancti antistitis præstantiam in humanis disciplinis, pergit : « Pour les sciences divines comme est la théologie, il était éminent en toutes espèces, soit dans la théologie positive, soit dans la théologie scolastique, soit dans la théologie morale, soit enfin dans la théologie mystique. » Dein cum id late probasset Olierus, maxime ex operibus S. viri, ac memorasset notissima verba Clementis VIII : *Bibe aquam de cisterna tua etc...* concludit : « D'après cet oracle du ciel, il doit répandre partout ses eaux : *Deriventur fontes tui foras*, ce qui était la vocation de notre grand saint. » Etiam Hispanus Michael de la Portilla, professor linguæ græcæ in universitate Complutensi, affirmat tantam, tam late patentem, tam extraordinariam fuisse sancti viri scientiam, ut sacrum cardinalium collegium merito illum compellaverit : *Os Dei et tabernaculum divinorum mysteriorum* (1). Multiplex hæc cognitionum omnigenarum varietas sanctum scriptorem mirifice adjuvit ut excelleret in ea methodo quam in §§ 26 et seqq. superius significavi ; qua nempe potuit res perdifficiles ac sublimes planissime exprimere, et captui multitudinis accommodare. Huc pertinent ea quæ animadvertit cl. Paulus Palasthy, prof. theologiæ moralis in universitate Pesthinensi, qui, exponens historiam theologiæ moralis, et Salesianæ Philotheæ præstantiam commendans, hæc habet : « In explicandis his rebus (in hoc opere pertractatis) sancto Francisco universa rerum creatarum copia subsidio fuit, ut nusquam reperiamus doctrinam subtilissimam pluribus et aptioribus exemplis ac imaginibus illustratam (2).

35. *Scientia philosophica et litterarum cultura S. F. Salesius excelluit.* Præprimis vero philosophicum robur informat et exquisita litterarum cultura exornat quidquid a S. antistite conscriptum fuit. Duo hæc ornamenta conjuncta non in omnibus Ecclesiæ doctoribus (propter ætatem scilicet qua nonnulli eorum conscripserunt) facile reperies : at in iis maxime conspicies qui aurea quæ dicitur ætate floruerunt. Ejusmodi fuerunt Gregorius Nazianzenus et Chrysostomus inter Græcos, Augustinus et Hieronymus inter Latinos. Neque hæc mea sententia est, sed illorum quorum neque contemni, neque pro suspectis haberi possunt judicia. « I libri di S. Francesco di Sales (ait Cesar Cantù) e massime la Filotea spirante un cristianesimo mansueto, sono de' migliori ascetici... quanto a profondità, a lucidezza di spirito filosofico e cristiano non saprei a qual posporlo dei sommi scrittori del gran secolo (3). » Gulielmus Audisio in lectionibus eloquentiæ sacræ Franciscum exemplar proponens inquit : « S. Francesco di Sales è un egregio filosofo » (4). Eumdem Sylvius Pellico compellat pariter « un ottimo filosofo » (5), et comes Tullius Dandolo subdit : « Francesco di Sales non fu solamente un altro Borromeo per la episcopale operosità, un altro Saverio per lo zelo convertitore, un altro Filippo Neri per la sagacia fondatrice d'istituto benefico, ma a cuor fervido appaiando intelletto cultissimo si chiarì uno dei più eloquenti prosatori della Francia a dì della sua grande letteratura, ed uno dei fondatori dell'Accademia (6). » Hoc docti viri judicium a Gallicis scriptoribus confirmatur. Nam Tourneminius refert : « L'Académie française, dans le dessein de prendre pour mo-

(1) Vol. 2 ; pag. 284-286.
(2) Summ. pag. 114.
(3) Olier : *Discours sur la doctrine de S. François de Sales.*

(1) In vita S. Francisci Salesii, lib. VI, cap. 15.
(2) *Theologia morum catholica.* Ratisbonæ 1861, part. 1, cap. 2, § 4, pag. 37.
(3) Cantu, *Storia universale*, 8 ediz. Torino : unione tipographica editrice 1858, tom. IX, part. 2, pag. 2, pag. 521.
(4) Audisio : *Lezioni di S. eloquenza*, part. 2, lez. 13, pag. 420.
(5) Opere complete, Milano 1868 : *Dei doveri degli uomini*, cap. 13, pag. 103.
(6) *Storia del pensiero nei moderni*, prefaz. pag. 17.

dèles nos meilleurs écrivains, joignit S. François de Sales à Malherbe (1). » Atque auctor operis inscripti : *Etudes sur S. François de Sales,* Parisiis editi anno 1844 : « Celui qui parlait de la pesanteur de son esprit (Salesius nempe qui ita de se loquebatur in præfatione Theotimi) est, et sera toujours un des premiers génies de l'époque, un des pères de la langue française, le continuateur de S. Augustin, le précurseur de Fénelon (2). » Nemo non videt quam apte hæc congruant cum novissima laude, quam Bonifacius VIII doctoribus tribuit, inquiens, *eorum fœcunda facundia Ecclesiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, et verborum facundia elegantia singulari gloriosius sublimata coruscat* (3). Exinde manavit vis et suavitas illa quæ legentes Salesii libros allicit, rapit et docenti conciliat, quam præclare verbis expressit vir cl. me. Henricus Bindi archiepisc. Senensis scribens : « Le preziose ed immortali sue opere saranno, finchè la Chiesa di Gesù peregrinando, e combattendo vivrà di fede, come il favo del miele stillante dalla bocca del leone da confortare le anime redente nelle amarezze della vita, e da ringagliardirle nella conquista del regno (4). » Ita S. scriptor industria et operibus suis implevit quod Gregorius Magnus præsagiverat de summis viris, qui docendi munus in Ecclesia exercerent : « Dum per eos singulis diebus magis magisque scientia cœlestis ostenditur, quasi interni nobis luminis vernum tempus aperitur, ut novus sol nostris mentibus rutilet, et eorum verbis nobis cognitus seipso quotidie clarior micet. Urgente enim mundi fine superna scientia proficit, et largius cum tempore excrescit (5). »

36. *Doctoris scientia patefieri potest pluribus modis quam iis quos censura recenset.* Quandoquidem affatim ac dilucide potuit demonstrari scientiam S. episcopi Genevensis eum attigisse gradum, qui Ecclesiæ doctori convenit, parum moveor ex iis quæ de doctoribus jam renunciatis censor eruditissimus in calce § 6, itemque §§ 7 et 8 animadv. scienter disputat. Præcellens fuerit eorum doctrina : insiguia sint eorum in Ecclesiam merita. Quid ergo ? Pium quemque et cordatum virum fateri oportet, doctoris nomen et honores jure merito illis fuisse tributos. Id equidem libenter fateor et contestor. Verum non ita res exaggeranda est, ut non aliis ille honoris titulus sit conferendus, quam iis « qui vel nascentes hæreses confodere, vel veterascentes eradicarunt, vel denique collecta Ecclesiæ dogmata ac præscripta ita in ordinem digessere, ut exinde posteri theologicarum scientiarum fundamentum et renascentium hæresum refutationem haurire valeant. » Petrus Damianus, exempli causa, neutrum præstitit, licet disputatio ejus de fide catholica, antilogus contra Judæos, dialogus inter Judæum et Christianum, nec non sermones et epistolæ plurimam sibi laudem et admirationem concilient. Imo nescio an duo illi magni et immortales viri, quorum sermo fuit auro comparatus, Chrysostomus, et Chrysologus, in amplissimo doctorum agmine essent recensendi si propositionem illam severi censoris stricte ac rigide acciperemus. Potest aliquis docte, laboriose, fructuosissime contra hæreticos pugnare, quin hæresis recens sit, vel, si pridem enata fuerit, quin prorsus eradicetur. Græcorum errores antiquiores Anselmo fuerunt et postea perdurarunt, huic tamen merito versum est laudi quod eos refutaverit. Ambrosius jamdiu grassatos confodit Arianos, ac post ejus obitum Italia hujusmodi hæreticis adhuc abundavit. Potest etiam quispiam gravissima et utilia docere fideles cum maximo regionum et ætatum omnium emolumento, quin hæc præcepta et documenta pene ad scholarum usum (velut actum fuit a Thoma et Alphonso) digesta sint. Num ideo doctoris nomen huic denegandus si scientia probetur eminens, decora Ecclesiæ, universis fidelibus maxime salutaris ?

37. Equidem nolim quidquam detrahere de laudibus eximiis quibus fidei promotor sapiens eos qui doctoris habuere nomen meritissime cumulavit, pariterque nolim ita Francisci causam constituere quasi minora præstiterit quam ii qui ab animadversione laudantur, vel de ipso nequeant prædicari quæ de illis verissime affirmari potuerunt. Hoc unum dumtaxat meo jure contendo, ne locutio illa *eminentis scientiæ* quæ late patet, et multiplici varioque indicio a scriptoribus potest manifestari, tam angustis finibus coerceatur, ut nulla esse intelligatur eminentia doctrinæ ubi scriptor aliquis ad unguem et amussim illud non effecerit quod ab aliquo veteri factum similiter non reperiatur. Quin imo, si stricta hæc interpretatio esset adhibenda, falsum esset quod paulo ante censura solertissime notaverat, nempe doctorum meritum ex eo maxime demetiendum si « eorum doctrina totius Ecclesiæ corpus *nova luce* perfundatur, ac veluti *novus doctrinæ fons* reseratus fuerit. » Hoc novitatis meritum quomodo cum ea pedissequa ac prope servili veterum imitatione conciliatur ?

38. *Duplex doctorum classis ab animadversione memorata.* Hic vero, ut puto, me loquentem intercipit censor egregius, conquerens quod ejus dicta nimis rigide accipiam. Nam generatim oportet ut præcedentium merita æquaverint ii pro quibus honos doctoris postulatur; non tamen exigitur, ut perfectam eorum imaginem, quoad omnia et singula, in se ipsi retulerint atque expresserint. Explicet ergo vir lectissimus in quo sistat hæc paritas meriti et laudis sobrie lateque intellecta. Præmissis verbis Benedicti XIV ac Bonifacii VIII asserentium, ope doctorum « tenebras errorum fuisse profugatas, obscura fuisse dilucidata, dubia declarata, scripturarum enigmata reserata, » graviter subdit : « Et hoc revera præsidium sanctos doctores, quotquot sunt, Ecclesiæ præstitisse palam est. » Si hæc ita forent et nihil aliud ad ministerium doctoris pertineret, adhuc doctor primi ordinis desideraretur, qualem scilicet Bonifacius VIII inprimis commendabat, cujus nempe scripta *documenta Ecclesiam decorent, virtutibus moribus informent* (quod mirifice præstitisse Salesium vidimus); at seponamus prima decretalis verba. Verum et indubium sit undequaque quod animadversor eximius affirmat. Omnesne doctores omnia ista simul effecere ? Non audet censura id illis vindicare, imo quum tria postrema a Bonifacio et Benedicto significata ad obscurorum dilucidationem commode referri queant, in duo quodammodo agmina seriem doctorum dispescit, et in § anim. 7 recenset illos, qui in profugandis errorum tenebris, seu in hæresibus oppugnandis præsidium Ecclesiæ tulerunt, insequenti vero § 8 memorat illos qui, licet similes non retulere triumphos, tamen fuerunt Ecclesiæ præsidio, pretiosis relictis monumentis peritiæ suæ, sive in explicandis divinarum scripturarum ænigmatibus, sive in theologicis quæstionibus enodandis.

39. *Utriusque laudes æmulatus est Salesius : nam* I, *præsidio fuit Ecclesiæ contra hæresim.* Bene est : ergo ut dicatur Salesius laudem adeptus parem illi quam doctores jam declarati meruerunt, demonstrandum est, cum *præsidio* Ecclesiæ fuisse in alterutro : nimirum I. aut in oppugnandis hæreticis, eorumque erroribus profligandis, II. aut in explicandis scripturarum ænigmatibus, vel in theologicis quæstionibus enodandis. Alterutrum, inquam, juxta animadversiones sat esset ostendere; quid si in utroque excelluisse Salesium evincam ? Ac primo quidem quis inficiari potest immortalem virum in oppugnandis hæresibus validum *præsidium* Ecclesiæ attulisse ? Ecquis virilius oppugnavit arcem illam Calvinianæ

(1) *Journal de Trévoux,* 1730.
(2) Tom. 2, pag. 218.
(3) Vide sup. § 9 prope finem.
(4) Bindi : *Panegirici ed altri discorsi sacri e morali.* Firenze 1801, vol. 1, pag. 173.
(5) S. Gregor. Moral. lib. IX, cap. 6.

hæreseos, quæ Roma Calviniana dicebatur ? efficacius impedivit ne latius manaret ea pestis quæ non modo Helvetiam et Sabaudiam, sed etiam Gallias infecerat et alias Europæ regiones aggredi conabatur ? Sed pro nihilo sit judicium meum : eos audiamus, cujus vox plena sit auctoritatis. Dicat censor humanissimus : cujusnam de eo merito judicium est? Ut puto si de milite ageremus de quo quæratur an validum patriæ contra hostes præsidium attulerit, judicium maximum, nulli provocationi obnoxium, supremi imperatoris esset : tum permagno essent habenda suffragia eorum qui gravissima in exercitu munia administrarunt. Pari itaque ratione cum agitur de catholicæ veritatis defensore contra hæreticos, judicium potissimum est penes Romanum pontificem, atque infra eum penes S. R. E. cardinales, et sacrorum antistites, præsertim si prudentia et virtute commendantur.

40. *Idque RR. pontificum, cardinalium et episcoporum judiciis probatur.* Agedum recole quid in bulla canonizationis Francisci Salesii Alexander VII pronunciavit : « Erecto, inquit veritatis vexillo, per patientiam et doctrinam, omnibus omnia factus, jacentem religionem substinuit et dominantem impietatem fregit ac dejecit quasi alter David (§ 10). » Præclara, inquiet censor, hæc sunt, sed nondum video illud *præsidium*, quod vocabulum consulto et data opera in animadversione usurpavi. Redeat ergo ad bullæ exordia quæ Salesium celebrant tanquam « doctrina celebrem . . . ætatique huic nostræ contra hæreses medicamen *præsidiumque* (1). » Id optimus pontifex inferius explicat adjiciens : « In Ecclesiæ defensionem incubuit . . . et cum voce prohiberetur adjuvare populorum fidem, cœpit ex scripto . . . intime hæresim percellere, tantumque effecit ut . . . cum insigni religionis catholicæ incremento plures ad veritatis lumen viros doctrina celebres, quorum præcipue auctoritate mendacium nitebatur, adduxerit (2). » Pariter Clemens IX in litteris datis ad sanctimoniales ord. Visitationis die 10 septembris 1667 sic ordiebatur : « Dives in misericordia sua Dominus Ecclesiæ catholicæ in hac tam exercita militia laborante nova subinde sanctorum virorum lumina et *præsidia* pro rerum ac temporum conditionibus provide sufficit. Temporibus igitur nostris, qua veræ sanctitatis exemplar, qua fulgens veræ piæquæ doctrinæ sidus Franciscum Salesium, etiam in faciem acatholicorum, opportune prælucere voluit. » Hæc verba sane validius et illustrius Ecclesiæ præsidium allatum declarant, quam quod innuunt verba Alexandri II de Petro Damiano conscripta, quæ in animadv. § 7 doctissimus fidei promotor nobis objecit.

41. Similia porro illis, quæ de Francisco Alexander VII et Clemens IX pronunciarunt, ea sunt quæ de eodem testabantur S. R. C. cardinales quibus Sacra hæc Rituum Congregatio ea ætate constabat ; nec non episcopi qui ad suffragium de ejus canonizatione ferendum arcessiti fuerunt (3). Cardinalis Pius Alexandro VII concinens, aiebat : « Omnium exauditor Deus... hisce quoque temporibus validissimum orthodoxæ fidei propugnaculum . . . indefectibili sapientiæ magistrum, tutissimum denique præbuit *Ecclesiæ præsidium* (4). » Ceterum quid aliud valent ea verba cardinalis Sanctacrucis ? « Hæreticos perpetuo insectatus et coram et scriptis eos nullo loco passus est consistere (5). » Et illa card. Franciotti ? « Lucubrationum suarum pietate et sapientia Christi universa familia apprime adjuta firmiter opinatur manum cum ipso Domini fuisse omnipotentis (6). » Atque ut alios reticeam, nonne id aperte professus est card. Rospigliosus, qui deinde ad Petri cathedram evectus Clementis IX nomen assumpsit ? Ait enim : « Catholicæ religionis propugnator B. Franciscus Salesius . . . infensissimos hæreticorum conatus repressit (1). » Congruebant verbis Emorum Patrum elogia episcoporum, namque eorum alter aiebat : « Gladio suæ doctrinæ hæresum monstra confodit ; » alter « scriptis immortalibus fidem asseruit . . . hæresim confutavit (2). » Plures iisdem fere laudibus Salesium ornasse liquet ex iis quæ in §§ 19 et 67 inform. allata sunt, neque rerum earumdem repetitione legentes fatigabo. Jam si fidei vindici amplissimo nefas est dicere viros tam graves, tam rei conscios, tantaque plenos auctoritate, circa facta eo tempore recentia et prope in omnium conspectu posita turpiter fuisse ementitos, fateri cogitur Franciscum nostrum contra hæreticos validum præsidium Ecclesiæ fuisse.

42. Eo magis autem ad hoc adigitur quod ex utroque venerando cœtu, nempe S. R. E. cardinalium et sacrorum antistitum, complures extant ætate nostra qui eadem repetunt quæ olim antiquiores illi coram Alexandro VII de Francisco Salesio prædicabant. Emus card. De Angelis, memorans hæreticos innumeros a S. viro profligatos, ait : « Agebatur de hominibus tum ira et odio excandescentibus in Ecclesiam Christi, tum ingenii vi præditis, nec non astutiarum, fallaciarum, sophismatum peritissimis, qui in numero vere mirando numquam victas dedissent manus, nisi præclaræ doctrinæ pondere perculsi, atque in humum dejecti (3). » Scienter Emus archiepiscopus Beneventanus laudans illos Ecclesiæ pastores, qui labore, industria, et doctrina « lupos rapaces, vel a grege prohibuerunt, vel in agnos mutaverunt, » continuo subdit : « Quos inter nullus indubitanter inficietur adnumerandum decus illud et ornamentum sacrorum antistitum divum Franciscum Salesium, qui . . . universam Ecclesiam ita illustravit, ut nunquam laus ejus recedat de ore hominum . . . opere et sermone potens . . . non solum hæresim insectatus est, sed etiam septuaginta duo millia hæreticorum ad fidem convertit (4). » Quid, quæso, ab hoc differt si dicas Salesium Ecclesiæ contra hæresim præsidium fuisse ? Ab iis plane non distant quæ cl. me. card. Rauscher commemorabat : « S. Franciscus Salesius . . . potens verbo et opere . . . arduum aggressus est opus erroribus Calvinianis infectos ad veritatem catholicam reducendi . . . tanto fructu laboravit, ut religionis catholicæ in territoriis, quæ Sabaudiæ dux a Genevensibus receperat, restitutæ auctor merito haberetur. Apostolicis his laboribus addidit scripta quibus veritatis catholicæ adversus protestantes causam egregie sustinuit (5). »

43. Hæc eminentissimorum patrum judicia episcopi secuti sunt Rmus antistes Seguntinus missionem divinam Francisco datam tempore calamitosissimo magnifice quidem, sed vere sic explicat : « Ex quo sæculi XVI novatores impiis suis dogmatibus inconsutilem Christi tunicam susdeque scindere conati fuerunt, et dira protestantismi hæresis ferme per omnes Europæ populos longe lateque dominata est, adeo charitas refriguit multorum, ut ad confortandas manus dissolutas et genua debilia roboranda, ad aperiendos oculos cœcorum, et aures surdorum opus fuerit homine veluti a cœlo divinitus misso. In his enim rerum adjunctis misericors et miserator Dominus in sanctis suis mirabilis . . . S. Franciscum Salesium suscitavit, amplissimis donis a Deo ditatum, scientiis divinis non minus quam in his omnibus, quibus puerilis ætas ad humanitatem informari solet ac jam informata subsistit, ad plenum eruditum, qui tam potens fuit verbo, ut velociter cucurrerit sermo ejus terræ emissus etc. (6). » Similia sunt quæ de Salesio præ-

(1) Vide Informat. § 64.
(2) Vide ibi § 26 in fine.
(3) Inform. §§ 18, 19, 67.
(4) Ibid. pag. 2.
(5) Ibid. pag. 16, § 18.
(6) Ibid. pag. 50 in fine, pag. 51 princ.

(1) Ibid. pag. 16, 17, § 19.
(2) Summ. pag. 54, in fine.
(3) Summ. pag. 57 in fine, 58 princ.
(4) Summ. pag. 60.
(5) Summ. pag. 89, in fine, 90 princ.
(6) Ibid. pag. 85, num. XXVIII.

dicat Rmus episcopus Salmanticensis scribens : « Cum protestantismi hæretica lue omnes fere Europæ gentes vastarentur, mirabilis Deus in sanctis suis suscitavit B. Franciscum Salesium . . . suis etiam scriptis cœlestis doctrina refertis Ecclesiam illustravit. Libros etiam edidit de rebus dogmaticis et sanctissimæ nostræ religionis apologeticis, quibus hæreticorum errores mirifice profligantur (1). »

44. Si hæc de Francisco senserunt Hispani antistites dissiti ab iis locis, ubi ille contra hæresim decertavit, quid eos judicasse putamus, qui in iisdem vel finitimis regionibus pastorali munere funguntur? Audite episcopum Hebronensem, vicarium apostolicum Genevensem : « Quum per Genevensem diœcesim undique serperet ac grassaretur pestis calviniana, divus Franciscus Salesius tanquam murus et antemurale et tanquam gladius ex ore Dei procedens cœlitus missus mire invaluit, et robore accinctus est ad fidem catholicam tuendam perversamque hæreticorum doctrinam profligandam, sese simul impavidum præconem et eximium doctorem exhibuit (2). » Concordat Rmus episcopus Anneciensis scribens : « Non minus scientia et doctrina quam vitæ sanctitate sese informans hæresim profligavit pluribus scriptis (3). »

45. Salutares horumce scriptorum effectus, cum citra tum trans Alpes, celebrant episcopi Augustensis et Gratianopolitanus, quorum alter ait : « Extollant Chaballiacenses Augustensibus filiis quanta virtute et doctrina patres suos in viam veritatis reduxerit Salesius ille potentissimus sermone et suavitate ; nos vero, quos olim omnipotentis dextra contra Calvinum fortes effecit, unum addemus, scilicet quod devicto errore apud illos, magis in dies confirmati sint in fide patres nostri, scriptis et præsertim libro controversiarum muniti. Fervente novatorum pestilenti zelo in finibus nostris, quis dicere poterit quanto auxilio fuerint pietati Augustensium quæ Salesius ad vindicandum S. sacramenti eucharistiæ, S. crucis D. N. J. C. et B. Mariæ virginis cultum separatis libellis scripsit, quam bene et sancte in Ecclesiam et Romanum pontificem devotionem auxerit (4) ? » Gratianopolitanus autem antistes addit : « Quotidie prædicabat, quarum prædicationum memoria usque ad nostra tempora vivax permansit... Ecce ille lucerna ardens et lucens, ad cujus clarissimum et dulcissimum fulgorem omnes tum catholici, tum etiam spretis suorum ministrorum minis et furiis calvinistæ currebant . . . Conversionem inclyti comitis-stabuli domini de Lesdiguières præparavit maturavitque, qui primus in ista civitate et provincia erat qui sectæ hujus in armis dux et propugnator fuerat . . . Tunc plures hæretici, inter quos unus apostata et alter ex doctissimis ministris, ad lumen veritatis sibi prædicatæ reducti. Tunc multi homines ad meliorem frugem conversi (5). »

46. Quum hæc præconia Salesius meruerit a præsulibus diœcesium quæ zeli ejus fuere testes, vix est ut alios ex Italia et Gallia antistites testes adducam. Juvat autem inter Italos Marsorum episcopum proferre, cujus verba gravissima mihi visa sunt. Inquit enim : « Novimus præterea non solum nostro privato judicio, verum etiam plurimorum episcopali dignitate fulgentium patrum, Salesium in justitia erudisse plurimos, elucidasse catholicam doctrinam eamque tuitum fuisse præsertim vivo vocis eloquio ; ita ut ex uno sancti Salesii ore doctrinam venerabilis Tridentini concilii, sive introductam sive restitutam communissime merito putetur ubi Calviniana hæresis profundius radices egerat, et catholicam fidem labefactaverat. » Inter Gallos vero proferam potissime episcopum Nannetensem, cujus brevia et significatissima hæc verba sunt : « Sufficit asserere quod ipse scriptis suis omnibus profuit ; heterodoxis quidem (ut patet ex factis) quorum innumeram multitudinem ab errore in veram fidem traduxit, et reconciliavit Ecclesiæ : fidelibus autem cujusvis ordinis, cujusvis gradus (1). » Merito igitur episcopus Engolismensis repetebat verba Alexandri VII quibus Salesius dicebatur : « Contra hæreses medicamen præsidiumque (2), » atque episcopus Sarlatensis affirmabat illum « scriptis Ecclesiam illustrasse, antiquos Ecclesiæ maximos doctores coæquasse (3) », cui elogio præluserat nobilissimum agmen S. R. E. cardinalium, et sacrorum antistitum, qui in postulatione concilii Vaticani tempore exhibita memoraverunt dicta vestustiorum quorumdam episcoporum adserentium : « Athanasium, Ambrosium, Augustinum non majori cum ardore fidem vindicasse quam Franciscum Salesium (4). »

47. *S. F. Salesius præsidio fuit Ecclesiæ adjuvans sacræ scientiæ cultores pretiosis peritiæ monumentis.* Quandoquidem probatum est virum sanctum validum præsidium Ecclesiæ fuisse adversus hæreses, nihil illi officeret si communem laudem nullam haberet cum ea classe doctorum qui in § 8 Animadv. celebrantur. Horum gloria potissima est quod etiam procul a certamine adversus hostes, decori tamen et ornamento fuerint Ecclesiæ, sacrarum disciplinarum cultores edocendo quum divina eloquia explicarent vel theologicas quæstiones enodarent. Nil mirum (ait perbelle censor sapientissimus), « si horum doctorum laudes eruditi homines quotidie in ore habeant et auribus discipulorum inculcent ; sive enim scholas fueris ingressus, sive concionatores in ecclesia audiveris, sive theologorum libros volutaveris, passim horum quos recensui doctorum nomina appellari, verba referri, auctoritatem in medium afferri videris. » Enimvero etsi necessum non esset ejusmodi laudem Salesio adserere ; tamen ceu proposui in sup. § 39, hæc optimo jure potest ei vindicari, nam verissime in precibus episcoporum doctoris nomen ei postulantium legitur : « Jam ubi ut talis de facto habetur in ecclesiarum, universitatum, seminariorum cathedris et apud populum christianum hujusce beati præsulis, non solum de rebus mysticis et piis ; sed etiam de fidei morumque quæstionibus, ut inconcussa tenentur testimonia (5). »

48. *Par SS. Patribus existimatus fuit, ejusque auctoritatem S. Alphonsus persæpe adhibuit.* Magna ejus auctoritas adhuc viventis erat propter exquisitam in sacris scripturis peritiam. In eo namque Olieri sermone quem in sup. § 34 laudavi, legitur : « Il avait une telle connaissance des écritures, qu'il passait hautement dans l'Allemagne pour un homme comparable à S. Augustin, à S. Jérôme et à S. Ambroise, » ac sane, ut inquit episcopus Nivernensis, « in ipsamet scriptura sacra quam diligenter versatus fuerit, omnia ejus opera aperte declarant (6). » Quum porro huic peritiæ jungeretur scientia late patens sacrarum omnium disciplinarum, factum est, ut ad theologicas quæstiones enodandas Salesii auctoritas passim adhiberetur. Unus qui post ejus ætatem doctor Ecclesiæ enunciatus fuit S. Alphonsus sæpe sæpius e Salesii scriptis haurit quæ doceat fideles, ac sententias suas libenter illius auctoritate confirmat, ceu libenter testatur vir clarissimus Nicolaus Mauron in regenda SSmi Redemptoris congregatione Alphonsi successor : « Dilexit (ait) vehementer Salesii libros Alphonsus, neque tantum illius suaviloquentiam est imitatus, sed etiam sententias et locos insignes ex ejus operibus in libros

(1) Summ. pag. 97, num. XXXIII.
(2) Ibid. pag. 34, prop. fin.
(3) Summ. pag. 69, in fine, 70 princ.
(4) Summ. pag. 96.
(5) Summ. pag. 78, prop. fin.

(1) Ibid. pag. 81 in med.
(2) Ibid. pag. 75 in fine.
(3) Ibid. pag. 88.
(4) Summ. pag. 14 prope finem.
(5) Summ. pag. 51 cum. XI, Vers. *Jam ubique.*
(6) Summ. pag. 95.

suos libenter derivavit (1). » Id vero non solum egit in aureo libro: *Pratica di amar Gesù Cristo,* aliisque scriptis asceticis, ubi scatent testimonia e Salesii voluminibus excerpta, non solum in concionibus (prout inferius ostendam) (2), sed etiam in operibus dogmaticis, maxime ubi de gratia sermo est, et in morali theologia quæ in scholis quotidie (ut voce censoris utar) discipulorum auribus inculcatur (3).

49. *Similiter se gessit Benedictus XIV.* Is qui doctissimus inter Romanos pontifices elapsi sæculi habitus fuit, Benedictus XIV, non modo testatur Salesii doctrinam omnibus admirationi fuisse, scribens: « Universique hominum cœtus qui S. Francisci Salesii doctrinam admirabantur (4); » sed et pluribus in locis operum suorum ad Salesii auctoritatem provocat, et ejus ope salebrosas quæstiones illustrat ac dirimit (5): et merito quidem, quum non humanam, sed divinitus inditam scientiam in ipso suspiceret (6). Ex quo factum est ut nonnunquam in hoc ipso foro nostro subtiles perplexæque quæstiones ad sublimiores theologiæ partes spectantes, nomine quidem et libris Benedicti enodentur, revera tamen luminibus ingenii et doctrinæ Francisci, cujus auctoritatem pontifex sapientissimus usurpat et sequitur. Ita id videre licet, cum agitur de quibusdam factis sanctorum extraordinariis, et a proborum hominum usu remotis, de criteriis quibus divinus impulsus in iis dignoscitur, de peccatis sanctorum fideli populo patefaciendis, de ecstasibus divinis ab humanis et dæmoniacis discernendis, deque suspectis revelationibus (7); ex quibus controversiis ab immortali pontifice naviter explicatis non modo addiscimus quanti fuerit apud eum Gebennensis episcopi auctoritas, sed etiam novimus christianæ prudentiæ magistrum præstantissimum cardinalem Joannem Bona e Salesii fluentis nonnihil in segetes suas derivasse.

50. *Episcopi sacerdotibus diœcesium suarum scripta Salesii tanquam præceptoria optima proposuerunt.* Quo tempore sanctus Ecclesiæ doctor, et pontifex doctissimus scripta Salesii quasi magistri adhibebant, non defuerunt episcopi qui illum tanquam sapientissimum præceptorem in officio gravissimo sancti ministerii viris ecclesiasticis diœcesis suæ proponerent, enixe hortantes ut ejus doctrinas et præscripta religiose addiscerent et sequerentur. In constitutionibus synodalibus Josephi Philippi Purpurati episcopi Salutiarum editis anno 1750, tit. 11, *De sacramento pœnitentiæ* hæc legimus: « Plura jam monita dedimus in sæpe memorata epistola nostra pastorali parochis omnibus et confessariis nostræ diœcesis, ipsisque animadvertenda proposuimus et toto animo commandavimus, ut sacramentum pœnitentiæ ea qua par est prudentia, suavitate, puritate, sinceroque et ardentissimo salutis animarum zelo ab illis semper administretur, quæ ab ipsis frequenter legi et studiosissime observari mandamus. Quum autem ea fere omnia quæ in dicta epistola sparsa sunt ex scriptis sancti Francisci Salesii selecta et decerpta fuerint, propterea monita ipsa a sancto episcopo Genevensi parochis et confessariis suæ diœcesis data in appendice hujus synodi apponi decrevimus, cunctosque sacerdotes tam sæculares quam regulares, qui ad confessarii munus exercendum in hac nostra diœcesi vocati sunt, plurimum in Domino hortamur et obsecramus, ut monita hæc, et cetera quæ ad fidelium pœnitentium directionem et ipsorum salutem consequendam a sapientissimo illo animarum rectore, tam sancte tam suaviter et salubriter sapienterque tradita sunt, præ oculis semper habeant et animo sæpius revolvant, atque ipsis se recte et plene conformare magis magisque in dies studeant et nitantur, præcipue in excipiendis fidelium confessionibus et ipsos in viam salutis dirigendos: quippe quæ optimorum conscientiarum moderatorum experimento est, quod longe majoris ponderis est, Apostolicæ Sedis judicio, utpote animarum saluti accommodatissima sæpius probata et commendata fuerunt. Suis etenim scriptis cœlesti doctrina refertis iter ad christianam perfectionem tutum et planum demonstrat; in his igitur omnibus quæ ad doctrinam morum, conscientiarum directionem et confessarii munus probe sancteque obeundum spectare videntur, parochos omnes, concionatores et confessarios nostræ diœcesis vehementer obtestamur, ut sanctum Franciscum Salesium veluti magistrum optimum, sanctissimumque exemplar sequantur et imitentur. » Neque hæc solummodo elapso sæculo fiebant; scimus enim hac ætate nostra in synodo Mechliniensi paucis abhinc annis celebrata, lectionem operum S. Francisci Salesii una cum operibus S. Alphonsi confessariis fuisse propositam, scilicet ut sacerdos « in sacro pœnitentiæ tribunali inter lepram et lepram discernere, et tamquam peritus medicus morbos animæ remediis aptis curare valeat (1) ».

51. *Idem actum est ab iis qui libros ad confessarios edocendos conscripserunt.* Hæc ita præscripta sunt ab episcopis religiosissimis quod auctores perinsignes qui libros ad confessarios edocendos conscripsere, nihil antiquius habuerant quam Salesii auctoritatem. In opere egregio can. Joannis Finazzi, cui titulus: *Il confessore diretto secondo la dottrina dei santi*, hæc legimus de Francisci monitis ad confessarios: « Troppo scarsi a dir vero ci potrebbero parere questi avvertimenti, ma bastano intanto a darci come una idea dei principali avvisi di così grande maestro per la pratica del ministero. Benedetti tutti i confessori che avranno posto ogni studio per conformarsi alle massime ed allo spirito di questo grande ristoratore della pietà de'tempi moderni, di questo insigne modello di carità, di dolcezza, di pazienza, di zelo, di questo così profondo ed affettuoso conoscitore del cuore umano, delle sue miserie, delle sue malattie, de' suoi rimedii, a dir breve di questo così rinomato direttore delle anime (2). » Ob eam causam cl. Baccari in sua *Pratica del confessionale* Salesium vocabat, « gran maestros di spirito » (3). Laurentius Berti regulas usurpabat ab eo traditas ex *aureo* Philotheæ libro depromptas (4), atque in Enchiridio confessariorum Florentiæ edito, anno 1847, Francisci nostri auctoritas edocendis animarum moderatoribus adhibetur (5). Idem a Scaramellio actum fuerat, qui, pariter confessarios edocens, Salesii documenta ad instar oraculorum afferebat: « Senta il direttore come parla S. Francesco di Sales etc. (6). »

52. *A scriptoribus scientiæ theologicæ auctoritas S. Francisci adhibetur.* Prætereo moralis theologiæ scriptores, qui hujus sancti viri auctoritate sese tuentur, quum satis sit S. Alphonsum adduxisse, licet alii ante illum (quos inter Roncaglia meminisse placet) (7) idipsum fecerint. Quid, quod etiam

(1) Ibid. pag. 110 prop. finem.
(2) Vide infra §§. 156, 157.
(3) Vide S. Alphonsi opus dogmaticum, Taurini 1848, pag. 525, 887, et Theolog. moralis, Bassani, 1810; tom. I, pag. 71; tom. 2, pag. 284; tom. III, pag. 250, 252, 253, 278, 279, 279, 287, 295, 296, 297, 306, 307.
(4) Bullar. Benedict. XIV, tom. III Bull. 52, cap. 3.
(5) Summ. pag. 121.
(6) Vide Inform. § 15 in fine.
(7) Benedict. XIV de Serv. Dei Beatif. et Canoniz. lib. 3, cap. 11, § 20; cap. 30, § 4; cap. ultim. § 8.

(1) Summ. pag. 121 in fine, et 122.
(2) Finazz: *Il Confessore diretto etc.* Bergamo, Stamperia Mazzolini, 1357, pag. xj.
(3) Baccari: *La Pratica del confessionale*, vol. 2, pag. 29. Milano Berroni e Scotti. 1838.
(4) Berti: *Theolog. discipl.* tom. VII, lib. 33, cap. 17, art. 2. Bassani, typ. Remondini, 1792.
(5) *Manuale dei confessori*, part. 3, vol. 3, append. I, pag. 410, 424, 427.
(6) *Direttorio ascetico*, tratt. 1, num. 78 in fine. Confr. tratt. 1, num. 436, Tratt. II, num. 43, et num. 62.
(7) Roncaglio. *Univ. Moral. theol.* tom. 1, tract. 2, pag. 25, tom. 2, tract. 18, pag. 38, Lucæ 1730.

magistri perinsignes theologiæ dogmaticæ in libris suis quæstiones gravissimas elucidant, lumen et auxilium a Salesio mutuantes ? Exemplo sit vir clarissimæ memoriæ Joannes Perrone, qui in salebrosa quæstione explicanda de prædestinatione Salesium auctorem adducit, et istud quidem in prælectionibus theologicis ad scholarum usum destinatis (1) ? Quid in adserenda Romani pontificis auctoritate, nonne ad eumdem appellat? placet ejus verba referre dum expendit insignem Matthæi locum cap. 16, v. 18 : « Merito propterea (inquit) S. Franciscus Salesius præmissis Christi verbis : *Tu es Petrus* etc. concludebat : His verbis Dominus noster hujus fundamenti perpetuitatem et immutabilitatem ostendit. Petra supra quam constructum est ædificium primaria est : ceteræ supra ipsam consistunt. Fieri quidem potest, ut dimoveantur et corruant alii lapides absque ædificii ruina ; at qui fundamentum submovet, ædificium subvertit. Si ergo portæ inferi nihil possunt contra Ecclesiam, nihil possunt contra ejus fundamentum et caput, quod ipsum non possunt submovere et evertere, quin totum subverterent ædificium. Quæ verba in textu originali ita se habent : *Par ces paroles*, etc. (2). »

53. *Idem probatur nominatim quoad Germaniæ theologos.* Eamdem vim et idem pondus auctoritatis, quod Salesii scriptis tribuebat theologus italicus nuper laudatus, tribuerunt etiam illustres rerum divinarum scriptores in Germania, velut facile perviderunt patres emi ex his quæ in sup. § 28 relata sunt de Dominico Schramm, Sebastiano Wiest, Adamo Moehler etc. His adjicere possumus Constantinum de Schuzler, qui in opere inscripto : *Novæ disquisitiones super dogmate de gratia et super essentia fidei Christianæ* (Moguntiæ, 1867), disserens de efficacia gratiæ divinæ, deque ejus relatione ad liberum arbitrium, Francisci auctoritatem invocat (pag. 224) et locum affert descriptum ex Theotimo, quem ipse aureum librum (*goldenes Buch*) appellat. Similiter Ernestus Muller, olim professor theologiæ moralis in universitate Vindobonensi, doctrinam catholicam explicans de amore spei seu concupiscentiæ erga Deum, quo nempe Deum prosequimur tanquam summum bonum, et adversarios refellens, utitur potissime expositionibus a Salesio depromptis « quo (ait) nemo perspicacius pulchriusque de hoc argumento disseruit in opere non satis commendando *Theotimus* (3). » Item ubi de charitate disserit (4) eumdem cum Thoma, Bonaventura et Alphonso auctorem adducit ; atque ubi filialem et servilem timorem explicat (5) post doctorem angelicum ea super re Franciscum nostrum laudat et legendum commendat. At hosce quidem Mulleri locos speciminis causa adduxi ; namque in opere universo, si quid incidat de quo Salesius egit, eumdem continuo inter præcipuos auctores profert, illico post SS. Patres et doctores, non raro ante S. Alphonsum. Perro ejus effata sæpe prolixa describit, laudem præmittens his vel similibus verbis : *Præclare, egregie, perbene, eleganter, non minus sapienter quam eleganter pro more suo, pulcherrime S. Franciscus Salesius hanc veritatem explanat, desuper scribit, dicit etc.*

54. Causam celebritatis quam jamdudum Gebennensis episcopus in Germania obtinuit jam vidimus in eo præclaro Olieri testimonio, quod in sup. § 48 allatum fuit. Nonnihil hæc intermissa fuit, seu potius studium operum ejus paulisper intermissum est quum sterilis ac gelidus rationalismus Germaniam pervasit et inter ipsos theologiæ professores asseclas nactus est. Verum, ceu docet clariss. magnus Jocham, prof. Monachiensis jam alias in §§ 27 et 33 laudatus : « Præterlapsa hac tristissima ætate, quum primum vita religiosa ac ecclesiastica frondescere cœpit, plurimi honestorum piorumque viorum episcopum Gebennensum adierunt, magistrum ipsum sibi eligendo. Alteri Philotheam sibi ducem sumpsere, alteri Theotimum studio prosequebantur. Fuit illo tempore clarissimus Salesii cultor J. M. Sailer, qui postea Ratisbonensi ecclesiæ præerat, quique jam tum Salesium omnibus discipulis suis laudaverat, et vitæ sanctæ perfectissimum exemplar et spiritualis vitæ eximium doctorem. Jam anno 1820 edita est prima hujus sæculi versio Theotimi, instigante clariss. Sailer a J. P. Silberto procurata. Quæ versio multo cum amore et studio elaborata omnibus ita erat accepta, ut per quatuor annos quatuor imprimi necesse esset, quamquam Augustæ Vindelicorum et Monachii editiones furtim impressæ essent, quas ut genuinas vendebant. Tunc temporis et per plures deinceps annos eam et emeriti animarum pastores sacri hujus libri studio juvenum instar delectabantur, id unum maximo dolere conquesti, quod ipsis, cum theologiæ studio vacarent, ejusdem generis libri non essent traditi. »

55. Postmodum numerata amplissima collectione operum omnium S. Francisci Salesii, quæ studio et industria prodiit Michaelis Sintzel annis 1846-1867, et ad quæstionem nostram propius accedens, ita pergit antecessor illustris : « Ecclesiæ doctorem non eruditione tantum ac scientia excellere oportet, sed et illa sapientia et doctrina eminere, qua tanquam lumen Ecclesiæ super candelabro positum fidelium turbas ad pedes suos congreget docendas, doctrinam suam omnibus patentem, ac permanentem faciendo. Qua de re non penes doctores tantum judicium est, sed populus christianus audiri debet, cujus vox est vox Dei... Hanc sapientiam et doctrinam omnes omni tempore in S. Salesio admirati sunt, quæ quidem præclarissime elucet in ejus institutionibus ad piam devotamque vitam in illa theologiæ sectione quam practicam nominat. » Et inferius : « Quum ante 40-50 annos devicto isto rationalismo lævissimo ac temerario complures doctrinam catholicam ex fontibus cognoscere studerent vitamque secundum normam Ecclesiæ catholicæ instituere satagerent, seminariorum regentes Salesii operum amatores, alumnos suos pretiosissimam Philotheam ut legerent et meditarentur admonuere, sæpissime Salesii sententias allegantes, cum de practicæ theologiæ quæstionibus esset sermo. »

56. *Idemque demonstratur de theologis gallicis.* Quum itaque ab italicis et germanicis scriptoribus tam crebro et obsequenter usurparetur Salesii auctoritas, ecquis non videt multo magis id fieri oportuisse in Galliis, cujus regionis idiomate ut plurimum S. antistes est usus ? Paulo post Salesii obitum Ludovicus Abelly in libro, cui titulus : *Medulla theologica ex sacris Scripturis*, etc. plures veritates catholicas ejus auctoritate confirmabat, et in alio opere inscripto : *La Tradition de l'Eglise touchant la dévotion de la sainte Vierge*, doctrinas S. præsulis laudabat et in medium proferebat. Jam vidimus in causæ informatione (§ 74) quomodo duo doctissimi nationis ejusdem scriptores Bossuetus et Fenelonius Francisci scripta magni fecerint, ita ut eorum primus audacter dixerit, scientiam ipsi inter homines claritatem dedisse tanquam doctori, *la science comme docteur*. Quin imo in ipsa controversia inter duos illos excitata (quam refricat animadv. in § 17) conatus utriusque ad Francisci sententias in partes suas attrahendi declarant dilucide quanta esset nominis et judicii ejus auctoritas. Idem fere Augustino contigit, quum in Ecclesia quæstiones de gratia propter Jansenianos errores exarserunt. Ex quo pars utraque Augustinum sibi faventem invocabat, profitebatur indubie, se illum loco gravissimi doctoris habere. At perperam dixi idem *fere* contigisse ; namque idem omnino

(1) Perrone, *Prælect. Theol.*, vol. 4, pag. 161. Taurini, typis Marietti 1866.

(2) Perrone. *De Rom. Pontif. infallibilitate*, cap. 2, art. 1, pag. 18, Augustæ Taurinorum, typ. Marietti, 1874.

(3) Müller, *Theologia moralis*, edit. 2, Vindobonæ, 1873, lib. 2, § 13, pag. 59.

(4) Ibid. lib. 2, § 19, pag. 69 et seqq. §. 71, pag. 78.

(5) Ibid. lib. 1, § 101, pag. 272, 273.

Salesio nostro et Augustino usuvenit. Siquidem ex libro laudati Abelly Parisiis edito typis Georgii Josse anno 1650 et inscripto : *Sentiments et maximes du B. François de Sales touchant la vraie piété*, discimus libellum editum fuisse a Jansenianis ut locos e scriptis Francisci ad errores suos tuendos detorquerent, quos catholicus auctor merito refellit, S. episcopum demonstrans sanæ doctrinæ catholicæ adsertorem. Idipsum quod ab Abellyo docemur, confirmatur etiam ex opere P. Petri a S. Josepho : *Théologie du temps*, ubi fideles monentur ne Jansenianorum fallaciis decipiantur, quum S. antistitis doctrina iis adversetur. Quod ut apertius liqueat, istius sententias de prædestinatione et gratia in calce primi voluminis auctor describit. Apertius est eloquutus clariss. Marande regis eleemosynarius, qui in libro inscripto : *Inconvénients d'état procédant du jansénisme*, ita Salesium laudavit, ut eum tanquam clypeum fidelibus datum contra errores Yprensis episcopi declararet (ibid. pag. 35).

57. Nil dicam de controversiis in Gallia excitis circa primatum et infallibilitatem Romani pontificis. Nam dum Gallicani qui dicebantur, verentes pondus immensum auctoritatis episcopi Gebennensis, nil habebant reliquum quam ut scripta ejus mutila vel corrupta exhiberent, strenuus Romanæ doctrinæ vindex comes de Maistre in aureo opere de Romano pontifice (*du Pape*) passim adversarios suos Francisci scriptis profligabat. Neque illi contra tueri se poterant, quum Sorbonica academia hæc scripta cum operibus veterum Patrum et doctorum æquasset (1). Quod judicium adhuc ætate nostra a viris doctissimis in Gallia servatur, qui locos e Salesii voluminibus excerptos passim adducunt cum veterum illorum quos laudavi testimoniis. Exemplo sit clariss. Gay, alter e theologis Vaticanæ synodi, qui in eximio opere multis episcoporum suffragiis munito et inscripto : *De la vie et des vertus chrétiennes*, singulis fere paginis cum antiquis Ecclesiæ doctoribus promiscue nostrum in medium profert, his puta verbis : « Y a-t-il un saint docteur qui ne leur (religiosis viris) ai prêché l'obéissance aveugle ?... voir en particulier S. François de Sales, etc. » Neque id magnopere mirandum est, quum gravissimi auctores quasi cleri magistrum Salesium proposuerint prout egit clariss. Boulanger in opere inscripto : *Le Prêtre à l'école de S. François de Sales*, et quum in celebri editione operum omnium patrum et doctorum Ecclesiæ studio can. Migne adornata, conjuncta illorum libris Salesii scripta S. theologiæ cultores in Galliis legere assueverint.

58. *Auctoritatem Salesii a docentibus usurpari episcoporum postulationes demonstrant.* Sed quorsum ego longinquos testes inquiro qui referant in scholis Galliarum auctoritatem librorum Salesii adhiberi, et celebrari, quum in summarii tabulis testes adsint locupletissimi qui de seipsis testentur ? « In seminario diœcesecos Aturensis (ait Rmus episcopus Nivernensis), ex qua sum oriundus, dum philosophiam sacramque theologiam clericos edocerem, decem nempe per integros annos, in perlegendis et penitus meditandis S. Francisci libris impensum studium dedi, necesse autem habeo profiteri palam, me in erudiendis et instituendis clericis, ex his divi Francisci operibus uberem et luculentam doctrinam hausisse. Porro autem annis labentibus, firmatoque jam e maturante judicio meo, magis magisque compertum habeo, in beati præsulis operibus quasi inexhaustam scientiæ venam inesse, ex qua christifideles et ipsemet clerus cœlestes thesauros capere queant (2). » Quanto autem salutis fructu ab operibus tanti viri theologiæ cultores sanam doctrinam hauriant ostendit mirifice doctissimus episcopus Pictaviensis cujus nomini et testimonio venerandus hic cœtus quantum tribuat optime novi. « Pour moi (inquit) je fais acte de justice comme de gratitude en le déclarant. Parmi les préjugés d'école qui avaient cours dans la première moitié de ce siècle, notamment en ce qui est de la constitution monarchique de l'Eglise, et du magistère suprême de son chef, c'est l'étude familière des œuvres de S. François de Sales qui a écarté de moi les ténèbres de plus d'une erreur, qui a éclairci dans mon esprit plus d'une obscurité, résolu plus d'un doute, et si j'ai pu avancer tant soit peu dans le mystère de la grâce et dans le sanctuaire secret des Ecritures, je l'ai appris principalement à l'école de ce grand maître. Combien d'autres que moi ne sont-ils pas dans le cas de rendre le même témoignage (1) ! » Recte igitur affirmat Rmus episcopus Cuneensis : « Franciscum Salesium de facto jam esse in Ecclesia magistrum (2), sive ut alii Rmi antistites testantur : jam ubique ut talis (doctor) de facto habetur, in ecclesiarum, universitatum, seminariorum cathedris, et apud populum christianum hujus beati præsulis verba, non solum de rebus mysticis et piis, sed etiam de fidei morumque quæstionibus ut inconcussa tenentur testimonia. Etiam non (lege *nunc*) discoli et heterodoxi tanti antistitis verborum gratia et veritate sæpe et facile revincuntur (3). » Quod si ejus auctoritas nondum tam late pervulgata esset quam vidimus, verba gravissima antistitis Pictaviensis nuper allata evincerent, doctoris titulum ei decerni oportere, quo plures numero sint illi, qui e fontibus ejus latices salutares exhauriant.

59. *Anacephæosis responsionis ad §§ 7 et 8 Animadversionum.* Quæ cum sint ita, satis perspicue demonstratum arbitror, ejusmodi esse Francisci merita, et tantam scriptorum ejus dignitatem, ut commode ac decenter connumerari valeat in utrovis doctorum agmine, eorum scilicet qui tum in paragrapho 7, tum in 8. Animadversionum recensentur. Namque et Ecclesiæ contra hæresim valido præsidio fuit, et talia peritiæ suæ monumenta reliquit, quæ passim usurpata a scriptoribus et docentibus ad enodandas quæstiones theologicas atque obscura dilucidanda optimum subsidium afferant et solidum emolumentum. Quibus recte constitutis, ni mea me fallit opinio, non modo facili negotio extricari possunt ea quæ in duobus sequentibus §§ Animadversionis oggesta sunt, sed sponte sua diffluunt et dilabuntur.

60. *Duplici vitio laborat censuræ notatio in 9 Animadv. exposita.* Negat enim censura ad meritum doctoris in Salesio demonstrandum sufficere ea quæ in causæ informatione a pag. 3 ad 13 « de acri ejus ingenii vi, de impensis in studiorum curriculo laboribus, deque uberrimo exinde fructu consequuto narrantur. » Nam quum in concesso sit, eum « scientia, quæ viros apostolico ministerio operam navantes, et Ecclesiæ pastores decet, affatim fuisse præditum, » prædicta omnia in causæ informatione exposita in istam laudem commode referri possunt. Duplici hæc animadversio vitio laborat, siquidem pars illa informationis non eo spectat ut plenam demonstrationem doctoralis meriti (ut ita dicam) S. Francisci exhibeat, sed ut solidum substratum ponat cui reliqua pars demonstrationis innitatur. Secundo ingenii vis tam valida, scientia tam multiplex, varia, profunda, excellens, tantisque laboribus quæsita, quæque otiosa non fuit, sed tota in bonum Ecclesiæ, in coævis posterisque edocendis occupata, non simplicem missionem a Deo datam prodit pascendæ particulæ Dominici gregis, vel infidelis alicujus regionis evangelicam veritatem edocendæ, sed aliquid majus et gravius, scilicet ut ea fax in candelabro posita totam Ecclesiam in præsens atque in posterum illustraret, quemadmodum a Joan. Jacobo Olier perbelle intellectum et declaratum vidimus (sup. § 34). Exinde magna ex parte profluxit meritum illud novitatis, seu fons ille novæ doctrinæ quam in operibus

(1) Vide informat. § 40 in fine.
(2) Summ. pag. 91 in fine, et 92 princ.

(1) Summ. pag. 85 fine, 86 princ.
(2) Ibid. pag. 72 in fine.
(3) Ibid. pag. 51, num. XI.

S. Scriptoris copiose fluere et abundare perspeximus (loc. cit.)

61. *De operibus S. F. Salesii deperditis.* Quod porro notat animadversio de scriptis S. episcopi deperditis ejusmodi est, ut argumentum in ipsum objicientem facile valeat retorqueri. Significat enim, tunc demum deperditorum operum in causa declarationis doctoratus rationem haberi posse, si ea maximi momenti fuerint. Hoc valent, ni fallor, hæc censuræ verba : « Id enim nonnisi de iis scriptis aut laboribus existimandum putaverim, quibus, uti Anselmo et Hilario accidit, in præsentissima Ecclesiæ necessitate res christiana stetisset. » Equidem contra sentio, scilicet existimo meliorem esse causæ conditionem si sancti viri, quo de agitur, scripta potiora præsto sint, et ad pleniorem demonstrationem meriti illius aliquid adjici possit de laude quam est adeptus etiam per ea scripta, quæ tempus absumpsit. Ratio enim et experientia docent, doctoris titulum post obitum quibusdam sanctis viris tribui ratione habita potissime librorum, quorum merita a S. Congregatione expenduntur, quorum proinde copia habetur et dignitas potest æstimari. Id non modo ex natura harumce causarum proficiscitur et praxi diuturna confirmatur, sed etiam arcte jungitur cum fine quo hujusmodi judicia et declarationes intendunt; fiunt quippe non modo ad decus sanctorum virorum, qui honorantur, sed etiam ad utilitatem fidelium, quibus in rebus dubiis et obscuris luminaria quædam designantur, unde lucem mutuari ad quæstionum resolutionem valeant, velut in calce § 8 Animadversionum non ambigue censura significat. Hæc utilitas autem e scriptis existentibus, non ex amissis percipitur. Jam vero constat in facto, e scriptis Salesii extare præcipua, quorum ope nimirum hæresis Calviniana profligatur, sana doctrina explicatur, innumeri fideles ad christianam perfectionem adducuntur; ea quæ lugemus amissa (quatenus ex indiciis judicare licet) minus gravia illis quæ prostant fuisse videntur (vide Summ. n. 1). Itaque si Anselmo et Hilario profuerunt opera præcipua deperdita, quæ eximiam auctorum doctrinam nonnisi per obscurum quoddam velamen judicantibus demonstrabant juncta cum aliis extantibus quorum pretium et vis poterat æstimari; multo magis erunt profutura Salesio scripta præclarissima in aperta luce proposita, consociata cum libris amissis, quæ ad uberiorem rei explicationem, ad probationis cumulum, ac fere dixerim ad causæ ornamentum a defensore adhibentur.

62. *S. F. Salesii scriptis potest laus, quem deperditis operibus SS. Hilarii et Anselmi censura tribui.* Jam si censor solertissimus urgeat et dicat, se ideo verba superius descripta in laudem Hilarii et Anselmi protulisse, quia in hisce causis præter meritum librorum etiam meritum viri qui ea scripsit magni penditur, ideoque se scripta deperdita conjunxisse cum laboribus auctorum et ipso scribendorum operum proposito; tunc ex adverso insurgam et contendam, etiam Salesium nostrum, per libros superstites et amissos, et per labores quos exantlavit, effecisse ut in gravi certamine, quo fungebatur Ecclesia, res catholica staret, neve in hac ipsa Italia, religionis centro, invalescentis hæreseos viribus obrueretur. Siquidem calviniani errores jam Gallias infecerant ab Hugonianis propagati atque in Helvetia, unde orti fuerant, et Sabaudia grassantes exitium Italiæ minabantur. Tum vir summus in Alpibus positus, strenue prœliatus prœlia Domini in eo naturali regionis nostræ munimine, hostes et plures eorum proceres ad deditionem coegit, suam et finitimas, cis et trans Alpes, diœceses in fide confirmavit (1), atque Italiam a lue servavit immunem : ex quo splendida præconia et elogia *præsidii* contra hæresim divinitus dati a Romano pontifice et S. R. E. cardinalibus et ab Italiæ episcopis promeruit (2).

63. Ulterius porro in Galliis ipsis hostes adortus et fideles roborans sanæ doctrinæ pabulo aulam Parisiensem adivit, ubi rex sedebat qui erroribus Calvinianis ab adolescentia imbutus, et nuper ad catholicam fidem revocatus, quasi modo genitus infans erat confirmandus, eo vel magis quod hæreticorum insidiis undique pateret. Huic itaque se et quam prædicabat doctrinam ita probavit, ut magnus princeps nil melius aut solidius quam quæ audiebat a nostro dici aut excogitari posse existimaret (1). Tunc inter plures hæreticos viri etiam prænobiles, et magni nominis falsæ religionis administri, ad fidem ope Salesii revocati sunt (2). Sane præsens et opportunum auxilium Galliarum ecclesiæ allatum testatur præprimis invicte clerus nobilissimæ illius gentis in generali cœtu Parisiis habito die 19 martii anno 1625, dum supplicem libellum concinnavit, quo Gebennensis episcopi canonizationem ab Urbano VIII postulabat: « Quum (inquiunt) eam apud nos vitam traduxerit, quæ ad fidem quamplurimos, ad admirationem omnes pertraheret... gravissimis laboribus exhaustus, magnum... desiderium Gallorum omnium animis reliquerit... fac ut cujus antea, dum in vivis foret, recreati sumus auxilio, ejus etc. Tum subdunt : « Apud nos diem suum obiit.... tanto totius regni luctu.... ut nemo sane fuerit qui non ad hujus tanquam communis parentis mortem ingemuerit, non quod ejus quem omnes beatum putarent felicitati invideret, sed quod sibi toties satis probatum auxilium ereptum esse sentiret. »

64. *De amissis S. episcopi litteris super celebri quæstione De auxiliis.* Dum contra aggressiones externas vir sanctus Ecclesiam tuebatur, internum dissidium in eorum animis discordiam alebat, qui junctis viribus et studiis hostes oppugnare debuissent. Disputationibus et scriptis ultro citroque jactis flamma ita creverat, ut in exitiosum incendium erumpere minaretur. Controversiam innuo de gratiæ auxiliis, quam nescit nemo quam diu et acriter fuerit exagitata. Consilium rei definiendæ, quod prævalere videbatur, deterius quoad exitum fortasse quam certamen ipsum fuisset futurum. Namque in eo studio partium, in eo animorum æstu, in eo fervore dimicationis, vehementer metuendum erat, ne altera sententia damnata, plures e parte devicta aut a fide aut a debita Romano pontifici obedientia deficerent. Tum sapientissime Paulus V consilium a S. viro exquiri voluit, qui litteris datis ad Anastasium Germonium solidas attulit rationes, quibus quæstionem consopiendam esse suadebat. « Periculosissima (scribebat inter alia) est quæstionis illius disceptatio, et suis in extremitatibus hæreses habet subjectas, et proximas: quam ob rem qui in iis opinionibus stat, videat ne cadat. Porro alia sunt quibus gemit Ecclesia, et quibus potius incumbendum esset, quam elucidandæ quæstioni illi, cujus lucidatio nihil boni reipublicæ christianæ allatura est, mali vero nimis, quandoquidem ad malum prona sunt tempora. Subtilissima autem illa ingenia Dominicanorum et Jesuitarum ad concordiam brevi sunt ventura (3). » Prævaluit sapientis episcopi consilium; et doctrina viresque catholicorum prudentium a jurgatione intestina ad communes hostes oppugnandos conversæ sunt. Si gravissimam hanc epistolam, licet ex parte deperditam, censor egregius illis adnumerare velit quibus res christiana stetit, non abnuo; nam in acie catholica tempore calamitosissimo concordiam servavit; scitumque est res etiam parvas concordia crescere, dissidio res magnas dilabi. Neve me quispiam arguat quod documentum, cujus vix particulam novimus, gravissimum dixerim. Nam Philibertus de Bonneville, cui res probe comperta fuit, narrat Germonium Francisci

(1) Vide sup. §§ 44, 45, 46.
(2) Vide sup. §§ 40 et seqq.

(1) Vid. inform. § 71, et § 77, pag. 60 princ.
(2) Ibid. § 35.
(3) Hæc pars epistolæ deprompta ex lib. 7 historiæ vitæ S. Franc. Salesii conscriptæ a Carolo Augusto Salesio relata est in editione opp. omnium S. Franc. Salesii Parisiis apud fratres Huyot 1850, Tom. 3, pag. 157, epist. 222.

epistolam legendam dedisse : « Au saint-père Paul V, lequel trouva les raisons qu'il apportait si solides qu'il les communiqua au consistoire des Illmes cardinaux, lesquels, suivant l'avis qu'il donnait, trouvèrent bon d'imposer silence à cette dispute, ce qui fut fait (1). »

65. Hujus facti veritatem testantur, non modo laudatus historicus, et abbas de Longaterra, quos in causæ informatione adduxi, sed etiam alii scriptores gravissimi. D. Joannes a S. Francisco, auctor coævus, explicata indole, et difficultate quæstionis quæ agebatur, subdit : « Il considéra toutes ces circonstances, et en écrivit ses sentiments au Rme Anastase Germonio, lors référendaire de Sa Sainteté aux deux signatures, et maintenant archevêque de Tarantaise, son ami, qui fit voir sa lettre au pape, que Sa Sainteté goûta, et voulut avoir plus amplement l'advis de notre prélat, auquel il voulut être déféré, terminant la dispute en la manière qu'il avait trouvé plus convenable (2). » Similia refert P. de la Rivière ex ordine Minimorum in historia vitæ S. episcopi, lib. 4, cap. 36, pag. 525 et seqq. Præterea Complutensis doctor Michael a Portilla, ejusdem sæculi scriptor, in historia vitæ S. viri, Matriti edita anno 1695, lib. 4, cap. 15, pag. 427, 428, diserte profitetur epistolam illam in pluteis Vaticanis ætate sua extitisse. Maximam autem fidem auctor meretur propter necessitudinem quam habuit cum card. Ludovico Emmanuele Portocarrero, cujus gratia opus suum exaravit. Ejus itaque verba in italicum sermonem translata ita sonant : « Ma ciò che dee più d'ogni altra cosa considerarsi a lode della sua gran dottrina e sapienza, si è che la Sede Apostolica lo consultasse in ordine alla celebre controversia della scienza media tra Domenicani e Gesuiti (punto eminente, abisso profondo, fatica portentosa dell' ingegno umano, di tutta la teologia scolastica di questo e del passato secolo, tale da echeggiare per le scuole cristiane per tutta la durata del mondo) e che a decidere tanta causa valesse la risposta di Francesco, quella cioè che egli scrisse a Paolo V, e che ora si conserva nella libreria Vaticana (3). » Idem auctor in lib. 4, cap. 21, pag. 272, tradit res a S. viro expositas in ea epistola congruere cum iis quæ tradidit in lib. 2 et 4 Theotimi : « Y fuè su sentir el que « despues puso en sus escritos. Vease el capo 10 y 12 del lib. 2 « de la practica del Amor de Dios, y el excelente simil del « lib. 4, cap. 5. » Ex quo validum argumentum duci potest, epistolam ipsam a biographo fuisse inspectam. Addit insuper, patres ordinis Prædicatorum ac societatis Jesu gratias plurimas sancto episcopo propter consopitam controversiam habuisse.

66. De iis quæ in celebri epistola continebantur plura tradit S. D. Jo. Jacobus Olier, qui optime noverat sanctum episcopum et gloriabatur « d'avoir été retiré de la mort par sa bénédiction, « d'avoir aussi reçu sa bénédiction à sa mort, et d'avoir porté « pendant le cours de sa vie la sainte soutane par ses avis et « son conseil (4). » Is itaque in eo sermone cujus lacinias quasdam descripsi (sup. § 34) hæc inter cetera memoratu dignissima refert : « Il fut consulté par le pape Paul V sur la matière de la grâce, *de Auxiliis*, mais, par effet de son humilité ordinaire, il refusa cependant de répondre à ce souverain pontife, s'excusant sur la nature de la matière que Dieu tenait cachée pour nous humilier (*quæ verba satis innuebant intelligenti, rem eo tempore non fuisse definiendam*). Enfin, se voyant pressé de nouveau, il envoya ses sentiments, qui sont couchés au long dans les 7, 8, 9 et 10 chapitres du deuxième livre de l'*Amour de Dieu*. Il y décide les choses avec une solidité, et une netteté qui sont un effet de l'esprit de Dieu qui l'animait. Il y porte les âmes à opérer leur salut avec confiance, appuyées sur Jésus-Christ Notre-Seigneur, mort pour tous les pécheurs et qui leur a mérité à tous pour se sauver une très-grande abondance de grâces, quoique tout le monde ne s'en serve pas. Dispensation consolante, qui rend le joug du Seigneur doux et ses commandements possibles à tous les hommes, puisque Dieu ne dénie à personne le nécessaire; (*poterant ne melius et aptius Janseniani errores profligari tamdiu ante constitutionem Unigenitus?*) que s'il se rencontre des sujets plus remplis de grâce les uns que les autres, il faut adorer les jugements de Dieu. Tout ce qu'il dit sur cette matière est admirable, surtout tenant (comme il fait) l'âme dans la véritable humilité. Car d'un côté il montre que tout vient de Dieu, et qu'on ne peut se sauver que par la grâce seule de Jésus-Christ ; et de l'autre qu'on peut se damner par sa propre malice, en se soustrayant à la grâce de Dieu, ce qui est le plus grand de tous les malheurs. » Denique in processu canonizationis S. viri, vol. 2, pag. 115, prostat epistola Anastasii Germonii ad S. virum data anno 1607 (cujus exemplar Emo causæ relatori exhibebimus) quæ rem aperte et valide confirmat. Ibi enim inter alia hæc leguntur : « Lessi la lettera, ch'ella mi scrisse, alla Santità di N. S. e la gustò di maniera che mi ordinò doverla mostrare al sig. cardinal Finelli, come capo della S. Congregazione del S. Uffizio, ed in conseguenza di quella *de Auxiliis* e di più che le ne dessi copia volendola far leggere alla Congregazione suddetta : come pure ieri l'altro feci, cioè glie ne diedi la copia molto bene scritta (1). »

67. Quum res tam gravibus testimoniis comperta sit, etiam diligentissimi scriptores in Germania (ubi nimietas magis quam defectus in usu critices historiæ invaluit) minime ambegerunt eam prodere, tamquam indubiam, posteritatis memoriæ. Doctores itaque Rass et Weiss, quorum alter Argentinus, alter Spirensis antistes fuit, quique historiam vitæ sanctorum concinnarunt, in ea parte quæ Salesium pertingit hæc referunt, quæ ità sonant italice : « Il nostro santo, la fama del quale cresceva di giorno in giorno, ricevette da Roma nel 1607 lettere, che gli faceva scrivere Paolo V, che in quel tempo occupava la Santa Sede. Gli se domandava il suo avviso sopra la famosa questione che disuniva allora i padri Domenicani e i Gesuiti. Trattavasi del modo col quale la grazia coopera col libero arbitrio dell'uomo, epperò la congregazioni che si adunavano a questo scopo ricevettero il nome di *congregationes de Auxiliis*. Il santo nella sua risposta non prese partito nè per gli uni nè per gli altri..... Tuttavia non è difficile riconoscere la sua opinione nel trattato dell'amor di Dio. Del resto biasimava in genere lo spirito di partito come contrario alla carità cristiana, e condannava altamente la condotta di coloro, che invece di consacrare alla gloria di Dio il tempo, di cui il pregio è infinito, lo perdono in questioni controverse, oscure e inutili alla salute. » Quoniam facti veritas in dubium revocari non potest, præclarum et insigne meritum agnoscendum est sancti viri in ea quæstione consopienda, velut constitui in sup. § 64, ac propterea sive ad opera Salesii extantia sive ad deperdita censor eximius animum advertat, utraque in unum conspirant, ut doctoris titulum optime Salesio convenire magis magisque evincatur. Ceterum quo levior jactura sit quam attulit posteritati quorumdam librorum amissio, locos quosdam insignes adhuc ineditos in summario additionali patribus Emis offerimus, quos eorum perspicacitati commendamus.

68. *Animad.* § 10. *Non imminuitur Salesii gloria ex meritis B. Canisii, V. Bellarmini aliorumque qui eadem ætate contra*

(1) Vide inform. § 36.

(2) Vita S. Francisci de Sales, lib. 3, pag. 229.

(3) Hispana vox *libreria* archivum etiam commode significare potest. Titulus libri est : *Vida del glorioso S. Francisco de Sales*, Madrid, 1695.

(4) Olier, Serm. sup. cit. in princ.

(1) Prostat hæc epistolas in gallicam linguam translata in edit. *Migne* opp. S. Salesii, tom. VI, pag. 935, epist. 27.

hæresim decertarunt. Parum tamen permoveri utroque scriptorum operum genere, extantium nempe ac deperditorum, censura videtur, eo quod ætas illa, quæ propter errores Lutheri, Calvini et Zuinglii luctuosa fuit Ecclesiæ, plures alios tulerit « insignes pietate et doctrina viros, qui contra eam hæresim fortiter dimicarunt, vix caput extulit. » Ecquis tam excors est, qui falsum suppositum cui hæc adstruitur notatio non videat? Hoc enim sibi præsumit animadversio, quod doctoris titulus non aliter alicui conferatur quam si unicus ille aliquod hæresium genus oppugnaverit. Hoc vero non modo falsum est, sed etiam quodammodo absurdum. Falsum est quia nonnunquam plures doctores declarati sunt, qui unam hæresim sunt aggressi, prout videre est in Hieronymo, et Augustino quorum uterque Pelagianos profligavit. Ipse censor doctissimus Leonis Magni et Chrysologi nomina consociat in Eutychetis hæresi percellenda ; imo quatuor memorat, quorum præcipuum decus est quod Arianos retuderint ac refutaverint. Ait enim : « Hilarius et Athanasius ideo Ecclesiæ doctores habiti quod Arianos tum maxime Constantii tyrannide fultos... retuderint. » Ac paulo post : « Ambrosius romana illa facundia et inconcussa pectoris firmitate Arianos a latinarum gentium regionibus exturbavit ; Isidorus ejusdem hæreseos in barbara Gothorum gente subinde renascentis reliquias extinxit (Animadv. § 7). » Si quatuor viris doctoralis laurea est imposita eo quod Arianam lucem oppugnarint, eccur tribus aliquando imponi non poterit (si Canisius et Bellarminus canonizationis honores fuerint adepti) propter certamina quæ contra tricipitem hæresim strenue obierunt?

69. Quod porro affirmavi nuper, quodammodo absurdum esse suppositum, quo nititur Animadversio, huic rationi innititur. Scilicet quoties hæresis aliqua insurgit, præsertim si valida sit et latius propagetur, numquam Deus tam inopem præsidii Ecclesiam suam esse sinit, ut vir unus, coelitis instar, infenso aggredientium agmini objiciatur. Plures sæpe consurgunt scriptores doctrina insignes, qui communem catholici nominis causam tueantur ; quod enim censor optime pervidit contigisse ætate qua Ariana lues invaluit, et ea qua protestantismi labes Europam invasit, idipsum tempore quo aliæ vigerunt hæreses usuvenit, nimirum catholica veritas plures scientia illustres reperit defensores. Jamvero si ad excludendum aliquem e doctoris gradu et honore sufficeret quod plures « insignes pietate et doctrina viros illa ætas tulerit qui contra eam hæresim fortiter dimicarunt, » valedicendum fuisset ab initio postulationibus quæ fiunt ut aliquis doctor declaretur. Paucis : hic honoris titulus nemini fuisset unquam aut esset tribuendus.

70. Nomen Ignatii Loyolæi et institutæ ab eo societatis quod censor egregius huic quæstioni admiscet, intentioni nostræ nocere nequit, etiamsi argumentum ab æmulatione petitum (huc enim censura demum recidit) aliquid in judiciis hisce sanctissimis valeret. Nam licet concedatur : « Demum sicut alios aliis temporibus sanctos viros, ita Luthero ejusdemque temporis hæreticis Ignatium et institutam ab eo societatem objecisse, » tamen nemo unquam somniavit, actionem commode posse institui ut Ignatius vel instituta ab eo societas doctores renuncientur. Neque enim sanctus illius conditor, qui tam sero litteras discere cœpit, doctarum lucubrationum copia, sed aliis artibus ac præsidiis hæresim oppugnavit, neque doctoris gradus est hujusmodi qui conglobatim, ac per modum unius, ut aiunt, alicui collegio sive personæ morali valeat conferri. Secus enim doctor esset appellandus ordo Basilianus, itemque ordo S. Benedicti, qui reliquias antiquarum hæresium impugnarunt, congregatio Camaldulensis et Cisterciensis, quæ contra Simoniacos, concubinarios et errores Abælardi in acie constiterunt, ac doctor renunciandus esset insignis ordo Prædicatorum qui adversus Albigenses, Cataros, Patarenos seu contra novos Manichæos et Gnosticos fortiter præliati sunt. Quæstio ergo redigitur ad nobiliores quosdam viros e meritissima societate Jesu, qui contra hæresim sæculi XVI et XVII multa cum laude certaverunt. Scitissime censura duos quos memini in medium profert, Canisium et Bellarminum, quos etiam ergo libenter inter sanctos ac dein inter doctores adnumeratos conspicerem. Verum quid obest Salesio quod alii duo certaminis et gloriæ socii producantur?

71. « Nisi liquido appareat (reponit censor lectissimus) « Salesium pari gradu cum duobus illis doctrinæ laude « incessisse, quemadmodum istis ad assequendum doctoris « titulum adhuc sanctorum decretus honor, ita illi eminentis « doctrinæ gloria deerit. » Vellet, ni fallor, vir sagacissimus, me ex tuto munitoque loco, in quo prius quæstionem posueram, in lubricum et incertum adducere. Nam licet ego privatim sentiam cum censore sapientissimo duos sanctos illos viros doctoris titulum promereri posse, si canonizati fuerint, nihil tamen de eminenti scientia eorum suprema Ecclesiæ auctoritas pronunciavit, nec ullus propheta, de cujus inspiratione divina certo constet, doctores illos aliquando declaratum iri præcinuit. Comparatio igitur non inter duos illos et Salesium instituenda est, sed commodius (etsi necesse non sit) inter nostrum et eos qui jam decreto Sedis Apostolicæ fuere jam doctores renunciati, velut censura sapienter in paragraph. præced. Animadv. constituit. At ego in universo fere hujus capitis decursu ostendere sum conatus (ac perfecisse reor) Genevæ antistitem meritum et laudem æquasse illorum qui publico Ecclesiæ judicio doctores agniti et nominati sunt. Ergo non modo majus aliquid quam quod censura flagitat præstiti, sed illud quod aptius et utilius ad controversiam qua de agitur dirimendam conducit. Qua in re velim Patres Emi animadvertant, me gravius quoddam onus assumpsisse quam causæ necessitas omnino exigeret. Neque enim Bonifacius VIII aut Benedictus XIV, dum eminentiam doctrinæ requirunt in Ecclesiæ doctore, præscribunt ut par vel eadem laus in omnibus demonstretur. Quæstio enim ad absolutum, non relativum meritum refertur, et quisquis doctorum indicem præ oculis habeat, facile persentire valet quantopere stella a stella differat in claritate. Verum, ut dixi, quoniam comparatio illa ad quæstionem dirimendam directe conferebat, non me pœnitet suscepti laboris, et æquis censuræ desideriis satisfactum existimo.

72. Licet ergo, decet et expedit me declinare comparationem illam a censura propositam, quæ si fusius a me tractaretur, plena foret invidiæ et molestiæ. Neque me stimuli ab animadversione injecti adeo faciunt inurbanum et immemorem observantiæ quæ magnis viris debetur, ut contendam optime judicasse Petrum de Villars qui Salesii scripta Bellarmini libris præferebat (1). Non quæram uter majorem aciem ingenii præsetulerit in celebri quæstione pertractanda quæ tunc temporis incendia schismatis minabatur in Galliis, ubi hæresis ignes tanto labore et industria Salesius restinxerat. Non quæram utrum Canisii et Bellarmini scripta eam messem salutis pepererint, quæ e Francisci operibus redundavit, utrum duorum illorum libri in tot idiomata versa fuerint ac toties edita, prout de Salesii libris contigisse novimus : utrum Romani pontifices, S. R. E. cardinales, et episcopi utriusque scripta iis laudibus ornaverint, quibus (ceu vidimus) Francisci lucubrationes extulerunt : utrum denique S. Alphonsus, qui certus est Ecclesiæ doctor, Salesii magis quam Canisii aut Ven. Bellarmini vestigiis institerit.

73. *Optime de Salesii doctrina senserunt viri præclarissimi e soc. Jesu.* His itaque prætermissis dicam, divinæ dispensationi

(1) Vide inter opera S. Francisci de Sales edit. Migne, tom. V, pag. 707, epist. 185.

admodum consentaneum videri quod plures viros sanctimonia vitæ et doctrinæ laude præstantes excitaverit contra illam hæresim variam, multiplicem, late grassantem, quæ sæculo sexto decimo exorta est, neque invidiam conflari posse in Salesium etsi quis alius extiterit, qui summa cum laude veritatis causam simul tueretur. Id eo magis perpendi oportet, quod tres viri prædicti ex loco certaminis discreti fuerint, et peculiari decori vertatur Salesio nostro quod Calvinianos præsertim impetiverit, et profligaverit, gentesque Alpinas et Gallicas potenti præsidio suo præ primis adjuverit, quum pacatus in Italia Bellarminus volumina sua perscriberet, et Canisius maxime inter Germanos zelum suum exercuisset. Huc porro accedit, quod non modo B. Canisius et ven. Bellarminus egregiam foverint de sancto episcopo æstimationem, sed quod viri doctissimi ex eadem societate ultro agnoverint et fassi sint, inter primos catholicæ veritatis adsertores contra hæreticos ætatis suæ Franciscum processisse. Patres nimirum Bollandiano musæo ad Acta sanctorum illustranda adscripti hæc ingenue testantur : « Quum post concilium Tridentinum misericors Deus multos suscitasset viros qui sanctimonia vitæ, scientiæ laude, et sollicitudine pastorali repararent ruinas factas ab hæreticis pravisque catholicis, inter eos præcelsum locum consequutus est S. Franciscus Salesius; » ac deinde : « ut gigas processit debellaturus vitia et errores (1). » Nec minus vere quam facunde et ornate P. Quiricus Rossi ex eadem societate Bollandianis præiverat inquiens : « Questo scienza fu quella per cui Francesco di Sales era detto e l'Augustino e il Gerolamo de' suoi giorni. Questa per cui ricevevansi i pareri di lui siccome oracoli usciti dal santuario. Questa per cui sì terribile era ai più dotti ministri del Calvinismo che non ardivano di affrontarsi con lui in disputa..... Francesco in tutte le opere sue diffuse il chiaro lume della scienza... Parlo dei suoi scritti di controversia pieni di theologiche folgori dell' eresia possentissime sterminatrici (2). »

74. *S. Antistes hæresis percussor nedum excubitor fuit, nec quidquam detrahit de ejus laude celebre effatum card. du Perron.* Fallitur ergo animadversio cui « Franciscus alteri defensorum agmini adjungendus videtur, qui illius hæreseos monstra non percussores, sed vigiles excubitores se præbuerunt. » Ignoscat vir amplissimus si obsequenter moneo, eum non posse attingere Romanorum pontificum scripta quæ (ut vocibus utar Benedicti XIV) « a papa proveniunt uti supremo Ecclesiæ duce et pastore (3), » cujus generis, ni fallor, sunt bullæ canonizationis. In ea vero qua Francisco nostro sanctorum honores decernuntur legitur apertissime : « cepit ex scripto intime hæresim *percellere* tantumque effecit ut etc. » (vide sup. § 40). Ergo inter *percussores*, non inter vigiles excubitores dumtaxat sanctum episcopum recensere oportet. Quoniam vero animadversioni nulla suppetit pontificia auctoritas cui innitatur, cardinalitiam quæsivit quam objiciat. Ac primum præmonet Salesium insigne excubitoris meritum « singulari animi mansuetudine et charitatis dulcedine cumulasse « adeo ut plurimi suavitate ejus allecti in viam justitiæ ac veritatis redierint. » Tum subdit : « Huc sane spectat celebratissimum illud cardinalis Perronii effatum, sibi quidem vires animumque suppetere ad hæreticos refutandos, sed ad eos convertendos Salesio opus esse. » Quibus verbis communi jam concessione firmatis, doctrinæ et aptitudinis quæ apostolum designent illi laudem tribui, doctoris non item, palam est (Anim. § 10 in fine).

75. *Vis illius effati explicatur.* Etiamsi quis hæc omnia concederet, æquitas postulationis nostræ minime labefactaretur; nam licet gladio lacteo et mellito Salesium instructum excogites, tamen semel ac scriptis suis hæresim intime perculit, Ecclesiæ præsidio fuit, atque (ut alia repetam prolata ab Alexandro VII) « religionem sustinuit, et dominantem impietatem fregit ac dejecit quasi alter David (sup. § 40), » semper manet illi juris titulus ad compellationem doctoris. Ad summum alter erit doctor mellifluus, ut cum Bernardo geminum par efficiat. Verum, ut propius ad rem accedam, confidenter dicam, perperam ab animadversione converti ad extenuandam laudem sancti viri id quod theologus Emus ad summum illius decus graviter pronunciavit. Nam si in eo qui aliquam causam defendit primum est, supra omnia et juxta aureum Apollodori effatum (1), persuadere judici et sententiam ejus ducere in id quod velit, adeoque ad illum pertinet docere seu probare et flectere (2) : si in eo qui egregia pollet dicendi scribendique facultate « ita inter se (ut Quintiliani verbis utar) connexa et indiscreta sunt omnia, ut si quid ex iis defuerit frustra sit in ceteris laboratum (3) », ecquis non videt, a cardinali du Perronio optimum causæ catholicæ defensorem judicatum fuisse Salesium, quippe qui præstare poterat unus quod in facultate scribendi dicendique summum et extremum est, nec potest consistere nisi auditori persuasum antea fuerit quod proponitur et objecta sophismata fuerint profligata? Scilicet quum cardinalis modestissime aiebat, se posse tantum hæreticos refutare, sed alterius (Francisci nimirum) esse illos convertere, fatebatur se partem tantum officii defensoris boni præstare posse, Franciscum catholicæ veritatis adsertorem esse numeris omnibus absolutum. Nam fieri potest ut alterius errores revincam quin ipsum in meam sententiam ducam; fieri tamen nequit, ut eum (si modo animal rationale sit) in meam sententiam traham, nisi prius illi persuaserim quod intendebam, idest nisi liquido demonstraverim me veritatem tueri et ipsum in errore versari. Breviter sed concinne admodum doctissimus præsul Ludovicus Eduardus Pie totam rem explicabat inquiens : « Monseigneur de Genève ne convertit si sûrement que parce qu'en même temps il éclaire (4). » Quid multa? Ipse card. du Perron qui hæreticos per Salesium converti testabatur, laudem suam cumulabat, vocem consocians cum card. de Berulle : dum ambo « l'appellèrent le plus savant théologien de son siècle (5). »

76. *Recapitulatio eorum quæ dicta sunt in cap.* 2. Jam ut Patres Emi brevi in unum collecta ob oculos habeant quæ in hac orationis altera parte fusius disputavi, ubi generalis quæstio acta est de meritis quibus Salesius præstat ut doctoris appellatione decoretur, sic omnia paucis discreta capitibus complectar :

I. Distinctio censoris amplissimi de gradibus scientiæ quæ propria sit apostolici viri, vel episcopi, vel doctoris, fucum facere nequit, ut lumen obscuretur eminentis doctrinæ quo S. Franciscus de Sales prælulget (§§ 6-16).

II. Congruunt autem cum istius meritis ea quæ de Ecclesiæ doctoribus jam renunciatis prædicantur, quia

1) Ejus scripta totum Ecclesiæ corpus nova luce perfuderunt (§§ 17-20).

2) Novum doctrinæ fontem reserarunt, tum propter modum quo catholica doctrina in iis explicatur (§§ 21-33), tum propter copiam eruditionis quo illustrata fuit (§§ 34, 35).

Ex quo *novitatis* conceptu fluit, paritatem perfectam et absolutam inter doctorem declarandum et jam declaratos non posse requiri (§§ 36-38).

III. Communem gloriam Salesius habet cum duplici doctorum serie a censore laudata, nimirum :

(1) Summ. pag. 100 num. 35.
(2) Rossi, *Panegirici*, pag. 49, 50, Venezia 1865.
(3) De serv. Dei beatif. et beat. canoniz. lib. 2, cap. 26, § 4.

(1) Apud Quintil. Inst. orat. lib. 2, cap. 15, § 12.
(2) Ibid. lib. VIII, proœm. § 7; Cic. Orat. c. 31.
(3) Ibid. lib. X, cap. 1, § 2.
(4) Opp. Tom. VII, pag. 496.
(5) Vide informat. causæ, pag. 8, § 9.

1) Cum iis qui contra hæreres Ecclesiæ præsidio fuerunt (§§ 39-46).

2) Cum iis qui docentibus et discentibus usui sunt et subsidio ad obscura elucidanda et theologicas quæstiones enodandas (§§ 47-59).

IV. Adversus objecta in § 9 Animadv. ostensum fuit, fructus laborum S. viri et ejus scripta deperdita admodum conferre, ut meritum ejus ad honorem doctoris obtinendum clarius evincatur (§§ 60-67).

V. Demum contra § 10 Animadv. demonstratum est, præstantiam doctrinæ B. Canisii et ven. Bellarmini, nec non judicium card. du Perron de S. Francisco Salesio nihil obesse quominus huic doctoris titulus decernatur (§§ 68-75).

CAPUT TERTIUM

De scriptis S. Francisci de Sales particulatim spectatis.

77. *Non pauca fuerunt S. F. Salesii scripta.* Non omnia Francisci scripta quæ post ejus obitum prælo sunt impressa, et multa replent volumina, in lucem pridem prodiisse cum ille viveret, Animadversio contendit; affert autem locum excerptum e præfatione Theotimi, ubi sanctus auctor modeste scribit: « Io ho scritto assai poco, e molto meno ancora ho dato alla luce. » Atque heic sex opera recenset quæ ad promerendam doctoris laudem sufficiunt; sed nolo in iis immorari, nam omnia S. auctoris scripta in hoc judicio perpendere et æstimare oportet. Quomodo vero censoris notatio possit evertere fundamentum alterum defensionis meæ, quod in operibus S. episcopi constitutum fuit, equidem non video. Etenim si copiam operum spectemus, modesta illa S. auctoris elocutio *assai poco* excusationem habere potuit in ejus zelo inextinguibili, qui plura semper et majora molliebatur, ast oppido nihil valet si cum iis quæ ab eo reapse scripta sunt conferatur. Extitit vir doctus et diligens qui ex editione can. Migne folia comparavit quæ occupantur a Salesii operibus, et a libris plurium doctorum veterum, puta S. Athanasii, S. Basilii, S. Gregorii Nazianzeni inter Græcos, atque inter Latinos S. Hilarii, S. Ambrosii, S. Petri Chrysologi, S. Leonis, S. Isidori, S. Petri Damiani, S. Anselmi. Horumce vero singulorum scripta minora Salesii operibus esse comperit. At exquisita et ampla Eorum Patrum eruditio mihi molestæ hujus descriptionis onus remittit. Nullum itaque pondus verbuscula illa *assai poco* in hoc judicio habere possunt, nisi forte scriptiones, post mortem S. auctoris in lucem editas spurias esse aut suspectas aliquis censeat. Verum hunc metum aufert ipse censor religiosissimus dum subdit: « Quamvis itaque plura post ejus obitum in lucem prodierint Salesii scripta, hæc in sua recensione prætermisit, vel quia ad privatorum tantum usum ordinata, vel quia, utpote subcecivis horis elucubrata, incompleta et adhuc limæ labore, ac mora expolienda. »

78. *Nihil adimit de dignitate et præstantia quorumdam S. viri scriptorum quod ad privatum usum fuerint ordinata.* Fateor libenter, plura Francisci scripta, juxta auctoris mentem, fuisse ad privatum usum ordinata; verum eorum dignitas, pretium, fructus exinde perceptus ab universis fidelibus ex quo vulgata sunt, idem manet. Quot scripta sanctorum patrum et doctorum, quum exarata sunt, ad privatorum usum ordinabantur! nihilo tamen secius multum contulerunt ut egregiam laudem scribentibus parerent, et emolumentum amplissimum posteritas ex iis caperet. Nonne multa eaque gravissima a Hieronymo et Augustino ad privatum usum conscripta sunt, quibus deinde universa Christi familia edocta fuit atque edocetur? Cujus, quæso, generis est S. Cypriani epistola ad Cæcilium, qua comprehensa est pulcherrima expositio doctrinæ catholicæ de eucharistiæ sacramento, quæ in festo Corporis Christi per totam Ecclesiam quotannis legitur? Quid? Pauli epistolæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem; Joannis litteræ ad Electam dominam et Gaium seniorem, nonne ad privatum usum fuerant ordinatæ? At certum est, totum Ecclesiæ corpus ex iis novo lumine perfundi. Quam mira et nova lux accedit ad illustrandum universum Christi gregem ex Evangelio Lucæ et Actis apostolicis, etiamsi Theophilum, in utroque libro memoratum, privatum virum (uti vocabulum sonat et plurimis doctissimis placet) fuisse credamus! Imo, ne a Francisci scriptis discedam, quis est qui nesciat ad instaurandam disciplinam oratoriam sacram plurimi valuisse tractatum ejus de prædicatione, de quo superius egi, quamvis ad privatum virum edocendum videatur conscriptus? Quid dicam de ejus epistolarum sylloge, quam viri doctissimi summis laudibus, utpote perutilem et salutarem omnibus, extulerunt! Placet de iis judicium describere Thomæ Sanchez hispani theologi perillustris: « Sono in esse molti ed utilissimi ammaestramenti per eccitare le anime cattoliche ad ogni esercizio di virtù in ogni stato. Che per ogni maniera di persone ha in esse lettere sapientissimi, dolcissimi, ed efficacissimi documenti, i quali rendon per sè questo glorioso e singolar maestro della vita spirituale degno dell' elogio del quale l'onora la Chiesa (1), e pel quale lo somiglia a Paolo apostolo, maestro universale della fede, imperocchè di lui che, *omnia omnibus factus est* (2). »

79. *Vel quod nonnulla subsecivis horis exarata censeantur, vel quod modestissime de illis S. auctor loquutus sit.* Nonnulla ex operibus S. viri subsecivis temporibus fuisse conscripta incredibile non est, nec inficias ierim; multis enim et gravibus occupationibus distinebatur. Etiam S. Hieronymo idem usuvenit, ac multo magis illis doctoribus qui episcopali dignitate præfulserunt. Non ideo tamen putaverim « ea fuisse incompleta et adhuc limæ labore ac mora expolienda. » Nam Plinius, exempli causa, in præfatione immortalis operis de historia naturali inquiebat: « Homines sumus et occupati officiis, subsecivisque temporibus ista curamus; » judicio tamen peritorum omnium philosophiæ naturalis, nihil habet in eo genere antiquitas iis libris plenius aut præstantius. At si perfecta erant Francisci scripta nondum vulgata, eccur, inquies, dixit se parum scripsisse? Quoniam copiam scriptorum eorumque perfectionem et dignitatem certis argumentis aliunde agnoscimus, ea fides hac in parte modesto auctori est habenda quæ illi accommodatur cum ingenii sui tarditatem accusat, et quæ Hieronymo habetur quum aurea scripta sua nugas appellat. Sciendum est enim Franciscum in ea epistola, cujus particulam censura adducit, totum in eo fuisse, ut scriptoris laudem quæ illi dabatur ab se repelleret, velut ex integriori contextu intelligitur. Inquit enim: « Je ne fais pas pourtant profession d'être écrivain, car la pesanteur de mon esprit, et la condition de ma vie exposée au service et à l'abord de plusieurs, ne me le sauraient permettre. Pour cela j'ai donc fort peu écrit, et beaucoup moins mis en lumière, et pour suivre le conseil et la volonté de mes amis, je te dirai que c'est afin que tu n'attribues pas la louange du travail à celui qui n'en mérite point du sien propre (3). »

80. *Scriptorum ejus copia et excellentia confirmatur.* Neminem puto ex Patribus Emis præterierunt ea verba : *beaucoup moins mis en lumière,* quibus vir sanctus implicite fatetur, scripta a se nondum edita multo plura fuisse quam sex illa opera quæ nominatim memorantur. Ex quo copia scriptorum quam adserui confirmatur. Cum præterea ad

(1) Respicit Auctor orationem in officio S. Francisci quæ incipit : *Deus qui ad animarum salutem.*

(2) Vide Cartas espirituales de S. Francisco de Sales traducidas del idioma frances al castellano. Madrid, 1742, pag. 4.

(3) Opp. S. Franc. Salesii, tom. 10, edit. Migne 1861, pag. 356.

ea vulganda defuerit *le conseil et la volonté des amis* quæ scriptoris timidam humilitatem vincere poterat, veriorem rationem habemus cur illa latuerint, quam commentitiam imperfectionem et limæ defectum, quem Animadversio gratis excogitat. Plane theologus illustris Joannes Ortiz de Moncada scripsit : « A mi siempre me ha parecido una autorcha muy resplandeciente todo lo que esto santo ha escrito (1), » eique coævi et posteri suffragati sunt : quare, etiamsi fingamus, S. auctoris judicio aliquid defuisse perfectioni operum, quæ vivus ipse non evulgavit, erit defectus illi similis quem veteres philologi Maronis Æneidi, et quem theologi catholici summæ theologicæ D. Thomæ facile condonarunt.

81. *Controversiarum libri ad publicum usum ordinati sunt.* Miratur animadversio, inter scripta, quæ vivus antistes in lucem non edidit, reperiri « ipsas controversias, quas velut polemicum opus princeps infermatio laudat atque extollit. » Si historiam illarum controversiarum quæ in § 13 animadv. exponitur, censor eximius heic præ oculis habuisset, nunquam hunc movisset lapidem qui in ipsum revertitur. Non enim opus illud natura destinatum fuit ad privatum usum, multoque minus ut in scriniis latitaret; sed ut publice quam plurimis pateret et ab iis legeretur; atque ita sane multa hæreticorum millia conversa sunt. Tantummodo ob peculiaria rerum adjuncta, apographa a librariis manu fiebant, non prælo a typographis (2); sed hoc rei ipsius substantiam non immutat. Si ad declarationem doctoris opus esset ostendere, auctoris ipsius cura vel jussu, scripta typis plumbeis aut ferreis in lucem edita fuisse, nemo ex iis qui ante S. Alphonsum doctores renunciati sunt, eo titulo potuissent honestari.

82. *Animad.* § 11 *in fine et* 12. *Judicium Henr. de Maupas nil detrahit de meritis sermonum S. Francisci.* Judicium Henrici de Maupas de pluribus inter sermones S. episcopi, quales tunc extabant, consulto ac solerter a censore amplissimo temperatur et extenuatur, dum subdit : « Exageratione multa judicium ejusmodi peccasse editores contendunt : et nos ex parte dabimus. » Consulto, inquam, et solerter censor judicium illud nonnihil exaggeratum dixit, nam si veritati omni ex parte congrueret, nobis faveret magis quam obesset. Quid enim tandem sibi vult criticus ille, quum affirmat eos sermones quales a collectoribus et rapsodis editi erant, haud amplius præferre « les lumières de son esprit, ni le fond de son éminente doctrine, ni les agréables figures de son éloquence, ni les puissants attraits de la dévotion ? » Significant hæc verba, sermones, quales ex ore sancti oratoris prodiere, multo illustriores, pulchriores magisque refertos ingenii luminibus, doctrinæ copia et elocutionis ornatu fuisse, ita ut vix languida illorum imago in editionibus vulgatis Henrici ætate appareret. Evolve nunc sermones illos : nobiles certe et laude digni sunt, et omnibus placuerunt. At si vir sanctus multo meliores ac mirabiliores pronunciavit, legitime infertur, illum non prope divinam, sed divinam prorsus (uti censuit Benedictus XIV) dicendi facultatem habuisse.

83. *Hi sermones fideliter posteritati proditi sunt.* At quoniam de hyperbole et superlatione veritatis Henricus Maupas a censura et clarissimo canonico Migne in crimen vocatur, nolumus ejusdem criminis insimulari, et mediam viam, quæ animadversioni magis videtur arridere, tenebimus. Nimirum sermones aliqui sancti viri, quales episcopus Ebroicensis legerat ante annum 1657, aliquid non totum de pristino robore et elegantia amiserint. Sed hæc posteritatis jactura tanta non est, quantam censura deplorat. Primum enim secernendi sunt sermones de Assumptione, et alii « que l'on conserve encore écrits de sa main, » velut ipse præsul de Maupas fatebatur. Hisce alii adjiciendi ex manuscriptis editi, de quibus Sorbonæ doctores (ceu liquet ex eorum verbis positis in calce editionis quæ prodiit anno 1662) testati fuerant : « Nous certifions avoir vu et lu un livre intitulé *Sermons du bienheureux François de Sales*, dans lequel sont contenus quelques sermons et fragments très-doctes et très-pieux, pris sur l'original écrit de sa main, avec plusieurs autres sermons faits aux religieuses de la Visitation de S. M. d'Annecy fidèlement recueillis. » In hac porro editione, quæ prodiit anno 1662, tres et viginti nominatim notantur ex manuscriptis S. auctoris deprompti. Quod autem ad reliquos quadraginta septem attinet, ii neque abjiciendi neque aspernandi sunt. Nam licet a sancto viro exarati minime serventur, fidelissime tamen fuerunt excepti, uti nuper didicimus (fidèlement recueillis) et literis consignati ; ad eos enim describendos ministerium fuit adhibitum matris Claudiæ Agnetis Joly, quæ, testante S. Joanna Francisca de Chantal, « avait la mémoire si heureuse qu'elle récitait mot à mot ce que ce grand prélat avait prêché (1). » De hac felicissima sanctimonialis memoria dubitare non licet, nisi veracitas S. Franciscæ (cujus heroicæ virtutes, adeoque justitia, ejusque pars potentialis *veritas* a Sede Apostolica probatæ sunt) in dubium revocetur. Quid quod memoriæ sanctimonialis optimæ manuscripta quedam feliciter reperta suppetias tulerunt? Namque in literis datis a S. Francisca de Chantal ad equitem Torquatum de Sillery anno 1637 legimus: « On a trouvé dans une vieille malle... une explication en forme de méditation du Cantique des cantiques... Il y a dix-huit de ses sermons, des premiers qu'il fit ; il me semble qu'ils sont tout entiers, ou peu s'en faut. Il y a encore quinze autres petits cahiers, qui sont des mémoires de prédication en abrégé, le commencement y est seulement marqué et la suite par points ; tous ces cahiers sont écrits de sa bénite main, et le cantique (2). » Omnibus hisce subsidiis prostantibus, nulla inest dubitatio, quin descriptio sermonum quæ vulgata est per editionem anni 1662 maxime accurata et fidelis extiterit, at posita fideli descriptione ecquid est de quo censura conqueratur ?

84. Inter eruditos omnes constat enarrationes S. Augustini in psalmos, non ab eo conscriptas fuisse, sed ab ejus auditoribus, quorum tenacissima reminiscendi facultas tam ineluctabili testimonio probata non est. Idipsum dicendum de sermonibus ejusdem S. doctoris in Joannem, velut diligenti lectori facile patet. Ecquis tamen censuit unquam, eminentem doctrinam S. episcopi Hipponensis ex iis quoque documentis confirmari non posse? Neque scriptoribus tantum rerum divinarum id contigit, sed etiam auctoribus qui in aliis disciplinis excelluerunt. Scitum est Jacobi Cujacii opera non pauca discipulorum industria, qui eum audiebant, ad nos pervenisse ; ita ut hiatus quidam appareant, et quædam alicubi ordinis perturbatio. Nihilosecius etiam propter eam librorum partem principem interpretum juris Romani Tolosatem jurisconsultum veneramur. Quid quod in Augustini et Cujacii editionibus adornandis ea non potuit adhiberi diligentia et cautio ne quid alienum irreperet, quam cautionem adhibitam esse scimus a S. Francisca Frémiot de Chantal, ut sermones Salesii integri ac sinceri in lucem prodirent (3) ? Quid quod recentiores editiones et emendatiores dilucide jam secernunt sermones, quorum sinceritas minus comperta est, ab iis qui ex integro vel maxima ex parte propria oratoris manu exarati habentur, vel ex ejus ore religiose excepti et asservati sunt ? Quum autem huc res redacta sit, dicenda sunt opera S. Auctoris in eadem conditione versari, in qua sunt opera SS. Patrum et doctorum fere omnium, quorum accuratæ editiones constanter hanc

(1) In judicio censorio præmisso operi sup. laud. Cartas espirituales de S. Francisco etc. Madrid, 1741.
(2) Vide Inform. c. 20 in fine.

(1) Animad. § 12.
(2) Opp. S. Francisci Salesii, edit. Migne, tom. 4, pag. 1900.
(3) Hac de re conf. Opp. S. Francisci edit. Migne, tom. 4, pag. 644.

partitionem exhibent, ut post legitima et sincera scripta quæ indubia codicum fide adnituntur, ea reperiantur, quæ nonnihil dubia vel minus integra severa critice judicavit. Si contentio nostra in eminenti doctrina Salesii demonstranda huic parti scriptorum maxime fuisset innixa, aliqua censuræ suppeteret querimoniæ causa ; sed aliter se res habet, nam de sermonibus sancti viri scribentes generatim eos semper intelleximus, quos optimorum criticorum sententia proprios illi et genuinos adjudicavit.

85. *Probatur primum titulum Fabriani codicis a S. episcopo fuisse conscriptum.* In legitima scriptorum Salesianorum familia dubitat animadversio utrum recensendus sit primus Fabriani codicis titulus, quippe qui, « nunquam Francisci nomine fuerit inscriptus. » Nullius pretii hæc videbitur dubitandi ratio, si meminerimus naturam ipsam negotii a sancto episcopo suscepti flagitasse, ut potius Fabri quam Salesii nomine opus inscriberetur. Cum enim uterque juris consultissimus esset, noverat juris adagium « majorem partem trahere ad se minorem. » Sciunt porro omnes titulum illum minimam (nedum minorem) partem totius codicis a Fabro exarati constituere ; oportebat ergo ut opus integrum istius nomine inscriberetur. Nihilosecius Faber, quum religiosissimus esset et sciret se juris peritum, non theologum esse, timido ac verecundanti animo adtexuit titulum libro qui nomen suum præferebat. En verba epistolæ quam ipse dedit ad sanctum episcopum die 10 octobris anno 1605, prout a Baudryo refertur, qui eam in archivo monasterii Anneciensis servari testatur : « Je vous remercie mille et mille fois du souvenir que vous avez de moi, et de mon chapitre... Je ne crois pas en avoir besoin avant un mois, parce que le huitième et le neuvième livre restent à imprimer, et, quoi qu'il en soit, vous pouvez le finir où il vous plaira, si le plan que je vous avais proposé se trouve trop long et trop ennuyeux ; car aussi bien je me fais conscience de tromper tant de gens, qui me prendront pour quelque grand théologien... Je trouverai toujours belle la forme que vous lui donnerez, et je ne veux point lui en souhaiter de plus belle (1). » Postrema hæc verba valent etiam ad quæstionem dirimendam utrum solam tituli materiam, an digestam et plana scriptione expositam amico suo vir sanctus præbuerit. Manifestum est, ni fallor, Franciscum præter inventionem etiam eloquutionem præstitisse.

86. Siquis dubitet adhuc de quo opere Antonius Faber in his litteris ageret, præsto est alia epistola die 25 ejusdem mensis ab eodem ad Salesium conscripta, quæ nominatim codicem memorat, ejusque Sabaudi epitheton appingit, eoquod, ut sciunt omnes, Fabrianus codex non explanationem codicis Justinianæi complectitur, sed decreta senatus Camberiensis juxta ordinem titulorum Justinianæi codicis digesta. Cedo epistolam : « J'attends de bon cœur l'ornement que vous m'avez promis pour mon code savoisien, que je vais avançant de jour à autre le plus que je peux, etc. (2). » Omnem præterea dubitandi rationem aufert coævus historicus abbas de Longueterre, qui in historia vitæ S. episcopi Gebennensis, parte tertia, pag. 124, rem sic narrat : « Il a fait paraître la variété de ses lectures dans le code d'Antoine Fabre, premier président du souverain sénat de Savoie, où il a plus décidé de matières que les ennemis de l'Eglise qu'il réfute n'en ont malheureusement inventé contre les trois personnes de l'adorable Trinité. » Luculenter innuit historicus rubricam tituli *de summa Trinitate et fide catholica* ; scite tamen dicit plus de matières etc. quia non modo Arianos, Macedonianos et similes, sed etiam hæreticos ætatis suæ vir sanctus inibi refutavit.

87. Demum prætereundum non est argumentum intrinsecum, quod docte ac dilucide more suo sic explicat clarissimus abbas de Baudry : « Si les cahiers de controverse de saint François de Sales, qui n'ont été imprimés que plus de cinquante ans après... avaient été publiés dès lors, je crois qu'il aurait été assez difficile de cacher la participation qu'avait eue le saint évêque au premier chapitre du code Fabrien ; car on eût pu le reconnaître aisément à la conformité qu'il y a entre certains endroits de ces deux ouvrages. Je citerai pour exemple le tableau des titres donnés au pape par les anciens Pères, tableau qui a été fort loué par le comte de Maistre dans son ouvrage *Du Pape*, liv. 1, chap. 10. Si l'on compare ce tableau avec la cinquième note des hérétiques, qui se trouve dans le chapitre premier du code Fabrien, on verra que le second ouvrage dit en latin ce que le premier avait dit en français (1). » Quas ob res nemo jam potest ambigere quin illustris ille titulus, solida doctrina catholica refertus, sancto episcopo nostro merito vindicatus, per quemlibet æquum et cordatum judicem debeat adjudicari.

88. *Animadv.* § 13. *In libris Controversiarum novitatis meritum enitet.* Novo certaminis genere contra hæreticos Franciscum dimicare debuisse, dum eas quas controversias dicunt composuit in sup. § 25 jam prænotavi. Animadverti etiam quam difficile hoc certamen fuerit, quam feliciter illo perfunctus sit Salesius, quam opima spolia ex hostibus retulerit, quam salubre et utile exemplum posteris atque ætati nostræ præsertim reliquerit. Exinde inferebatur novitatis meritum in hac operum Salesianorum parte luculenter enitere, adeoque S. Auctorem, juxta præmissa censoris optimi, titulum Doctoris promereri. Confirmat hæc modo animadversio : dum recolit, illum haudquaquam « aggressum esse aliquid quod Bellarmini, Du Perronii, Bossueti absolutis ea de re lucubrationibus comparari possit, vel iis disputationibus, quas contra vetustiores alios Ecclesiæ hostes, doctores plures aggressi sunt..... sunt enim hæ controversiæ sermones quidam Thononensi plebi accommodati, quos scripto dietim tradere coactus est, cum voce recitare prohiberetur. Ipsemet Franciscus rei testis in sua ad Thononenses præfatione, etc. Mirabitur fortasse quispiam censorem acutissimum hæc commemorasse, quæ ad Francisci meritum efferendum magis quam deprimendum valent ; ast ille negans Salesianum opus comparari posse cum Bellarmini aliorumque absolutis ea de re lucubrationibus, innuit imperfectam esse nostri scriptionem, idque confirmat exordiens § sequentem his verbis; « Opus autem neque perfectum neque expolitum fuisse alia plura ostendunt »

89. *Opus illud in suo genere perfectissimum est.* Si hæc censuræ mens est, ejus argumentandi ratio triplici vitio laborat eoque gravissimo. Nam I. quoties auctoris alicujus meritum æstimandum est, summo in pretio sunt peculiarium rerum adjuncta in quibus versabatur. Si quis ex tempore dicere coactus optime dicat (quamvis limatius aliquod proferri queat ab alio cui tempus et otium suppetat) nonne is maxima dignus erit laude et admiratione ? Tullius ingenium et poeticam Archiæ facultatem vehementer admirabatur, quod ipsum audivisset « quum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de ipsis rebus quæ tum agerentur dicere ex tempore — licet fateretur perfectiora esse — quæ accurate cogitateque scripsisset. » (Pro Archia, § 8). Eadem fere dicenda sunt de quibusdam veterum doctorum orationibus, quæ pro re nata ac nulla scriptione prægressa, ab ipsis imparatis pulcherrime pronunciata sunt. Sæpe ego maximis meritisque laudibus ornatum audivi theologum eximium, qui de iis rebus quæ pridie acta fuerant vel tunc agebantur ex tempore scriptiones doctas, concinnas, elegantes ad persuadendum ac movendum idoneas, dietim exarare consuevit et vulgare ad causam justitiæ et religionis naviter tuendam. Finge alium posse (quod non facile putaverim) quidpiam perfectius et po-

(1) Vide Opp. S. Francisci de Sales, edit. Migne, tom. 6, pag. 122.
(2) Op. et tom. cit. pag. 121.

(1) Op. cit. edit. Migne, tom. 6, pag. 125.

litius conscribere cogitate accurateque : numquid primi illius meritum ac dignitas extenuatur ? Imo vero augeri et præclarius effulgere existimo. Facile est hæc omnia ad Salesium nostrum ejusque controversias transferre.

90. Vitium alterum quo laborat Animadversio, quæ præproperas et imperfectas Salesii scriptiones dicit, in falso supposito facti consistit. Sciendum est enim neque paratam materiam Francisco scribenti defuisse, neque dicendi rationem, seu formam externam aliquid desiderare, ut perfectissimum opus valeat judicari. Primum evincitur ex eo præfationis loco quem censura describit : « Je me suis mis à réduire en escrit quelques principales raysons, que j'ay choisies, la plus part tirées des sermons, et autres traités, que j'ai faits ci devant de vive voix. » Credendum vero non est tractatus illos et sermones præcedentes, unde materies operis deprompta est, temere et nulla præmissa meditatione et studio scriptos aut recitatos fuisse. Quod autem ad stylum et formam operis externam attinet, concedit ultro censor eximius utrumque legentibus et loco esse accommodatum, ait enim : « Ideo tantum sua præ aliis (Salesius) commendat quod fere allobroga veste aliorum rationes induerit. — La methode et le stile ne vous deplairont point, car son air est tout à fait savoisien. » Qua in re vir sanctus ad unguem exequutus est quod summi præceptores artis bene dicendi tradiderunt. Ut enim (ait Tullius) in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre..... Est autem quid deceat oratori videndum non in sententii solum sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec vero locus aut tempus, aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni parte orationis, ut vitæ, quid deceat considerandum, quod et in re de qua agitur positum est et in personis et eorum qui dicunt, et eorum qui audiunt (1).

91. Item Quintilianus : « Nec tantum quis et pro quo, sed etiam apud quem dicat interest... quum... non idem apud graves viros quod leviores, non idem apud eruditum quod militarem ac rusticum deceat... Tempus quoque ac locus egent observatione propria... et loco publico privatove, celebri a secreto, aliena civitate an tua, in castris denique an foro dica interest plurimum, ac suam quidque formam et proprium quemdam modum eloquentiæ poscit (2). » His consentanea sunt quæ S. Isidorus docebat episcopos : « Episcopi sermo debet esset purus, simplex, apertus... unumque admonens diversa exhortatione, juxta professionem, morumque qualitatem : scilicet ut prænoscat quid, cui, quando, vel quomodo proferat (3). » Id præstitit Franciscus, ceu testatur Renatus Josephus de Tournemine : « S. François de Sales a un style particulier, excellent, en son genre, inimitable... Un écrivain serait téméraire, s'il se flattait de conserver dans le changemen de son style cette suavité insinuante, ces expressions efficaces cette éloquence familière et sa conversation plus persuasive que les discours étudiés et sublimes. Non, on ne fera jamai que des copies informes de ce merveilleux original (4). » Quum itaque S. Auctor scribendi ratione loco, tempori et personis aptissima usus fuerit, eam dedit operi formam quam perfectissimam judicemus oportet. Maxima vero rei difficultas ex eo intelligitur quod non modo sermones illi fuerint Thononens plebi accommodati (velut censura notat) sed etiam idonei ad persuadendum nobilibus doctisque viris, eosque permovend ut ejerata hæresi ad catholicam veritatem redirent. Id facta inde sequuta evincunt, quibus luculentior demonstratio neque flagitari potest neque præberi.

(1) Cic. Orator. §. XXI.
(2) Instit. Orat. lib. XI, cap. 1, §§ 43, 45, 47.
(3) Lib. 2 Offic. ad Fulg. c. 5.
(4) *Journal de Trévoux*, juillet 1730.

92. *Res et sententias ob se inventas et excogitatas, non aliunde petitas, S. Auctor iis libris complexus est.* Tertium quod inest vitium adversæ argumentationi in eo latere puto, quod a priori, et ex adjunctis extrinsecis de præstantia et perfectione operis judicare velit ; quum illud præsto sit, et legentibus pateat, nullum errorem quem Salesii adversarii defenderent apta solidaque refutatione carere, nullum catholicum dogma quod illi impugnarent indefensum ab eo fuisse relictum. Quare Romani pontifices, S. R. E. cardinales, episcopi aliique viri doctissimi opus istud in suo genere egregium ac perfectissimum judicarunt velut in causæ informatione §§ 18-27 et in sup. § 73 demonstravi. Ut hanc replicationem prævertat, censor sagacissimus non inficiatur optima esse quæ in controversiis continentur, sed aliunde ea deprompsisse dicit atque ipsius utitur testimonio. « Nec vero se quidquam novi allaturum, sed quæ ceteri dixerint ampliori jam forma se breviori consuturum pollicetur. Je ne dirai donc rien qui soit nouveau... car tout est ancien dans cet écrit, et n'y a presque rien du mien que le fil et l'aiguille. Le dessein ne m'a coûté qu'à le descoudre, et le recoudre à ma façon. » Ne objectio prima fronte gravis animum defensoris dejiceret, ejus tenuitati et imperitiæ promptæ subvenit censor lectissimus ; nam supercilio quidem arguentis, sed adjuvantis benignitate, pergit continuo. « Nec aliter poterat, ut enim in epistola ad Viennensem Præsulem postmodum scripsit — nello spazio di cinque anni nello Chablais... ho predicato senza altri libri che la Bibbia e quelli del gran Bellarmino. » Hæc verba, si intimius inspiciantur et cum iis jungantur quæ initio hujus § animadv. scripta sunt, difficultatis solutionem quam sum daturus pleniorem efficiunt.

93. Quod ut probe intelligatur, statuendum est præprimis, rectissime S. auctorem dixisse : « Je ne dirai rien qui soit nouveau, » idque tum ad totius rei substantiam, tum ad singula capita doctrinæ quam explanabat pertinet. Nam certum et exploratum est, doctrinam catholicam unam semper et immutabilem esse, velut in sup. § 17 significavi. Hinc S. Thomas quærens an progressu temporis articuli fidei creverint, vel augeri possint, respondit eos quoad substantiam eosdem semper esse, crevisse tamen et posse crescere quoad explicationem (1). Verum ea explicatio, per quam articuli fidei augentur, ad Romanum pontificem et concilia spectat cum definitiones dogmaticæ ab iis feruntur. Necesse autem erat ut hoc sensu se nihil novi dicturum vir sanctus protestaretur, quum hæreticos alloqueretur qui hanc prætexebant causam secessionis suæ, quod Ecclesiæ Romana (prout inquiebant) Evangelii doctrinam immutasset. Quum autem id profiteretur Salesius, opportune lectores alliciebat, adjiciens se in methodo et stylo dumtaxat ipsis accomodato aliquid novi allaturum. « La méthode et le style ne vous déplairont point, car son air est tout à fait savoisien. » Inhærebat ergo sapientissimo monito Vincentii Lirinensis : Eadem quæ didicisti doce : ut cum dicas *nove*, non dicas *nova* (2).

94. Ast in antiqua et immutabili catholica doctrina explicanda multas certe proferebat Franciscus sententias, auctoritates, similitudines, argumenta etc. quibus sanam doctrinam declarare et legentibus persuadere conabatur. Num hac in parte aliquid novi afferebat? Profecto; sed non ideo illud erat aliunde, idest ex alienis libris haustum. Nam novo ordine et ornatu S. auctor exponebat ea quæ antea scripserat vel pronunciarat. Erant enim fere omnia « tirés des sermons et autres traités quo j'ai faits ci devant de vive voix. » Non igitur ex alienis mercibus pulcherrinam illam rerum dicendarum copiam mutuatus fuerat sanctus oratur; sed e penu sua depromebat. Si anteriores illi tractatus et sermones extarent, objicere posset Animadversio, duplicem ejusdem operis edi-

(1) 2, 2, qu. 1 n. 7.
(2) Commonit. § 22.

tionem nos habere, ordine tantum et textura immutata; sed quum priora quæ dicta fuerant nullibi sint nec esse possint, quid nocet, quæso, pretio ac dignitati controversiarum, quod eæ lucubrationes opus, post secundas, ut aiunt, curas ab auctore adhibitas, nobis exhibeant? Hæccine causa est cur opus imperfectum dicatur? Imo vero perfectius et expolitius propterea censendum est.

95. *Nil detrahit de laude S. auctoris quod SS. Biblia et Bellarmini opera dum scribebat haberet.* Quod autem forma et materies ad catholicam doctrinam explicandam a Francisco usurpata aliunde sumpta non fuerit vehementer confirmatur e notationibus censoris amplissimi (atque hunc spectat illud quod in calce § 92 significavi). Etenim unde haurire poterat? Aut a sacris Bibliis aut Bellarmino; hæc enim duo solummodo habebat subsidia. At divina eloquia catholicæ doctrinæ substantiam præbent, et fundamenta argumentorum ad hæresim refellendam, non formam argumentorum, doctrinæ explicationem, legitimas illationes ex ipsis Scripturæ locis deductas, rerum dicendarum ordinem, notiones e variis disciplinis arcessitas ad propositam rem illustrandam, vestem totius operis: paucis quidquid *novi* ascriptore orthodoxo dici potest. Proinde subsidium commune et necessarium Patribus omnibus et doctoribus SS. Biblia præbuerunt. « Quid aliud est (inquit sapienter alibi sanctus auctor) doctrinam sanctorum Patrum quam Evangelium explicatum, quam Scripturæ sacræ elucidatæ (1)? » Quare ad perfectionem operis pertinet quod Biblia habuerit scriptor immortalis; miserum si caruisset! operis meritum ceteroquin et dignitas ex eo subsidio non imminuitur. Restat Bellarminus ex quo suspicari quis posset ne forte vir sanctus hauserit ex eo quidquid novi in ejusmodi disputationibus proferre licebat; sed hanc suspicionem amovet censor solertissimus admonens : « Suspicari quis posset Sale-« sium aggressum aliquid esse quod Bellarmini..... lucubra-« tionibus comparari possit... At longe aliter se res habet. » Jam si vir sanctus Bellarminum descripsisset, ipse quidem novi operis merito et honore destitueretur; sed opus non modo comparari, sed æquari (ex parte saltem) cum ven. cardinalis lucubrationibus oporteret.

96. *Controversiarum libri opportunæ eruditionis ornatu minime destituuntur.* Unicum patet animadversioni perfugium ut dicat : ex defectu librorum defuisse auctori commodum infarciendi plurimas auctoritates et allegationes, quibus ii gloriantur qui eruditionis copiam affectant. At quandonam hæc ornamentorum redundantia in iis operibus emicuit quæ tanquam classica et (uti vocare solent) originalia posteritas est admirata? Quid quod cum illis adversariis ratione et Scripturarum testimoniis maxime certandum erat? Usui erant profecto ad immutabilitatem doctrinæ demonstrandam definitiones conciliorum veterum, Patrum antiquorum auctoritates, historiæ ecclesiasticæ documenta; sed nonne hæc passim in controversiis occurrunt? Ac sane mirandum est quomodo scriptor egregius libris destitutus tam sæpe, tam accurate, tam opportune hæc allegare potuerit. Quas ob res merito ab episcopis, qui hunc librum examinaverunt, Salesius comparatus fuit Athanasio, Ambrosio, Augustino (2): quod si ipse verbis meritum operis sui extenuabat, festinationem prætexens qua elaboratum fuit et suadens lectoribus ut aliorum coævorum multo ampliora adirent, id miram arguit scribentis humilitatem majoremque illi apud cordatos viros existimationem conciliat.

97. *Animadv.* § 14. *Extrinsecæ imperfectiones haud imminuunt operis pretium, vel auctoris meritum.* Extrinsecæ imperfectiones, quæ ex jactura nonnullarum quæstionum, ex hiatibus, sententiis incompletis, defectu auctoritatum quarumdam inserendarum oriuntur, meritum et præstantiam auctoris haud imminuunt; imo quæcumque residua sunt efficiunt pretiosiora. Sic in antiquis monumentis et sculptis imaginibus, si quæ pars collapsa vel divulsa fuerit, aut imperfecta ab artifice relicta, non ideo minus operis elegantiam atque amplitudinem, et auctoris peritiam ingeniumque demiramur. Nonne sæpe in quibusdam libris doctorum veterum simile quidpiam evenisse novimus? Facile autem ferenda jactura est, ubi partes operis residuæ tantæ sunt, tam sibi cohærentes, tam dilucide explicatæ, ut illud quod deest probabili conjectura assequi quisque et supplere valeat. Ut vero levius sit censoris amplissimi desiderium efficiet ea pars operis in suum. addit. descripta et in sup. § 67 memorata, quæ in pluteis monasterii Anneciensis inedita servabatur. Atque hic adprecamur Patres Emos ut considerent quo robore argumentorum, qua eloquentiæ vi, qua subtilitate ingenii, qua rationum ubertate auctoritatem docentis Ecclesiæ et prærogativas Romani pontificis sanctus scriptor defenderit ac demonstraverit; quo facto potissimum ejus ætatis errorem evertebat, qui vi et potestati privati spiritus et examinis maxime innitebatur.

98. *Perperam a censura objicitur Controversiarum libros ad annum 1672 delituisse.* Quum judicium quod agitur totum in eminentia doctrinæ S. episcopi Gebennensis versetur, certum mihi ac persuasum est, neminem ex judicantibus commotum iri quod liber Controversiarum nonnisi anno 1672 typis editus fuerit. Num eo doctior quisque est quo citius scriptiones ejus prælo vulgantur? Nequis vero in errorem inducatur ex censuræ verbis : « Delituit præterea ejusmodi Salesii elucubratio ad annum 1658, ac nonnisi anno 1672 septimo ab ejus canonizatione, primum publici juris facta est » nequis, inquam, in errorem inducatur, Patres Emos obsecro ut recolant quæ in sup. § 81 a me scripta sunt. Non latuit hoc opus illos quorum lectioni destinatum fuit, proindeque multa hæreticorumm illia ejus ope ad catholicam veritatem conversa sunt. Non latuit eos qui præcipue judices doctrinæ in eo comprehensæ esse poterant, adeoque a Romano pontifice, a purpuratis Patribus et consultoribus quibus hic cœtus constat, ab episcopis revisoribus multis et amplissimis laudibus fuit honestatum diu ante annum 1672.

99. *Non erravit S. episcopus in allegatione canonis concilii Quinisexti.* At vero, urget Animadversio, hæc Controversiarum lucubratio pluribus mendis vacua non prodiit. Hæ plures ad duas reducuntur; neutra vero indecoram illam mendæ compellationem meretur. Primum nempe S. auctor insimulatur quod canones concilii Quinisexti ad sextum concilium generale retulerit. Miror hanc objectionem a viro ecclesiastici juris consultissimo prodiisse. Memini me adolescentem adhuc in institutionibus canonicis Joannis Devoti perlegisse laudatas quasdam lacinias ex epistolis S. Innocentii I Romani pontificis, qui allatis canonibus conciliaribus quos Nicænos dicebat, addiderat : « Alium enim canonem Romana non admittit Ecclesia. » Heic vero doctissimis auctor notabat : « Cum Nicænos canones Innocentius memorat intelligit etiam Sardicenses, quoniam hoc concilium tamquam Nicæni appendix habebatur (1) ». Ex quo intellexi neque sanctum maximumque pontificem errasse, neque ejus successorem Zozimum, qui simili locutione usus fuit (2), neque catholicum quemvis errare, si tamquam canones concilii generalis eos appellet et laudet, qui editi sint in synodo quæ generalis appendix habetur. Jam vero in eodem libro et capite hæc etiam perlegi : « Synodus hæc (Trullana) dicitur Quinisexta, quod ejus præsules editis de dis-

(1) Tract. de divini Verbi prædicat. Conf. locum e Regula Pastor. S. Gregorii descriptum in sup. § 7.
(2) Summ. pag. 14, prop. fin.

(1) Devot. institut. juris can. in prole gom. cap. 5, § 57, in nota.
(2) Tizzani Concil. gener. tom. 1, pag. 33.

ciplina canonibus videri vellent supplevisse illud quod V et VI generales synodi non præstiterant. Romana Ecclesia eos tantum probavit hujus concilii canones, qui nihil haberent quod superioribus synodis, probatisque moribus adversaretur, sicuti Humbertus cardin. episcopus Sylvæ candidæ ac Leonis IX legatus apud Græcos declaravit (1). » Eodem pertinent quæ tradit cl. Jo. Anselmus Mortreuil : » En 692 le concile Trullien, appelé par les canonistes grecs le sixième concile, précisa le premier les sources de droit canonique qui devaient être reconnues par l'Eglise orientale. Il reçut le nom *In Trullo* parce qu'il fut tenu dans la salle du conseil du palais impérial de Constantinople, et celui de synodus *Quinisexta* parce qu'il eut pour but de suppléer aux cinquième et sixième conciles universels tenus à Constantinople (2). » Hisce propositis, argumentum a pari facile conficitur. Si licet canones Sardicenses Nicæno concilio adscribere, qui Sardicensis synodus Nicænæ appendix fuit, nemini piaculo adscribetur quod Tullenses canones (eos nempe qui a Romana Ecclesia probati sunt) ad sextum concilium œcumenicum revocaverit, quandoquidem Trullensis synodus istius supplementum habetur. Donec ergo censor clarissimus subtilem, sed veram distinctionem afferat inter appendicem et supplementum, aut demonstret canonem a Salesio adductum sanæ doctrinæ et moribus a Romana Ecclesia receptis repugnare, verba S. episcopi quovis mendo carere meo jure contendam. Imo cum decretum illud ad catalogum librorum canonicorum referretur, in quo apprime cum orientalibus Ecclesia Romana consentiebat, merito S. præsul tanquam scitum Ecclesiæ universalis illud exhibuit. Diligentius autem et accuratius ille est loquutus quam Innocentius I et Zosimus; nam eorum verbis lector imperitus credere posset Sardicenses canones Nicææ fuisse conditos; Franciscus vero diserte in Trullo canonem quem laudat prolatum fuisse affirmat : « Mais quelque temps après au concile troisième de Carthage (où se trouva S. Augustin), confirmé au sixième général de Trulle, outre les livres précédents de second rang, « furent encore reçus etc. (3). » Itaque Trullanam synodum memoravit diserte; sextam vocavit quia Græci qui illam habuerant sic appellabant, generalem dixit quia decreta ejus synodi quæ ab Ecclesia latina recepta sunt reapse vim et potestatem decretorum concilii universalis habuere. Intererat autem S. scriptoris hæreticis ostendere, universalem Ecclesiam jam antiquitus consensisse in canonicis libris agnoscendis et recipiendis.

100. *Nec reprehendendus est quod semel auctoritate Michaelis Montaigne usus sit.* Immerito autem emendatione dignum censura existimat quod S. auctor conscripsit in sermone 25 qui inscribitur : *De la corruption des versions vulgaires*, ut sapientiam declararet Sedis Apostolicæ in vulgaribus S. Scripturæ versionibus prohibendis. Inter alia argumenta utitur vir sanctus testimonio hominis, docti quidem, sed propter liberiorem opinandi morem heterodoxis (quos Salesius alloquebatur) minime suspecti, quasi nimio studio et cœco obsequio facile probaret quidquid a Sede Apostolica præscriptum fuisset. Ait itaque : « Savons-nous bien, dit un docte profane, qu'en Basque et en Bretagne il y a des juges assez téméraires pour établir cette traduction toute en leur langue, quoique l'Église universelle n'ait point de jugement plus difficile à rendre, ainsi c'est l'intention de Satan de corrompre l'intégrité de ce saint Testament ; » ac paulo post, ne quis ignoraret quis profanus ille esset, subdit : « Je me souviens d'avoir lu dans « les *Essais* du sieur de Montaigne, quoique laïque, qu'il trou- « vait ridicule de voir tracasser entre les mains de toutes « sortes de personnes dans une salle, ou dans une cuisine, le « saint livre des sacrés mystères de Dieu et de notre créance. « Car, dit-il, ce n'est pas en passant, ni tumultuairement, qu'il « faut manier une étude si sérieuse et vénérable etc. » Poteratne quidpiam sapientius afferri ?

101. At Michael Montaigne insimulatur « d'avere e coi dubbi e colle asserzioni sviato dalla reale ricerca della verità, e messa in moda la sbadataggine in questioni di gravissima importanza. » Audio. Numquid magis infensus christianæ religioni Porphyrio fuit? Non arbitror nihilominus S. Alphonsus Ecclesiæ doctor veritatem Ecclesiæ catholicæ demonstrabat adducta Porphyrii auctoritate : « Anche Porfirio (inquit) fa memoria dei miracoli che avvenivano ai sepolcri degli Apostoli (1) ». Alibi vero de humanæ rationis infirmitate disserens Baylium invocat, qui Michaele Montaigne certe deterior fuit, et inquit : « Conferma ciò lo stesso Bayle costretto dall'evi- « denza a dire : La ragione fa conoscere all'uomo le sue te- « nebre, la sua impotenza, e la necessità di una rivela- « zione (2) ». Nunquam dicendi finem facerem si, a Paulo Apostolo qui ethnicos poetas laudavit exordiens, omnes recensere vellem patres, doctores, scriptores ecclesiasticos probatissimos, qui ad aliquam confirmandam veritatem, quam fideles Ecclesia docet, testimoniis et auctoritatibus usi sunt eorum, qui vel alieni fuerunt a fide, vel minus illi obsequentes opinionibus suis præ eo quod fas erat indulserunt. Id vero non modo sine reprehensione egerunt, sed prudentium suffragio plausuque accedente, nam ut scite Lezana tradit : « Veritas quæ ab inimico pectore et ore extorquetur gratior esse solet (3). »

102. *Animadv.* § 15. *Immerito censura deprimit ea quæ contra Viretum Salesius scripsit.* Lucubrationes S. episcopi contra Viretum, et alias hujusmodi iisdem animadversionibus obnoxias esse censura dicit quæ adversus controversias oggestæ sunt. Verum cum animadversiones illas nil grave et solidum continere perspexerimus, manent integræ pro libris contra Viretum scriptis eæ laudes quibus card. Franciottus et præsul Phœbeus illas honestarunt (1). Vix autem potest intelligi cur censura dicat lucubrationes illas nonnisi paucissimis notas fuisse. Nam librum de Eucharistia contra Viretum in lucem jam editum fuisse Phœbeus sæculo XVII docuit, deque dissertatione qua B. M. Virginis puritas defenditur idem testabatur « evulgata dissertatione ita solide (Viretum) refutavit, ut ad palinodiam recantandam impulerit (5). » Hæc opera ergo in vulgus edita sunt. Cum autem universi hominum cœtus Salesii doctrinam admirarentur, velut a Benedicto XIV testatum audivimus (6), prorsum est ut credamus plures fuisse legendi studiosos; quo jure igitur censura prædicat perpaucos extitisse quibus ii libri noti fuerint ?

103. *Meritum et præstantia defenditur operis inscripti « Vexillum Crucis.* » Sed hisce paulisper omissis, censor lectissimus opus perinsigne proponit quod inscribitur *Vexillum crucis* : merita laude illud exornat, sed criminales judices imitatus circumstantias attenuantes solerter admiscet : « Ad *Vexillum crucis* quod attinet (inquit) eruditum quidem opus et maxima commendatione dignum esse non abnuo; sed illud etiam non secus ac reliqua sancti viri opera tenuiori stylo, ac rudiori plebi accommodato, conscriptum fuit; suum quippe opus dedicavit « alli signori fratelli delle compagnie de' penitenti della Sancta Croce negli Stati di Savoia di qua dai monti. » Ut omnium itaque captui sese accommodaret, ingenio facun-

(1) Devoti Op. cit. cap. cit. § 56, nota 2.
(2) Mortreuil, *Histoire du droit byzantin*. Paris 1841, vol. 1, pag. 409.
(3) Opp. S. Franc. de Sales, edit. Vivès, tom. VIII, pag. 308.

(1) *Verita della fede*, parte 2, cap. 17, § 3.
(2) Ibid. Parte 2, cap. 1, § 8.
(3) Consit. 3, n. 36.
(4) Vide Inform. § 31.
(5) Loc. cit.
(6) Vide sup. § 49.

diæque pepercit, stylum ad monticolarum aures accommodavit, et ex multis ea de re antea docte eruditeque ab aliis editis, opellam conflavit. » Si excipias postremam objectionis partem, de qua seorsum dicam, huic animadversioni ubertim satisfactum esse censeo per ea quæ in supp. §§ 90 et 91 disserui de eo quod servare decet in ratione dicendi ut optima existimetur. Summa laus scriptoris et oratoris est, qui legentis et audientis ingenio et auribus stylum accommodavit. Servanda scilicet a S. viro methodus erat, quam Paulus apostolus commendavit inquiens: *Et sermones et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis* (1). Crescit porro Francisci laus si meminerimus, eum episcopum fuisse cujus sermones maxime decet simplicitas, prout a doctore Hispalensi (sup. § 91) didicimus. Ipse Augustinus longe doctissimus inquiebat: « Melius est reprehendant nos grammatici, quam non intelligant populi (2). » Nequis vero timeat ne Salesius a grammaticis fuerit reprehensus: namque a Tourneminio jam accepimus in sup. § 35, inter classicos scriptores eum adscriptum fuisse. Atque auctor operis inscripti: *Etudes sur S. François de Sales* (ibidem laudatus) cum S. antistitem compellasset, *un des pères de la langue française*, adducit Fenelonium testantem: « Le style de S. François de Sales montre une simplicité aimable, qui est au-dessus de toutes les grâces de l'esprit profane (3). »

104. Quamvis hæc verissima sint, nolumus tamen existimari, nobilissimum opus *Vexillum crucis*, pronum humi repere, neque altius assurgere. Nemo enim arbitrari debet illos quos Salesius vocat « Signori confratelli delle compagnie de' penitenti dellaCroce negli Stati di Savoja di qua dai monti, » rusticanos quosdam, blennos ac rerum omnium ignaros fuisse, eo quod censura rudiorem plebem et monticolas eos appellare delectatur. Plures ego novi homines in iis locis natos, qui ingenio, solertia, rerum peritia et notionum amplitudine multos vincebant, qui citra Padum et Duriam, imo cis Macram, Arnum, et Tyberim nati fuerant, ac se multa sapere et scire arbitrabantur, Opus certe iis oblatum doctum erat, testante in hoc S. cœtu card. Franciotto qui de causa Salesii canonizandi referebat (4). Si illud (uti censura monet) accommodatum erat « alli signori confratelli della compagnia de' penitenti della Santa Croce, » oppido inferendum est, dominos illos sodales e cœno rudioris plebiculæ nonnihil emersisse, ut intelligere et degustare possent opus, in quo S. auctor ostendit (ut doctissimi episcopi Papiensis vocibus utar) « un raro valore nel maneggio della polemica, ed una profonda perizia nella dommatica, non che nella scrittura e tradizione (5). » Enimvero Bartholomæus Alcazar, theologus illustris e societ. Jesu, affirmat « nell' opera si vedon campeggiare, come veramente campeggiano l'eloquenza e l'erudizione con la più pura, solida e sublime teologia dommatica, per mezzo della quale scuopre e a meraviglia, combatte gli errori degli eretici nemici giurati della Croce (6) ». Quod si inter censorem qui nullum in hoc libro lumen eloquentiæ videt, et Alcazarum qui ejus eloquentiam admiratur, aliquid mea sententia valeret, non neglectum incomptumque stylum, quovis indicio facundiæ et ingenii destitutum, in eo opere adhibitum judicarem, sed illum, qui operibus didascalcis maxime congruit, nec nimis elatum, nec nimis summissum, sed ex utroque temperatum; expertem ornatibus insignibus et calamistris, sed planum, dilucidum, facile fluentem, munditia et modesta quadam elegantia conspicuum, qui (ut cum Tullio dicam) « imitabilis quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experient minus. » At prostat opus cuilibet legere volenti: Patribus Emis apprime compertum est: ii melius et prudentius et de stylo et de doctrinæ copia atque excellentia judicabunt.

105. Opellæ nomen, quo censura compellat tractatum hunc plenissimum (1) et in quatuor libros distributum, eo sensu usurpatum puto, quo S. Hieronymus sæpe corpusculum dixit, loquens de corporibus hominum qui ad virilem ætatem pervenerant, eoque sensu quo Horatius operam valde laboriosam, forensem nempe, opellam vocavit (2), et quo V. C. Aloisius Taparellius eamdem vocem adhibuit, dum causam exponens, cur opus de jure naturali scripserat (quod in duo volumina distinctum paginas supra millenas et quingentas complectitur) ait: « Ecco lettore cortese, l' origine di questa operetta (3). » Forsitan etiam hæc Animadversionis vox ad elegantiam et venustatem operis refertur; concinne enim diminutiva inflexio in ea significatione a latinis usurpatur. Nonnemo autem mirabitur quod a censura dicatur hæc opella « ex multis ea de re antea docte eruditeque ab aliis editis conflata. » Ex quo ingeritur opinio, rapsodi et descriptoris operam dumtaxat in hoc libro præstantissimo Salesium contulisse, ex quo everteretur primum illud præconium quo censura librum laudarat tamquam « eruditum opus et maxima commendatione dignum. » Equidem vehementer optarem ut superiores istæ aliorum lucubrationes doctæ eruditæque in medium proferrentur. Agebatur namque de refutando libello recentissimo cujusdam Fayani pseudo-ministri, qui sophismata sua nemini quem sciam catholicorum scriptorum antea communicaverat. Utique fontes innotescunt unde argumenta sua vir sanctus deprompsit; ast hæc notitia scriptoris meritum non deprimit, sed extollit. Testantur enim professores universitatis Vindobonensis: « Liber de *Vexillo crucis* cultum sanctæ Crucis contra hæreticorum impietatem defendit argumentis exquisitissimis e sacra Scriptura, SS. Patribus ipsisque sanctæ Crucis historia desumptis (4). « Quod si censura intelligit, etiam rationes quasdam lectissimas ab aliis scriptoribus allatas ad defendendum S. Crucis cultum, opportune fuisse adhibitas a S. auctore et cum aliis congestas non inficiabor: tunc autem plenum operis judicium sic erit ferendum uti clariss. Hamon verbis expressit: « Ce traité est vraiment admirable d'ordre, de méthode, de logique et de finesse; tout ce que les Écritures, les Pères et les auteurs ecclésiastiques ont dit de plus convaincant sur le culte de la croix, tout ce que la raison peut ajouter de lumière au dogme catholique, vient éclairer chaque question, défaire les dires de son adversaire, selon la pittoresque expression de l'auteur, et l'obliger ou à ruiner la raison et lui jurer inimitié, ou se rendre à la force des preuves, à l'évidence des démonstrations (5). »

106. *Refellitur Bossueti judicium de minoribus S. antistitis operibus.* De minoribus S. episcopi operibus solertissime dicit censor egregius, se unius Bossueti sententiam afferre, cujus hæc verba sunt: « Les opuscules du saint homme sont marqués par deux fois dans la préface comme n'ayant pas la trempe et la solidité des autres ouvrages, et comme les productions d'un âge encore tendre et faible. J'avoue que tout ce qui vient des saints mérite la révérence, il ne faut pourtant pas croire que ce qu'on donne avec tant de précaution dans une préface soit d'une égale autorité que le reste. » Verissime censura dixit hanc esse *unius* Bossueti sententiam, ceteri namque omnes qui de opusculis S. episcopi

(1) Corinth. XI, 4.
(2) In psalm. 138, n. 20.
(3) *Etudes sur S. François de Sales*, tom. 2, pag. 218, 219.
(4) Vide Inform. § 30, in fine.
(5) In ephemeride *Scuola cattolica*, anno II, vol. IV, fasc. XXIII.
(6) El Estandarte de la SS. Cruz de N. Redentor J. C. traducido per Floriam. Anisen. Madrid 1738, pag. 3.

(1) Vide Inform. § 30.
(2) Officiosaque sedulitas et opella forensis adducit febres et testamenta resignat. Epist. 7, lib. 1, vers. 8, 9.
(3) *Saggio teoretico di dritto natur.* Introduz. pag. XI.
(4) Summ. pag. 114.
(5) In historia Vitæ S. Francisci Salesii, tom. 1, pag. 384.

loquuti sunt, summis ea laudibus extulerunt. Præsertim Benedictus XIV qui nullas cum Fenelonio controversias habebat, et ab omni partium studio remotus erat, repetens ac sanciens judicium card. Julii Sacchetti scientiam divinitus a Salesio acquisitam demiratus est « in aureis et seraphicis opusculis ab eo editis (1). » Atque Alexander VII post præconia quibus ornaverat Philotheam et alia majora Francisci opera, « eadem (subjecit) dico de aureo libro de Amore Dei deque ceteris magni hujus viri operibus (2). »

107. Ceterum Bossuetus ipse cum ab æstu disputationis contra Fenelonium procul aberat, doctoris meritum et scientiam amplissimis verbis in Salesio agnovit et prædicavit (3). Eccur illa aspernamur, et quasi ex insidiis aucupamur verbuscula quæ ex ore Meldensis episcopi prodierunt, quum unice eo spectabat ut adversarium suum omnibus armis, queis conabatur instrui, prorsus exueret? Quid quod eo æstu sic abripiebatur, ut non intelligeret nihil valere argumentum ab se adductum ad imminuendam opusculorum Salesii dignitatem? Ipse S. auctor (inquit) ea designat « comme des productions d'un âge encor tendre et faible. » Ecquid ab homine heroica humilitate prædito expectabat? An ut merces suas laudaret? S. Thomas immortale opus summæ theologicæ ad tironum usum modeste protulit : ecquis propterea illud a doctoribus sapientissimis nocturna diurnaque manu versandum esse inficiatur? Ipsemet Tullius ethnicus et ad cenedoxiam proclivis, de lucubrationibus quas juvenis confecerat timide ac verecunde loquitur (licet omnes oratorum studiis dignas existiment) et nos aliquot parvi pendemus libellos sancti viri qui fuit, Bossueto teste, « un flambeau sur le chandelier pour éclairer toute l'Eglise, » eo quod ipse pudenter monuit eos esse « des productions d'un âge encore tendre et faible? » Si ejusmodi criteria in hisce judiciis valere debent, postmodum exigat censura, uti reor, ab hoc sacro ordine, ne in albo sanctorum amplius illi adscribantur qui se peccatores esse testati sunt.

108. *In monitis ad confessarios nihil festinanter scriptum fuit aut diligentiæ S. auctoris excidit.* Gravior ea nota videtur, qua censor amplissimus *Monita ad confessarios* adspergit, in quibus « prudentia (inquit) viri apostolici et in animarum regimine versatissimi certe elucet, quamvis etiam in illis festinanter digerendis quidpiam auctoris diligentiæ excidisse videatur. Ita de absolutionis forma brevianda agens scribit : « Il est vray, comme le dit le docteur Emmanuel Sa es confessions de ceux qui se confessent souvent, on peut retrancher toutes les prières qu'on fait devant et après l'absolution, disant simplement : *Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris etc.....* On en doit dire le mesme, quand il y a une multitude de pénitents, et que le temps est court; car on peut prudemment abréger l'absolution ne disant sinon : *Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius absolvo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine etc.* Vides heic (notat censura diligens) de absolutione a censuris verbum non fieri, cum tamen in Rituali Romano etiam urgente aliqua gravi necessitate in periculo mortis præscribatur formula : *Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis in nomine Patris etc.*

109. Duo sunt in monito sancti episcopi, quæ novum aliquod præseferre videntur : I. quod affirmet, in quibusdam casibus omitti posse « toutes les prières qu'on fait devant et après l'absolution; » II. quod obiter memorata absolutionis formula, reticeatur vox *censuris*. Primum illud doctissimus animadversor non carpit; optime namque novit quæ scripsit S. Alphonsus in Theologia morali, lib. VI, tract. IV, de pœnitentia, cap. 1, dub. 1, § 430, vers. *Dubitatur* 3 : « Communiter doctores dicunt omnes has preces posse omitti sine ullo peccato. Ita Lugo cum Navarro..... Itemque Sa, Bosco, Dic. et Gobat apud Croix. Hocque videtur verius, dum Tridentinum dicit quod hæ preces tantummodo laudabiliter adjunguntur; verbum enim *laudabiliter* nullum utique videtur importare præceptum. » Si itaque opinionem Emmanuelis Sa est amplexus Ecclesiæ doctor de quo censura scribit : « quis moralem Theologiam pertractaverit, neque statim Alphonsi de Ligorio sibi nomen auctoritatemque senserit usurpandam (1)? » magna laus est Salesii nostri, quod in æquissima illa sententia amplectenda Alphonsum præverterit. Ob eas res alio prorsus convertit ictus suos censura sagax, et omissionem verbi *censuris* arripuit. Id se velle testatur perspicue, dum allata Monitorum particula, subdit : « Vides heic de absolutione a censuris verbum non fieri, » et cum alioquin apertissimum esset propositum sancti viri non immutandi formulam absolutionis, sed tantum « de retrancher toutes les prières qu'on fait devant et après l'absolution, » omissionem censurarum tribuit lapsui, qui propter festinationem scribendi S. episcopo acciderit. Ideo consulto cogitateque dicit : « quamvis etiam in illis (monitis) festinanter digerendis quidpiam auctoris diligentiæ excidisse videatur. »

110. Verumtamen objectio hisce limitibus circumscripta ejusmodi est, quæ factum supponat ipsamet objectione explicatu difficilius. Quis sibi persuaserit, episcopum tam prudentem, in lucubratione tam gravis momentis (quam vidimus a viris sapientissimis admodum commendatam), in formula sacramentali expromenda, non semel sed *bis* tam incuriosum fuisse ut verbum significantissimum propter scribendi festinationem omitteret? Id ne censori quidem egregio persuasum est; nam quasi dubitans ait : « Quidpiam auctoris diligentiæ excidisse videatur. » Enimvero si res ita se haberet, levior Franciscus putandus esset muliercula illa, quæ cum ultra horæ spatium in Ecclesia fuisset ut nuptias celebraret, omnia se religiose atque attente peragisse aiebat, nisi forte per incuriam oblita fuisset reponere *Utique pater*, cum a parocho rogaretur. Levior, inquam, Salesius fuisset; non enim loquebatur, sed scribebat; et scriptum certe reviserat. Insuper non semel, sed *bis* propter incuriam in formula erravisset. Ut meam sententiam proferam, si tam incuriosus ac temere festinans in rebus tam gravibus Salesius fuisset, vix crederem sacrum hunc Ordinem in causa beatificationis ejus de heroica ipsius prudentia suffragium ferre potuisse. Res eo magis implicita fit, quod objectio etiam declaratum Ecclesiæ doctorem et (incredibile dictu) synodum quoque œcumenicam involvit. Nam S. Alphonsus in opere dogmatico, sess. XIV, cap. 6, § 72, scripsit : « Dal concilio di Trento sta dichiarato che la forma non vaglia se non in modo indicativo : *Ego te absolvo a peccatis tuis.* » Et censuræ quo abierunt? Pariter catechismus Romanus ita loquitur de sacramenti pœnitentiæ forma, ut nihil præter absolutionem peccatorum et adjectas preces a sacerdote pronunciari videatur : « Est autem forma : *Ego te absolvo*, quam non solum ex illis verbis licet colligere (Matth. 18) : *Quæcumque solveritis super terram erunt soluta et in cœlo*; sed ex eadem Christi Domini doctrina ab apostolis tradita accepimus; ac quoniam sacramenta id significant quod efficiunt, et illa *Ego te absolvo* ostendunt peccatorum remissionem hujus sacramenti administratione effici, planum est hanc esse sacramenti perfectam formam... adduntur præterea complures preces, non quidem ad formam necessariæ, sed ut ea removeantur quæ sacramenti vim et efficientiam, illius culpa cui administratur, impedire possent (2). »

111. Alibi ergo quam in auctoris properantis indiligentia

(1) Vide Inform. causæ, pag. 13, 14, § 15.
(2) Vide ibid. pag. 32, § 40.
(3) Ibid. pag. 57, § 74.

(1) Animadv. § 8.
(2) Catechism. Rom. part. 2, cap. 4 de pœnitentia.

hujus omissionis explicatio quærenda est. Ac primo quidem recolere oportet *Monita ad confessarios*, de quibus agitur, edita fuisse a S. antistite mense octobri anno 1603 (1), et constitutionem Pauli V qua Rituale Romanum (quod objicit censura) promulgavit, diem habere 17 junii anni 1614. Meminisse decet plenam esse formam illam quam Salesius innuit; nam S. Alphonsus proposito dubio: « An per verba *te absolvo* possit sacerdos valide absolvere pœnitentem tum a peccatis tum a censuris? respondit : Communiter affirmant Palaus, Bon. Rom. Salm. Viva, Holz. Ratio ; quia nihil prohibet quin verba illa ex intentione dirigantur ad absolutionem tam a censuris quam a peccatis... Probabiliter vero Holzm. et Viva cum Granaden. id omnino excusant, si nulla adsit probabilis suspicio quod pœnitens aliquam censuram incurrerit (2). »

112. Denique sciendum, Rituale Romanum, etiam in ea parte quæ respicit administrationem sacramentorum, anno 1603 nondum undequaque receptum fuisse in universa diœcesi Gebennensi. Siquidem S. episcopus, cujus maxima diligentia fuit in eo recipiendo (nam biennio prævertit agere quod Paulus V dein omnibus episcopis commendavit) hæc scribebat anno 1612, februario mense, in præfatione ad parochos, quam rituali a se nuper edito præfixerat : « Ac quidem in his, quæ in eum finem (rem nempe ecclesiasticam ad meliorem statum reducendi) animo conceperat (prædecessor Claudius de Granier) non ultimo loco reponendum existimo, novam Ritualis ad normam S. Romanæ Ecclesiæ exactam editionem. Nam quamvis multa extent Ritualium exemplaria, quorum inscriptio Rituum Romanæ Ecclesiæ ordinem ac seriem lectori pollicetur, vix tamen ulla invenies, quæ inscriptioni penitus respondeant, idque præstent quod illa promisit. Quare merito operæ pretium fore censebat optimus antistes, si Ritualem librum edendum curaret, quem ad ipsissimum Romani Ritualis exemplar conformatum, omnes in hac diœcesi unanimiter et solum haberent : ac proinde in tanta rituum varietate unicam rituum celebrandorum rationem sequerentur. » Expositis deinde rationibus propter quas Granierus opus perficere non poterat, sic pergit : « Propterea nos, qui nobiscum felicissime actum iri credimus, si tanti Patris non solum in munere, sed etiam in eodem obeundo successores et imitatores fuerimus, Ritualem hunc librum, nunc tandem aliquando, quod ipse multum optaverat, vobis expectantibus exhibemus. Rem autem ita fecimus. Primum aliquot Ecclesiæ nostræ cathedralis doctis piisque hominibus nobiscum adhibitis, variarumque provinciarum Ritualibus libris in medium allatis, ex solo quidem Romano omnia, quæ ad ritum administrandorum sacramentorum spectent, adamussim excerpimus : ex aliis, ac maxime ex antiquo Gebennensi plurimas benedictionum formulas accepimus, quarum usum inter populares nostros pro laudabili recepta consuetudine retinendum existimavimus. »

113. Si hæc omnia cum monitis S. episcopi compares (quæ et ipsa sinceri ac pretiosi documenti loco haberi oportet) facile in eam persuasionem devenies quod anno 1603 in ea rituum varietate omnes quidem sacerdotes Gebennensis diœcesis in Tridentina formula adhibenda convenerint, mentio vero censurarum vel tunc tantum facta sit in casu peculiari quo pœnitens ea videretur indigere, vel saltem a multis omissa quoties necessaria non videretur. Quoniam vero S. antistes in eo monito, de quo agitur, formam absolutionis nec præscribere nec mutare vellet, sed notam supponeret, atque ageret tantummodo de adjectis precibus quum opus esset amputandis, sapientissime formulam illam absolutionis obiter memoravit, cujus verba certissime apud catholicos omnes sacerdotes erant recepta. Gratulamur autem cum censore eximio quod nobis opportunitatem præbuerit demonstrandi sollicitudinem quam gessit S. antistites, ut se et suos Rituali Romano conformaret. Nam Paulus V plures nancisci potuit episcopos qui eo ipso anno quo bulla Ritualis confirmatoria edita est hortationibus suis parerent, neminem vero alium præter Salesium, qui citius quam ipse loqueretur ejus desideria præverteret.

114. *Summam laudem vir sanctus meretur ob ea quæ scripsit de indirecta quam vocant R. pontificis potestate.* Oratoria præteritione utitur censor egregius attingens epistolas quasdam S. episcopi quæ in editione Lethielleux recensitæ sunt sub num. 199,200,362, eo quod scilicet a Bellarmino Salesius discesserit, et ipse censor nolit « unum cum altero committere. » Id timendum animadversioni non est, nam duo magni viri invicem sese maxima existimatione prosequebantur dum viverent, ac Franciscus quidem ven. cardinalem vocabat « il mio gran Bellarmino (1); de isto vero hæc narrat auctor operis *L'Esprit de S. François de Sales*, in parte 16, cap. 5 : « J'ai « vu une de ses lettres au bienheureux, où il parlait, sinon en « ces termes, du moins en ce sens : Monseigneur, je ne reçois « jamais de vos lettres qu'elles ne me donnent quelque tenta- « tion du désir d'être pape, afin de vous mettre aussitôt dans « le sacré collége ; car il me semble qu'il aurait besoin de « beaucoup de personnages semblables à vous, à qui je re- « connais que Dieu communique des vues et des lumières « pour le bien de l'Eglise universelle, que Sa Sainteté devrait « avoir, et sur lesquelles les cardinaux devraient occuper « leurs soins et leurs pensées. Vous me ferez plaisir de me « les communiquer à mesure que Dieu vous les départira, afin « que de temps en temps, et selon les occurrences, je puisse « les suggérer à Sa Sainteté. » Quomodo ergo veremur ne alter cum altero committatur?

115. Notandum porro est, per eas litteras quas cl. censor innuit, non de eminenti doctrina quæstionem fieri posse; sed de eminenti prudentia, quam heroicam fuisse certissimum est in Salesio, cui Deus, Bellarmino teste, lumina sua pro bono Ecclesiæ universalis communicabat. Nimirum dum V. cardinalis potestatem indirectam Rom. pontificis acriter tuebatur, S. antistes Gebennensis maluisset eam quæstionem silentio sedari quam effervescere, ac sane tres illæ epistolæ nil aliud continent quam « il privato giudizio del santo, essere cioè inopportuna la discussione di quella tesi ai suoi giorni, per le turbolenze politiche della Francia abilmente sfruttate dall'eresia » ceu fatetur Rmus episcopus Papiensis in ea lucubratione, cujus particulam affert animadversio. Adeo porro verum est, in ea re Salesium « lumina a Deo habuisse quæ Romanum pontificem decent in bonum universalis Ecclesiæ, » ut quotquot Petri cathedram tenuerunt a Salesii ætate caute abstinuerint ne quæstioni illi fomentum præberent. Potius hostes Ecclesiæ libenter illam refricant ad invidiam excitandam, ideoque catholici scriptores aliquando eam retractare coguntur. Imo apud quosdam invaluit opinio (utrum extent documenta queis probetur, melius præ me novit censor doctissimus) causam beatificationis Bellarmini ipsius ideo longas habuisse moras, eo quod elapso sæculo pontifex aliquis, cui eminens scientia non deerat, veritus sit ne data occasione incendium illud quod Salesius timebat exardesceret. At non hic est animus cum Apostolica Sede censuram committere.

116. Neque vero putandus est vir sanctus Romani pontificis causam deseruisse ; imo vero eam efficacius tuebatur, talia docens homines quæ nemo ægre ferret audiens vel inficiari valeret, quæque si jugiter fuissent servata omnem disceptationis causam sustulissent. Scilicet imitatus est doctorem gentium, qui familiarum concordiam fovit non jactans parentum jura puniendi, abdicandi e familia, et exhæredandi, sed

(1) Opp. S. Franc. Salesii, edit. Migne, tom. IV, pag. 70.
(2) Theol. Moral. loc. cit. vers. *Dubitatur* 4.

(1) Animadv. § 13, prope fin.

auribus filiorum inculcans atque explicans divinum mandatum: *Honora patrem tuum etc.* (1). Ita doctis adsertoribus pontificiorum jurium ea præbuit arma Salesius, quæ adversarios ad silentium redigerent. Exemplo sit quod in altera ex iis epistolis legitur : « Le pape est le souverain pasteur et père spirituel des chrétiens..... il a l'ordinaire souveraine autorité spirituelle sur les chrétiens, empereurs, rois, princes et autres, qui en cette qualité lui doivent non-seulement amour, honneur, révérence et respect, mais aussi aide, secours et assistance envers tous et contre tous qui l'offensent, en l'Eglise, en cette autorité spirituelle et en l'administration d'icelle, si que comme pour droit naturel, divin et humain chacun peut employer ses forces, et celles de ses alliés, pour sa juste défense contre l'injuste offenseur, aussi l'Eglise ou le pape (car c'est tout un) peut employer ses forces et celles de l'Eglise, et celles des princes chrétiens, ses enfants spirituels, pour la juste défense et conservation des droits de l'Eglise contre ceux qui les voudraient violer et détruire. » Hæc verba referens I. A. Bianchi in opere : *Della podestà della Chiesa*, lib. XI, § 10, ait : « Con qual più viva espressione potrà rappresentarsi l'uso indiretto delle cose temporali spettanti alla podestà spirituale del papa, e il riguardo indiretto che ha questa podestà sopra le cose temporali per ordine alle spirituali, quanto di quella di cui si vale il santo vescovo di Ginevra, dicendo che il papa si può servire delle sue forze spirituali e delle forze temporali dei principi per difesa dell'autorità della Chiesa e della sua? »

117. *Ex his quæ dicta sunt, conclusio* § 15 *animad. sponte collabitur.* Conclusio qua § 15 animadversionum absolvitur sponte diffluit semel ac fundamenta queis innitebatur disjecta sunt : « Ex his omnibus (inquit) colligere datur, cur forte recensita Salesii opera apud nostrates, non æque ac ascetica, vulgata et omnium trita manibus fuerint. » Si factum existeret quale a censura significari videtur, illud ex rationibus a censura allatis deduci non posset; eas namque nullam vim habere perspeximus. At factum ipsum declarandum est. Epistolæ (de iis namque nuperrime actum fuit) apud nostrates notissimæ sunt, et cum operibus asceticis commemorantur. Ideo theologus Solari, in oratione quam habuit in laudem Salesii, eas cum Philothea et Theotimo jungebat inquiens : « Parlino per me quegli nomini malvagi di due secoli appena passati, i quali, sebbene avversarii alla religione, leggevano la Filotea, il Teotimo, e la corrispondenza epistolare del S. vescovo di Ginevra con tale un gusto che loro serviva di freno alla indomita loro brutalità. » Nec lapsu temporis intercideruut, aut oblivioni traditæ sunt. « Le sue lettere (aiebat Mediolanensis editor operum S. episcopi) sono monumenti indistruttibili, ove bene spesso la profondità del pensiero si nasconde sotto le forme più graziose (2). » Si minus vulgatæ ac tritæ fidelium Italorum manibus epistolæ S. viri fuissent, quomodo præsul Phœbeus in hoc sacro cœtu de iis affirmare potuisset « uberrimos in toto christiano orbe fructus pariunt » (3)? Si censura reponat, se de tribus epistolis tantum fuisse loquutum, me vero de omnibus verba facere, eam rogabo ut indicet quæ sit italica versio epistolarum Salesii, ubi tres illæ omissæ fuerint, vel unde sciat pios lectores ceteras quidem legere, tres autem illas quasi periculosos angues præterire. De aliis porro operibus hactenus a censura memoratis, nempe de Controversiis, Vexillo Crucis et Monitis ad confessarios, fateor equidem illa (etsi pluribus editionibus vulgatæ sint) pauciores habuisse lectores quam Theotimum, Philotheam et epistolas; verum id non modo apud nostrates, sed etiam penes exteros usuvenit, et ipsa rerum natura exigente factum est. Nam multa hominum millia reperiuntur, qui vitam Deo devotam pie agere exoptant, eamque doceri student; at noscere rationes quibus hæretici refutantur ad doctos viros pertinet; scire demum monita queis confessiones decet excipere, illorum dumtaxat est, qui eo sancto ministerio funguntur.

118. *Animadv.* § 16. *Quod Salesius de Philothea sua modeste ac summisse scripserit, id auctoris meritum non imminuit, sed auget.* Meritis laudibus effert censura Philotheam et Theotimum, sed adjicit : « Nihilominus hæc pastorem, potius quam Ecclesiæ doctorem prodere ipse de se Salesius testimonium præbet. » Atqui hoc lepidum est! Debuisset ergo Franciscus profiteri, se scribere tanquam Ecclesiæ doctorem ! Si hoc egisset, canonizationis, puto, caruisset honoribus propter superbiæ obstativum, adeoque ex defectu primi ornamenti, quod a jure requiritur numquam Ecclesiæ doctor potuisset declarari. S. Leo Magnus in epistola ad Flavianum potuit scribere quasi doctor Ecclesiæ universalis; at Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Athanasius, Chrysostomus etc. ea scribebant quæ juxta eorum mentem pastorem proderent. Frustra ab animadversione descripta afferuntur verba quædam S. auctoris, quibus meritum voluminis sui deprimit ipse atque extenuat. Ergone opus immortale quod Romani pontifices divinum existimarunt, quod Ludovicus Bourdaloue (Gallorum Tullius) immediate post sacra Biblia collocabat (1) quod Bossuetus sublime judicavit, quippe quo errorum tenebræ circa pietatem et christianam vivendi rationem profligatæ sunt (2), quod Sorbonæ doctores cum libris Augustini, Ambrosii, Gregorii Magni compararunt (3), quod plurimi S. R. E. cardinales, sacrorum antistites, academiæ, scriptores clarissimi satis demirari non poterant, hoc opus, inquam, aliquid de sua dignitate amiserit quia S. auctor modeste ac demisse de eo est eloquutus? Eccur pro verbis epistolæ Francisci ad Viennensem præsulem potius istius verba quibus Francisco rescripsit, censura non attulit? Tres sunt epistolæ quibus anno 1609 episcopus eximius hunc librum summis laudibus ornavit. Pauca hæc ex multis delibare sufficiat : « Pius ille libellus tuus, quem recens prælo commisisti, rapit me, inflammat, et in ecstasin adeo rapit ut nec lingua mihi suppetat, nec calamus, quo affectum ingentem in te meum exprimere queam ob redditum tam insigne divinæ bonitati obsequium et inæstimabile emolumentum iis futurum, qui libellum hunc, ut decet, lecturi sunt (4) ». Videat censor doctissimus ne propter officii rationem aliquid audeat quod nec ipsi hostes fidei ausi non sunt. Etenim illi fatebantur (teste Petro Hyacintho Gallizia) se nihil reperisse quod in eo libro reprehenderent, quemadmodum nihil in auctoris vita reprehendendum invenerunt (5).

119. *Manet integra hujus operis laus etsi S. auctor quæ cogitabat addere vel immutare nequivisset.* De immutationibus et additionibus quas sibi S. auctor proposuerat juxta hortationes episcopi Montispessulani dubitat censura, an propter sollicitudines quibus distinebatur fidem præstare potuerit. Id parum ad eminentiam scientiæ pertinet, nam opus quale nunc prostat expendendum est, et illud omnium laudes meruit. Ceterum ambigi nequit quin S. auctor curas secundas illi adhibuerit, nam in præfatione legitur : « Affinchè l'opera fosse più utile ed aggradevole io l'ho riveduta e l'ho disposta con qualche ordine, aggiungendovi molti documenti conforme alla mia intenzione. » Si tertias censura desiderat, quas amicus suadebat, gravis jactura non esset earum omissio; namque ille brevitatem in quibusdam minus probabat, ast hæc brevitas

(1) Ad Eph. VI.
(2) Opere complete di S. Francesco di Sales, nuova edizione-Milano 1858, vol. 15, pag. 57.
(3) Vid. Inform. § 48, pag. 57.

(1) In panegyr. S. F. Sales, part. 2.
(2) Bossuet, editio Vives opp. tom. XII, pag. 76; tom. XIX, pag. 297.
(3) Vide inform. pag. 32, § 40 in fine.
(4) Carol. Aug. Sales. in Vita S. Francisci, pag. 324.
(5) Gallizia, in Vita S. Francisci de Sales, pag. 211.

nunquam est ejusmodi ut perspicuitati noceat. Aiebat præterea « che per una semplice e prima introduzione (S. auctor) portasse troppo avanti la sua Filotea ». Si hoc monitum eo spectabat ut omnia ea demerentur quæ ad sublimiorem perfectionem pertinent, nobis gratulandum est quod de hisce ademptionibus nil certe afferre possimus.

120. *Inventionis et novitatis laude Theotimus præfulget.* Fastidit censura S. virum de Theotimo suo dixisse : « Delle cose che io dico non ve ne ha alcuna che io non abbia imparato da altri. » Quid dedecoris in hoc sit non video, nam donec aperte ostendi possit extare ideas imo notiones innatas, quas Platoni relinquimus, commune hoc fatum doctorum omnium dicendum est. Verum non omnia e libris hauserit S. auctor, subdit enim : se proponere « non tanto quel che io ho imparato già nelle dispute, quanto quello che l'attenzione al servizio delle anime e l'impiego di ben ventiquattro anni nella santa predicazione, mi ha fatto credere essere più conveniente alla gloria dell' Evangelio e della Chiesa ; » proinde lectori non dissimulat plura repertum iri in libro suo, quæ in aliis libris non reperiuntur « io spero . . . che potrò renderti ancora qualche sorta di servigio e che vi troverai molte buone considerazioni che non ti sarà sì facile trovare altrove, come per converso trovai altrove più cose belle che qui non sono. » Atqui in theologia practica hoc insigne est auctoris meritum, ut archetypum opus non simplicis collectoris sit, si scilicet multa ex propria observatione et experientia valeat afferre. Ideo S. Alphonsus eminet tantopere in morali theologia, quia verissima erant, quæ in præfatione est professus : « Nec non plurima hic exposui, quæ magis missionum et confessionum exercitio, quam librorum lectione didici. »

121. *Animadv.* § 17. *Opus idem a Bossueti censura vindicatur.* Quo minus excellens videatur opus de Amore Dei, quod maximam S. viro existimationem sapientium comparavit, censor clarissimus quædam affert minus cauta verba, quæ e stylo Bossueti contra Fenelonium disputantis exciderunt. Præmittit autem omnibus notum esse « quantopere Salesii doctrina ad tuendum pseudo-mysticum suum systema Fenelonius fuerit *abusus* et ea præsertim quæ in Theotimo continetur. » Atque hic primum statuendum est scriptoris sapientissimi dignitatem ac meritum imminui non posse ex eo quod aliquis verbis ejus fuerit abusus. Monet princeps apostolorum quosdam in pravum sensum convertisse Pauli epistolas « sicut et ceteras scripturas » (1); neque tamen exinde potest inferri aliquid esse de divini eloquii dignitate detractum. Cyrilli verbis abutebantur Eutyches ejusque asseclæ, constat tamen et illibata manet S. episcopi eminens scientia et auctoritas. Jansenius, Bajus, Quesnellus abusi sunt S. Augustini libris; nemo tamen proinde dixerit, magni antistitis Hipponensis doctrinam non semper esse, « si lisse ni si exacte, qu'il seroit à désirer. » Quod autem doctrina in Theotimo tradita qualibet macula vel levissima sit expers satis constat ex præconiis quibus illam tanquam divinitus quæsitam sacer hic Ordo et Benedictus XIV commendarunt (2).

122. Sed potuit, inquies, aliquid imperfectum inesse libris de Amore Dei, ita ut facilius ansam, ceu dici solet, Fenelonius arriperet ad errores suos tuendos. Utrumque negandum est ex ipsius Bossueti judicio. Nam tractatus ille uberrimus, prout ex omnium consensu et ipsius libri inspectione patet, inter opera majora Salesii recensendus est. At Bossuetus qui in Salesio doctoris scientiam mirabatur, « la science comme docteur... pour éclairer tout l'Église (3), » aliquid minus perfectum tantummodo in opusculis juvenilibus sese deprehendere putabat « comme n'ayant pas la trempe et la solidité des autres ouvrages (1). » Ergo in majoribus operibus doctrinam solidam, limaque expolitam, dignam doctore agnoscebat. Præterea, in ipsis quæstionibus, quæ inter Meldensem antistitem et Cameracensem agebantur, sanam doctrinam Salesius diserte tradiderat. « Il est de mon devoir (scribit Bossuetus) d'ôter aux nouveaux mystiques quelques auteurs renommés dont ils s'appuient, et entre autres S. François, qu'ils ne cessent d'alléguer comme leur étant favorable, quoiqu'il n'y ait rien qui leur soit plus opposé que la conduite et la doctrine de ce grand saint (2). » Alibi vero testatur Salesium prævenisse omnes abusus qui de doctrina sua fieri potuissent (3). » Et alibi : « S. François est un grand saint, et j'ai toujours soutenu que sa doctrine qu'on nous objecte est toute pour nous dans les matières dont il s'agit (4). » Eccur ergo auctoritatem magni viri, cujus præsidio utebatur, labefactabat ? Quia Fenelonius quasi infallibilem eam afferre videbatur. Hinc in loco adducto Meldensis antistes pergit : « mais il ne faut pas pour cela le rendre infaillible, et on ne peut pas oublier qu'il a montré plus de bonne intention que de science sur quelques articles. » Hisce similia sunt ea quæ in animadversione allegantur. At subit studium sciendi, quinam essent hi articuli, in quibus doctrinam Salesii Bossuetus minus probat? Non illi de quibus tunc disceptabatur; nam « sa doctrine est toute pour nous dans les matières dont il s'agit. » Ergo erant alii articuli propter quos intactam exceptionem contra auctoritatem gravissimam servare volebat Meldensis antistes, qui forte gypsatas manus se habere sentiebat. Quinam hi fuerint ? Num vox infallibilitatis, quæ paulo ante exciderat, aliquod huic quæstioni lumen posset afferre ?

123. Quicumque vero isti articuli fuerint, certe humani aliquid passus est, sive ex æstu disputationis, sive alia de causa scriptor ille, qui licet ultro agnosceret in sancto viro « le titre qu'on lui donne de théologien à une degré éminent, » ausus tamen est proferre « que, selon l'esprit de son temps, il avait peut-être moins lu les Pères que les scholastiques. » Quibus paucis verbis tria complectitur cordato viro prorsus indigna. Etenim I. scholasticorum adeoque S. Thomæ auctoritatem deprimit, namque illorum studio refert acceptum « qu'en ces endroits et en quelques autres sa théologie pouvait être plus correcte, et ses principes plus sûrs. » Utinam ipse Meldensis auctor Aquinati doctori in omnibus arctius adhæsisset, non enim Gallicanas doctrinas propugnasset, atque ita fuisset « sa théologie plus correcte, et ses principes plus surs ! » De nostro utique legitima auctoritas pronunciavit « suis scriptis cœlesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit quibus iter ad christianam perfectionem tutum et planum demonstrat. » An hæc securitas in omnibus Bossueti scriptis inveniatur, alii disquirant. II. Quum dicit : « selon l'esprit de son temps, » theologos impetit gravissimos, quos ipse censor merito laudavit Du Perron, Bellarminum, Canisium, aliosque præclarissimos Salesio coævos, quasi patrum antiquorum libros parum novissent. III. Demum contra testimonium disertissimum Caroli Augusti Salesii, cujus historica fides et auctoritas a Benedicto XIV et ab hoc sacro Ordine magni habita est, veterum patrum lectioni parum vacasse Franciscum dicit, dum biographus ille religiosissimus, ceteris suffragantibus, impensum narrat studium quo Salesius SS. Patrum lectioni et meditationi vacavit. Ipsa Francisci opera Bossuetum arguunt falsi-

(1) 2 Petr. 3, 16.
(2) Vid. Bened. XIV de serv. Dei beat. lib. 2, cap. 26, n. 10.
(3) Vide causæ inform. pag. 57, § 74.

(1) Vide Animadv. sup. § 15.
(2) *Instructions sur les états d'oraison*, lib. 1, § 12.
(3) Tertia memoria episcopi Melden. super sententiis S. Francisci Salesii.
(4) *Préface sur l'instruction pastorale de M. de Cambrai*, § 126. Quam vere hæc dicta sint et quam aliena fuerint S. Francisci Salesii scripta a Fenelonii erroribus præclare ostendit clariss. episcopus Papiensis in ephemeride *Scuola Cattolica*, anno II, vol. 4.

loquii, locis enim lectissimis ex operibus Patrum excerptis referta sunt.

124. Reliquum est igitur ut dicamus, lumen illud clarissimum, quo semper præfulsit tractatus ille aureus de amore Dei, obscurari ex iis non posse quæ, subiratus in adversarium suum, parum circumspecte Bossuetus effutivit. Valeat potius judicium quod ab illis tricis alienus doctus auctor Vindobonensis tulit, inquiens : « Vix in thesauro locuplete pietatis, quem Patres et illustres doctores Ecclesiæ reliquerunt liber invenietur, qui sanctum Dei amorem in toto ambitu suo tam solide et lucide pertractarit, ejusque profunditates penitissimas tanta claritate illustrarit, sicut hoc opus mirabile S. Francisci Salesii, quod ab omni tempore animabus perfectionem appetentibus intime carum erat (1). » Quod si Meldensis antistitis auctoritatem quantum oportet deferre velimus, dicamus sedatum pacatumque (proinde rectum) ipsius judicium de operibus sancti episcopi Gebennensis expromendum esse ex illis quæ vir doctus protulit quum nullo partium studio, nulloque æstu disputationis abreptus in adversarios, qui venerandam illam auctoritatem objiciebant, tranquillo animo et ingenue quid sentiret ipse fatebatur. « La science (inquit) l'a rendu un flambeau capable d'illuminer les fidèles . . . Voilà donc un flambeau ardent et luisant : si sa science reluit parce qu'elle est claire, elle échauffe en même temps parce qu'elle est tendre et affective. » Ac quasi præsagus censuræ quæ nuper nobis objecit : « Hoc revera præsidium (confodiendi hæreses) sanctos doctores Ecclesiæ præstitisse palam est (2), » confidenter reponit Salesium fuisse « ce rare et admirable génie dont les ouvrages presque divins sont le plus ferme rempart de l'Eglise contre les hérétiques modernes » quibus verbis solide confirmat quod proposuerat, Francisco dedisse « beaucoup d'éclat dans le monde la science comme docteur (3). »

125. *Animadv.* § 18. *Immerito objicitur, nunquam doctore dignam habitam fuisse Salesii doctrinam.* Ex Bossueti verbis, quæ superius ostendi ab eo prolata quum ex controversia diuturna animus incalescebat, immerito deducit animadversio : « Ex quo factum arbitror, ut vel illi quidem, qui Francisci scientiam doctrinamque apprime noverant, nunquam illam Ecclesiæ doctore dignam putaverint. » Itane vero? Ergo omnes illi S. R. E. cardinales, archiepiscopi, episcopi, religiosorum ordinum moderatores, doctorum universitates, aliique viri prænobiles, qui doctoris nomen Salesio postularunt, illum hoc honore dignum affirmantes, urbanissime dimittentur, indicto sicce ac jejune quod filiis Zebedæi Dominus denunciavit *nescitis quod petatis?* Vel quod eodem redit, ideo petiistis quia Francisci scientiam doctrinamque apprime haud novistis? De hisce postulantibus (reponere censura videtur) seorsim dicetur in § 23 animadv. nunc de illis qui superioribus ætatibus vixerunt; at nonne eadem veterum existimatio fuit?

126. *Confirmatur Sorbonæ judicium de scriptis S. episcopi.* Certe canonicus Gard in processu Anneciensi retulit ex testimonio card. de Berulle « omnes doctores Sorbonæ publice declarasse hoc opus (Philoteam) ex æquo ire cum operibus S. Gregorii, S. Ambrosii et S. Augustini (4). » Temuit hunc testem censor amplissimus, inquiens : « neque enim tam facile uni dumtaxat Anneciensis processus testi credendum puto. » Attamen eodem ferre recidit Carolus Augustus Salesius sancti viri historicus, qui cum narrasset S. patruum suum a quodam fuisse vocatum « doctissimum omnium quotquot viverent pergit, » in eoque effato sectatores habuit Jesuitas, doctores Sorbonicos, et ceteros omnes de rerum divinarum humanarumque scientiis benemeritos (1). Reponet fortasse rursus animadversio, se Carolo Augusto non tam facile credendum putare. Sed enim Petrus Hyacinthus Gallizia de Theotimo scribens affirmat : « I Padri della Compagnia di Gesù giudicavano che questo libro poteva stare al paragone de' libri de' Santi Padri, ed i dottori della Sorbona dissero che poteva citarsi egualmente che uno dei libri dei quattro dottori della Chiesa (2). » Neque ego unius Hyacinthi testimonio (censura reponet) credendum puto. Plane doctorum illorum successores instant : « Nos sacræ facultatis theologicæ Parisiensis doctores et professores prædecessoribus nostris omnino consentientes votum supplices emittimus, ut inter doctores Ecclesiæ, quibus jure æquiparatus fuit, noster Salesius tandem adnumeretur (3). » Sed audire videor replicantem animadversionem : « Non ego recentiorum horumce doctorum judicio facile credendum puto. » Atqui superius attuli S. D. Joannem Jacobum Olier testantem « qu'il passait hautement dans l'Allemagne pour un homme comparable à S. Augustin, à S. Jérôme et à S. Ambroise, et j'ajouterai à S. Grégoire le Grand. » At expecto regerentem censuram, se Oliero hæc testanti facilem fidem non esse habituram. In causæ informatione § 77 descripsi verba Antonii Fabri docentis : « Putes te videre vel audire antiquos illos Chrysostomos, Hieronymos, Augustinos, Gregorios, et alios siquidem sunt ex veteribus Episcopis celebriores, subscribet his laudibus non nostra tantum Sabaudia, sed tota etiam Gallia. » Vereor tamen ne hic quoque fidem apud censuram non inveniat. Qui in publico concilio sedebant Britanniæ provinciæ sperabant fore ut Salesius apud pontificem maximum eumdem favorem nanciscereturr, ac magnus Ecclesiæ doctor (4). At neque publicis consiliis facile credit animadversio. Donec ergo aliquis tam singularis et beatus reperiatur, cui propensas ad credendum aures censura inclinet, satius erit reliqua quæ opponuntur expendere ac refutare.

127. *Benedicti XIV auctoritas non obest Salesii merito, sed suffragatur.* Si ita se res habeat, et multi crediderint, Salesii libros cum Patrum antiquorum scriptis posse conferri, « cur nam (rogat fidei vindex amplissimus) Benedictus XIV, qui Bernardum, Ildephonsum, Bedam aliosque memorat, utpote a multis dignos habitos qui doctoris Ecclesiæ titulo decorarentur, Salesium omnino præterit, cujus merita et doctrinam laudaverat? (de Serv. Dei beat. lib. IV, part. 2, cap. 11). Ratio in aprico est ; nam pontifex eruditissimus eo loco commemorabat eos pro quibus postulati fuerunt doctoris honores, pro nostro autem hæc postulatio porrecta non erat. Levissima igitur objectio est quæ huc reducitur : Cur ante Benedicti XIV ætatem doctoris titulus petitus non fuit? Hujus facti perquam simplex et facilis explicatio est. Ab anno enim canonizationis episcopi Gebennensis (1665) ad tempus quo Benedictus XIV opus illud scribebat, pauciores anni quam septuaginta quinque elapsi erant, nam juris nostri præceptor libros illos exarabat antequam ad pontificatum maximum eveheretur, quem anno 1740 adeptus est. Jamvero hic temporis tractus brevior videbatur, quam satis esset ut postulantes confiderent ejusmodi petitionem felicem exitum habituram. Ipsemet prædecessor desideratissimus censoris egregii in animadversionibus super doctoratu S. Alphonsi hujus rei causam aperuit, inquiens « aliorum doctorum diuturna tantum interposita mora declarationem editam fuisse. » Putabant ideo passim homines (quam falsam opinionem sustulit decretum de Alphonsi doc-

(1) Silbert. in præf. ad German. version. Theotimi, pag. 1.
(2) Animadv. § 7 princ.
(3) Bossuet, Opp. edit. Migne, tom. 7, pag. 850, 851.
(4) Informat. pag. 32, § 40 in fine.

(1) Ibid. pag. 23, § 44 in fine.
(2) Gallizia in Vita S. F. Salesii, pag. 248.
(3) Summ. pag. 111, num. XXXIII.
(4) Vide inform. § 80.

toratu) non aliter hunc honorem a Sede Apostolica concedi, nisi anni quamplures, imo sæcula a canonizatione fuissent elapsi. Proinde in numero eorum quibus petitus fuerat doctoris honos nequivit noster a Benedicto XIV recenseri.

128. Id vero minime vetuit, quominus immortalis pontifex egregia præberet testimonia, tum de existimatione hominum, tum de sua, circa eminentem Salesii doctrinam. Quid enim splendidius ab eo dici poterat, quam quod universi hominum cœtus Francisci doctrinam fuerint admirati? (vid. sup. § 49) quod scientia divinitus acquisita libri ejus conditi fuerint et id in hoc sacro cœtu palam sit prædicatum? (inform. pag. 13, 14). Quid illustrius epithetis sapientissimi et magni quibus Salesium exornat (1)? Quæ major existimationis declaratio quam in gravissimis quæstionibus ad ejus auctoritatem confugere, et tanquam decretoriam usurpare (2). Hæc auctoritas tanti erat apud pontificem sapientissimum ut aperte profiteretur, se Francisci opiniones amplecti, non quia rationes ab eo adductæ eamdem sibi persuasionem ingessissent, sed quia nomen et sententia ejus vicem argumenti ineluctabilis præstare censeret. Ita loquens de choreis et ludis quos passim agebant homines auctoritatem Salesii præseferentes, maximus pontifex concludit: « Igitur choreæ saltusque ab iis quibus fas est instituantur, sed eæ leges una serventur quas auctoris sanctitate et gloria ducti maxime probamus et libenter amplectimur (3). » Opportune igitur et ad rem nostram ab optimo fidei vindice doctissimi hujus pontificis mentionem injectam arbitramur, ut ejus quoque suffragio petitionem nostram communire possimus.

129. *Idem dicendum de auctoritate card. Sigism. Gerdil.* Nec minus commode invocatum fuit a censura nomen et auctoritas card. Sigismundi Gerdil, qui Salesium vocavit « patriæ nostræ singulare decus atque ornamentum, » ejusque meritum eximium melius a se explicari non posse est ratus, quam descriptis verbis Alexandri VII, quæ superius ex parte retulimus: « Inter nomina Ecclesiæ catholicæ veneranda, Fran« ciscum de Sales episcopum Genevensem, doctrina celebrem, « sanctitate admirabilem, ætatique huic nostræ contra hæreses « medicamen præsidiumque referre numine inspirante de« crevimus (4). » Auctor eminentissimus scriptis quibusdam illustris S. Caroli Borromæi et beati Alexandri Sauli majorem auctoritatem se conciliare non posse autumabat quam si testaretur ea Salesio fuisse probata. Inquit enim alicubi: « Hic proponendæ nonnullæ regulæ, quibus juvetur confessarius in enodandis implicatissimis plerumque difficultatibus, quæ in refellendis occasionibus proximis sæpius enascuntur. Eas autem ex institutionibus S. Caroli Borromei ad confessarios ut plurimum eruemus, quæ magnam a sanctissimis Ecclesiæ præsulibus, et imprimis S. Francisco Salesio atque a summis pontificibus commendationem habuerunt et auctoritatem (5). » Atque alibi in historia vitæ B. Alexandri Sauli: « L'an 1581 fournit la date précise d'un monument précieux du zèle et de la science d'Alexandre; je veux parler de l'excellent catéchisme qu'il publia sous le titre de *Doctrine du Catéchisme Romain*..... Je n'entreprends pas ici de relever le mérite de cette production. Il suffira de dire que S. François de Sales en faisait un cas infini, et quand on lui proposa de travailler à un nouveau catéchisme, il répondit que l'ouvrage était fait (6). » Nonne videris audire Tullium qui orationes Isocratis celebrans, id unum satis esse affirmat quod a divino Platone laudatæ fuissent (7).

(1) Bullarium Ben. XIV, tom. 2, pag. 402, Prati, 1846, et ibi, tom. 3, p. 1, pag. 372, et Summ. pag. 121, n. XLI.
(2) Vide sup. § 49, et Summ. pag. 121, n. XLI.
(3) Benedict. XIV, *de Institutionib. ecclesiasticis*, Inst. XIV, n. 24.
(4) Gerdil, Op. Roma, 1806, tom. 13, pag. 293.
(5) Opp. tom. 18, pag. 180.
(6) Opp. tom. 20, pag. 128.
(7) Orat. ad M. Brutum, c. 13.

130. Quid plura? Arduam quæstionem Gerdilius aggressus de pœnitentia quæ cum amore Dei commixta non sit, sed illum haud excludit, eam Salesii auctoritate dirimit (1), atque alibi disserens de frequenti susceptione SS. Eucharistiæ, quoad illos qui graves noxas sæpe contrahunt, neque de emendatione solliciti sunt, vel culpis venialibus voluntate et affectu adhærent, quum eam quæstionem Benedicti XIV auctoritate dissolvisset, plenissimum robur huic ut adjiceret subdit: « E ciò è conforme alla dottrina di S. Francesco di Sales (2). » Denique in ipso opere quod scripsit de optima ratione instituendi Sabaudiæ principis (in quo Gerdilius a censura dicitur Salesii nomen reticuisse) diserte ad ejus auctoritatem provocat scribens: « On peut voir dans les réflexions de Bossuet sur la comédie les dangers du théâtre, soit pour la représentation, soit pour la lecture, et dans S. François de Sales et autres écrivains de cette trempe le moyen de s'en préserver (3). » Regius itaque princeps ex Gerdilii consilio a Salesii libris cautiones illas debebat ediscere, licet ad discendam artem regendi populos ad libros Bossueti et Fenelonii (qui ad filios Ludovici XIV instituendos vocati nominatim ea de re scripserant) delegaretur. Equidem ex hi ce Gerdilii suasionibus perspicere nequeo argumentum ad deprimendam Francisci dignitatem comparatum. De libris Ecclesiæ doctorum a principe legendis Gerdilius siluit, neque ipsum opus D. Thomæ de regimine principum commemoravit. Inter sanctos scriptores unius Salesii meminit: ergone scientiam illius doctore Ecclesiæ dignam nunquam putavit? Adeo hoc argumentum novi generis et alienum a tenuitate mea persentio, ut quid illi reponam nescire me, candide profitear. At Salesii meminisse debuerat Sigismundus dum verba fecit: « *Sulla educazione ed istruzione della gioventù.* Cujus juventæ? Clericorum an laicorum? Oppido patrum et doctorum opera clericis legenda præbentur. Et Gerdilius noster in opere inscripto: *Considerazioni per la formazione di un convitto ecclesiastico*, juvenibus ecclesiasticis suadebat lectionem Salesii nostri tanquam « una pratica quotidiana da non omettersi mai (4). »

131. *Cum Salesii doctrina convenit id quod de doctorum Ecclesiæ doctrina Mabilonius tradidit.* Si quis paulisper colligat et complectatur animo quæ tum in hoc tum in superiori capite disputavi, facile dignoscet quam alienum a veritate sit illud quod ex iis quæ objicerat censura deduxit: « Non itaque Francisco aptari posse videtur elogium quod in Ecclesiæ doctoribus merito requiri Mabillonius scripsit, quorum scilicet doctrina publico ipsius Ecclesiæ suffragio approbata est. » Etenim non modo integra et inconcussa manere vidimus quæ in causæ informatione producta fuerant ad hoc publicum Ecclesiæ suffragium demonstrandum, non modo singula quæ contra oggesta fuerant diluta omnino et sublata sunt, sed etiam passim sese dedit occasio multas gravesque auctoritates ac testimonia proferendi e viris doctissimis omnium gentium, quibus publicum illud suffragium luculentius evinceretur. Quare etsi mihi materies adhuc suppetat, atque ea super re e scriptis auctorum probatissimis alia possent excerpi; tamen, ne nimius sim, huic parti orationis finem imponam et ad reliqua quæ censura subdit extricanda deveniam.

CAPUT IV

De præstantia S. Francisci Salesii in re ascetica.

132. *Animad.* §§ 19 *et* 20. *S. F. Salesius non tantum in re ascetica, sed et in aliis theologiæ partibus excolendis excelluit.*

(1) Gerdil, Opp. tom. 19, pag. 204.
(2) Gerdil, *Opuscoli teologici inediti*, Roma, 1859. Dell'Eucaristia, pag. 59.
(3) *Plan des études pour le Prince de Piémont.* Opp. tom. 1, pag. 299.
(4) Gerdil, Opp. tom. 20, pag. 307.

Victas ex parte manus dedens fidei vindex religiosissimus fateri tandem non abnuit : « Salesii scripta utpote pietate ac doctrina referta plurimorum et amplissima elogia meruisse. At (subjicit) si æqui rerum æstimatores esse velimus, reperiemus ejusmodi laudes ferme ea scripta respicere, quæ ad animarum directionem spectant. » Hinc tanquam demonstratam habens S. viri egregiam præstantiam in rebus asceticis, certamen committit cum Rmo episcopo Papiensi (1) multis passuum millibus dissit », qui in lucubratione alias laudata scripsit : « A chi dunque obiettasse : il vescovo di Ginevra fu maestro di ascetica incomparabile più ancora che dotto controversista, potremmo rispondere : e per un momento sia, ma quel titolo che voi non potete negargli basta anche solo a valergli l'aureola gloriosissima del dottorato. » Academicam quæstionem heic agit animadversio et falso supposito innititur ; namque in causæ informatione egregium S. auctoris meritum demonstravimus ex ejus eminenti scientia etiam in aliis theologiæ partibus, puta polemica, dogmatica, morali, pastorali, exegetica etc. Hinc censor ipse diligentissimus singulos aggrediens Salesii libros controversias primum impetivit « quas velut polemicum opus princeps informatio laudat atque extollit. » Tum ad sermones sese convertebat (2) in quibus christianum populum S. auctor edocuit sanam doctrinam, divina eloquia passim explanans. Demum librum contra Viretum et eximium opus *Vexillum crucis* censura est aggressa, quibus voluminibus catholicam doctrinam vir sanctus strenue defendit (3). Propterea in toto hujus disputationis decursu luculentius apparuit, plures viros doctissimos etiam opera Salesii ab asceticis diversa laudibus egregiis ornare. Quare verum hujus quæstionis criterium ita constituendum est : quum S. Franciscus tum in polemica, dogmatica, pastorali theologia etc., tum in ascetica excolenda mirifice inclaruerit, mereturne inter Ecclesiæ doctores adscribi? Atque hic censor ipse scientissimus opportune nomina subjicit Bonaventuræ, Anselmi et Bernardi, quos merito tradit « inter asceticæ insignes magistros recenseri, » quibus etiam Gregorii Magni, Thomæ Aquinatis et Alphonsi de Liguori nomina liceat adjicere. Si igitur prædictis immortalibus viris ad doctoris lauream assequendam valuit conjuncta et cumulata laus in pluribus sacris disciplinis, ascetica haud excepta, cur non eodem jure doctoratus honorem Francisco Salesio vindicamus?

133. *Etiam propter scripta ab asceticis diversa vir sanctus egregiis laudibus ornatus fuit.* Ut probet censura laudes Salesio tributas ea ferme respicere quæ animarum directionem spectant, ait : « Huc sane potissimum pertinent celebratissimæ illæ ac pluries repetitæ liturgiæ preces : « ejus dirigen- « tibus monitis ; » item secundæ lectionis verba : « suis etiam « scriptis cœlesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit, quibus « iter ad christianam perfectionem tutum planumque demons- « trat. » Hæc respiciebant elogia a patribus cardinalibus, aliisque in suffragio pro Salesii canonizatione edita, quibus adhuc alia ejusdem opera vix aut ne vix quidem innotuerant. Hæc fere omnes repetunt, qui modo postulatorias preces pro Salesii doctoratu dederunt. » Brevis huic objecto et facilis responsio præsto est. Quod asceticæ doctrinæ sancti viri magnopere commendatæ fuerint, concedimus; quod *solæ* laudatæ sint negamus. In ipsis breviarii lectionibus antequam mentio fieret de scriptis quæ tutum ad perfectionem iter demonstrant, jam prænunciatum fuerat, ad præconium divini verbi Salesium fuisse destinatum, et septuaginta duo millia hæreticorum ad fidem convertisse (4), qua in re controversiarum sermones qui scripti extant magno usui fuisse certissime novimus (1). Insuper quum fides necessarium substratum sit ad vitam æternam adipiscendam, cum moralia præcepta observanda sint ab omnibus qui perfectionem volunt attingere, sapientissime elogium hominis qui viam perfectionis docuit ab Ecclesia electum fuit ad celebrandum Franciscum, qui hæc tria præstitit, nimirum fidei doctrinam explicavit et defendit, fideles docuit quid agendum vitandumque esset, ac bonis exquisitiora præcepta tradidit queis culmen perfectionis attingerent. Enimvero sola illa verba : « suis scriptis cœlesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit, » si cum Bonifacii VIII celebri decretali comparentur satis dilucide notam et insigne doctoris præseferunt. Neque fastidiat censor egregius ea verba orationis propriæ, *ejus dirigentibus monitis.* Namque ea sic concinnare decebat, ut conclusioni congruerent : *æterna gaudia consequamur.* Quam inelegans oratio fuisset si profligatæ hæreses mentio nominatim illuc fuisset incerta! Quid quod voces illas, *suis dirigentibus monitis,* Alphonsus de Liguori multo latius quam censura intellexit? Eas namque ad opus theologiæ pastoralis et homileticæ, de prædicatione divini verbi accommodavit (2). Quid demum quod Romani pontifices non modo breviarii lectiones et orationes in laudem Salesii probarunt, sed etiam explicite declararunt illum contra hæreses præsidium a Deo datum fuisse (3)?

134. Homini vero qui prorsus analphabetus non sit, incredibile videri debet quod censura contendit de elogiis Salesio tributis ab Emis cardinalibus, episcopis aliisque qui pro illius canonizatione suffragium tulere. Conferantur, quæso, ea quæ relata sunt in causæ informatione §§ 1, 18, 19, 20, 30, 31, 35, 37, 58, 59, 66, 67, et in sup. § 41 hujus responsionis, atque æquus quisque judex decernat, num sola opera ascetica S. episcopi laudata fuerint a patribus emis et consultoribus sacri hujus ordinis, et num verum sit, illis « alia ejusdem (Francisci) opera vix aut ne vix quidem innotuisse ». Ergone commendebant opera illa quæ ignorabant? Jamdiu didici impios blasphemare quæ ignorant, sed in hoc cœtu sanctissimo, in hac veritatis sede et augusto justitiæ domicilio, laudari ea quæ ignorantur hercle nunquam audivi. Quod si omnes tacuissent, satis superque foret veneranda vox Alexandri VII, qui quum laudibus maximis Philotheam decorasset subjiciebat : « Quæ de Philothea dixi eadem dico de aureo libro de Amore Dei, deque ceteris magni hujus viri operibus (4). » Et alia præter ascetica certe sciebat, nam quadraginta annis diu noctuque ea fuisse a se versata testabatur (5); imo plura noverat quam quæ typis vulgata fuissent, nam pars controversiarum integrior in Chisianis pluteis reperta est.

135. Nulla reor indigere defensoris industria quod in § 19 animadv. adjicitur : « Hæc fere (scripta Salesii quæ ad animarum directionem spectant) omnes repetunt, qui modo postulatorias preces pro Salesii doctoratu dederunt. » Utique hæc ab omnibus; sed neque sola, neque primo loco repetuntur. In precibus Vaticani concilii tempore oblatis, quas muniunt quadringentæ quinquaginta duæ subscriptiones, partim S. R. E. cardinalium, partim patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum, partim abbatum aliorumque qui religiosis familiis præerant, sic opera laudantur a S. viro conscripta : « Spectant autem alia ad theologiam tum dogmaticam, tum apologeticam, tum asceticam, alia ad mores et ad disciplinam, et in eo prodierunt ordine, quem expostulabant tempus et Ecclesiæ necessitates ; scripsit de notis Ecclesiæ, de primatu Petri, de sanctæ Romanæ Ecclesiæ sacramentis, de unione hæreticorum cum Ecclesia Romana. Viretum in Eu-

(1) Rmo Lucido M. Parocchi, modo archiepiscopo Bononiensi.
(2) Animadv. §§ 11, 13.
(3) Animadv. § 15.
(4) Lection. V, in fine.

(1) Inform. pag. 21. § 26 in fine.
(2) Vide inform. causæ, pag. 48, § 63.
(3) Vide sup. § 40.
(4) Inform. pag. 32, § 40.
(5) Ibid. pag. 50, § 65.

charistiæ sacramentum impie debacchantem confutavit opusculo cui titulus, *Meditationes in symbolum apostolorum*. Ejusdem blasphemias beatissimæ Virginis puritatem temerantes tum ore repressit tum calamo. Contra protestantes S. Crucis latriam detestantes eximiam aliam scripsit apologiam cui titulus *Vexillum crucis*. Inter dogmatica et apologetica S. Francisci opera principem locum obtinet pervulgatissimus liber Controversiarum, de quo vix quum prodiit, affirmare non dubitaverunt non unus episcopus, « Athanasium, Ambrosium et Augustinum non majore cum ardore fidem vindicasse, quam Franciscum Salesium. » Non minorem sane gradum obtinent alii duo libri, doctrina simul et pietate fulgentes, videlicet tractatus de Amore Dei, qui de tam altis tam alte loquitur, et Philothea, sive introductio ad vitam devotam etc. (1). » Ecquis hisce perlectis dixerit postulantes, tanta dignitate insignes, ea sola scripta respexisse quæ ad animarum directionem pertinent?

136. Eadem leguntur in postulatione postintermissas synodi sessiones a Rmo episcopo Anneciensi exhibita, cui pariter quamplurimi sacrorum antistites subscripserunt (2). In aliis porro precibus quas alii Ecclesiæ pastores obtulere hæc reperimus : « Scripta ejus magnam redolent doctrinæ profunditatem ut videre est in libro de *Vexillo crucis* et de controversiis adversus protestantes, sed præsertim in *Tractatu de Amore divino*, quem in multis leguntur linguis. In hoc enim opere numquam satis laudando præter mirandam mentis humanæ analysim altamque philosophiam occurrunt theses vere arduæ de influxu gratiæ, ejusque cum libero arbitrio consonantia, de prædestinatione, et præscientia divina in ordine ad salutem absque ullo libertatis humanæ detrimento. Quæ omnia etsi scientiæ theologicæ etiam peritis multum periculosa, ea sapientia ac mensura aggreditur Franciscus, ut ne quidem in uno puncto deficere videatur. » Tum demum mentio injicitur *Introductionis ad vitam devotam*, qua pro meritis laudata, verba fiunt de colloquiis ad sanctimoniales habitis, de interpretatione Cantici canticorum, de statutis synodalibus, de monitis ad parochos, de rituali, de beneficiis ecclesiasticis, atque adjicitur : « In omnibus scriptis circa ecclesiasticum gubernium videtur S. auctor non solum circa scientias divinas sed et circa jus civile et canonicum apprime versatus (3). » Hæc speciminis loco sint; cetera in summarii tabulis pervideat qui studio videndi tenetur, neque enim causa et tempus postulat, ut petitiones omnium ex integro describam.

137. *Postulatio patrum Bollandianorum eximiam Salesii doctrinam in omnibus ejus scriptis agnoscit et prædicat.* Offendit censuram libellus supplex a patris Bollandianis porrectus, in quo adducitur lacinia scriptionis P. Renati de Tournemine, qui dixerat : hunc sanctum a Deo electum fuisse qui apostolus esset Calvinistarum, et doctor devotionis. Nondum animo sibi defigere censura potuit quod ex Paulo et Apocalypsi superius (§ 12) ostendi, aposloli nomen majus aliquid et præstantius præseferre quam nomen doctoris. Quum itaque scriptis suis Franciscus innumeros ex hæreticis Calvinianis non modo refutarit, eosque veritatem catholicam docuerit, sed etiam ad illam converterit, putavit Tourneminius, se hanc laudem præclarius explicare non posse, quam si diceret Salesium fuisse apostolum Calvinistarum. Quod si dixisset doctorem Calvinistarum et devotionis, nemo videt quam inepta locutio extitisset propter antilogiam idearum quæ ex vocibus Calvinistarum et devotionis in animo legentis excitatur. Ceterum doctissimi auctores ante descriptum Tourneminii locum, satis se *omnia* Salesii opera laudare velle declaraverant, nam cum affirmassent spiritum Christi in omnibus Salesii operibus sese prodere dixerunt : « Qui spiritus tantopere pervadit omnes scriptiones beati viri, asceticas, polemicas, homiliticas, atque ipsas epistolas, ut quemadmodum S. Augustini lucubrationes sola lectione agnoscuntur, sic S. Francisci scripta etc. » Et paulo post : « Quanta tamen in iis elucet sapientia et doctrina! Difficilius forte est scribere accurate de rebus dogmaticis, moralibus, et asceticis, ita ut scripta intelligantur ab indoctis, quam grandiora de theologia condere opera. Quæ difficultas tanta est, ut non superetur nisi a summis viris. Et re quidem vera nemo negabit S. Franciscum fuisse doctissimum (1). » Ergo juxta mentem scribentium apparuit noster summus vir et doctissimus non modo in iis scriptis quæ ad devotionem pertinent, sed etiam in polemicis, homiliticis, dogmaticis et moralibus.

138. *Eminentia doctrinæ S. viri in re ascetica admodum valere debet ad honorem doctoris ei comparandum.* Cum ex iis quæ nuper disputavi magis magisque confirmatum fuerit illud quod sæpe contendi, eminentiam doctrinæ qua Salesius præstitit non in solis asceticis scriptis enucare, ignoscent mihi Patres Emi si l reviter et quasi perfunctorie operam meam interponam in ea quæstione quam acriter aggreditur Animadversio, præclarissimi antistitis Papiensis sententiam oppugnatura. Hæc sententia est « quel titolo (di maestro di « ascetica incomparabile) basta anche solo a valergli l'aureola « gloriosissima del dottorato ». Atque heic in primis memoria repetendum est doctum episcopum in ficta hypothesi versari, nam prius ostenderat invicte S. virum etiam ex operibus polemicis et dogmaticis doctoris titulum promereri : hinc illis qui forte objecissent « il vescovo di Ginevra fu maestro di ascetica incomparabile più ancora che dotto controversista » istud dederat momento temporis (ceu dici solet), sed non concesserat : « E per un momento sia etc. » Præterea judicantes rogo, ut patienter recolere velint quæ in supp. §§ 30 et seq. disputavi de vera notione metaphoricæ *lucis* quam doctores Ecclesiæ dicuntur a Bonifacio VIII in Ecclesiam effundere, deque præcipuo doctorum merito, qui Ecclesiam ipsam *decorarunt virtutibus* et *moribus* informarunt. Quum hanc lucem effuderint et hæc bona præstiterint potissime ea Salesii scripta quæ ascetica dicuntur, nemo inficias ierit, thesim a Papiensi antistite propositam gravissimis rationibus inniti. Eo vel magis autem ad laudem doctoris S. auctori adserendam ea scripta comparata sunt et idonea, quod inter eos eminent Philothea et Theotimus, quorum altera ad hæresin profligandam magno præsidio Ecclesiæ fuit, ceu demonstratum est in supp. §§ 22, 23; alter vero non modo ad animarum directionem pertinet, sed (veluti nuper notatum fuit § 136) explicationem et solutionem continet quæstionum, quæ in theologia dogmatica perquam arduæ et sublimes existimantur.

139. *Dignitas asceticæ inter sacras disciplinas vindicatur.* Huc accedit intima dignitas et præstantia hujus disciplinæ inter sacras et profanas nobilissimæ quæ de virtutibus, deque charitate præsertim ac de ratione perfectionis assequendæ disserit, et utilia præcepta exponit. Siccine copiosa illa messis, quam ex operibus D. Thomæ excerpserunt præceptores juris nostri de canonizatione agentes, quum de virtutibus, earumque heroicitate disputant, nihil valitura erat ad nomen doctoris Aquinati promerendum? Tanta est asceticæ theologiæ copia in summa D. Thomæ, ut totum fere opus suum exinde hausisse Scaramellius fateatur (in præfat.). Quid de Alphonso de Ligorio dicam, cujus doctrinæ eminentia ex asceticis libris magna ex parte fuit demonstrata? Quo jure audet censura contendere, Bonaventuræ, Anselmo et Bernardo nihil profuisse ad assequendum doctoris nomen, quod insignes fuerint asceticæ magistri? Qua ratione illustria volumina, quæ de hac principe sententia sanctorum agunt cum iis

(1) Summ. pag. 14.
(2) Summ. pag. 34 in fine, et 35.
(3) Summ. pag. 51, 52.

(1) Summ. pag. 102.

scriptis comparat quæ vel pro imperitissimo vulgo sunt exarata, vel ceteris incomperta ad nonnullorum usum dumtaxat prodierunt?

140. « Neque (inquit) ideo habendus Augustinus doctor, quia psalmum contra partem Donati ediderit lintrariis et bajulis decantandum, aut Basilius si solas monachis regulas præscripsisset, aut Bernardus quod Marianum psalterium excogitasset. Qui libri ceteroquin amplissimam laudem merentur, et christifidelibus vel ab errore revocandis, vel pietate imbuendis aptissimi censentur; debitores enim sumus sapientibus et insipientibus (Rom. I, 14). » Prætermisso Augustini psalmo a lintrariis et bajulis contra Donatum canendo (de quo non video quid commune habeat cum ascesi et perfectione) hæc hujus objectionis summa esse videtur, quod Ecclesiæ patres et doctores tunc ad aliquid de theologia ascetica scribendum descenderunt cum se *insipientibus* quoque debitores esse intelligerent. Ergone tractatus et libri de perfectione christiana ad insipientes pertinent? At secus sentiebat Bonaventura qui theologiam mysticam definiens aiebat : « Hæc theologia est consummatio omnis scientiæ. Hic est status et finis sapientiæ christianæ (1). » Itane insipientes alloqui voluit Christus cum denunciabat : *Estote ergo perfecti sicut et Pater vester cœlestis perfectus est* (2)? Desipere putabat Jacobus duodecim tribus quæ sunt in dispersione, quum ad eas literas dabat animos addens : *Ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes* (3)? Pro insipientibus tantum scriptum fuit Pauli monitum ad Ephesios : *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare* (4)? Et aurea illa ac divina quæ de charitate (in ea namque perfectio sita est) cum ipse doctor gentium ad Corinthios, tum Joannes apostolus in epistolis suis conscripserunt, erantne insipientibus destinata? Quum vero Chrysostomus et Augustinus in iis explanandis insudabant, pro insipientibus tantam operam conferebant? Maxime (ait censura) : « Scilicet in his tam præclaris verbi ministris sæpe conjunctam videre est doctoris et sacerdotis curam ; qui postquam aquilarum more ad sublimia quæque scientiæ mysteria avolarint, mox ad plebes christianas humiliore conatu erudiendas descendunt (anim. § 20 in fine). » Oh plebes rudes sed beatas ! pro quibus tantum : *Christus aperiens os suum docebat dicens : Beati pauperes spiritu*, cum iis quæ sequuntur in cap. V, VI, VII Matth. in quibus iter tutum ad christianam perfectionem demonstratur. Oh insipientes sapientissimos qui hæc discere contenditis ! nam « Ista est summa sapientia per contemptum mundi tendere ad regna cœlestia (5). Quare D. Bernardus in serm. 50 in Canticum : « Quis, ait, sapiens et intelligat hæc? Da mihi hominem qui ante omnia quidem ex toto corde diligat Deum, se vero et proximum in quantum diligunt ipsum Deum (atque hic fuse et eleganter hominem describit virtutibus omnibus ornatum, tum pergit) « talem, inquam, da mihi hominem et ego audacter illum *sapientem* pronuncio. » Est itaque magisterium asceseos, magisterium veræ solidæque sapientiæ : adeoque dupliciter peccat Animadversio : I, quod christianæ sapientiæ magistris præsignibus doctoris nomen tribuendum inficiatur. II. Quod patres et doctores Ecclesiæ tunc istius præcepta sapientiæ homines docuisse affirmet, quum se *insipientibus* quoque debitores esse intelligerent.

141. *Ascetica scientia pars est theologiæ nobilissima.* Equidem vix intelligo quem sibi conceptum scientiæ theologicæ animo effinxerit censor egregius, vel potius quem sibi finxisse simulet, quum exquisita doctrina præcellat. Theologia practica, cujus pars nobilissima ascesis est, non aliquid tenue et contemptibile sacris disciplinis adjectum constituit, sed potius est sublimissimum illarum fastigium et complementum. Nam si totius theologiæ distributio, ceu docet S. Thomas in operis sui immortalis partitione, petenda est ex divino Christi effato : *Ego sum via, veritas et vita*, si verbum *viæ* ad media pertinet quibus homines, infideles præsertim et peccatores ducuntur ad Deum ; si vox *veritas* innuit, theologiam contemplari Deum ut est veritas prima omnigena perfectione ornata, et in creaturis veluti totidem speculis enitens ; si denique vocabulum *viæ* significat, scientiam sacram Deum considerare ut est vita beata et ultimus finis, ad quem tendimus artibus humanis et virtutibus (velut idem S. doctor explicat), cequis non videt præceptorem divinum graduali illa recensione attributorum suorum declarasse, in summo christianæ sapientiæ culmine eam scientiam esse collocatam per quam Deum intuemur tanquam ultimum finem, docemurque quomodo ad eum tendamus actibus humanis et virtutibus? Atqui hoc est quod præstat asceseos christianæ disciplina. Porro ut brevius rem expediam : nonne totius scientiæ theologicæ finis ultimus est ipsius theologi et eorum quos erudit æterna salus? *Attende tibi et doctrinæ* (monebat Timotheum Paulus), *hoc enim faciens et teipsum salvum facies, et eos qui audiunt* (1). Hinc S. Bonaventura docebat : « Thelogia est scientia affectiva, et hujus cognitio est gratia speculatoris, sed principaliter ut ipsa boni fiamus (2). » At finis iste a practica, non a speculativa theologia proxime attingitur. Finis (ait D. Thomas) theologiæ in quantum est practica est beatitudo æterna (3).

142. Errant plane, vehementer errant qui scientiam theologicam, quæ suapte natura una est, ita proscindunt quasi tota sit in parte theorica et speculativa, et in hac parte summis doctisque viris excolenda ; quidquid vero ad praxim attinet, quasi palea levis vel siliqua tenuiorum hominum et imperitorum mentibus pascendis adsignetur. Non ita, inquam, se res habet ; imo vero, prout egregius scholæ S. Thomæ alumnus Vincentius Contensonius explicat : « Theologia non sistit in sola contemplatione sui objecti, sed insuper se extendit ad operationes quas dirigit, neque enim divinas veritates otiose solum speculatur, sed etiam tradit normas bonæ et christianæ operationis, atque principia recte vivendi. Quorum omnium radix est, quia Deus, qui est ejus objectum, est prima veritas et ultimus finis, supremum intelligibile et summum bonum. Ergo est simul objectum speculationis et regula indefectibilis actuum humanorum, qui a fine diriguntur. Atqui rationes quæ sunt in objecto formali resplendent in habitu ipsum contemplante. Ergo utramque rationem speculationis et praxeos theologia adunat (4). » Quare idem auctor affirmat, se theologiam scholasticam ea ratione colendam et venerandam arbitrari, quod de se a nimiis contentionibus immunis radix sit sanctitatis et omnium virtutum copiosissima scaturigo (5). Quas ob res ascetici tractatus absolutissimi pleniores sunt quam quælibet de theologia speculativa tractationes. Illi enim perfici nequeunt nisi theoriæ fundamenta substernantur (quod mirifice præstitit noster in Theotimo, ubi sublimissimas atque elegantissimas dogmaticæ quæstiones explanavit, ut reliquum opus suum illis adstrueret), theoriæ vero theologicæ exponi valent utique sine ulla rerum agendarum mentione (velut plures fecerunt), verum punctum omne non ferunt, si quidquid ad praxim pertinet auctor prætermittat. Neque secus se res habere potest, nam fides (quæ a dogmatica theologia expli-

(1) S. Bonav. *Illuminationes Ecclesiæ in Hexameron*, serm. II. Opp. tom. IX, edit. Vives, pag. 39.
(2) Matth. V, 48.
(3) Jacob. I, 4.
(4) Ephes. VI, 13.
(5) De Imit. Christi, lib. I, cap. 1, v. 3.

(1) I Timoth. IV, 16.
(2) Lib. I Sentent. quæst. 3. Conclusio.
(3) I Pars, q. 1, 4. C.
(4) Contenon, *Theol. mentis et cordis*, lib. 1, diss. 1, cap. 2, Specul. 1.
(5) Op. lib. et dissert. cit. Append. 2 ad cap. 1.

catur) ad spem ordinatur (1), a spe charitas gignitur in qua perfectio consistit, et perfectionis doctrinam sibi ascetica vindicat. Qui eousque non perveniat theologus numeris omnibus absolutus vocari non potest; ideoque sapienter Augustinus præcipiebat : « Hac ergo dilectione tibi tanquam fine proposito, quo referas omnia quæ dicis, quidquid narras ita narra, ut ille cui loqueris audiendo credat, credendo speret, sperando amet (2). »

143. *Idem probatur ex theologi officio.* In hujus rei gravissimæ æstimatione nemo decipi potest, nisi qui ignoret quodnam sit christiani theologi officium. Hujus profecto est Christi doctrinam fidelibus explanare, itaque tunc tenebimus qualis provincia sit in qua theologus versari debeat, si qualis fuerit doctrina Christi, quale ejus magisterium expendamus. Id ita explicatur a Dionysio Petavio in tract. de Incarnatione, lib. 2, cap. 10, § 7 : « Nunc cujusmodi illius doctrina sit, ad quam hominibus importandam a Patre missus est, paucis expediam. Divinum magisterium quam παιδαγωγίαν vocat ita describit gravis auctor et in hoc argumento sæpiuscule laudandus a me Clemens Alexandrinus, ut sit recta veritatis perductio ad inspectionem Dei, et sanctarum actionum descripta ratio in sempiterna permansione (1 Pæd. cap. 7, pag. 81); quibus verbis significat finem hunc et scopum cœlesti magistro esse propositum, ut quos instituendos suscepit, tum per dogmatum ac mysteriorum veritatem ad Dei contemplationem dirigat, tum virtutis et officii leges præscribat quibus perpetuo ac constanter insistant, ut ab eo non minus recte et honeste vivendi, quam vere cognoscendi Dei et ad eum perveniendi disciplina tradatur. » Tum in § 8 suffragatorem adducit Chrysostomum scribentem (tom. 5, homil. 34) : Veniens Christus virtutem omnem docere homines voluit. Porro qui instituit, non verbo tantum docet, sed etiam opere (id variis exemplis illustrat, dein subdit); itaque quoniam et ipse ideo venit ut nos omnem virtutem doceret, quæ agenda sunt tum dicit, tum reipsa facit. » Eodem redit Petavius, in seq. cap. 11, ubi § 2, hæc habet : « Tertium caput doctrinæ Christi iter est ad beatæ immortalitatis et illius regni cœlestis adeptionem, quod præstantissimus doctor verbo simul et exemplo monstravit hominibus. Ipse enim via est illa, quod inquirenti Thomæ respondit (Joan. XIV, 6), qui ideireo carnem suscepit, ut hominem Deum esse et divine agere doceret, » atque heic affert Tertulliani effatum ex lib. 2 contra Marcion. c. 27 : *Conversabatur Deus, ut homo divine agere doceretur.* Demum in § 3 ejusd. capitis subjicit : « Quæ via inusitata hactenus et invia primum exposita est in illo mirabili sermone, quem in monte Christus ad discipulos habuit. Hunc enim sermonem omnibus præceptis quibus christiana vita informatur esse perfectum, ait Augustinus in lib. 1 ad eumdem... Viam autem qua ad illud (regnum cœlorum) contenditur peræque mortalibus inauditam et ignotam, præterquam si forte paucis quibusdam et eximiis, eamdem in schola patefecit, voluntariam paupertatem, luctum, vexationem, et malorum omnium acerbitatumque tolerantiam, ut de iis sileam, quæ supra præcepti necessitatem capessenda proposuit, quæ evangelica consilia nominantur, ac neque facilibus neque mediocribus virtutum officiis constant etc. »

144. *Conclusio quæ ex dictis manat, et objecti refutatio.* Quicumque igitur summopere excellat in explicandis doctrinis quæ spectant ad christianam perfectionem, in quibus summa sapientia est ac præcelsum theologicæ scientiæ fastigium jus ac titulum potissimum habet ad doctoris nomen assequendum, præsertim vero si scientia illius in aliis quoque theologiæ partibus excolendis eminuerit. Neque illud obstat quod « plures in Ecclesia viri non exigui sane ingenii ac doctrinæ meritis conspicui doctorum numero nunquam aggregati fuerint, licet primi suorum temporum asceseos ac mysticæ theologiæ magistri haberentur. » Nam primo præclusa illis via non est ad hunc honorem si postulatus fuerit, et sacer hic ordo vere illos eminenti scientia præditos fuisse cognoverit. Antequam S. Alphonsus doctor declararetur, nullus erat cujus potissime laus in morali theologia explicanda sita esset : num propterea a doctorum agmine debuisset arceri? Quum autem aperte innotescat hunc aditum honoris patere illis qui theologiam practicam egregie illustraverint, et cum in hoc genere inferiorem gradum moralis obtineat, quippe quæ peccata vitare doceat, sublimiorem ascesis quæ bonos ad culmen perfectionis perducit; quam perversum foret et a ratione devium, si illum quidem doctoris nomine honestares, qui tradit quomodo noxa sis expers, illum vero parvi penderes, qui noxa expertem ad arduum ac prope divinum perfectionis fastigium cœlestibus doctrinis extollit ?

145. *Non obstant exempla SS. scriptorum rei asceticæ qui doctores declarati non sunt.* Secundo loco quæri posset an scriptores illi quos Animadversio laudat ita doctrina excelluerint, uti Salesius noster excelluit. Certe clariss. prof. Ernestus Muller in sua Theologia morali (Vindobonæ 1873, lib. 1, § 13, n. 7) cum celebriores asceticæ magistros recensuisset, atque inter ceteros S. Joannem a Cruce et S. Teresiam a censura memoratos, subjicit : « quibus supereminent S. Franciscus Salesius et S. Alphonsus de Liguori, quorum scripta commendatione et laude non indigent... » Verum cum ejusmodi comparationes invidiæ plenæ et periculo sint, illud respiciam quod sapienter dixerat censor eximius, requiri nempe in doctoribus « ut eorum doctrinam totius Ecclesiæ corpus nova luce perfundatur, » atque hæc doctrina « publico Ecclesiæ suffragio approbata sit » (1). Jamvero quam pauci sunt qui opera versant eorum quos recenset Animadversio, si cum iis comperentur qui e Salesii libris salutis fructum percipiunt ! Eleganter Adalbertus Waibel in sua Theologia morali juxta spiritum S. Alphonsi de Liguori (Ratisbonæ 1839, tom. 1, pag. 40) scripsit se inter omnes theologos asceticos Franciscum Salesium universaliter versatissimum (allseitigsten) censere. Perdurat itaque ad ætatem nostram illud fidelium studium quod sæculo XVII in hoc sacro cœtu prædicabat Phœbeus quum de Salesii libris aiebat : « omnium teruntur manibus cum incredibili legentium profectu (2). »

146. Exhinc vero inferre non ausim, neminem ex insignibus viris ac mulieribus de quibus censura loquitur doctoris nomen esse habiturum ; at facilis ratio redditur cur minus solliciti fideles fuerint in hoc honore pro iis postulando. Profecto scientiæ eminentiam idoneam ad titulum doctoris impetrandum agnoverunt docti Patres Bollandiani in S. Teresia (3), quum reapse per eam errorum tenebræ profligatæ fuerint, obscura dilucidata, dubia declarata, scripturarum ænigmata reserata. Ac revera splendidum Ecclesiæ testimonium est cum Deo precatur, *ut cœlestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur.* At fortasse studia cultorum virginis nobilissimæ retardavit metus, ne illud Pauli : *Mulieres in Ecclesia taceant* (4), impedimento sit, juxta quorumdam sententiam, quominus Ecclesia inter doctores suos feminam colendam proponat. Eadem multo magis valent quod S. Joannam Franciscam de Chantal, cujus nomen præterea in hoc judicio nemo adduxisset, quum magister ejus doctrina et meritis longe illustrior nondum esset hoc honore decoratus.

147. Quod censura memorat S. Paschalem Baylon id extra

(1) Hebr. XI, 1.
(2) S. Augustinus, *De catechizandis rudibus*, cap. 4.

(1) Animadv. §§ 6 et 18.
(2) Vide informat. § 31.
(3) Acta sanctorum, octobris 15, pag. 360, n. 1609.
(4) Corinth. XIV, 34.

chorum cani videtur; nam si sanctus ille vir divino lumine illustratus « de mysteriis fidei difficillimis respondere atque ai quot etiam libros conscribere potuit, » quisquis pro eo postulare vellet, hoc deberet aggredi, ut ejus doctrinæ eminentiam in theologia *dogmatica* ostenderet, neque timenda esset hæc censoris exceptio quæ ex sola præstantia in ascesi depromitur. Pariter si de Isidoro Pelusiota esset agendum, non de simplici asceticæ magistro quæstio esset constituenda, sed simul de invicto fidei adsertore qui eam contra Judæos, Arianos, Nestorianos, Sabellianos aliosque hæreticos defendit, qui realem Christi præsentiam in Eucharistia, et cultum Deiparæ sanctisque debitum demonstravit. Causa itaque cur inter doctores adscriptus non fuerit alibi quærenda est, quam in judicio ab hoc S. ordine præconcepto, quod in agmine doctorum adscribi haud oporteat, qui tantam asceseos magistri haberentur. Idem dicas de S. patriarcha Venetiarum qui alia præter ascetica reliquit opera (1), et cujus auctoritas passim in hoc foro nostro quum de virtutibus quæritur a defensoribus laudatur. Miror autem amplissimum fidei vindicem inter libros ad plebes christianas humiliore conatu erudiendas, conscriptos illos accenseri qui classici habentur in ea disciplina in qua ipse tantopere excellit. At vir solertissimus ideo fortassis Laurentii meminit, quia speravit Venetorum diligentiam excitum iri ut perinsigni antistiti suo eos, qui modo petuntur Salesio, honores postularent. Restat itaque Joannes a Cruce, cujus comparatio cum Francisco nostro aliquam censuræ utilitatem ad finem quo de agitur posset afferre. At I. nemo non videt hanc comparationem aliquid fuisse valituram, si de ejus doctoratu actum esset et postulatio repudiata. II. Tria (ni fallor) ejus opera de theologia mystica et cantica spiritualia cum acervo voluminum quæ Salesium reliquit neque rerum varietate, neque doctrinæ amplitudine posse conferri. III. Ipsam theologiam mysticam quæ maxime usui est ad moderandas animas quasdam nobilissimas quas per vias extraordinarias Deus perducit, partem dumtaxat ascetices constituere, et vix posse contingere ut per eam *totum Ecclesiæ corpus* nova luce perfundatur. Ceterum non ego is sum qui velim sæpire viam cupientibus pro viro doctrina et sanctimonia præclarissimo declarationem doctoris flagitare, neque ullum prætoris edictum *de postulando* adhuc S. Joannem a Cruce recensuit inter illos, pro quibus postulare non licet.

148. *Animadv.* § 22. *De comparatione a cl. censore instituta inter S. Carolum et S. F. Salesium.* Etsi summa prosequar veneratione memoriam et benefacta S. Caroli Borromei, nequeo tamen Animadversioni assentiri quæ doctrinam ejus cum Salesii scientia conferre voluit. Obstat censuræ ipsa Bossueti auctoritas qua tantopere delectatur; recte namque ille dixit: *Leurs talents étaient différents;* cum paulo ante in eadem oratione de nostro testatus esset Francisco dedisse, « beaucoup d'éclat dans le monde, la science comme docteur... la science l'a rendu un flambeau capable d'illuminer les fidèles; la dignité épiscopale a mis ce flambeau pour éclairer toute l'Eglise... voilà donc un flambeau ardent et luisant... sa science reluit parce qu'elle est claire... à peine y restait-il autant d'hérétiques (centum) quand il y eut répandu cette lumière ardente de l'Evangile etc. » Ex quo compertum erat, ita Salesium lucrum fecisse ex talento quod illi Deus dederat. Poteratne idem præstare Carolus? Modeste reponit Meldensis orator: « Leurs talents étaient différents... chacun a reçu son don par la distribution de l'esprit. » Ergo dona illa et talenta, sine quibus scientia vere eminens acquiri nequit, Carolus a Deo non acceperat: quomodo vero sine validis fundamentis ædificium amplissimum potuisset adstruere?

(1) Vide edit. opp. S. Laurentii Justiniani. Venetiis, 1751. Volumina 2 in folio.

149. Regulam (inquies) pastoralem conscripsit: hoc utique dignum doctorum opus; nam Gregorius Magnus idem est aggressus et perfecit, sed cedo alia majora: « In profligandis hæreticis e partibus Rhætorum et Helvetiorum, quorum plurimos ad christianam fidem convertit, maxime laboravit. » Et hoc dignum agnesco doctore Ecclesiæ, nam doctores veteres a censura memorati in § 7 Animadv. quidpiam ejusmodi aggressi dicuntur; sed ubi disputationes sunt similes Salesianis controversiis, quibus hæretici devicti sunt? At Bossuetus (urgere videtur censura) similes in eo reperit duos sanctos antistites quod « Saint Charles a réveillé dans le clergé cet esprit de piété ecclésiastique; l'illustre François de Sales a rétabli la dévotion parmi le peuple. » Haud inficior, sed Theotimus alter et altera Philotea pro clericis a Carolo conscripti neque extant ullibi, nec unquam extitisse feruntur. Quid ergo? Paritas vel similitudo meritorum in aliqua re minime vetat, quominus alter alia præfulserit laude quæ alteri defuit. Plutarchus, exempli causa, cum Alexandro Macedone C. Julium Cæsarem scitissime comparavit; sed Julius (Tullio teste minime suspecto) facundissimus orator et scriptor elegantissimus fuit; Alexander vero (magnus ille licet) hoc ornamento laudis fuit destitutus.

CAPUT V.

De postulationibus pro doctoratu S. Francisci Salesii exhibitis.

150. *Animadv.* § 33. *Quænam fuerit juxta censuram postulationum pro Salesio exhibitarum causa exponitur.* Quantum inter scientiam Caroli Borromei et Francisci Salesii discrimen intercedat illud argumento est apertissimo, quod innumeri sacrorum antistites doctrinam dignam Ecclesiæ doctoris in Salesio commendarint, adeoque hunc honoris titulum unanimes pro eo petierint, de Carolo vero nemo unquam simile quidquam cogitarit. Vim hujus argumenti non inficiatur censor clarissimus, et inquit: « Unum forte est quod præ Carolo Salesium commendet; extrinsecum scilicet argumentum ex plurimis episcoporum totius orbis postulationibus depromptum. » Ut vero validissimum ejus robur infringat Animadversio, me quasi reum confessum culpam vel nimiam facilitatem episcopatus catholici in medium producit, et adigit enarrare quæ nunquam enarrasse reminiscor; sic enim pergit: « Quomodo id factum fuerit semel iterumque admonet informationis... auctor. Cum scilicet Vaticani concilii tempore de Romani pontificis ex cathedra loquentis infallibilitate adhuc disceptaretur, non sine divinæ Providentiæ dispositione accidit, ut e Chisianis pluteis sancti vivi autographum controversiarum extraheretur. Obstupuerunt homines dum... prodire viderunt gravissima illa Salesiani autographi verba ex 40 sermone controversiarum... L'Eglise a tous-jours besoin d'un confirmateur infaillible (Inform. pag 20, § 25). In editionibus antiquioribus pro *infaillible* legebatur *permanent.* Præterea alia tunc in lucem prodiere controversiarum fragmenta eo usque in archivio Anneciensi ordinis Visitationis servata, quæ idipsum pluribus confirmant. Bonum profecto id omen fuit; ac propterea Vaticani Patres minime sibi cunctandum putarunt quin votis Anneciensis antistitis annuerent, et oblatæ ab eo postulationis formulæ unus post alium subscriberent. »

151. *Censuræ assumptum in causæ informatione nullum præsidium habet.* Equidem ea verba quæ censura ex causæ informatione § 25 descripsit me exarasse memini; sed non ut causam declararem quare postulationes fuerint exhibitæ, vel Rmorum antistitum suffragiis munitæ, bene vero ut melius explicarem quod in calce § 24 affirmaveram, nimirum magnam esse similitudinem inter nonnullas controversiarum pagellas et primam Vaticanæ synodi constitutionem. Id perlegenti cuilibet perspicue manifestum est. Narratio enimvero ad ani-

madversione tradita (si rigidius eam interpreteris) eo demum reducitur, ut Vaticani Patres videantur celebres illas porrexisse preces, non quia data opera, ex animi sententia eminentem Salesii doctrinam affirmare vellent, ac proinde doctoris nomen illi flagitare quem eo honore dignissimum censerent; sed quia obstupescentes ex insigni codice reperto et bonum omen capientes, unius ex collegis desiderio facili proclivitate indulserunt. Hæc sola cogitatio quasi piaculum mihi ex intima christiana plebe minimo visa fuisset, ac, liberrime, dicam, ausus vix tolerabilis. Quod alius ex alia sede hæc dicat officii causa, ut omnia a defensore diluantur etiam quæ in mentem perditissimorum Ecclesiæ hostium venire potuerint haud gravate concedam; sed ego hæc in causæ informatione dicere nolui, nec potui, nec debui. Ac sane quamvis a Bossueto (hoc enim auctore censura delectatur), didicerim episcopos esse « brebis à l'égard de Pierre, » numquam tantum sum ausus, ut viros maxime venerandos conferrem cum iis ovibus, quas pingit Alighierius noster in 3 carmine de Purgatorio, quum scilicet aliæ post alias e septis exeuntes quod ab una fieri vident et ipsæ faciunt, et gradiendi sistendique causam ignorant.

152. *Vera postulationum causa explicatur.* Tolerabilior esset censuræ narratio, si dixisset repertum illud manuscriptum causam fuisset *occasionalem* ad plures suffragatores petitioni conciliandos; ac si hoc esset nihil detraheretur de gravissimo testimonio quod eminentiæ doctrinæ S. episcopi tot Emi cardinales ac venerandi præsules præbuerunt. Verum neque hæc affirmatio veritati respondet, quum nomen doctoris antea Salesio postulatum sit, quam documentum illud in lucem prodierit. Causa insuper cur Vaticani Patres honorem illum concilii tempore flagitaverint ex eorum litteris elucet apertissime; namque ita supplicem libellum concluserunt: « Qui honor non sine singulari divinæ Providentiæ consilio tempore concilii œcumenici Vaticani a sanctitate vestra, concilii auctore et præside, tribuendus illi superest. Quod enim ad tantam Ecclesiæ gloriam docuit et fecit in tot hæreticis ad ovile revocatis, et in moribus ac disciplina restituendis, hoc potissimum in concilii Tridentini decretis hausit. Et cum hæc eadem omnia in concilio Vaticano sanctitas vestra restauranda sibi et nobis proponat, et in his totus incumbat, novus honor qui ex S. Francisci Salesii sanctitate et doctrina in concilium Tridentinum redundavit erit etiam titulo doctoris Ecclesiæ oriundorum ex concilio Vaticano bonorum pignus et benedictio (1). »

153. Sed fingito demum, si placet, Vaticanos patres, non propter intimam persuasionem eminentis scientiæ S. episcop Gebennensis, precibus illis subscripsisse, sed quia stupore perculsi ex invento felici, atque ethnicorum ritu boni ominis credulitate adducti, votis Rmi episcopi Anneciensis obsecundare voluerint. Certe sedata mente, post plures annos, quum petitionis suæ gravitatem considerassent et testimonium datum Romano pontifici in re maximi momenti quæ totius rei christianæ interest, debuissent vel a postulatione recedere, vel saltem abstinere ne quod præpropere expetiverant, iteratis precibus impetrare contenderent. Nihil minus « iterarunt deinde preces » (ait censura); neque solum qui rogaverunt, sed innumeri qui concilii tempore non petierant (vel quod abessent vel quod nondum episcopali dignitate fuissent ornati), deinde preces suas exhibuerunt. Hi vero quonam quæso fuerant stupore perciti? Quos codices nuper invenerunt? quos oscines, vel parras, ominis causa, captaverant?

154. *Nihil quod ad rem pertineat in postulatis desideratur.* Utique iteratæ preces, instat animadversio, a sacrorum antistitibus oblatæ sunt; « attamen non immerito in iis aliquid desiderandum. Vix enim est qui innuit quis modo in populis sibi commissis Salesii doctrinæ usus sive in scholis sive in disputationibus, sive in sacris concionibus, ut nimirum appareat qua ratione suis scriptis non minus quam exemplis, ille hodie Ecclesiam universam illustret ac doceat. » Mirum est a censore eximio formam præscribi episcopis postulantibus qua preces suas concipere eos oporteat, cum liberrimum unicuique sit iis uti verbis quæ magis apta et opportuna existimaverit. Quod ad rem ipsam pertinet, in pluribus hujus responsionis locis copiose demonstravi, cum ex litteris postulatoriis (1) tum ex aliis documentis, auctoritatem S. episcopi in scholis, in disputationibus usurpari, et quod potissimum est in libris præceptorum sacrarum disciplinarum adhiberi. De usu vehujusro auctoritatis in sacris concionibus ejusmodi testimonium et argumentum afferam quod religiosissimus fidei vindex repudiare non poterit.

155. *Usus operum S. F. Salesii in sacris concionibus e scriptis S. Alphonsi invicte probatur.* Nimirum insignis Ecclesiæ doctor qui unus post Salesii ætatem floruit, Alphonsus de Liguori, in concionatoriis orationibus quas pro singulis dominicis diebus totius anni conscripsit, frequentissime locos e Salesii scriptis excerptos non secus atque depromptos ex Augustino, Chrysostomo, et Hieronymo afferebat. Videsis sermones qui anno ecclesiastico ineunte occurrunt. In eo qui recitatus est II dominica adventus statim noster apparet: « Dicea S. Francesco di Sales: questa è la scienza dei santi soffrire costantemente per Gesù e così diverremo presto santi (§ 7). » In sermone pro III adventus dominica, pars altera sic incipit: « Scrive S. Francesco di Sales, che se noi non attendessimo che a diffidare di noi guardando solamente la nostra debolezza, ciò non servirebbe ad altro, che a renderci pusillanimi ecc. » Et paulo post: « Questa è la bilancia, dice il medesimo santo, nella quale quanto più s'innalza la coppa della confidenza in Dio, tanto più discende la coppa della confidenza in noi stessi (§ 5). » In sermone dicendo die IV dominica adventus, iterum Salesius profertur scripturarum œnigmata reserans: *Charitas Christi urget nos*, « scrive S. Francesco di Sales su questo testo, sapendo noi che Gesù Christo vero Dio ci ha amato sino a soffrire per noi la morte e morte di croce ecc. (§ 6). »

156. In concionibus quæ adventum sequuntur semper sibi constat S. doctor in hac gravissima auctoritate adhibenda; oratio enim habenda die dominica infra octavam Nativitatis Christi hæc exhibet § 9 in fine: « Dicea S. Francisco di Sales, che se gli Angeli potessero piangere nel vedere la ruina che si tira sopra un'anima che commette un peccato mortale, essi non farebbero altro che piangere. » Pariter II dominica quadragesimæ, § 3 in fine: « Dice S. Feancesco di Sales che la voce di Maria sarà come quella di un rossignolo in un bosco che supera il canto di tutti gli altri uccelletti che vi sono. » Nonnunquam S. doctor aliorum effata Salesii auctoritate communit et confirmat. Sic in concione pro IV dominica post Pascha, § 2: « Quindi S. Francesco di Sales (introduz. cap. 4) parlando dell'obbedienza al confessore riferisce il detto del P. maestro d'Avila: per quanto voi cerchiate, voi non troverete mai così sicuramente la volontà di Dio ecc. » Nonnunquam cumulat plures auctoritates doctorum quibus Salesium jungit vel etiam præmittit. Sic de Eucharistia disserens (Serm. pro dom. II post Pentecosten, § 3): « Scrive S. Francesco di Sales: quanto si stimerebbe onorato quell'uomo al quale il re inviasse dalla sua mensa una porzione del suo piatto? » Atque heic Chrysostomi, Thomæ Aquinatis, et Bernardi effata subtexit. Redit deinde in § 9 Salesius solus, cujus dicta verbis Christi in revelatione loquentis confirmat: « Diceva S. Francesco di Sales: si deve ricevere per solo amore colui che per solo

(1) Summ. pag. 18.

(1) Vide sup. § 47 in fine, et in Summ. Postulata n. XI, XII, XIII, XV, XVII, XX ad XXVII, XXXIX, XXXI, XXXIV, XXXV, etc. ad XL.

amore a noi si dona... Disse il signore medesimo a S. Matilde : quando ti comunichi desidera tutto quell'amore che mai un cuore ha avuto verso di me ecc. » Nonnunquam denique verba Salesii excerpit ne significans quidem auctoris nomen. Sic in sermone pro VII domin. post Pentecosten. § 7 : « Giova molto ancora insinuare ai figli che sono fanciulli le buone massime. La regina Bianca, madre di S. Luigi re di Francia, gli dicea : Figlio prima vorrei vederti morto fra le mie braccia che stare in peccato. » Hæc totidem fere verbis ex Philothea part. 3, cap. 28, deprompta sunt. Ostendunt satis hæc omnia (ut a longiori recensione abstineam) impensum studium quo S. doctor Salesii libros diurna nocturnaque manu versabat, et existimationem quam de iis fovebat ; nam cum conciones suas locis Scripturarum ac sanctorum patrum et doctorum repleret, alios vero auctores raro adduceret, patet ipsum auctoritatem Salesii ad instar Ecclesiæ patris ac doctoris habuisse.

157. *Ante Vaticanam synodum innotescebat Salesii sententia de R. pontificis infallibilitate.* Novissima censuræ objectio (si tamen hac voce appellanda est) ita se habet : « Quod vero attinet ad pontificiæ inerrantiæ dogma, quamvis non exigua sit Genevensis antistitis laus, quod Ecclesiæ judicium præverterit, cum tamen genuina ejus hac de re doctrina nonnisi in arena cognita fuerit, postquam eo usque aliter docuisse putaretur ; plane asseri non potest, eam concilii Vaticani dogmaticam definitionem ipsius auctoritate fuisse innixam. » Nunquam tanta socordia fuit eorum qui ante synodum Vaticanam infallibilitatem Romani pontificis ex cathedra docentis tuebantur, ut Franciscum Salesium aliter docuisse putarent. Nonne in omnibus editionibus operum Salesii viderant quanto studio vir sanctus adseruisset docentis Ecclesiæ inerrantiam? Atqui *l'Eglise ou le pape est tout un*, idem scripsit (vid sup. § 116). Facilis admodum erat ex hisce præmissis illatio.

158. Prostabant insuper cuique legenti perspicua et aperta ea quæ in sermone scripserat pro festo die S. Petri in vinculis : « Considérez le premier psaume, vous y verrez décrit saint Pierre ou le pape. C'est cet homme fort et puissant, qui doit confirmer et fortifier ses frères. C'est lui, qui n'est point allé dans l'assemblée des iniques ; car Jésus a prié pour lui à fin que sa foi ne défaille point. C'est lui qui ne s'est pas tenu dans la route des pécheurs, car il demeure en sa bergerie. C'est lui qui ne s'est pas assis dans la chaire de pestilence, puisqu'on le loue dans la chaire des anciens. C'est lui qui est comme un arbre planté sur le bord des eaux, puisqu'il a la perpétuelle influence de la foi. C'est lui qui est cet arbre dont les feuilles ne sèchent jamais, et qui donne des fruits en son temps, puisque les brebis du Seigneur se nourrissent de sa doctrine, et vivent sous ses feuilles à l'abri de la chaleur et du froid etc. (1). » Ut multa omittam quæ in hac scriptione apertissima sunt, hoc unum animadvertam. Si Romanus pontifex ex cathedra docens de rebus ad fidem vel mores spectantibus erraret, quomodonam dici posset beatus ille vir a propheta prænunciatus, qui in cathedra pestilentiæ non sedit? Imo cathedra ejus omnium esset pestilentissima. Nam vulgo erroris magistri improborum aures dumtaxat dociles invenium, et prompte ac facile a gravibus viris refutantur. Romanus vero pontifex, si erroris magister fieret, quidquid in humana societate optimum et lectissimum est inficeret, eo quod « les brebis se nourrissent de sa doctrine, » et nullam reperiret parem majoremve auctoritatem quæ prava ejus documenta refelleret. Quid vero quod in ipso sermone controversiarum XI, etsi versuti editores vocem *infallibilis* in permanentem immutaverint, tamen sublato etiam modesto vocabulo ea manent quæ ejusdem vis ac potestatis sunt? « S. Chrysostome l'appelle *os Christi*, parce que ce s'il dict pour toute l'Eglise et à toute l'Eglise ce n'est tant parole humaine que de Notre-Seigneur. *Amen dico vobis : qui accipit quem misero, me accipit.* Donc ce qu'il disoit et déterminoit ne pouvoit estre faux. » Et inferius : « Ainsy quand S. Pierre fut mis au fondement de l'Eglise et que l'Eglise fut asseurée que les portes d'enfer ne prévaudroient point contre elle, ne fut-ce assez dire que S. Pierre ne pouvoit se froysser et rompre par l'infidélité ou erreur, qui est la première porte d'enfer? »

159. Quid plura? In editione accuratissima canonici Migne tom. IV, pag. 520, quæ prodierat anno 1861, nimirum decem circiter annis antequam dogmatica definitio fieret restitutum legitur diserte : « L'Eglise a tous-jours besoin d'un confirmateur infaillible ; » atque hominum admiratio et gratulatio quæ sequuta est Chisiani codicis evulgationem potius ex eo oriebatur quod insperato et ineluctabili documento vox illa a S. episcopo adhibita demonstraretur, et inter lectiones varias genuina et vera fuisset constituta, quam quod homines antea aliter ducuisse Salesium existimassent. Ceterum pretiosi documenti evulgatio quæ contigit dum quæstio disceptabatur, erat hujusmodi ut moveret patres omnes, qui doctoris ferme loco Salesium habebant (veluti postulatis suis declararunt) adeoque faventes confirmaret in solemni voce infallibilis adhibenda, ac perplexos et nutantes (siqui fuerant) ad assentiendum inclinaret.

Omnino manet illa conformitas inter scriptionem S. viri et primam constitutionem Vaticanæ synodi quam in calce § 25 informationis adnotavi : hanc si censor egregius sic explicet ut dicat Vaticanos patres Francisci auctoritatem fuisse sequutos, mihi assentietur, sin vero neget, majus aliquid et nobilius adstruet. Nimirum Spiritum sanctum ita fideli ministro suo docenti adstitissse, ut ante duo sæcula tam graviter, tam apte, tam bene ac solemniter dissereret, uti diu postea synodus generalis esset loquutura. Utrumlibet censura optaverit, id quod in petitione et intentione mea præcipuum est confirmabit solidabitque.

L'abbate di governo del monastero de' Cassinesi di Novalese, diocesi di Susa, espone che un tale fra Antonio Macchia di Montoglio (diocesi di Casale) già converso non professo in detto monastero, venne ammesso fra i coristi in qualità di oblato, e che l'abbate suo antecessore gli conferì la tonsura e gli ordini minori. L'ordinato Macchia ha esercitato gli ordini illegittimamente conferiti per mancanza di autorità nell'ordinante, estendendosi il privilegio degli abbati degli ordini monastici ai soli sudditi propriamente detti, cioè ai professi, e non agli oblati.

Interpellato in proposito l'Emo sig. Card. Bianchi, questi con solide ragioni addimostra come l'ordinazione sia valida ma illecita; per cui abbisogna il medesimo di essere assoluto e riabilitato dalla S. Sede. È poi di parere che non gli si debba negare la grazia essendo avvenuto un tale sconcerto non per dolo, ma per l'ignoranza sì dell'ordinato come dell'abbate ordinante già defonto.

Perchè poi il Macchia assoluto e riabilitato possa essere promosso agli ordini sacri, è d'uopo che si provveda di titolo, non essendo religioso professo, ed è d'uopo che per l'ordinazione dipenda dal proprio vescovo di origine che è quello di Casale o da quello di Susa ordinario del suo domicilio, a tenore de' SS. canoni.

Anche il P. abbate è favorevole.

Ex audientia SSmi diei 22 augusti 1845. SSmus annuit arbitrio P. abbatis gubernii pro facultate etiam per subdelegandum præfatum oblatum a censuris et pœnis ecclesiasticis ob præmissa fortasse incursis absolvendi, et cum eodem super inhabilitate et irregularitate dispensandi, nec non illum ad ordines sacros suscipiendos habilitandi, ita tamen ut in ordinibus suscipiendis serventur de jure servanda tam quoad dependentiam a proprio ordinario ad formam constitutionis Innocentii XII incipient. *Speculatores,* tum relate in reliquis omnibus quæ a SS. canonibus præscribuntur. Contrariis etc.

Romæ, etc.

1771. Super reclusione in conventibus.

Non sono rare le circostanze onde richiamare al dovere

cuni ecclesiastici di questa archidiocesi (di Ferrara) e rimuovere dal gregge affidatomi ogni ammirazione e scandalo, per obbligo del mio pastorale officio, mi trovo costretto a punirli in via correzionale, ed alcune volte per maggiori delitti a sottoporli ben ancora a formale processo.

Pel passato in simili occasioni i miei predecessori, non essendovi qua le carceri proprie per gli ecclesiastici, nè locale atto a formarvele, mandarono i delinquenti od inquisiti nelle famiglie religiose, o perchè nel ritiro e nel silenzio del chiostro riformassero i loro costumi, o perchè ristretti in qualche stanza soggiacessero ai procedimenti necessari per avverare le imputazioni di cui erano colpiti. Infatti, per tacere di altri esempi, il mio antecessore l'Emo Rmo sig. Card. Della-Genga nel 1840, ordinò che il sacerdote Antonio N. fosse tradotto nel convento dei PP. capuccini di questa città come casa di stretta osservanza, e dove espiando la propria pena, vi rimase per più di due anni. Anche io sull'esempio de' miei predecessori in tre circostanze mandai per alquanto tempo in via correzionale alcuni sacerdoti al convento de' PP. capuccini, alla casa dei signori della Missione ed anche al convento degli Agostiniani scalzi.

Oggi per altro le dette religiose famiglie, communicandomi gli ordini dei loro rispettivi superiori di non potere cioè ricevere in appresso per gli indicati motivi verun ecclesiastico, si scusano di non potere aderire a' miei giusti desideri. In tale angustiante situazione che dovrò io fare? Farli tradurre nelle pubbliche carceri con sommo disdoro del carattere sacerdotale, in questi tempi nei quali i maligni prendendo occasione dalle cose anche le più innocenti, parlano così male del sacerdozio? Ad evitare pertanto questi due perniciosissimi estremi, prego vivamente V. E. a far sì che codesto S. consesso abbia la degnazione di ordinare che in appresso i RR. PP. capuccini

(1770). *Bénédictins. Oblat. Ordination.* L'abbé ne peut conférer la tonsure et les ordres mineurs qu'à ses propres sujets, c'est-à-dire aux choristes profès. Un Oblat doit demander les dimissoires de l'ordinaire, soit origine soit domicile. L'abbé de Novalese, diocèse de Suse, représente qu'un nommé Antoine Macchia, du diocèse de Casal, étant novice convers, fut admis parmi les profès en qualité d'oblat, et le précédent abbé lui conféra la tonsure et les ordres mineurs. Antoine a exercé les ordres qui lui ont été illégitimement conférés. Le cardinal Bianchi, protecteur, montre par de bonnes raisons que l'ordination a été valide mais illicite. L'absolution et la réhabilitation sont par conséquent nécessaires. Pour recevoir les ordres majeurs, l'Oblat devra présenter un titre canonique d'ordination et obtenir les dimissoires de son évêque, soit celui de Casal dans le diocèse duquel il est né, soit celui de Suse, ordinaire du lieu dans lequel il réside. — Grégoire XVI accorde l'absolution, la réhabilitation, et recommande d'observer la constitution *Speculatores* du pape Innocent XII. Rome, 22 août 1845.

(1771). *Réclusion des ecclésiastiques séculiers dans les couvents.* Les réguliers doivent-ils accueillir les ecclésiastiques que les évêques envoient à titre de punition correctionnelle, ou comme mesure paternelle? La question est tranchée dans une lettre que le cardinal Cadolini, archevêque de Ferrare, adressa à la S. Congrégation des Evêques et Réguliers : « Assez souvent, pour rappeler au devoir quelques ecclésiastiques du diocèse et faire cesser la surprise et le scandale, le devoir de ma charge pastorale m'oblige de les punir correctionnellement, et parfois les délits exigent un procès formel. N'ayant pas de prison particulière pour les ecclésiastiques ni de local pour cela, mes prédécesseurs envoyèrent les coupables ou les prévenus dans les communautés religieuses, pour que dans la retraite et le silence du cloître ils pussent amender leur conduite, ou bien que, confinés dans une pièce séparée, ils fussent soumis aux enquêtes nécessaires pour élucider les choses dont ils étaient accusés. En effet, pour ne citer qu'un exemple, mon prédécesseur immédiat, le cardinal Della Genga, en 1840, ordonna de transporter au couvent des Capucins de Ferrare Antoine N. prêtre, lequel y demeura plus de deux ans pour expier sa peine. En ce qui me concerne, j'ai fait de même en trois circonstances, en envoyant correctionnellement quelques prêtres au couvent des Capucins, ou chez les prêtres de la Mission, et même au couvent des Augustins déchaussés. Actuellement ces communautés me communiquent des ordres de leurs supérieurs qui leur défendent de recevoir désormais les ecclésiastiques pour les motifs susdits, et elles s'excusent de ne pouvoir condescendre à mes justes désirs. Que devrai-je faire dans une situation si affligeante? Faire traduire les ecclésiastiques dans les prisons publiques, au grand déshonneur du caractère sacerdotal? Afin d'éviter cette douloureuse extrémité, je prie vivement votre éminence de faire en sorte que la S. Congrégation veuille bien ordonner que les révérends pères Capucins de Ferrare reçoivent désormais dans leur couvent, comme celui où l'observance est la plus rigoureuse et qui est le plus commode, les ecclésiastiques que j'enverrai. Toutes les dépenses seront ponctuellement payées par ces ecclésiastiques ou par moi. » — La S. Congrégation accorde, en ce qui concerne quelques jours de retraite; elle n'envisage pas le cas de la réclusion correctionnelle ou criminelle. Elle écrit au général des Capucins que « l'archevêque de Ferrare ayant parfois besoin de faire faire les exercices aux personnes qui ont commis quelque faute, la S. Congrégation désire que ces personnes soient reçues dans le couvent des Capucins de Ferrare, sans aucune charge pour le couvent. Rome, 8 août 1845. »

di questa città abbiano da ricevere nel loro convento come quello di maggiore e più stretta osservanza e per la sua comodità all'uopo più atto, gli ecclesiastici che da me saranno ivi mandati. Le spese tutte saranno puntualmente pagate dai medesimi ecclesiastici o da me stesso.

Ferrara li 23 giugno 1845. — Card. Cadolini.

Scribatur P. ministro generali capucinorum ad mentem: che occorrendo all'arcivescovo di Ferrara alle volte di mandare a fare gli esercizi delle persone che hanno commesso qualche mancanza, questa S. C. desidera che li medesimi sieno ricevuti nel convento de' capuccini di Ferrara, senza però alcun pregiudizio nell'interesse; e perciò V. P. farà conoscere al superiore di quel convento la mente di questa S. C.

Romæ, 8 augusti 1845.

1772. Super translatione monasterii trappensium.

Abbatia Gardiensis ordinis Cisterciensis, desinente ultimo seculo magna ex parte diruta, anno 1816 in abbatiam secuncundum reformationem de Trappa iterum erecta est. Sed magna semper egestate laboravit, tum quia non parvas perpessa est calamitates, tum quia soli malitia victum non suppeditat, unde regularia loca reficiendi copia huc usque non fuit.

Præterea non satis removetur a strepitu et conturbatione hominum; nam una ex parte sub ipsis mœnibus via publica nuper patefacta est; altera vero parte canalis adhærens navium onerariorum frequentia sternitur; denique medium viridarium dividet via ferrea (*chemin de fer*) auctoritate publica mox conficienda.

Quibus permotus abbas hujus loci, post multas indagationes alium opportuniorem locum supra omnem spem, Deo protegente, reperit, scilicet antiquam celeberrimamque abbatiam a septem fontibus (*Sept fons*) in diœcesi Molinensi sitam, cujus præcipua ædificia remanent integra, septa quatuor fere millibus spatiosa firmissima maceria per circuitum claudit, forisque adjacentes campi latissimi ingenti hominum multitudini operam ac victum facillime ministrabunt. Et quod magis juvat, quos abscondit Deus in abscondito faciei suæ, profundissimum silentium locum vastæ solitudinis, sed non horroris, præsertim cum inhabitabitur a viris et canentibus et dantibus laudem Deo.

Quæ omnia pacto admodum commodo comparandæ offeruntur. Huic proposito favent Illmus Molinensis episcopus, magistratus, provinciæ præfectus et populus, jamque de novorum incolarum adventu sibi gratulantur. Quæ cum ita sint, abbas Gardiensis ad pedes V. S. humiliter provolutus, enixe rogat atque obtestatur, ut translationi monachorum supradictæ abbatiæ in cœnobium cui nomen septem fontium (*Sept fons*) benigne annuat, suaque potestate apostolica eamdem confirmare, idemque antiquissimum monasterium rursus abbatiæ titulo insignire, et tamen omnes prærogativas ac privilegia Gardiensi abbatiæ annexa illuc transferre dignetur.

Juxta antiquas ordinis nostri constitutiones, fundare, mutare, transferre abbatiam, ad capitulum generale pertinet; sed cum nunc temporis non celebretur capitulum et periculum esset in mora, ut norunt omnes qui versantur in diœcesi Molinensi, hinc directe ad supremam Vestræ Sanctitatis auctoritatem confugiendi necessitas fuit, cujus observ. obseq. dev. atque humil. servit. et filius in Christo F. Stanislaus orator et abbas Gardiensis. — Datum in abbatia nostra Gardiensi diœcesis Ambianensis in Gallia, die 2 augusti 1845.

(1772). *Trappistes. Abbaye du Gard. Translation a Sept-Fons.* La supplique de l'abbé du Gard, la lettre de l'évêque d'Amiens et celle de l'évêque de Moulins expriment les motifs qui exigèrent la translation.

Litteræ Illmi episcopi Ambianensis. Nos Joannes Maria episcopus Ambianensis, viso supplici libello ad sanctam apostolicam Sedem directo de translatione abbatiæ monachorum Trappistarum, vulgo *du Gard* in nostra diœcesi degentium, ad cœnobium cui nomen *Septem fontes* in diœcesi Molinensi, dolentes in Domino eos non amplius in nostra diœcesi ad Dei gloriam et proximi ædificationem manserunt, votis eorum annuimus, nec non spei melioris cœnobii status ipsorumque religionis amplificandæ; quapropter eorum preces S. Sedi apostolicæ omni studio commendamus.

Datum Ambiani, die 27 augusti 1845. — Joannes episcopus Ambianensis.

Litteræ episcopi Molinensis. Le diocèse de Moulins, d'érection récente et dont j'ai l'honneur d'être institué premier évêque par l'autorité du Saint-Siége apostolique et le concours du gouvernement français, est sur le point d'avoir à recevoir sur son territoire le précieux établissement du monastère de Sept-fonts, lequel dépendait de l'antique et célèbre abbaye de la Trappe, ordre de Cîteaux, et suivait la réforme du Rme abbé de Rancé. Ledit monastère de Sept-fonts, habité et sanctifié par la présence de tant de saints religieux, avait subi le malheureux sort de toutes les communautés religieuses dévastées et devenues désertes pendant la tourmente suscitée en France par l'esprit révolutionnaire. Il est en ce moment près d'être rétabli et rendu à sa première destination, grâce au rév. P. Stanislas, recteur actuel de l'abbaye du Gard, diocèse d'Amiens, qui entreprend de le relever de ses ruines et d'y transporter sa communauté, que des circonstances survenues et indiquées dans la pétition ci-contre adressée à Votre Sainteté obligent de changer de demeure et de s'établir dans une localité plus convenable et plus solitaire, où les enfants de S. Bernard et de Rancé puissent s'efforcer de marcher sur les traces de leurs prédécesseurs.

L'évêque de Moulins ne saurait trop exprimer combien son diocèse se trouvera favorisé et enrichi par les bénédictions célestes que la renaissance du merveilleux établissement de Sept-fonts ne saura manquer de lui procurer; aussi quelle extrême satisfaction et consolation éprouve pour son compte son premier évêque d'avoir, avant de terminer sa longue carrière, à l'illustrer, en secondant de tous ses efforts la translation de l'abbaye du Gard et son introduction dans le diocèse de Moulins, qu'il aurait à munir de son approbation particulière, à la suite des pouvoirs apostoliques que le rév. père Stanislas aspire à obtenir et sollicite avec ardeur à l'effet de confirmer ladite translation des moines de l'abbaye du Gard dans le monastère de Sept-fonts, d'investir de nouveau ce très-ancien monastère du titre d'abbaye et d'y annexer les prérogatives et priviléges dont est en possession l'abbaye du Gard.

Daignez agréer, très-saint Père, les très-humbles et non moins vives instances à l'appui qu'ose présenter, en se prosternant aux pieds de Votre Sainteté, le plus soumis, le plus obséquieux et le plus religieusement dévoué serviteur et fils en J.-C. — Antoine, évêque de Moulins.

Rescriptum pontificium. Ex audientia SSmi die 21 novembris 1845. SSmus annuit arbitrio episcopi Molinensis et Ambianensis pro facultate confirmandi et approbandi petitam translationem monasterii et monasticæ familiæ in monasterium a Septemfontibus nuncupatum cum titulo abbatiæ, ac aliis privilegiis, prærogativis et oneribus, quæ abbatiæ Gardiensi adnexa erant. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ, etc.

1773. Super defectu ætatis.

Essendo stato accettato nella Compagnia di Gesù il giovane

(1773). *Dispense d'âge.* Les convers ne peuvent être admis avant

Enrico Ginnasi per fratello coadjutore, e non avendo ancora compito i 20 anni di sua età quali si richieggono, si dimanda la dispensa per l'ingresso nella religione.

Ex audientia SSmi diei 14 novembris 1845. SSmus annuit arbitrio P. præpositi generalis pro petita dispensatione. Contrariis quibuscumque obstantibus.

Romæ, etc.

1774. Ordinis olivetanorum.

Decretum. — Inter maximas summi pontificatus sollicitudines Romani pontifices oculos suos ad regulares familias sedulo convertere solent, ut selecta ejusdem gregis pars in vinea Domini prospere feliciterque vigeat atque floreat; et si fortasse inimicus homo zizania superseminaverit, omnino convellant. Cum igitur in congregatione Olivetana tam ob monachorum defectum, quam ob temporum vicissitudines aliasque peculiares circumstantias regularis observantiæ fervor in dies tepesceret et monastica disciplina collaberetur, Leo XII et Pius VIII, pontifices maximi omnem curam adhibuerunt ut ingruentia mala depellerent. Verum quod prælaudati pontifices perficere minime potuerunt, omni sollicitudine curandum esse duxit SSmus D. N. Gregorius PP. XVI, cujus jussu die 22 junii 1835 ad collapsam regularem disciplinam in ea religiosa familia instaurandam, et ad quietem denique eidem restituendum, saluberrimum latum est decretum.

Sed non sine maximo animi sui mœrore Sanctitas Sua deinceps accepit, latum decretum pene oblitum esse, et monasticam disciplinam minime restitutam, quin imo statum illius Congregationis in deterius ruere. Ne igitur ullo modo deesset Congregationi quæ inclytam florentemque olim ordinis sancti Benedicti partem constituebat, iterum auctoritate apostolica eidem occurrit, ac archiepiscopos Panormi, Florentiæ et Januæ visitatores monasteriorum deputavit ut de Olivetanæ familiæ statu inquirerent atque referrent. Acceptis igitur visitationis actis, aliisque relationibus, auditisque nonnullis S. R. E. cardinalibus ex Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium delectis, novum decretum per eamdem S. Congregationem edendum mandavit, confidens Olivetanæ familiæ alumnos, memores suæ professionis tandem aliquando decori instituti, et regularis disciplinæ instaurationi, deposito quolibet partium studio, pro viribus prospecturos. Itaque SSmus Dnus hæc, quæ sequuntur, statuit atque decrevit.

1. In electione superiorum generalium, abbatum monasteriorum, aliorumque superiorum, et officialium nulla imposterum ratio habeatur cujuscumque alternativæ, vel sectionis.

2. Duo tantum ob exiguum monachorum numerum visitatores eligantur.

3. Abbas generalis habeat etiam monachum cancellarium; et ipse cum duobus visitatoribus ac cancellario in monasterio montis Oliveti majoris residere debeat.

4. In sacra peragenda visitatione secum ducat unum ex visitatoribus et cancellarium.

5. Monachi omnes in psalmodiam, ecclesiasticas exercitationes, solitudinem et silentium quæ monasticam vitam maxime fovent, toto animo incumbant.

6. Singuli monachi, nemine excepto, in egrediendo et ingrediendo benedictionem a præside monasterii omnino accipiant.

7. Habitum regularem, et ab omni prorsus levitate alienum etiam in itinere induant.

8. In quovis monasterio sit una mensa, eaque omnibus communis; ex eaque nemini liceat quidquam etiam sub titulo charitatis reservare et extraneis distribuere.

9. De peculiaribus nummis et livellis monachorum serventur constitutiones ordinis, et decreta hujus S. Congregationes in iis omnibus, quæ ad eorum depositum et erogationem pertinent.

10. Monachi omnino vetantur privatas domus frequentare, atque etiam a laicorum consuetudine se contineant, nisi rationabilis causa intercesserit.

11. Novitiatus in monasterio Quarti statim aperiri poterit: in monasteriis vero montis Oliveti majoris, et Panormi, quando decreta visitationis, et hujus Sacræ Congregationis executioni demandata fuerint et regularis observantia restituta, super quibus expectandum erit judicium hujus Sacræ Congregationis.

12. Novitiatus in loco clauso et seorsim a monachis professis constituantur; et in iis religiose observentur decreta sacri concilii Tridentini, et constitutiones apostolicæ et statuta ordinis, eaque præsertim quæ a Clemente VIII, super receptione et educatione novitiorum præscripta sunt.

13. In monasteriis ubi novitiatus positus est scholæ habeantur, studiaque bene sint ordinata; et lectores, qui quantum fieri poterit, ex monachis deligantur, sint probati et idonei.

14. Superior generalis et abbates præsules monasteriorum attentius pervigilent ut regulæ et constitutiones ordinis accurate ab omnibus observentur.

15. Idem superior generalis, et abbates præsules monasteriorum curare omnino debeant, ut hoc decretum statim in singulis monasteriis executioni demandetur, illudque monachi diligenter servent. Ac propterea superiores monasteriorum quelibet anno de illius observantia ad superiorem generalem; iste vero ad hanc S. Congregationem episcoporum et regularium referat. Idem superior generalis de executione ejusdem decreti in sacra visitatione sedulo inquirat, et quatenus minime servari compererit, efficaciter illius observantiam urgeat, etiam implorata, si opus fuerit, hujus S. Congregationis auctoritate. Ut autem omnibus semper innotescat, superiores singulorum, sub pœna privationis vocis activæ et passivæ, illud quotannis tempore exercitiorum spiritualium semel in refectorio legere faciant.

16. Hoc autem decretum Sanctitas Sua publicari, et ab omnibus ad quos spectat servari mandavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex S. Congregatione Episcoporum et Regularium, die 15 novembris 1845. — P. Card. Ostinius, præfectus. — C. archiepiscopus Pergensis, secretarius.

1775. Ordinis B. M. de mercede.

Fr. Joachinus Ruiz, vicarius provincialis Alparchiæ, visitator ordinis M. V. de Mercede in Mexicana republica ad pedes S. V. maxima cum reverentia provolutus supplex exponit.

'Age de vingt ans révolus. Henri Ginnasi, voulant entrer chez les Jésuites, obtient la dispense.

(1774). *Olivétains. Décret général. Réforme.* Léon XII et Pie VIII ont pris des mesures pour rétablir la régularité de l'institut des Olivétains. Grégoire XVI prescrit les dispositions suivantes: 1. L'alternative est abolie pour l'élection des supérieurs. 2. L'institut aura deux visiteurs généraux. 3. Le général, les deux visiteurs et le chancelier résideront à Mont-Olivet. 4. Le général faisant la visite sera accompagné d'un visiteur et du chancelier. 5. Psalmodie, exercices spirituels, solitude, silence. 6. Ne pas sortir du couvent sans demander la bénédiction du supérieur. 7. Porter l'habit, même en voyage. 8. Table commune. 9. Pensions particulières des religieux. 10. Défense de fréquenter les séculiers. 11, 12 et 13. Noviciat. 14. Vigilance des supérieurs pour faire observer les statuts. 15. Exécution du présent décret, lequel devra être lu pendant la retraite de chaque année. Rome, 15 novembre 1845.

(1775). *République mexicaine. Ordre de Notre-Dame de la Merci.* Les constitutions défendent absolument d'employer les biens affectés au rachat des esclaves à d'autres œuvres de charité. Ces ressources n'ayant plus d'emploi à l'heure qu'il est, le vice-provincial obtient la permission de les consacrer aux missions. Rome, 28 novembre 1845.

Quod in præfati ordinis constitutionibus distincte præcipitur universis fratribus sub pœna excommunicationis majoris et privationis vocis activæ et passivæ et ulterius virtute formalis obedientiæ et privationis officiorum, atque inhabilitatis ad illa in perpetuum ut redemptionis bona nulla ratione vel pretextu ad alia etiam indigentiæ, aut cujuscumque pietatis transferant, seu transferri permittant, nisi ad usus effectivæ redemptionis.

Sed ex aliqua circumstantia nunc ista bona non amplius impenduntur ad captivorum redemptionem; idcirco orator S. V. humiliter precatur pro facultate ut possint superiores conventuum dictæ provinciæ de consensu etiam definitoris provincialis prædictæ Redemptionis bona adhibere ad impendia missionum quandiu peragenda non sit captivorum redemptio nec in bella adversus barbaros indos infideles.

Ex audientia SSmi 28 novembris 1845. SSmus annuit pro petito indulto ad sexennium juxta preces. — C. archiepiscopus Perg. secretarius.

Romæ, etc.

1776. Super bonorum dispositione.

Minister provincialis ordinis Minorum S. Francisci recollectorum provinciæ S. Josephi Belgii humillime exponit, quod volens quidam novitius ejusdem provinciæ sibi subjectus paucis diebus ante finem novitiatus disponere juxta regulam de rebus suis in favorem sororis suæ infirmæ, debuit de notarii judicio cum habitu accedere ad loca parentum suorum; cum autem discreti conventus novitiatus judicabant rem moram non pati, ipsum dimiserunt sine oratoris et conventus Trudonensis discretorum consensu, quod tamen statuta generalia, cap. 1, § 2, n. 2, requirunt, existimantes locum esse epikeiæ. Cum autem lex illa utpote irritans non admittat epikeiam supplicat S. V. ut pro sua benignitate dignetur sanare quemcumque defectum, ita ut licite et valide possit præfatum novitium ad solemnem professionem admittere.

Votum procuratoris generalis. — Circa bonorum tyronum dispositionem ultimæ voluntatis, præceptum regulæ est, conventus fratres et eorum minister, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus ut libere faciant (tyrones) de rebus suis quidquid Dominus inspiraverit eis. Hinc utens ex una parte, tyro, de quo in precibus jure suo disponens de rebus suis in favorem sororis suæ infirmæ, et cum juxta Belgii leges civiles hoc suum explere nequiret propositum, nisi se coram notario gubernii sisteret, et bona fide putantes ex altera ut asseritur, discreti conventus novitiatus nullam pati moram accessum tyronis ad publicum notarium, ita ut autumarent haud præstolandum fore consensum ministri provincialis et discretorum conventus Trudonensis, indulgentia digni habentur tam mittentes quam missus; ideoque preces oratoris exaudiendas esse reor et quemcumque incursum hac in discretorum et tyronis operatione sanandum fore defectum, nisi aliter sapientissime disposuerit. — Datum ex conventu S. Francisci ad Ripam Tyberis, die 20 novembris 1845. — Fr. Venantius a Celano, procurator generalis.

Ex audientia SSmi 21 novembris 1845. SSmus annuit arbitrio P. provincialis pro petita sanatione, emissa a præfato novitio declaratione in forma juris valida sese hujusmodi indulto uti velle, quæ una cum præsenti rescripto et decreto executoriali servetur in archivo, facta adnotatione in libris professionis.

Romæ, etc.

(1776). *Belgique. Récollets. Noviciat interrompu.* Un novice est sorti du couvent pour passer un acte devant notaire dans le but de disposer de ses biens en faveur de sa sœur. Les statuts exigent en pareil cas l'agrément du provincial et de son conseil. Grégoire XVI accorde la dispense. Rome, 21 novembre 1845.

1777. Super ordinatione.

L'ordine de' canonici Regolari della SS. Trinità è ridotto ad una sola casa esistente in Palermo; conseguentemente non essendovi provinciale manca di chi è autorizzato a dare dimissorie *ad ordines* a norma del decreto della S. M. di Clemente VIII. In tale stato di cose, dovendosi promuovere tanto agli ordini minori come ai sacri, il chierico professo don Giuseppe Ciminnita, il superiore di quella casa don Gaetano Garazio, supplica la S. V. per l'autorizzazione di potergli spedire le analoghe dimissorie.

Nell'anno scorso in altro simile caso si rivolse il predetto P. Garazio alla S. V. e dietro agli ordini dati nell'udienza del 6 dicembre fu spedito in favore del chierico D. Andrea Traina il decreto seguente: « SSmus annuit pro facultate concedendi dimissorias præfato clerico jam in dicto ordine professo ad formam tamen decreti Clementis VIII, diei 15 martii 1595.

Ex audientia SSmi 14 novembris 1845. SSmus annuit pro facultate concedendi dimissorias præfato religioso in dicto ordine professo ad formam tamen decreti Clementis VIII, diei 15 martii 1595.

Romæ, etc.

(1777). *Chanoines réguliers de la Sainte-Trinité de Palerme. Ordination.* Il n'existe plus qu'une maison de l'institut; on n'a donc aucun provincial qui délivre les dimissoires. La S. Congrégation des Evêques et Réguliers reçoit la demande qui suit: « L'ordre des chanoines réguliers de la Sainte-Trinité ne possède plus qu'une maison qui est à Palerme. De là vient qu'à défaut du provincial il n'y a plus personne qui ait le pouvoir de donner les dimissoires *ad ordines*, conformément au décret de Clément VIII. Comme il y a lieu de conférer les ordres mineurs et majeurs à dom Joseph Ciminnita, clerc profès, le supérieur de la maison demande à votre sainteté la permission de lui délivrer les dimissoires voulus. L'an dernier, ledit supérieur a obtenu un pareil indult pour dom André Traina. — Grégoire XVI autorise le supérieur de Palerme à délivrer les dimissoires conformément au décret de Clément VIII du 15 mars 1595. Rome, 14 novembre 1845.

(*La suite prochainement.*)

MÉLANGES

Encyclique du saint-père Léon XIII aux évêques du monde catholique. — Bulle d'érection de la hiérarchie épiscopale en Écosse. — Diverses lettres du saint-père. — Décrets des SS. Congrégations. — Documents.

Encyclique du saint-père Léon XIII aux patriarches, primats, archevêques et évêques ayant la grâce et la communion du siége apostolique.

Le premier article de cette livraison des *Analecta* renferme des indications complètes sur les encycliques que les souverains pontifes ont l'usage d'envoyer aux évêques *initio pontificatus*. Grégoire XVI différa un an et demi l'envoi de sa circulaire. Le saint-père Léon XIII a fait paraître la sienne deux mois après son élection. Voici ce document :

SS. Domini nostri Leonis divina providentia papæ XIII epistola encyclica ad patriarchas, primates, archiepiscopos et episcopos universos catholici orbis, gratiam et communionem cum apostolica sede habentes. — Vener. fratribus patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis universis catholici orbis gratiam et communionem cum apostolica sede habentibus Leo PP. XIII. Venerabiles fratres, salutem et apostolicam

benedictionem. Inscrutabili Dei consilio ad apostolicæ dignitatis fastigium licet immerentes evecti, vehementi statim desiderio ac veluti necessitate urgeri nos sensimus, vos litteris alloquendi, non modo ut sensus intimæ dilectionis nostræ vobis expromeremus, sed etiam ut vos in partem sollicitudinis nostræ vocatos, ad sustinendam nobiscum horum temporum dimicationem pro Ecclesia Dei et pro salute animarum, ex munere nobis divinitus credito confirmaremus.

Ab ipsis enim nostri pontificatus exordiis tristis nobis sese offert conspectus malorum quibus hominum genus undique premitur: hæc tam late patens subversio supremarum veritatum quibus, tamquam fundamentis, humanæ societatis status continetur: hæc ingeniorum protervia legitimæ cujusque potestatis impatiens; hæc perpetua dissidiorum causa, unde intestinæ concertationes, sæva et cruenta bella existunt; contemptus legum quæ mores regunt justitiamque tuentur; fluxarum rerum inexplebilis cupiditas et æternarum oblivio usque ad vesanum illum furorem, quo tot miseri passim violentas sibi manus inferre non timent, inconsulta bonorum publicorum administratio, effusio, interversio; nec non eorum impudentia qui, cum maxime fallunt, id agunt, ut patriæ et libertatis et cujuslibet juris propugnatores esse videantur; ea denique quæ serpit per artus intimos humanæ societatis lethifera quædam pestis, quæ eam quiescere non sinit, ipsique novas rerum conversiones et calamitosos exitus portendit.

Horum autem malorum causam in eo præcipue sitam esse nobis persuasum est, quod despecta ac rejecta sit sancta illa et augustissima Ecclesiæ auctoritas, quæ Dei nomine humano generi præest, et legitimæ cujusque auctoritatis vindex est et præsidium. Quod cum hostes publici ordinis probe noverint, nihil aptius ad societatis fundamenta convellenda putaverunt, quam si Ecclesiam Dei pertinaci aggressione peterent, et probosis calumniis in invidiam odiumque vocantes quasi ipsa civili veri nominis humanitati adversaretur, ejus auctoritatem et vim novis in dies vulneribus labefactarent, supremamque potestatem Romani pontificis everterent, in quo æternæ ac immutabiles boni rectique rationes custodem in terris habent et adsertorem. Hinc porro profectæ sunt leges divinam catholicæ Ecclesiæ constitutionem convellentes, quas in plerisque regionibus latas esse deploramus; hinc dimanarunt episcopalis potestatis contemptus, objecta ecclesiastici ministerii exercitio impedimenta, religiosorum cœtuum disjectio ac publicatio bonorum, quibus Ecclesiæ administri et pauperes alebantur; hinc effectum ut a salutari Ecclesiæ moderamine publica instituta, caritati et beneficentiæ consecrata, subducerentur; hinc orta effrenis illa libertas prava quæque docendi et in vulgus edendi, dum ex adverso modis omnibus Ecclesiæ jus ad juventutis institutionem et educationem, violatur et opprimitur. Neque alio spectat civilis principatus occupatio, quem divina Providentia multis abhinc sæculis Romano antistiti concessit, ut libere ac expedite potestate a Christo collata, ad æternam populorum salutem uteretur.

Funestam hanc ærumnarum molem vobis, venerabiles fratres, commemoravimus, non ad augendam tristitiam vestram, quam miserrima hæc rerum conditio per se vobis ingerit; sed quia intelligimus ex ea vobis apprime perspectum fore, quanta sit gravitas rerum quæ ministerium et zelum nostrum exposcunt, et quam magno studio nobis adlaborandum sit, ut Ecclesiam Christi et hujus apostolicæ sedis dignitatem tot calumniis lacessitam, in hac præsertim iniquitate temporum pro viribus defendamus ac vindicemus.

Clare innotescit ac liquet, venerabiles fratres, civilis humanitatis rationem solidis fundamentis destitui, nisi æternis principiis veritatis et immutabilibus recti justique legibus innitatur ac nisi hominum voluntates inter se sincera dilectio devinciat, officiorumque inter eos vices ac rationes suaviter moderetur. Jamvero ecquis negare audeat Ecclesiam esse, quæ diffuso per gentes Evangelii præconio, lucem veritatis inter efferatos populos et fœdis superstitionibus imbutos adduxit, eosque ad divinum rerum auctorem agnoscendum et sese respiciendos excitavit; quæ servitutis calamitate sublata, ad pristinam naturæ nobilissimæ dignitatem homines revocavit; quæ in omnibus terræ plagis redemptionis signo explicito, scientiis et artibus adductis aut suo tectis præsidio, optimis caritatis institutis, queis omnis generis ærumnis consultum est, fundatis et in tutelam receptis, ubique hominum genus privatim et publice excoluit, a squalore vindicavit et ad vitæ formam, humanæ dignitati ac spei consentaneam, omni studio composuit? Quod si quis sanæ mentis hanc ipsam qua vivimus ætatem, religioni et Ecclesiæ Christi infensissimam, cum iis temporibus auspicatissimis conferat, quibus Ecclesia uti mater a gentibus colebatur, omnino comperiet ætatem hanc nostram perturbationibus et demolitionibus plenam, recta ac rapide in suam perniciem ruere; ea vero tempora optimis institutis, vitæ tranquillitate, opibus et prosperitate eo magis floruisse, quo Ecclesiæ regiminis ac legum sese observantiores populi exhibuerunt. Quod si plurima ea quæ memoravimus bona, ab Ecclesiæ ministerio et salutari ope profecta, vere sunt humanitatis civilis opera ac decora, tantum abest ut Ecclesia Christi ab ea abhorreat eamve respuat, ut ad sese potius altricis magistræ et matris ejus laudem omnino censeat pertinere.

Quin immo illud civilis humanitatis genus, quod sanctis Ecclesiæ doctrinis et legibus ex adverso repugnet, non aliud nisi civilis cultus figmentum et absque nomen inane putandum est. Cujus rei manifesto sunt argumento populi illi, queis evangelica lux non affulsit, quorum in vita fucus quidam humanioris cultus conspici potuit, at solida et vera ejus bona non viguerunt. Haudquaquam sane civilis vitæ perfectio ea ducenda est, qua legitima quæque potestas audacter contemnitur; neque ea libertas reputanda, quæ effreni errorum propagatione, pravis cupiditatibus libere explendis, impunitate flagitiorum et scelerum, oppressione optimorum civium cujusque ordinis, turpiter et misere grassatur. Cum enim erronea prava et absona hæc sint, non eam vim profecto habent, ut humanam familiam perficiant et prosperitate fortunent, miseros enim facit populos peccatum (1); sed omnino necesse est, ut mentibus et cordibus corruptis, ipsa in omnem labem pondere suo populos detrudant, rectum quemque ordinem labefactent, atque ita reipublicæ conditionem et tranquillitatem serius ocius ad ultimum exitium adducant.

Quid autem, si Romani pontificatus opera spectentur, iniquius esse potest, quam inficiari quantopere Romani antistites de universa civili societate et quam egregie sint meriti? Profecto decessores nostri, ut populorum bono prospicerent, omnis generis certamina suscipere, graves exantlare labores, seque asperis difficultatibus objicere nunquam dubitarunt: et defixis in cœlo oculis neque improborum minis submisere frontem, neque blanditiis aut pollicitationibus se ab officio abduci degeneri assensu passi sunt. Fuit hæc apostolica sedes, quæ dilapsæ societatis veteris reliquias collegit et coagmentavit; hæc eadem fax amica fuit, qua humanitas christianorum temporum effulsit; fuit hæc salutis anchora inter sævissimas tempestates, queis humana progenies jactata est; sacrum fuit concordiæ vinculum quod nationes dissitas moribusque diversas inter se consociavit; centrum denique commune fuit, unde cum fidei et religionis doctrina, tum pacis et rerum gerendarum auspicia ac consilia petebantur. Quid multa? Pontificum maximorum laus est, quod constantissime se pro muro et propugnaculo objecerint, ne humana societas in superstitionem et barbariem antiquam relaberetur.

(1) Prov., 14, 31.

Utinam autem salutaris hæc auctoritas neglecta nunquam esset vel repudiata! Profecto neque civilis principatus augustum et sacrum illud amisisset decus, quod a religione inditum præferebat, quodque unum parendi conditionem homine dignam nobilemque edicit; neque exarsissent tot seditiones et bella, quæ calamitatibus et cædibus terras funestarunt, neque regna olim florentissima, e prosperitatis culmine dejecta, omnium ærumnarum pondere premerentur. Cujus rei exemplo etiam sunt orientales populi, qui abruptis suavissimis vinculis, quibus cum apostolica hac sede jungebantur, primævæ nobilitatis splendorem, scientiarum et artium laudem, atque imperii sui dignitatem amiserunt.

Præclara autem beneficia, quæ in quamlibet terræ plagam ab apostolica sede profecta esse illustria omnium temporum monumenta declarant, potissimum persensit Itala hæc regio, quæ quanto eidem propinquior loci natura extitit, tanto uberiores fructus ab ea percepit. Romanis certe pontificibus Italia acceptam referre debet solidam gloriam et amplitudinem, qua reliquas inter gentes eminuit. Ipsorum auctoritas paternumque studium non semel eam ab hostium impetu texit, eidemque levamen et opem attulit, ut catholica fides nullo non tempore in Italorum cordibus integra custodiretur.

Hujusmodi prædecessorum nostrorum merita, ut cætera prætereamus, maxime testatur memoria temporum S. Leonis Magni, Alexandri III, Innocentii III, S. Pii V, Leonis X aliorumque pontificum, quorum opera vel auspiciis ab extremo excidio, quod a barbaris impendebat, Italia sospes evasit, incorruptam retinuit antiquam fidem, atque inter tenebras squaloremque rudioris ævi scientiarum lumen et splendorem artium aluit, vigentemque servavit. Testatur nostra hæc alma urbs pontificum sedes, quæ hunc ex iis fructum maximum cepit, ut non solum arx fidei munitissima esset, sed etiam bonarum artium asylum et domicilium sapientiæ effecta, totius orbis erga se admirationem et observantiam conciliaret. Cum harum rerum amplitudo ad æternam memoriam monumentis historiæ sit tradita, facili negotio intelligitur non potuisse, nisi per hostilem voluntatem indignamque calumniam, ad hominum deceptionem, voce ac litteris obtrudi, hanc apostolicam sedem civili populorum cultui et Italiæ felicitati impedimento esse.

Si igitur spes omnes Italiæ orbisque universi in ea vi communi utilitati et bono saluberrima, qua sedis apostolicæ pollet auctoritas, et in arctissimo nexu sunt positæ, qui omnes christifideles cum Romano pontifice devinciat, nihil nobis potius esse debere cognoscimus, quam ut Romanæ cathedræ suam dignitatem sartam tectamque servemus, et membrorum cum capite, filiorum cum patre conjunctionem magis magisque firmemus.

Quapropter ut in primis, eo quo possumus modo, jura libertatemque hujus sanctæ sedis adseramus, contendere nunquam desinemus, ut auctoritati nostræ suum constet obsequium, ut obstacula amoveantur, quæ plenam ministerii nostri potestatisque libertatem impediunt, atque in eam rerum conditionem restituamur, in qua divinæ sapientiæ consilium Romanos antistites jampridem collocaverat. Ad hanc vero restitutionem postulandam movemur, venerabiles fratres, non ambitionis studio aut dominationis cupiditate; sed officii nostri ratione et religiosis jurisjurandi vinculis quibus obstringimur; ac præterea non solum ex eo quod principatus hic ad plenam libertatem spiritualis potestatis tuendam conservandamque est necessarius; sed etiam quod exploratissimum est, cum de temporali principatu sedis apostolicæ agitur, publici etiam boni et salutis totius humanæ societatis causam agitari. Hinc prætermittere non possumus, quin pro officii nostri munere, quo sanctæ Ecclesiæ jura tueri tenemur, declarationes et protestationes omnes, quas sa. me. Pius IX decessor noster tum adversus occupationem civilis principatus, tum adversus violationem jurium ad Romanam Ecclesiam pertinentium pluries edidit ac iteravit, easdem et nos hisce nostris litteris omnino renovemus et confirmemus. Simul autem ad principes et supremos populorum moderatores voces nostras convertimus, eosque per nomen augustum summi Dei etiam atque etiam obtestamur, ne oblatam sibi tam necessario tempore opem Ecclesiæ repudient, atque uti consentientibus studiis circa hunc fontem auctoritatis et salutis amice coeant, eique intimi amoris et observantiæ vinculis magis magisque jungantur. Faxit Deus, ut illi, comperta eorum quæ diximus veritate, ac secum reputantes doctrinam Christi, ut Augustinus aiebat, magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicæ (1) et in Ecclesiæ incolumitate et obsequio suam etiam ac publicam incolumitatem et tranquillitatem contineri, cogitationes suas et curas conferant ad levanda mala, quibus Ecclesia ejusque visibile caput affligitur, atque ita tandem contingat, ut populi quibus præsunt, justitiæ et pacis ingressi viam, felici ævo prosperitatis et gloriæ fruantur.

Deinde autem ut totius catholici gregis cum supremo Pastore concordia firmior in dies adseratur, vos hoc loco peculiari cum affectu appellamus, venerabiles fratres, et vehementer hortamur, ut pro sacerdotali zelo et pastorali vigilantia vestra fideles vobis creditos religionis amore incendatis, quo propius et arctius huic cathedræ veritatis et justitiæ adhæreant, omnes ejus doctrinas intimo mentis et voluntatis assensu suscipiant; opiniones vero etiam vulgatissimas, quas Ecclesiæ documentis oppositas noverint omnino rejiciant. Qua in re Romani pontifices decessores nostri, ac demum sa. me. Pius IX, præsertim in œcumenico Vaticano concilio præ oculis habentes verba Pauli: « Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum (1), » haud prætermiserunt, quoties opus fuit, grassantes errores reprobare et apostolica censura confodere. Has condemnationes omnes, decessorum nostrorum vestigia sectantes, nos ex hac apostolica veritatis sede confirmamus ac iteramus, simulque Patrem luminum enixe rogamus, ut fideles omnes perfecti in eodem sensu eademque sententia idem nobiscum sapiant, idemque loquantur. Vestri autem muneris est, venerabiles fratres, sedulam impendere curam, ut cœlestium doctrinarum semen late per dominicum agrum diffundatur et catholicæ fidei documenta fidelium animis mature inserantur, altas in eis radices agant et ab errorum contagione incorrupta serventur. Quo validius contendunt religionis hostes imperitis hominibus, ac juvenibus præsertim, ea discenda proponere quæ mentes obnubilent moresque corrumpant, eo alacrius adnitendum est, ut non solum apta ac solida institutionis methodus, sed maxime institutio ipsa catholicæ fidei omnino conformis in litteris et disciplinis vigeat, præsertim autem in philosophia, ex qua recta aliarum scientiarum ratio magna ex parte dependet; quæque non ad evertendam divinam revelationem spectat, sed ad ipsam potius sternere viam gaudet, ipsamque ab impugnatoribus defendere, quemadmodum nos exemplo scriptisque suis magnus Augustinus et Angelicus doctor, cæterique christianæ sapientiæ magistri docuerunt.

Optima porro juventutis disciplina ad veræ fidei et religionis munimen atque ad morum integritatem a teneris annis exordium habeat necesse est in ipsa domestica societate; quæ nostris hisce temporibus misere perturbata, in suam dignitatem restitui nullo modo potest nisi iis legibus, quibus in Ecclesia ab ipsomet divino auctore est instituta. Qui cum matrimonii fœdus, in quo suam cum Ecclesia conjunctionem significatam

(1) Ep. 138, alias 1, ad Marcellinum n. 15.
(2) Ad Coloss. 2, 8.

voluit, ad sacramenti dignitatem evexerit, non modo maritalem unionem sanctiorem effecit, sed etiam efficacissima tum parentibus tum proli donavit auxilia, quibus, per mutuorum officiorum observantiam, temporalem ac æternam felicitatem facilius assequerentur. At vero postquam impiæ leges, sacramenti hujus magni religionem nil pensi habentes, illud eodem ordine cum contractibus mere civilibus habuerunt, id misere consecutum est, ut violata christiani conjugii dignitate, cives legali concubinatu pro nuptiis uterentur, conjuges fidei mutuæ officia negligerent, obedientiam et obsequium nati parentibus detrectarent, domesticæ charitatis vincula laxarentur, et, quod deterrimi exempli est publicisque moribus infensissimum, persæpe malesano amori perniciosæ ac funestæ discessiones succederent. Hæc sane misera et luctuosa non possunt, venerabiles fratres, vestrum zelum non excitare ac movere ad fideles vigilantiæ vestræ concreditos sedulo instanterque monendos, ut dociles aures doctrinis adhibeant quæ christiani conjugii sanctitatem respiciunt, ac pareant legibus quibus Ecclesia conjugum natorumque officia moderatur.

Tum vero illud optatissimum consequetur, quod singulorum etiam hominum mores et vitæ ratio reformentur : nam veluti ex corrupto stipite deteriores rami et fructus infelices germinant, sic mala labes, quæ familias depravat, in singulorum civium noxam et vitium tristi contagione redundat. Contra vero, domestica societate ad christianæ vitæ formam composita, singula membra sensim assuescent religionem pietatemque diligere, a falsis perniciosisque doctrinis abhorrere, sectari virtutem, majoribus obsequi, atque inexhaustum illud privatæ dumtaxat utilitatis studium coercere, quod humanam naturam tantopere deprimit ac enervat. In quem finem non parum profecto conferet pias illas consociationes moderari et provehere quæ magno rei catholicæ bono nostra maxime hac ætate constitutæ sunt.

Grandia quidem et humanis majora viribus hæc sunt, quæ spe et votis nostris complectimur, venerabiles fratres; sed cum Deus sanabiles fecerit nationes orbis terrarum, cum Ecclesiam ad salutem gentium condiderit, eique suo se auxilio adfuturum usque ad consummationem sæculi promiserit, firmiter confidimus, adlaborantibus vobis, humanum genus tot malis et calamitatibus admonitum, tandem in Ecclesiæ obsequio, in hujus apostolicæ cathedræ infallibili magisterio salutem prosperitatem quæsiturum.

Interea, venerabiles fratres, antequam finem scribendi faciamus, necesse est ut vobis declaremus gratulationem nostram pro mira illa consensione et concordia, quæ animos vestros inter vos et cum hac apostolica sede in unum conjungit. Quam quidem perfectam conjunctionem non modo inexpugnabile propugnaculum esse contra impetus hostium arbitramur; sed etiam faustum ac felix omen quod meliora tempora Ecclesiæ spondet; ac dum eadem maximum solatium affert infirmitati nostræ, etiam animum opportune erigit, ut in arduo, quod suscepimus munere omnes labores, omnia certamina pro Ecclesia Dei alacriter sustineamus.

Ab hisce porro spei et gratulationis causis, quas vobis patefecimus, sejungere non possumus eas significationes amoris et obsequii, quas in his nostri pontificatus exordiis vos, venerabiles fratres, et una cum vobis exhibuere humilitati nostræ ecclesiastici viri et fideles quamplurimi, qui litteris missis, largitionibus collatis, peregrinationibus etiam peractis, nec non aliis pietatis officiis, ostenderunt devotionem et caritatem illam qua meritissimum prædecessorem nostrum prosecuti fuere, adeo firmam stabilem integramque manere, ut in persona tam imparis non tepescat heredis. Pro hisce splendidissimis catholicæ pietatis testimoniis humiliter confitemur Domino, quia bonus et benignus est, ac vobis venerabiles fratres, cunctisque dilectis filiis, a quibus ea accepimus, gratissimos animi nostri sensus ex intimo corde publice profitemur, plenam foventes fiduciam nunquam defuturum nobis, in his rerum angustiis et temporum difficultatibus, hoc vestrum ac fidelium studium et dilectionem. Nec vero dubitamus quin egregia hæc filialis pietatis et christianæ virtutis exempla plurimum sint valitura, ut Deus clementissimus, officiis hisce permotus, gregem suum propitius respiciat et Ecclesiæ pacem ac victoriam largiatur. Quoniam autem hanc pacem et victoriam, ocius et facilius nobis datum iri confidimus si vota precesque constanter ad eam impetrandam fideles effuderint, vos magnopere hortamur, venerabiles fratres, ut in hanc rem fidelium studia et fervorem excitetis, conciliatrice apud Deum adhibita immaculata cœlorum Regina, ac deprecatoribus interpositis sancto Josepho patrono Ecclesiæ cœlesti, sanctisque apostolorum principibus Petro et Paulo, quorum omnium potenti patrocinio humilitatem nostram, cunctos ecclesiasticæ hierarchiæ ordines ac dominicum gregem universum supplices commendamus.

Cæterum hos dies, quibus solemnem memoriam Jesu Christi resurgentis recolimus, vobis, venerabiles fratres, et universo dominico gregi faustos salutares ac sancto gaudio plenos esse exoptamus, adprecantes benignissimum Deum ut sanguine immaculati Agni, quo deletum est chirographum quod adversus nos erat, culpæ quas contraximus deleantur, et judicium quod pro illis ferimus clementer relaxetur.

Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis, venerabiles fratres, quibus singulis universis, nec non et dilectis filiis clero et fidelibus ecclesiarum vestrarum in pignus præcipuæ benevolentiæ et in auspicium cœlestis præsidii apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, die solemni Paschæ, 21 aprilis anno 1878, pontificatus nostri anno primo. Leo PP. XIII.

Rétablissement de la hiérarchie épiscopale en Ecosse. Érection des siéges épiscopaux.

E contra capitulum contendit jus de quo quæstio sibi duplici ratione competere tam virtute habitualis curæ animarum penes ipsum residentis, quam immemorabilis consuetudinis. Et ad primum quod attinet argumentum denegari non posse protuetur habitualem curam penes capitulum et clerum

dictæ civitatis residere. Et licet id fateri edisserit in ipsomet controverso decreto diei 18 novembris 1875, tamen ut omne dubium hoc super articulo amoveatur, recolit decretum a curia editum die 25 augusti 1799. Hoc decretum latum fuit occasione qua duo sacerdotes utpote adspirantes ad recipiendam in collegiata ecclesia participationem adveniente tempore admissionis, ac adimpleto servitio, juxta statuta petierant admitti ad examen tam quoad doctrinam quam quoad requisita. In enunciato decreto sequens reperitur declaratio : « Visis actis examinis sacerdotum Joseph Sammarco, et Gregorii Ricchiuti... adspirantium ad admissionem participationis in ecclesia collegiata receptitia cum cura animarum... perpensis ipsorum adspirantium qualitatibus ac requisitis, quæ majori studio et exercitatione indigent, ut provectiores, ac Ecclesiæ Dei utiliores reddantur et maximo sint adjumento populo in animarum cura, dicimus... ad participationem supradictæ ecclesiæ... esse admittendos adveniente tempore admissionis de more illius Ecclesiæ. Verum post annum melius instructi redeant ad novum examen... ut perspecto eorum profectu in studiis et ecclesiæ servitio possint deputari ad catecheses in ecclesia faciendas, aliasque functiones parochiales absolvendas pro conscientiarum directione animarumque salute. » Quin imo subdit eodem decreto vetitum fuisse capitulo inservientes etiam absoluto servitio ad participationem admitti nisi prius exhibuissent ipsi capitulo præter alia consueta requisita quoad servitium, etiam litteras declaratoriales... curiæ de idoneitate et habilitate petentium. » Ex quo documento aperte proffuere dicit : « 1. che la cura delle anime risiedeva abitualmente presso il capitolo, 2. che i singoli partecipanti di essi dovevano per conseguenza essere abili ad catecheses in ecclesia faciendas, aliasque functiones parochiales absolvendas pro conscientiarum directione, animarumque salute ad onta che il parrocco, l'economo curato, o chi per lui avesse la cura attuale delle anime.

Posto adunque in sodo che la cura abituale delle anime è stata sempre e la è anche al presente presso il capitolo e che il parrocco o chi per lui ne esercita *actu* come da quello delegato la relative attribuzioni, non può, e non deve recare meraviglia alcuna se il capitolo siasi dal principio riservato uno di quei dirritti che al solo parroco competono secondo il diritto canonico, quello cioè di fare indossare la stola nera nelle funzioni funebri alla prima dignità, o al più anziano dei canonici e benedire i cadaveri, quando all'associazione interviene o l'intiero capitolo o una parte di esso. » Atque ad hujusmodi roborandum argumentum, exemplum affert capituli Basilicæ Vaticanæ, in quo licet actualis animarum cura per vicarium beneficiatum exerceatur, tamen ea potissimum ratione quia habitualis cura penes capitulum residet singula ipsius membra jus habent docendi parochianos catechesim, eucharistiam infirmis deferendi, præsertim in præcipuis anni festivitatibus, nec non baptismatis sacramentum conferendi etiam non parochianis ex speciali privilegio.

Perperam, prosequitur, Rituale Romanum, constitutio *Apostolicæ Sedis* S. Pii V et resolutiones S. R. C. ex adverso adducuntur; ex iis enim elucet ad parochum defuncti spectare in funeribus stolam deferre, aqua benedicta cadavera aspergere antequam e domo efferantur, et antiphonam præcinere. Atqui in themate de quo agitur, parochus defuncti ipsum est capitulum. Nulla ergo repugnantia adesse potest quod interveniente capitulo, vel ipsius parte a digniori deferatur stola simulque aqua benedicta aspergatur cadaver, atque antiphona præcinatur. Eo vel magis quia in themate favore capituli militet immemorabilis consuetudo, quæ cum sit magis juri conformis, quanti habenda sit, nemo est qui ignorat.

Et ita ad secundum descendens argumentum protueri studet capitulum, quod etsi ageretur de consuetudine contra jus, haud tamen proprium jus fluctuaret. Ut enim consuetudo contra jus vim legis habeat, duo requiruntur; oportet primo ut sit rationabilis, secundo ut legitime sit præscripta cap. ult. de consuet. Jamvero rationabilis dicitur consuetudo quæ nec peccandi licentiam, aut occasionem præbet vel alia ratione est communi utilitati perniciosa. Reiffenst. lib. 1 decret. tit. 4, § 2, n. 34. Suarez lib. 7 de leg. cap. 6 num. 10, aliique quamplurimi : legitime autem præscripta dicitur quando ex lapsu temporis de jure requisiti sit obtenta, et roborata ad similitudinem præscriptionis. Reiffenst. loc. cit. § 4, num. 90; nempe opus habet frequentia actuum quibus inducatur, voluntate ejus inducendæ in illis qui eam servare debent, consensu sive explicito sive tacito legislatoris, diuturnitate temporis, quod in consuetudine contra jus esse debet 40 annorum. « Cum hæc servata sunt, non modo consuetudo legi vim adimit, sed etiam vim tantam habet, ut recentiori lege non derogetur, nisi id nominatim conscriptum cautumque sit. Devoti Instit. Canon. lib. 1, cap. 2, §. 50. Atqui hæc omnia in casu verificari tenet capitulum. Sane ait : « E forse irragionevole o dà occasione a qualche peccato, o scandalo il vedersi dalla popolazione di Manduria, che quando nelle funzioni, o pompe funebri interviene il capitolo in tutto, o in parte, la prima fra le dignità presenti ovvero nella mancanza di tutte il canonico il più anziano indossi la stola, benedica il cadavere, e lo accompagni alla parocchia? E forse un uso esorbitante contrario alle leggi canoniche se uno dei membri della chiesa, i quali debbono tutti insegnare al popolo il catechismo, dirigere la coscienza delle anime, provvedere alla loro salute eseguire tutte le funzioni parrocchiali « ut « maximo sint adjumento populo in animarum cura » nelle funzioni mortuarie disimpegni ciò che conviene al parroco? come mai nel decreto di cui domandiamo la revoca, questa costumanza, ossia questo *jus moribus inductum* può qualificarsi per un atto illecito ed irragionevole per una corruttela, per un abuso sovversivo delle leggi ecclesiastiche? »

Ut autem ostendat consuetudinem actuum frequentia roboratam, atque legitime præscriptam esse, exhibet documentum a viginti testibus obsignatum, qui unanimiter de consuetudine favore capituli inducta fidem faciunt. Quos testes maxime attendendos esse sustinet, quia omnibus requisitis extant absoluti, quæ exigit Glossa in cap. 1, verb. *Memoria*, de Præscript. in 6°. Deponunt enim de visu id ab immemorabili observatum fuisse, sunt omni exceptione majores, atque fatentur id a majoribus audivisse. De Luca Adnot. ad Conc. Trident. disc. 11, num. 12; de Decim. disc. 7, num. 3. Ex quorum testimonio porro habetur : « Che lo stesso si è praticato anche nel caso dell'arcipretura vacante, come è attualmente, in cui non mai l'economo curato, ma la prima dignità del capitolo ha sempre esercitato il diritto della stola e della benedizione dei cadaveri... Che è stata questa la constante ed inviolata consuetudine della loro chiesa non solo per tutto il tempo che risale alla memoria di essi dichiaranti, ma anche dei tempi più remoti stando alla tradizione dei loro maggiori... Che siffatta consuetudine è stata solamente violata un due anni indietro dall'attuale incaricato della cura delle anime il quale dopo di essersi per molti anni uniformato a siffatta pratica, solo ultimamente per mezzo dei suoi sostituti ha preteso il diritto della stola e della benedizione in parola, e quindi in quest' ultimo tempo soltanto il pubblico non abituato a ciò ha ammirato la sconveniente novità di vedere uno degli ultimi sacerdoti che occupa il primo posto nella processione vestito di stola, mentre al fine della stessa la dignita del capitolo si vede andarsene senza con una dispiacevole ammirazione del pubblico. »

Cum igitur concludit ambigendum haud sit præfatum jus capitulo et clero competere « sia in virtù di una riserva che

rimonta all' istituzione di quella chiesa in parocchia, sia in virtù di una consuetudine ragionevole, ed ammessa dalla legge, il decreto della curia di Oria è ingiusto fino al punto che debba essere intieramente revocato. »

Hisce igitur hinc inde animadversis rogantur EE. PP. respondere ad dubium :

An decretum Curiæ Oritanæ sit confirmandum, vel infirmandum in casu?

S. Congregatio Concilii respondit : *Dilata et coadjuventur probationes.* Die 22 septembris 1877.

FIANÇAILLES

Causes canoniques autorisant les dispenses des fiançailles. — Aversion irréconciliable. — Bien spirituel des âmes. Indemnité et dommages-intérêts pour la dot et pour la pension alimentaire. — Affaire traitée par la Congrégation du Concile le 15 décembre 1877.

Spalaten. Super dispensatione sponsalium. Die 16 decembris 1877. — Quidam Georgius Spalatensis diœcesis in 18 anno ætatis suæ constitutus de parentum consensu coram laico magistratu astitit die 17 junii 1858, ibique sponsalitium contractum perfecit cum quadam Maria N., quæ spe futuri matrimonii illecta jam ab ipso fuerat deflorata, et adhuc viventis filii mater effecta. Amor iste defervescere cœpit vero quandoquidem Georgius ad aliam se convertit mulierem, qua cum scandalosam ducit vitam. Cum hac igitur nuptias contrahere cupiens, astitit coram parocho, ut ecclesiastici matrimonii celebratione tanto malo finis imponeretur. Verum vix per incœptas publicationes ad aures pervenit Mariæ Georgium cum præfata muliere nomine Magdalena nuptias initurum illico sponsalium impedimentum objecit.

Omnia parochi necnon Georgii patris ac ipsiusmet coadjutoris episcopi officia ad hoc adhibita, ut vir Mariam in uxorem duceret, in irritum cesserunt. Siquidem neque ante neque post commissum cum Maria crimen, asserebat verum habuisse animum illi nubendi declarans semet coram laico magistratu eam in uxorem ducendi spopondisse timore ductum ne in militiæ delectu conscriberetur. Cœterum manifestavit, ex eo tempore quo Mariam deseruit, aversionem erga ipsa expertum fuisse, simulque firmum propositum contrahendi matrimonium cum Magdalena, quacum minitabatur civile, ut aiunt, fœdus contracturum.

Ut autem optatum finem consequi valeret, episcopalem curiam adiit Georgius, expostulans facultatem « di contrarre il S. matrimonio colla Maddalena, e così ridonare la pace alle anime nostre che da 18 anni sono divise da Dio e dalla S. Chiesa Il misero stato in cui mi trovo è causa ance di gobierave disrdine morale e materiale che regna nella mia famiglia composta del padre d'anni 75 e inetto ad ogni lavoro, della madre nell'età di anni 72 e in parte priva della luce degl occhi, e d'un provero fratello ridotto ad uno stato d'imbecillimento. » Animadvertebat insuper « che la Maddalena è priva di ogni bene di fortuna, che passa miseramente la vita con la vecchia madre, e con un fratello dal quale per mia cagione è del continuo maltrattata, e molte volte corre pericolo o di perdere la vita o di dovere abbandonare la famiglia, per gettarsi sulla via del vizio e della disperazione. » Episcopus coadjutor et simul vicarius generalis ad quem istiusmodi preces pervenerunt putavit rem ad S. V. Ordinem deferre, ut attenta animorum aversione, nec non timore matrimonii, quod aiunt civile, oratori super contractis sponsalibus largiretur dispensatio « rimanendo alla Maria per i danni sofferti quei diritti che le dà la legge civile a penale. »

Hisce igitur omnibus habitis die 24 novembris mox effluxi rescribendum censui : *Per summaria precum.* Præstat tamen de more nonnulla ex officio animadvertere.

Et præprimis ex parte mulieris animadverti potest Georgium a petita dispensatione rejiciendum esse. Etenim gratia contr dictum impedimentum matrimonii concedi nequit quin auferatur jus parti quæsitum, quod pontifex tollere non intendit nec potest sine peccato. Fagnan. in cap. *Consultationibus*, de cler. ægrot. n. 50. Atqui in facto est Georgium contractum perfecisse sponsalitium coram laico magistratu cum præfata muliere. Ergo ad datam fidem observandam adigendus videretur, juxta textum in cad. *Litteris*, 10 de Spons. Surd. consil. 364, num. 10, vers. *Sed etiam quando.* Eo vel magis quia mulier ex facto viri publica infamia notata mansit ad quam diluendam, vel saltem tegendam, promissa data adimplendo, virum teneri omnia jura clamant.

Neque obtutu fictæ, vel saltem ex timore factæ promissionis miseratione dignus videretur Georgius, ut ex suprema principis potestate cui certo certius nihil est detrahendum, dispensationem posset obtinere. Siquidem id falsum apparet. Quandoquidem de Georgio refert vicarius generalis « dal primo momento in cui l'abbandonò » expertus fuit « una invincibile avversione la quale tuttora persiste. » Cum igitur post contractum sponsalitium Mariam deseruisse ex facti specie facile deprehendatur, dicendum remanet in ipso promissionis actu sincero amore ductum erga Mariam vere et libere ipsam in uxorem ducere promisisse.

Multoque minus dispensationis beneficio donandus ex eo quod aversionem in Mariam concepit, et ut scandalum, sive ex illicito commercio cum Magdalena ortum sive oriturum per civilem concubinatum contrahendum, averti posset. Etenim dicendum tunc videretur contractui sponsalitio valedicendum esse, facile enim viri tali modo puellas deciperent, et ad alias se converterent, cum ipsarum damno et honestatis jactura, facileque via pateret fraudibus et dolis, qui nemini debent patrocinari ad tradita per L. *Itaque Fulco*, ff. de furtis.

E contrario perpendendum venit quod summus pontifex suprema qua pollet potestate dispensationem ab impedimento sponsalium concedere valet et solet quoties adsint veræ ac legitimæ causæ. Jamvero nulla alia major et potior causa excogitari potest quam ea quæ fundamentum habet in vitando animarum discrimine. Quod quidem in casu verificatur eo quod orator simul cum Magdalena « vive scandalosamente » ut refert episcopus coadjutor, « a distaccarlo dalla quale a nulla valsero i tentativi adoperati. » Cum igitur tentamina omnia ad revocandum Georgium ad bonam frugem, ut nuptias cum Maria contraheret in irritum cessissent, cumque aperte asseruisset se potius paratum esse civile contubernium inire cum Magdalena, quam Mariam despondere, videretur, quod ad vitanda majora mala ei dispensatio super sponsalibus danda esset.

Accedit, quod propter aversionem animi quam vir pluribus abhinc annis profitetur adversus Mariam, non posset ipsi copulari quin difficiles exitus et majora timerentur malai Quæ quidem causæ maximi haberi solent a DD. et Rota ad relaxandam conjugii coactionem; ita in decis. 979, n. 9 cor. Molines; in *Amerina* sponsalium 8 feb. 1841, § 6 cor. Quaglia. Cui quidem sententiæ adhæsit S. C. ceu cæteris missis videri potest in *Andrien.* remotionis impedimenti die 3 martii jam effluxi in qua perquisitus S. V. Ordo: « An et quomodo sit locus remotioni sponsalium in casu; et quatenus negative, An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu, » respondit : Ad primum : *Providebitur in secundo.* Ad secundum : *Affirmative solutis ab oratore ducatis biscentum in compensationem damnorum.* Pariter in *Ostunen.* super dis-

pensatione sponsalium inter summaria precum relata in comitiis dici 25 augusti præterlapsi, licet adfuerit defloratio cum matrimonii promissione, tamen cum constaret de legitimis dispensationis causis, quas inter recensebantur et animi aversio, ac civile contractum contubernium S. Ordo decernere duxit : *Consulendum SSmo pro dispensatione ab impedimento sponsalium solutis Teresiæ saltem biscentum libellis, et ad mentem.*

Hisce raptim expositis, videant EE. VV. qui in themate sit sentiendum.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Prævia congrua assignatione tam pro dote quam pro alimentis prolis, pro gratia, facto verbo cum SSmo.* Die 15 decembris 1877.

PROCÉDURE CANONIQUE

Constitution de Benoît XIV prescrivant deux sentences conformes dans les causes matrimoniales. Si la désuétude peut atteindre cette disposition ? Empêchement *impotentiæ* non reconnu dans la loi civile. Ce que doivent faire les époux dont le mariage est cassé par l'Eglise. Décision de la S. Congrégation du Concile du 15 décembre 1877.

Maurianen. Dubia super matrimonio. Die 15 decembris 1877. — Reverendissimus episcopus Maurianensis literis S. huic Ordini datis die 30 aprilis volventis anni, quæ sequuntur exposuit : « 1° In Sabaudia haud in praxim deducta est bulla *Dei miseratione*, felic. record. PP. Benedicti XIV. Vi hujusce constitutionis, nefas est conjugibus novas inire nuptias nisi post duas conformes sententias in duabus diœcesibus latas de impotentia relativa et perpetua. Petitur an tolerari possit consuetudo permittendi novas nuptias post unam sententiam, an vero necesse sit prædictæ constitutioni simpliciter stare? 2° Lex civilis gallica non agnoscit impedimentum impotentiæ, ita quod mulier, quæ vult Ecclesiæ legi obtemperare atque discedit a viro, vi auctoritatis publicæ cogatur permanere in domo viri. Unde petitur quænam esse debeat agendi ratio episcopi, parochi, et confessarii erga impotentes, qui non separantur ab invicem. »

Habito hujusmodi libello, die 14 maii 1877 rescriptum edidi : *Per summaria precum.* Cum itaque hodie dubia suprascripta resolvenda proponantur, operæ pretium duxi nonnulla, uti fieri solet, pro meo munere adjicere.

Ad primum igitur, quod spectat, dubium, consuetudo, quæ in Sabaudia contra Benedictinam constitutionem jamdiu inolevit, toleranda videtur. Neminem etenim fugit consuetudinis tantam esse vim, ut ipsa quamcumque humanam legem destruere valeat, cap. ult. de consuet. Quod si hæc de longæva consuetudine suis numeris absoluta dici queit, a fortiori dicendum est de consuetudine immemorabili, quæque ex se sola habet vim supremæ legis et potestatis, ut notat Trobat. *De effect. immemorab.* quæst. 13, art. ult. num. 162. Gratian. *Discept. forens.* cap. 578, num. 11. Rota decis. 29 num. 1 et seqq. part. 7 rec., adeo ut illam pro se habens dicatur habere totum id quod ex justitia, vel gratia potest concedere vel imperator, vel summus pontifex ad notata per Bald. in leg. *De quibus*, ff. de reg. jur. Gratian. loc. cit. cap. 378, num. 19. Rota decis. 393, num. 4 et 5, part. 19 recent. Atqui in facto est consuetudinem, de qua sermo, immemorabilem esse, siquidem de ejus origine nullum extat vestigium et ipsius constitutionis publicationem longe exsuperat. Ergo sustinenda videretur.

Neque dicatur consuetudinem hanc abolitam fuisse ab comet pontifice in recitata constitutione prouti facile patet ex § 16, ibi : « Demum volumus, ac decernimus præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere... Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus. » Siquidem primo refert episcopus ipsam constitutionem in actu numquam fuisse traductam. Atqui tradunt doctores, decennii lapsum satis esse ad præscribendam legem, statutum, aut constitutionem quæ non fuerit ab initio recepta. Cephal. cons. 130, lib. 1°. Suarez de Leg. lib. 5, cap. ult. Secundo quia a publicatione prædictæ constitutionis, a die nempe 18 maii 1743 plusquam centum anni effluxi sunt. Jamvero scitum in jure est centenariam æquiparari immemorabili, ipsamque apostolicum inducere beneplacitum juxta Rotam decis. 624, num. 8, coram Olivatio : « Spatio enim centenariæ, cursuque ætatis tam prolixo beneplacitum apostolicum inducitur, et intercessisse præsumi debet, quamvis non prolatum. » Omnibus igitur rite perspectis concludendum videtur quod consuetudo in themate non modo toleranda, sed et pro lege esset habenda.

Ex adverso vero perpendendum est, quod lex de duplici sententia conformi super dissolutione matrimonii dirimenti impedimento initi, a Benedictina constitutione primum invecta fuit, proindeque in hoc articulo immemorabilis consuetudo neutiquam dari aut allegari valet. Revera impossibile est immemorabilem existere potuisse antequam recitatæ constitutionis dispositio superveniret, quia cum eo tempore istiusmodi lex nondum in orbe catholico fuisset introducta, non intelligitur quomodo nasci potuerit consuetudo, seu præscriptio super ea; quod enim natum non est, præscribi nequit, nec valet immemorabilis allegari quoad ea quæ superveniunt de novo, ut tradit Rota coram Puteo decis. 150, num. 2, vers. *Immo*, lib. 1 in correctis, et coram Bicchio decis. 386, num. 32.

Multoque minus immemorabilis desumi posset a publicatione ipsiusmet constitutionis, quia dato initio non amplius datur immemorabilis, sed solum centenaria. Ista autem nec minus valet allegari primo propter ipsius irrationabilitatem. Hujusmodi enim dijudicandæ sunt consuetudines, quæ eo tendunt, ut eos ipsos abusus iterum gignant ad quos compescendos lata lex fuit. Audiatur sane De Angelis in neoterico opere *Prælection. Juris canon.* tom. 1, tit. 4, num. 12, ibi : « Nam si præexistens consuetudo abolita est ut corruptela, vel in futurum enasceus consuetudo abusibus det locum vel iisdem, vel aliis, propter quos abolita fuit, tum profecto inolescere nequit; equidem propter defectum rationabilitatis, quæ prima est, et essentialis prærogativa consuetudinis. » Atqui constitutionem Benedictinam ad abusus compescendos editam fuisse vix § 1 legenti patet, ibi : « Ad commissum pastoralis officii munus pertinere dignoscimus subnascentes ex infernalis hostis astutia, et hominum malitia abusus, quibus et animarum saluti pernicies, et sacramentis Ecclesiæ injuria infertur, radicitus evellere. » Ergo nullimode ipsa valet allegari. Eo vel fortius secundo quia decretum irritans quo ipsa extat munita adeo irritat omnem contrarium actum, ut non permittat ullo tempore aliquam inchoari posse consuetudinem, vel præscriptionem etiam centenariam, ut communiter affirmant. Card. de Luca, *de Jurisdict.* disc. 95, num. 7, et 8. Pignat. cons. 134, num. 16, tom. 1. Garz, *De benef.* par. 5, cap. 4, num. 179 et seq. Rota, decis. 317, num. 12, et seqq. part. 16, et decis. 22 num. 18, et decis. 192 part. 18 rec. Per hujusmodi enim decretum pontifex non modo existentes immemorabiles destruit. Piton. *Discept. eccl.* 23, n. 16, verum etiam consuetudini futuræ resistere vult, eamque abrogare. Rot. coram Celso, decis. 200, num. 6; coram Merlino,

decis. 81 4, num. 6, in Rec. decis. 574, num. 27, part. 4, tom. 3, et decis. 217, num. 6, part. 7. Jamvero præfatam constitutionem decreto irritanti esse munitam patet præ ceteris ex § 16 ubi legitur : « Sublata eis (judicibus ordinariis et delegatis, etc.) et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, ubique judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quodam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. » Hisce igitur breviter attentis perfacile evinci videtur quod consuetudo in themate veluti abusus et juris corruptela esset abroganda, et constitutio *Dei miseratione* in actu modo traducenda.

Ad secundum dubium descendens certum est, ex communi canonistarum et theologorum doctrina, quod declarata ad tramites juris matrimonii nullitate haud amplius conjuges maritalis vitæ consuetudine uti valent. Quare possent remoto periculo peccandi simul cohabitare habentes se invicem tamquam frater, et soror, quemadmodum antiqui Ecclesiæ canones exoptarunt, cap. 4 de frigid. et maleficiat. non vero carnalem copulam pertentare. Hinc prolata duplici sententia conformi super matrimonii nullitate præ oculis habita animarum salute, prudentiæ erit parochi, confessarii, et episcopi innocenti mulieri coactæ a civili lege cum prætenso viro cohabitare ea suggerere remedia, quæ ipsi in casibus particularibus magis in Domino expedire judicabunt.

Hisce breviter delibatis videant EE. VV. præ ea qua pollent sapientia et prudentia quid propositis dubiis sit respondendum.

Quare, etc.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit. Ad 1. *Servandam esse constitutionem Benedictinam.* Ad 2. *Vivant ut frater et soror; quod si id fieri non possit sine peccati periculo, separentur omnino, et ad mentem.* Die 15 decembris 1877.

OBLIGATION DU THÉOLOGAL

Si le théologal peut remplacer le cours d'Ecriture sainte à la cathédrale par le cours de dogme au séminaire. Dispositions canoniques. Décret du concile de Trente. L'ancienne jurisprudence n'empêchait pas absolument de substituer au cours d'Écriture les conférences de cas de conscience. L'encyclique de 1843 a changé la jurisprudence. Consultation du théologal de Citta di Castello. La chaire de dogme dans le séminaire diocésain ne dispense pas le théologal du cours d'Écriture sainte, qu'il est tenu de faire publiquement à la cathédrale. Décision du 2 septembre 1876. Nouvelles instances du théologal pour être dispensé du cours d'Ecriture sainte à la cathédrale où l'auditoire ne se compose que de quelques personnes. La S. Congrégation confirme la première décision. Arrêt du 15 décembre 1877.

L'Église a toujours encouragé l'étude des Écritures saintes. Le troisième concile général de Latran ordonna d'établir dans chaque cathédrale un professeur pour l'instruction des pauvres qui ne pouvaient fréquenter les universités.

Au quatrième concile de Latran, Innocent III fit davantage ; car il prescrivit d'instituer un théologal dans chaque église métropolitaine pour l'explication de l'Écriture sainte. Cette disposition fut étendue à toutes les cathédrales par le concile de Bâle (sess. 31, chap. 3). Soixante-dix ans plus tard, la disposition passa dans le concordat entre Léon X et la France ; non-seulement le concordat prescrivit de nommer un théologal dans toutes les cathédrales pour enseigner la sainte Ecriture, mais il fut réglé, en outre, que ce théologal posséderait un canonicat perpétuel et devrait faire son cours d'Écriture au moins deux fois par semaine. C'est au concile de Trente que la discipline a reçu son dernier complément. En effet, le premier décret de la cinquième session *de reformatione* prescrit sous forme de loi générale que l'on affecte un canonicat dans chaque cathédrale pour un théologal chargé d'exposer et d'interpréter l'Écriture sainte. Le concile confirme dans un autre passage que c'est vraiment le cours d'Écriture sainte que le théologal doit faire.

La jurisprudence a toléré pendant longtemps que le théologal fît indistinctement le cours d'Ecriture sainte ou qu'il enseignât la scolastique et même la théologie morale en certains cas exceptionnels. On a sur ce point divers arrêts de la S. Congrégation du Concile, qui permirent jadis l'enseignement de la théologie morale, supposé que la population n'assistât pas au cours que le théologal faisait à la cathédrale, supposé aussi que le clergé eût besoin d'instruction pratique. Mais cette jurisprudence a changé à partir de 1843. Cette modification a été motivée par l'encyclique que publia Grégoire XVI au sujet des sociétés bibliques et dans laquelle il fut recommandé aux évêques de veiller à ce que le théologal se bornât absolument à l'interprétation de l'Écriture sainte. Depuis cette époque, la S. Congrégation du Concile a constamment refusé de laisser substituer le cours de morale à celui d'Écriture sainte. Plusieurs arrêts de date récente sont mentionnés dans le *folium* qu'on trouvera ci-après.

Les principes que nous venons d'exposer furent appliqués au théologal de Citta di Castello. Indépendamment de ses fonctions de théologal, il est professeur de dogme au séminaire. Ne sachant comment il pourrait concilier les devoirs inhérents à ces doux emplois, il consulta la S. Congrégation sur trois points : « 1° Pour être dispensé du cours d'Écriture sainte que mes fonctions de théologal m'obligent de faire, dois-je enseigner gratuitement la théologie dogmatique ? 2° Cette obligation comprend-elle toute l'année scolaire, ou bien est-elle limitée à un nombre déterminé de leçons, nombre correspondant à celui des leçons d'Écriture que je devrais faire comme théologal ? 3° Suis-je dispensé d'assister à l'office les jours où je fais mon cours au séminaire, ou bien ne suis-je dispensé que des heures de l'office qui coïncident avec le cours ? »

Mgr l'évêque de Citta di Castello donna les renseignements suivants : « Le théologal ne jouit des biens de son canonicat que depuis un an. Le traitement du professeur de théologie au séminaire ne va pas au delà de cent-soixante-six livres par an. Mgr l'évêque est d'avis que le théologal n'est dispensé du chœur qu'aux heures de son cours au séminaire. Il a un traitement d'ailleurs modique. Si l'on veut qu'il fasse son cours gratuitement, en ce cas il est juste de lui accorder la dispense de l'office. Comme le cours du séminaire doit être complet et qu'il ne suffirait pas de faire les quarante leçons qui sont prescrites par les dispositions canoniques, il est juste d'accorder la dispense du chœur pour tous les jours où le cours du séminaire a lieu. »

La S. Congrégation décida, le 5 août et le 2 septembre 1876, que le théologal de Citta di Castello était obligé de faire le cours d'Ecriture sainte à la cathédrale. Vu cependant les circonstances particulières on lui permit de s'absenter de l'office les jours où il devrait faire le cours de théologie dogmatique au séminaire. (Seizième série des *Analecta*, col. 59.)

Cette décision n'a pas entièrement satisfait le théologal de Citta di Castello; il a fait présenter la demande suivante :

« Comme on a cru à tort que le recourant perçoit un traitement pour le cours qu'il fait au séminaire, la S. Congrégation a jugé naturellement qu'il était obligé de faire aussi le cours d'Ecriture sainte à la cathédrale. Afin de dissiper cette méprise, qui est en opposition avec la vérité, et pourvoir à la sécurité de sa conscience, il demande de nouveau :

« 1. Si, se basant sur l'enseigement de Benoît XIV et sur un grand nombre de décisions de la S. Congrégation du Concile, il est en son pouvoir de substituer (avec le consentement de l'ordinaire, qui approuve la substitution et la croit utile) de substituer, dis-je, le cours de théologie dogmatique qu'il fait gratuitement aux élèves du séminaire aux leçons publiques d'Ecriture sainte ?

« 2. Supposé que la réponse soit favorable, le recourant peut-il s'absenter du chœur en totalité ou en partie les jours où il fait le cours au séminaire ?

« 3. Si la S. Congrégation adopte une nouvelle maxime et décide qu'il n'est pas au pouvoir du recourant de substituer aux leçons d'Ecriture sainte le cours gratuit qu'il fait au séminaire, il demande humblement que, vu le petit nombre d'auditeurs qu'il aurait à la cathédrale, d'autre part l'intérêt du séminaire qui est dispensé par là de prendre un professeur de dogme, on veuille bien l'exempter par indult des leçons d'Ecriture sainte dont tiendra lieu le cours de dogme qui est fait aux élèves du séminaire. »

Decision. Nonobstant l'avis favorable de Mgr l'évêque de Citta di Castello et quoique le chapitre de la cathédrale ait consenti à la substitution, la S. Congrégation du Concile a confirmé sa décision du 2 septembre 1876, qui a maintenu les leçons publiques d'Ecriture sainte à la cathédrale, en accordant toutefois au théologal de Citta di Castello l'indult de pouvoir s'absenter du chœur les jours où il fait le cours de dogme au séminaire. L'indult comprend toutes les parties de l'office divin.

Le *folium* que nous publions plus loin montre l'importance du cours public d'Ecriture sainte. Le manque d'auditeurs n'est pas une excuse légitime. Le chanoine pénitencier, les curés, les confesseurs doivent assister à ce cours. D'ailleurs l'évêque a le pouvoir d'y faire intervenir tous les ecclésiastiques. L'ignorance de l'Ecriture c'est l'ignorance de Jésus-Christ même.

Civitatis Castelli. Præbendæ theologalis. Die 15 decembris 1877. — Supplices inter libellos pro Congregatione diei 5 augusti effluxi jam anni relatæ fuerunt preces Josue Bicchi, canonici theologi cathedralis ecclesiæ Civitatis Castelli, simulque professoris theologiæ dogmaticæ in patrio seminario. Qui ut tuta conscientia procedere posset a S. V. Ordine declarari expetivit :

« 1. Se per essere dispensato dall' obbligo che ha come canonico teologo di spiegare la S. Scrittura sia tenuto insegnare *gratis* la dommatica teologia?

« 2. Se nell' ipotesi di risposta affermativa alla precedente domanda un tale onere si estenda a tutte le lezioni dell' intero anno scolastico, ovvero solo ad un determinato numero delle medesime, corrispondente al numero delle lezioni scritturali, che come canonico teologo dovrebbe fare?

« 3. Se nei giorni nei quali da lezioni in iscuola in sostituzione delle lezioni scritturali, sia dispensato dall' intera officiatura corale di quei giorni, ovvero solo da quella, che coincide colle ore della scuola? »

Ut rem maturius perpenderent EE. VV. in præfata Congregatione quæstiunculam hanc differre putarunt rescribendo *Dilata*. In repropositione autem controversiæ, quæ accidit die 2 septembris recitati anni sequens editum fuit rescriptum : *Canonicum Bicchi teneri ad lectiones scripturales; attentis tamen peculiaribus circumstantiis, indulgendum ei ut abesse possit a choro diebus, quibus vacat scholæ theologiæ dogmaticæ.*

Hujusmodi rescriptum canonico Bicchi haud arrisisse videtur, quandoquidem existimavit S. Congregationem in hanc devenisse sententiam quia retinuit ipsum stipendium recipere pro theologia dogmatica in seminario explananda.

Retulit enim : « Essendo stato ritenuto per equivoco, che l'oratore percepisse lo stipendio della scuola, la decisione della S. Congregazione naturalmente si fu che esso era obbligato a fare le lezioni scritturali.

« A rimuovere cotesto equivoco contrario alla verità, e conseguire la desiderata sicurezza di coscienza, l'oratore torna di nuovo a dimandare :

« 1. Se sia in sua facoltà, fondandosi nella dottrina di Benedetto XIV, e in molte risoluzioni della S. Congregazione del Concilio, sostituire col consenso dell'ordinario, che tale sostituzione approva e retiene utile, le lezioni di teologia dommatica date da lui gratuitamente ai chierici del seminario alle lezioni scritturali?

« 2. Se nel fatto d'affermativa risposta alla precedente dimanda, sia tenuto nei giorni nei quali da lezioni in scuola intervenire per intero o in parte alla officiatura corale?

« 3. Quante volte poi gli Emi Padri venissero a stabilire nuova massima, e a dichiarare che non è in potere dell' oratore soddisfare all'obbligo delle lezioni scritturali per mezzo delle lezioni gratuite della scuola, il medesimo fa umile istanza perchè atteso lo scarso numero di uditori che avrebbe alle lezioni scritturali, ed il vantaggio del seminario che non deve per questa guisa sostenere la spesa par l'insegnamento della teologia dommatica, vogliano dispensarlo dall'obbligo delle lezioni scritturali, e concedergli potere ad esse sostituire le lezioni gratuite della scuola. »

Hasce preces uti fieri solet episcopo remisi pro informatione et voto audito capitulo. Qui acceptis mandatis morem gerens sub die 21 decembris præterlapsi anni retulit : « Hoc capitulum audivimus, a quo die 28 novembris resolutum fuit assentiri rationibus et precibus ab oratore Bicchi expositis pro substitutione scholæ dogmaticæ lectionibus scripturalibus, eo magis quia orator non petit exemptionem a choro. Ad nos autem quod attinet, nolumus omnino obstare legi Tridentini jubentis lectionem scripturalem, neque aliis quibuscumque ecclesiasticis resolutionibus. Si tamen dicendum foret quid utilius sit lectio nempe scripturalis, an dogmatica instructio in seminario, certe judicamus pro secunda; auditores enim lectionum scripturalium pauci quidem essent, contra schola dogmatica in seminario est neces-

saria, complures habentur discipuli. Unde si proposita dubia solvantur contra exponentem, attentis enarratis non dubitamus commendare ut orator in sua prece exaudiatur, cum eo scilicet dispensando, ut lectionibus scripturalibus lectiones dogmaticas substituere possit, absque tamen chori detrimento extra horas lectionum. »

Pauca super singulis dubiis ex officio de more subjiciam. Et quoad primum ne vestra tempora morentur, operæ pretium duxi nonnulla recolere, quæ in præteritis foliis ex benignitate resumendis, magis evoluta reperiuntur. Licet igitur doctrinam Benedicti XIV pluries amplexata sit hæc S. C. præcipue in *Hispana*, 5 april. 1576; *Fulginaten.* 3 julii 1784; *Nullius Sublacen*, 11 april. 1807, ab hac sententia tamen recessisse videtur post publicationem encyclicæ Gregorii XVI, *Inter præcipuas machinationes.* Re sane vera in *Derthonen.* 27 julii 1844 visitationis SS. LL. proposito dubio III : « An et quomodo sit annuendum postulatis super commutatione lectionis sacræ Scripturæ in casuum conscientiæ explicationem in casu, » consultissimum responsum prodiit : *Non expediire; et episcopus curet executionem nuperrimæ encyclicæ SSmi Domini nostri.* Eamdem doctrinam tenuit sacr. Congreg. in *Centumcellarum* 18 decembris 1847 per summaria precum. Ita pariter in *Casalen.* præbendæ theologalis habita sub die 26 junii 1847 dubio proposito : « An et quomodo theologus parere debeat mandatis episcopi circa lectiones sacræ Scripturæ instar concionis habendas, habita præcipue ratione sensus mystici et moralis in casu? respondit : *Negative et servetur lectio biblica ad tramites Conc. Trid. sess.* 5 *cap.* 1 *et prout exponitur in Conc. Roman. anni* 1725 *tit.* 1 *cap.* 8. In *Cuneen.* præbendæ theologalis 18 aprilis 1863 dubio 1 : « An et quomodo canonicus theologus officio præbendæ theologalis satisfacere dicendus sit collationibus moralibus et biblicis in casu? » respondit : Ad 1. *Negative in omnibus et amplius.*

Nec rem acu tangere videtur orator, dum hæc edisserit : « Essendo stato ritenuto per equivoco, che l'oratore percepisce lo stipendio della scuola, la decisione della S. Congregazione naturalmente si fu che esso era obbligato a fare le lezioni scritturali. A rimuovere cotesto equivoco contrario alla verità, e conseguire la desiderata sicurezza di coscienza l'oratore torna di nuovo a dimandare... »

Siquidem 1. Observandum venit vinculum justitiæ fortius esse charitatis vinculo. 2. Notum exploratumque fuisse huic S. Ordini honorarium quod pensitabat seminarium canonico Bicchi magisterii causa. Ita enim sacer antistes reponebat S. Congregationi : « Referimus stipendium hujus seminarii theologiæ ludimagistro assignatum non excedere summam libellarum 166 annuatim. » Imo ipsemet orator cum justo veritatis studio ferebatur, quærebat : « Se per essere dispensato dall'obbligo che ha come canonico teologo di spiegare la sacra Scrittura, sia tenuto ad insegnare gratis la dommatica teologia? » Cum igitur nimis indignum sit quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eumdem casum infirmare, testimonioque proprio resistere, ut est in leg. *Generaliter*, 13, Cod. de non numer. pecun. videretur quod canonicus Bicchi audiendus non esset.

Ad secundum dubium deveniens videtur indultum a S. vestro Ordine canonico Bicchi concessum, pro diebus et horis intelligendum esse. Lectores enim qui in publicis universitatibus S. theologiam docent, indulto absentiæ donari statutum est in cap. *Super speculo*, 5, de magistris, ubi glossa V. *Integre* hæc addit : « Non tamen percipiant quotidianas distributiones, quæ tantum residentibus dari consueverunt. » Hanc juris canonici regulam semper sectata est S. Congregatio et indultum concessit archipresbytero Cagliensi, ut theologiam in diœcesano seminario Feretrano doceret, pro solis horis matutinis, et diebus, in quibus haberentur lectiones, et ad triennium amissis distributionibus favore inservientium, ut in *Feretrana.* indulti 12 julii 1817. Ita pariter in *Romana*, dubia indultorum 6 maii 1820 proposito V dubio : « An et quomodo sit concedendum indultum lectoribus in publicis universitatibus? reposuit ad V : « *Affirmative pro diebus et horis, amissis*, etc. »

Altera autem ex parte videtur pro tota die indultum fore intelligendum. Nam S. hujus Ordinis disciplina traditum est, canonicum theologum suos facere fructus et distributiones quotidianas nedum tempore et hora in quibus docet, sed tota die, etiamsi choro non inserviat. Ita in *Bisarchien.* 26 septembris 1857, proposito III dubio : « An canonicus diebus quibus docuit et docet sit immunis a choro pro tota die ad effectum lucrandi quotidianas distributiones in casu? » responsum fuit : *Affirmative.* Ita etiam in *Arboren.* theologalis, 7 decembris 1861, proposito dubio : « An canonicus theologus teneatur interesse choro vespere illorum dierum quibus de more docet in casu? prodiit rescriptum : *Negative.* Denique idipsum censuit rescribendum in *Barchinonen.* per summ. precum 3 junii 1860, ubi pariter de canonico theologo scholasticam theologiam docente agebatur. Hoc enim privilegium concessum lectori sac. theologiæ censendum est ad eum alliciendum, ut muneri suo præstantissimo vigilantius incumbat, et sicuti lectiones theologiæ dogmaticæ animi præparationem et studium exigunt, quod cum servitio chori compatibile haud est, loco illius succedere videntur.

Tandem ultimum dubium quod attinet negativo responso dimittendum putarem. Siquidem defectum auditorum minime excusare ab habenda sacrarum Scripturarum lectione resolutum fuisse apparet a S. Congregatione in *Fundana* 15 octobris 1618 : rogata enim respondit : Non posse canonicum theologum sese eximere ab explanatione Scripturæ prætextu quod non habeat auditores (Ferraris v. *Canonicus*, c. 9, num. 159). Eamdemque sententiam S. C. sequuta est in *Cuneen.* præbendæ theologalis 18 aprilis 1863 : proposito dubio : « An et quomodo canonicus theologus ob defectum auditorum, tenuitatem redituum et consuetudinem, ab officio præbendæ theologalis adimplendo exemptus reputari valeat in casu? reposuit : *Negative in omnibus et amplius.* Et jure optimo : nam cardinalis Petra *Comment. ad Const.* 2 *Innoc. VI*, num. 69 motus ex pluribus hujus S. Congregationis resolutionibus animadvertit, ad interveniendum lectioni theologali cogi semper possunt ab episcopo parochi, etiam regulares, canonicus pœnitentiarius, ac confessarii sæculares. Imo clerici omnes ab episcopo, docente Monacelli formul. V, cogi queunt : tum quia in rebus honestis tenentur obedire superiori, C. *Si autem vobis*, 11, quæst. 3; tum quia tenentur ignorantiam evitare, et legem scire, ut alios erudiant; ignorantia enim scripturarum ignorantia Christi est, nec excusatione digna, nec venia, cap. *Ignorantia*, et cap. *Sicut stellas*, dist. 38. Et cum hæc deficientia assistentiæ cleri cathedralis sine scandalo laicorum non possit evenire, sequitur quod possint cogi, ut scandalum videtur, ut probat textus in cap. *Cum ex injuncto*, § *Super* de nov. oper. nunc.

Perperam orator ut se levaret ab onere explicandi sacras Scripturas, ad sidera extollit « il vantaggio del seminario che « non deve per questa guisa sostenere la spesa per l'inse- « gnamento della teologia dommatica. » Quandoquidem quod ipse edicit, utilitatem privatam seminarii respicit; dum e converso sacræ Scripturæ expositio atque interpretatio bono publico christiani populi consulit, quodque magno in pretio habendum est hisce præsertim luctuosissimis temporibus, in quibus Ecclesiæ hostes sacris libris ad incautos decipiendos, falsasque doctrinas tradendas, in alienum sensum eos interpretantes ac detorquentes, tantopere abutuntur.

Jamvero tralatitium in jure est utilitatem publicam præferr-privatæ. L. *Si quis* § *Utrum*, ff. ad Sillan. Bartol. L. *Quemadmodum* num. 4, c. de agric. et cens. lib. 11. Jas. L. *Cætera*, § *Si quis*, num. 2, ff. de legat. I. Omnibus igitur perpensis videretur præfatum indultum canonico Bicchi esse denegandum.

Cæterum quidquid sit in subjecta materia, certe non erit grave EE. PP. sapientiæ et prudentiæ decernere, utrum petita gratia eidem sit largienda maxime quia agitur de tradenda theologica doctrina in diœcesano seminario, quod in publicam utilitatem redundare videtur. Scitum porro in jure est ex causa publicæ utilitatis recedi a regulis juris communis, multaque permitti quæ alias essent prohibita. L. *Ita vulneratus*, § *Multa*, ff. de I. Aquil. Andr. Gail. observ. Cæm. Imper. lib. 1, observ. 56, n. 4.

Hisce delibatis videant EE. VV. quonam responso oratoris preces sint dimittendæ.

Quare, etc.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *In decretis sub die* 2 *septembris* 1876, *et amplius*. Die 15 decembris 1877. »

CASUEL

Collégiale de Ceprano, ville frontière de l'Etat pontifical. Acquittement des legs. Célébration des messes éventuelles. L'archiprêtre et le primicier, chargés de la cure, doivent-ils avoir leur part du casuel lorsqu'ils n'assistent pas à l'office? Même question au sujet du théologal et du pénitencier. Décision de la S. Congrégation du Concile du 15 décembre 1877.

La collégiale de Ceprano a été canoniquement érigée par une bulle de Grégoire XVI de l'année 1841. Elle se compose du curé, qui a le titre d'archiprêtre et de première dignité, du primicier lequel exerce les fonctions paroissiales dans une église succursale, et de huit chanoines. Grégoire XVI statua que l'archiprêtre, le primicier, le théologal et le pénitencier absents pour l'accomplissement de leurs obligations devraient être considérés comme présents à l'office. Quelques chanoines ont suscité une controverse relativement aux legs et aux messes éventuelles que les fidèles demandent en l'honneur d'un saint. Les deux curés, le théologal et le pénitencier, participent-ils au casuel de ces offices extraordinaires s'ils n'assistent pas au chœur à raison de leurs fonctions particulières?

La S. Congrégation du Concile décide que les deux chanoines remplissant des fonctions paroissiales, ainsi que le théologal et le pénitencier absents pour leurs attributions particulières participent aux honoraires des messes dont il s'agit, à moins qu'il ne conste de la volonté contraire du fondateur ou du bienfaiteur. Elle recommande à Mgr l'évêque de Véroli d'obvier à certains abus qui sont signalés dans le procès-verbal de l'assemblée capitulaire du 8 octobre 1876. Voici les abus : « Messieurs les chanoines ont distribué indistinctement le casuel des obsèques aux chanoines présents ou absents pour un motif quelconque légitime ou illégitime, cela semble priver d'une partie des suffrages les âmes des défunts. Les chanoines s'exemptent trop facilement d'assister au chœur ; bien souvent on n'aurait pu dire l'office si on n'avait eu le concours de quelques prêtres. On prend un modique casuel pour les obsèques, la dernière classe pour les pauvres, *more pauperum*, et l'on prend l'engagement de réciter un nocturne de l'office des morts; or ce nocturne n'est jamais dit depuis plusieurs années. » Mgr l'évêque de Véroli devra avoir l'œil sur de pareils abus.

La question de droit est traitée dans le *folium* de la S. Congrégation, lequel est rapporté plus loin. C'est une maxime de la jurisprudence canonique actuellement reçue que le curé, le théologal et le pénitencier absents du chœur à raison de leurs attributions gagnent les distributions ordinaires et extraordinaires. Le *folium* rapporte un long extrait d'un auteur qui fait autorité, Scarfantoni, notes sur le traité des chanoines de Ceccoperius. La S. Congrégation a constamment jugé que les distributions extraordinaires sont dues au curé, au théologal et au pénitencier, sauf le cas où les testateurs auraient expressément écarté les chanoines qui ne seraient pas réellement présents à l'office. Le *folium* cite un arrêt pour Séville, 1576 ; pour Ascoli, 20 novembre 1830 ; pour Rome, 12 septembre 1874 ; pour Andria, 19 mai 1877.

Verulana. Emolumentorum. Die 15 decembris 1877. — In ecclesia majori civitatis Ceperani Verulanæ diœcesis præter archipresbyteratum cum cura animarum septem beneficia extabant fundata, quibus adnexum erat onus inserviendi ecclesiæ, et chorale explendi servitium. Præter hæc in eadem civitate erecta reperiebantur duo alia beneficia simplicia, necnon abbatia cam cura animarum sub invocatione divi Rochi. Vertente mense maii anni 1841 ad instantiam archipresbyteri, abbatis D. Rochi, beneficiorum tunc temporis, magistratus, ac populi, prædicta ecclesia in collegiatam erecta fuit a Gregorio XVI fel. rec. Per apostolicas literas capitulum constitutum fuit a parocho archipresbytero uti prima dignitate, a primicerio altera post primam dignitate pariter cum cura animarum in ecclesia filiali ejusdem collegiatæ exercenda, ab octo canonicis ex quibus et theologus et pœnitentiarius, necnon ex duobus capellanis. Præcepit autem laudatus pontifex ut enunciata beneficia vacantia et vacatura suppressa declararentur, mensamque capitularem constituerent, unamque administrationem efformarent. Sancivit etiam ut tam archipresbyter quam primicerius « quoties in animarum cura fuerint quomodocumque legitime occupati tamquam in choro præsentes habeantur. » Item voluit ut theologus et pœnitentiarius absentes ex respectivi muneris exercitio tamquam præsentes in choro censerentur.

Constituta itaque collegiata ecclesia quædam controversia exorta est in capitulo circa perceptionem emolumentorum, quæ ipso obveniunt sive ex piorum legatorum satisfactione pro benefactorum animabus suffragandis, sive ex missarum celebratione, quæ ex fidelium pietate in honorem alicujus sancti capitulo committuntur. Contendunt enim capitulares præfatas dignitates ob animarum exercitium, pænitentiarium fidelium confessiones in dicta ecclesia excipientem, et theologum ea die qua legit, prouti a choro realiter absentes, haud participes fieri de prædictis emolumentis. Quare ut hac super re omne dubium evanesceret, S. hunc Ordinem adierunt supplici libello diei 26 augusti anni 1876, enixe expostulantes ut per sapientissimum EE. VV. oraculum huic quæstioni finis imponatur.

Oratorum preces die 28 præfati mensis remissæ fuerunt episcopo pro informatione et voto auditis in scriptis capi-

tulo, ac seorsim canonicis parochis necnon pœnitentiario ac theologo referat de præcedenti observantia etc. Qui S. Ordinis jussa faciens literis diei 14 martii labentis anni antequam animi sui sensum aperiret, haec animadvertenda putavit :

« Quidque boni vel mali, si ita loqui fas est, existebat circa leges disciplinares veteris beneficiatorum capituli vitam amisit cum erectione collegiatæ. Revera summus pontifex ante hujusmodi erectionem habuit et acceptavit resignationem beneficiorum quæ tunc suppressa declaravit. Ergo beneficia, beneficiati, eorum constitutiones capitulares sive scriptæ, sive de observantia, non amplius existebant; cum erectione igitur collegiatæ novas præbendas modernasque leges editas esse haud in dubio est. In his itaque modernæ collegiatæ literis apostolicis, in argumento, de quo agitur, habetur : « Archipresbyter et primicerius chori servitio, divinorumque officiorum celebrationi, sicut et canonici interesse debeant, et quoties in animarum cura fuerint quomodocumque legitime occupati, tamquam in choro præsentes habeantur. »

« Quoad pœnitentiarium et theologum, quoties eorum officiis incumbunt, ita habetur : qui quidem canonicus pœnitentiarius dum confessiones in ecclesia audiat, præsens in choro interim censeatur.

« In iisdem apostolicis literis constitutiones a capitulo edendas fore dispositum fuit, ibi : Ut ipsi capitulares in constitutionibus et statutis eorum ecclesiæ intra sex menses conficiendis, accurato tamen examini tui (id est episcopi Verulani) et approbationi subjiciendis etc.

« In capitularibus constitutionibus juxta lit. ap. præscriptionem editis et ab episcopo approbatis die 5 martii 1842, cap. 3, de chori disciplina, num. 6 habetur : Igitur parochi, quoties in animarum cura fuerint quomodocumque legitime occupati, admitti debent ad lucrandas distributiones ordinarias et extraordinarias, nec non ad fallentias aliorum canonicorum.

« Septem post menses a collegiatæ erectione aliqui ex capitularibus, qui tunc præbenda carebant, episcopum executorem literarum apostolicarum postulabant, ut quæstioni illico ortæ circa distributiones incertorum, missarum adventitiarum et funerum suam ipse daret sententiam; ita episcopus omissis etc. : Distributiones vero, quæ capitularibus obveniunt pro interventu in extraordinariis functionibus anniversariorum et festivitatum etiam in choro peragendis, confundendæ non sunt cum distributionibus quæ ab Ecclesia sunt adsignatæ pro persolvendis in choro horis canonicis. Illæ enim capitularibus quidem competunt non ratione canonicatus, sed vel vigore particularium legatorum pro suffragandis animabus piorum benefactorum, qui hoc intuitu proprias substantias ecclesiæ reliquerunt, vel viventium fidelium devotione, qui missas ad sanctorum honorem per capitulares extraordinarie celebrare faciunt. Et ideo aptiori nomine appellandæ essent non distributiones, sed emolumenta debita non iis qui pro interessentibus ficte reputantur, uti sunt infirmi etc., ex privilegio ab interessentia chori exempti, sed vere et præcise interessentes juxta juris communis dispositionem, exceptis duabus dignitatibus quando in muneribus parochialibus legitime occupantur, pœnitentiario dum audit in ecclesia collegiata confessiones sacramentales, theologo eo die quo legit, atque canonico ad negotia suæ ecclesiæ utilia occupato, dummodo tamen ex lege fundatorum vel benefactorum viventium voluntate non requiratur vera et corporalis præsentia, in quo casu etiam dignitates, pœnitentiarius et alii superius nominati si percipere velint emolumenta ex anniversariis et missis adventitiis provenientia, debent esse physice præsentes.

« Ex hisce igitur præmissis luculenter mihi in jure concludendum esse videtur, titulares parochos, canonicosque prædictos in quibuscumque distributionibus participes fieri, quoties chorali servitio absentes eorum respectivo ministerio occupati reperiantur, excepto casu si benefactores aliter disposuerint.

« In facto autem constat : titulares parochos præfatos constantem habuisse comparticipationem incertorum de quibus quæstio est. »

Præfatas dignitates et canonicos theologum ac pœnitentiarium haud admittendos esse ad participationem emolumentorum quæ ex legatis vel dantium pietate promanant nisi choro realiter intersint tum ex juris censura, tum ex consuetudine suadere nituntur capitulares in allegatione scriptis exarata. Ex juris enim censura scatere edicunt ad præfata emolumenta lucranda requiri præsentiam veram et actuale servitium, nec suffragari fictum adimplementum. S. C. in *Terracinen. Privernen.* emolumentorum die 23 decembris 1826, § *Dein. Calaritana*, onerum 17 septembris 1831, § *Quoad reliquum. Romana*, distributionum et proventuum 20 decembris 1873, § *Distributiones*. Emolumenta enim quæ a peculiaribus fundatorum legatis promanant non alia mente censentur relicta, quam ut percipiantur ab iis qui reipsa anniversariorum celebrationi intersint ad divinum opem pro defunctorum suffragio implorandam, ut advertunt Monet. *De distrib.* p. 1, q. 3, num. 10, et seq. Piton. *De controv. patron.* tom. 2, alleg. 64. n. 23. Rota decis. 59, num 7, part. 7 recent. Quæ potiori ratione dicenda veniunt de emolumentis quæ ex viventium voluntate proficiscuntur, cum ea potissimum largiantur a fidelibus, ut ab omnibus laudes Deo in honorem alicujus sancti persolvantur et ita ex omnium canonicorum præsentia divinus augeatur cultus. Unde licet S. C. canonicos jubilatos participes faciendos esse putaverit de emolumentis ex anniversariis fixis provenientibus in *Novarien.* jubilationis 29 novembris 1681. *Lunen Sarzanen.* jubilationis 30 septembris 1684 aliisque quamplurimis; attamen eis denegavit portionem emolumentorum provenientium ex funeralibus et anniversariis incertis et extraordinariis in cit. *Lunen. Sarzanen.* ad secund. dub., in *Romana* jurium canonicalium 5 maii 1703, lib. 53 decret. pag. 186. Quæ paritate rationis in themate nostro dici posse contendunt, licet agatur de canonicis animarum curæ incumbentibus, necnon de pœnitentiario et theologo officii ratione a choro absentibus, cum isti eo tempore non secus ac jubilati tantum fictione juris præsente in choro censeantur. Attenta igitur juris dispositione concludunt capitulares, neque archipresbyterum et primicerium, neque theologum et pœnitentiarium de prædictis emolumentis participare posse nisi realiter intersint.

Neque præsidium quæritare præsumant ex literis apostolicis fel. rec. Greg. XVI, in quibus præfati canonici absentes pro exercitio proprii muneris tamquam præsentes in choro habendi sint. Etenim respondent cum in themate agatur de privilegio, plane patere stricte esse interpretandum servata nempe verborum proprietate, Bonac. *De horis conon.* tit. 1, disp. 2, q. 5, punct. 4. Quapropter verba illa, quæ in literis apostolicis perleguntur, intelligenda esse sustinent de lucro distributionum quotidianarum quando præfati canonici absunt ratione muneris sibi debiti, non vero de emolumentis extraordinariis, pro quibus lucrandis realis et non ficta præsentia requiritur.

Minusque secundo juvari possunt constitutionibus capitularibus diei 5 martii 1842 in quibus perlegitur, sub capite *De chori disciplina*, ibi : « Parochi, quoties animarum curæ fuerint quomodocumque legitime occupati admitti debent ad lucrandas distributiones ordinarias et extraordinarias, necnon ad fallentias aliorum canonicorum. Item eas lucratur canonicus pœnitentiarius dum in ecclesia collegiata et non extra audiat confessiones sacramentales : item canonicus theologus eo die quo in ea habet lectionem. » Etenim, reponunt, præfatæ constitutiones numquam a capitulo et curia episcopali probatæ fuerunt, neque ideo pro capitularibus constitutionibus habitæ. Quod adeo verum esse propugnant ut ipsemet Ve-

rulanus episcopus decreto die 25 jun. 1862 capitulo præcepit, ut ipsas efformaret, quod revera factum fuit, sed qua de causa ignoratur usque adhuc a Verulana curia haud probatæ fuerunt.

Ad argumentum a consuetudine depromptum devenientes capitulares recolunt ex immemorabili consuetudine præfata emolumenta realiter præsentibus tantum fuisse distributa. Nemo autem ignorat immemorabilis tantam esse vim, ut non minus quam lex scripta servari debeat. Tex. in §. *Sine scripto*, instit. tit. de jur. nat. gent. et civ. Fagnan. in cap. *Cum contingat*, de for. comp. num. 6. S. C. in *Firmana* juris deferendi crucem, 13 maii 1876, § *Cum*. Quin imo veluti lex habetur consuetudo decennalis, si juri non adversetur. Sperel. decis. 375 num. 8. par. 2 rec. Consuetudinem vero, quæ in præfata viget ecclesia non intra decennii limites cohiberi, sed hominum memoriam vincere in propatulo esse censent canonici. Revera aiunt : « Prova ne sia il capitolo tenutosi dall' arciprete Pesci nel 1793, 30 luglio con i beneficiati, in cui stabilivasi un cellerario per la divisione degli incerti *inter præsentes* da farsi in ogni giorno, in cui questi cadevano. Da tal fatto può dedursi, che se l'arciprete Pesci nel 1793 con beneficiati aveano già tal pratica, convien dire averla appre sa dai loro antecessori, e così via discorrendo. La stessa pratica era riconfermata nel capitolo del 10 gennaio 1811 in cui l'arciprete Lucatelli con 6 beneficiati, ed un sostituto, stabilivano che gl' incerti *inter præsentes* doveano sul momento distribuirsi. Prova ne sia la testimonianza del canonico Vitaliani che dal 1825 si è trovato al servizio di questa chiesa nella qualifica di sostituto alla f. m. del cardinal Sala beneficiato di questa chiesa. Prova ne sia la testimonianza di De Simones canonico non prebendato nella erezione della collegiata. Così ancora potrebbero servire di prova libri dei punti riguardanti agli incerti, quali libri tuttora si conservano seguitandosi in essi a fare ciò che prima si é fatto. »

Quin oggeri valeat ex mutatione status Ecclesiæ consuetudinem destructam fuisse. Siquidem prætermisso, quod nullum habeatur verbum in apostolicis literis de specifica abolitione prælatæ consuetudinis, subsecuta observantia ab anno 1841 tam in linea interpretativa, quam in linea præsumptiva magnum suppeditaret argumentum ad excludendos canonicos ficte præsentes a prædictorum emolumentorum participatione. Observantia enim optima dicitur interpres legis fundationis ex Lotter. *De re benef.* lib. 2, quæst. 11, n. 125. De Luca, *de jurepatr.* disc. 60, num. 9; maxime si, ut in casu, sit illi proxima et coæva, Piton. *Discept. eccl.*, num. 44. Eaque si decennalis sit, valet etiam contra legem præscribere. Ad rem De Angelis in *Prælection. juris canonici* tom. 1, p. tit. 4, n. 9, ibi : « Jus canonicum affirmat consuetudinem præscribere contra legem quando est longa vel longæva; longævitatis autem tempus non determinat ; in materia communi, tacente jure canonico, recurrimus ad jus civile Romanorum ; cum autem hoc longi vel longævi temporis nomine intelligat tempus decem annorum, L. *Super longi*, Cod. de præscript. longo temp. consuetudinem ergo decem annorum nos dicemus longam vel longævam consuetudinem præscribentem contra legem. »

Attenta igitur etiam locali consuetudine concludunt capitulares neque archipresbyterum, neque primicerium neque pœnitentiarium ob exercitium confessiones fidelium in ecclesia excipientem, neque theologum ea die qua legit, participes fieri posse de missarum emolumentis, nisi realiter præsentes sint.

E contrario tam parochi quam theologus et pœnitentiarius in juribus propriis tuendis hæc habent. Scitissimi juris est parochum, theologum et pœnitentiarium a choro absentes officii ratione non modo lucrari ordinarias seu quotidianas sed et extraordinarias distributiones. Audiatur sane Scarfantoius ap. ad lucubr. Ceccoperii lib. 2, tit. 10, num. 6, et seqq., ibi : « Canonicus retinens theologalem præbendam in cathedrali vel collegiata non tantum horis quibus legit, sed ex gratia S. Congregationis pro tota illa die excusatur ab interessentia chori cum distributionum quam aliorum emolumentorum. Canonicus pœnitentiarius tenetur congruis horis in suo confessionali sui copiam facere, et ibi confessiones omnium audire. Quo tempore numeratur uti præsens in choro, processionibus, ac defunctorum exequiis; ita declaravit S. Congregatio. Et eo magis certa capituli persona, cui dumtaxat imminet cura animarum cumulanda est distributionibus, si divinorum tempore parochialia munia exerceat. Accipe de quibuscumque distributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis. » Addunt præterea plures resolutiones ab hoc S. Ordine editas, quas inter parochis favet Asculana, diei 20 novembris 1830, in qua proposito dubio : « An et quæ distributiones ac emolumenta percipere possint canonici curati absentes a chorali servitio pro exercenda animarum cura responsum fuit : *Affirmative quoad omnes distributiones, et emolumenta, exceptis iis, quatenus non intersint, quæ ex voluntate testatorum debentur actu præsentibus.* » Concinunt *Romana* distributionum et proventuum 12 septembris 1874 ab 1 dub., *Andrien.* distributionum et emolumentorum diei 19 maii jam præterlapsi. Quod et sancitum fuisse pro pœnitentiario constat ex causa *Viterbien.* diei 15 martii 1631 dub. 2 necnon pro theologo ea die qua legit in *Hispalen.* diei 5 aprilis 1586 ad dub. 17.

Quin contrarium suadere queat consuetudo, ad quam confugiunt canonici. Ipsa enim, cum juris communis censuræ adversetur, saltem quadragenaria; nulloque actu intercepta probetur necesse est, ut vim suam exerere valeat, veluti post text. in cap. *Irrefragabili* de offic. ordin. tradit Rota coram Molines decis. 961, num. 17 et decis. 1316, num. 19. Atqui ab erectione collegiatæ, a qua ob mutationem status ecclesiæ foret repetenda, quadraginta anni nondum præterlapsi sunt. Ergo si dici vellet consuetudinem hanc illico ortum habuisse, adhuc insufficiens esset ad aliquid statuendum contra præfatas dignitates et canonicos. Verumtamen ipsam excludunt tam sententia septem post menses edita ab executore literarum apostolicarum, quam ipsæ constitutiones capitulares anni 1842, prouti ex literis episcopi supra relatis facile percipitur. Pariter contra consuetudinis existentiam advertunt parochi, quod hodierni capitulares usque adhuc nunquam denegarunt duobus parochis comparticipationem incertorum de quibus sermo est, sed referunt tantummodo in capitulari sessione diei 3 septem. 1857 motum fuisse simile dubium; ast parochus primicerius contra hanc præsumptionem protestatus fuit ; similisque protestatio a duobus parochis iterata fuit in altera sessione habita die 14 julii 1862. Jamvero tam protestatio a parochis emissa, quam factum canonicorum, qui in præfatis sessionibus de consuetudine neque verbum neque volam moverunt ad parochos a prædicta participatione excludendos haud indubium præbent argumentum ipsam numquam extitisse. Pro theologo et pœnitentiario nihil observandum duco ad prætensam consuetudinem subvertendam cum recenti tempore hæc officia canonice erecta fuerint, ita ut teste episcopo, primus theologus die 16 novembris 1871, et primus pœnitentiarius in possessionem fuerit immissus die 8 augusti 1875. Verumtamen prætereundum non est quod pœnitentiarius ad consuetudinem profligandam proclamavit in publico capitulo diei 8 octobris 1876 : « I signori canonici hanno distribuito i funerali indistintamente a presenti ed assenti per qualunque motivo legittimo od illegittimo, ed in questo modo pare che venga..... defraudato un suffragio ai morti. Riguardo poi al culto di Dio per le ore canoniche si è visto per esperienza, che se non erano alcuni simplici sacerdoti... non si potea officiare. Inoltre è in questo capitolo l' uso di prendere un piccolo emolumento dai funerali semplici detti

more pauperum coll'obbligo di recitare un notturno, e sono già vari anni che non si sono recitati. »

Hisce igitur utrinque animadversis dignentur EE. VV. sequens dirimere dubium :

An canonici curati, pœnitentiarius et theologus, pro respectivi officii exercitio, absentes a choro participare valeant de missarum emolumentis in casu ?

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *Affirmative nisi obstet voluntas fundatoris vel dantis, et amplius, et episcopus provideat ad removendos abusus de quibus mentionem egit pœnitentiarius in sessione capitulari diei 8 octobris.* Die 15 decembris 1877. »

DISPENSE DE MARIAGE

Autriche polonaise. Empêchement *impotentiæ*. Atrophie. Description de cette maladie d'après les médecins anciens et modernes. Le comte Ladislas et la comtesse Félicie-Gabrielle. Arrêt du tribunal civil déclarant nul le mariage. On s'adresse au tribunal ecclésiastique. Indult pontifical permettant de faire usage de l'enquête civile, au lieu d'ouvrir un nouveau procès canonique. Instruction pour les causes matrimoniales composée par le cardinal Rauscher et adoptée dans tous les évêchés de l'empire autrichien. Arrêt du consistoire archiépiscopal latin de Lemberg. Appel au Saint-Siége. Sentiment des jurisconsultes catholiques sur l'atrophie. Zacchias. Inspection corporelle. Nécessité du bain. Instruction de la S. Congrégation de 1840. Coscius. Roubaud. *De l'impuissance et de la stérilité.* Laura. Ziino. Tonini, *Physiologie du mariage.* Arrêt de la S. Congrégation du Concile du 15 décembre 1877 annulant le mariage. On défend au comte Ladislas de se remarier sans obtenir la permission du Saint-Siége.

Leopolien. Matrimonii. Die 15 decembris 1877. Per diuturnum sex annorum effluxum, ab initis nempe nuptiis die 25 augusti 1870, conjugali vitæ consuetudine transacta, comes Ladislaus ætatis annorum 36 in diœcesi Tarnoviensi et comitissa Felicia Gabriela annorum 24 Leopoliensis diœcesis, ad tramitem Austriaci codicis a Leopoliensibus laicis judicibus dissolutionem matrimonii eorumdem declarari postularunt anno 1875, in judiciali libello deducta « disproportione membrorum pudicorum apud maritos, quod coitum inter eos facit impossibilem. » Constituto matrimonii defensore, deputati sunt duo periti in arte medico-obstetricia ad inspectionem corporis utriusque conjugis exequendam. Obtemperarunt duo medici huic mandato, atque oculari investigatione peracta, contextualem emiserunt peritiam declarantes sub juramenti religione, comitissam perpeti impotentia relativa, comitem vero absoluta, hoc etiam adjicientes, quod impossibilitas coeundi antecessisset etiam matrimonium. Hac accepta relatione, sententiam die 1 octobris 1875 pronunciarunt illi judices, matrimonium prædictorum conjugum « nullum esse »; atque eorumdem judicium primo superius tribunal provinciale ejusdem civitatis, deinde tribunale signaturæ Vindobonæ sedens plenissime confirmarunt.

Nulla mora archiepiscopum Leopoliensem ritus latini adiverunt conjuges supplicatum « che si degni nulla sua qualità di tribunale ecclesiastico per le cause matrimoniali di pronunciare che il matrimonio contratto..... è nullo. » Petitionem ad S. Ordinem transmisit prælatus, in qua post plenam rei expositionem hoc animadverso, quod novus processus præterquam quod nihil aliud adstruere posset, quam quod probatum fuit in foro laicali, pro temporum autem et locorum conditione esset quoque summis obnoxius difficultatibus, idcirco ad expeditiorem rei definitionem super fundamento præindicatæ medicorum peritiæ proposuit impetrari dispensationem a matrimonio rato et non consummato. Post acceptam a pontificio legato Viennæ residenti informationem, veniaque a SSmo impetrata normas quasdam archiepiscopo conscripsi, ut actus judicii civilis adhiberet pro ecclesiastico, atque ut novum conficeret processum, in quo juramentum tum a conjugibus, tum a septima manu esset præstandum; deputaretur matrimonii defensor; formiter et seorsim examinarentur periti jam antea adhibiti; aliisque tribus peritis illorum relatio traderetur examinanda.

Sed neque hisce præscriptionibus executionem dari posse archiepiscopus retulit, tum quia novo examini omnino conjuges reluctabant, tum quoque quia juxta quamdam instructionem ab archiepiscopo Vindobonensi Emo Raucher de anno 1855 evulgatam atque in curiis ecclesiastici imperii Austro-Hungarici vigentem, nec examen septimæ manus, nec juramentum conjugum exigitur; unde occasio præberetur supplicantibus sese merito gravandi de insueto rigore in eorumdem causa adhibendo. Nova exinde a SSmo impetrata venia pro dispensatione a canonico processu, ad archiepiscopum rescripsi ut copiam actorum processualium laici tribunalis adhibere valeret ad effectum cognoscendi ac definiendi causam a partibus propositam super matrimonii nullitate, defensore vinculi ex officio deputato. Hisce acceptis mandatis judices ab archiepiscopo delegati procedentes in causam die 17 julii labentis anni pronunciarunt : « 1. Matrimonium... ob « absolutam, insanabilem atque jam ante contractum hocce « matrimonium existentem, et qua talem per rei peritos me- « dicos rite probatam viri impotentiam ad præstandum de- « bitum conjugale, nullum ac invalidum esse. 2. Suprafatum « comitem ad nullum aliud deinceps matrimonium contra- « hendum admitti posse. » Appellavit matrimonii vindex ad S. hunc Ordinem; appellavit etiam Ladislaus contra secundum sententiæ articulum, insimul postulans vel sententiam quoad hanc partem infirmari, vel dispensationem a matrimonio rato et non consummato concedi; ad sapientissimum vestrum judicium deferendam esse duxi controversiam, atque hodiernis in comitiis eamdem proponens pro meo officio defensorum utriusque partis, necnon vindicis sacri vinculi deductiones de more breviter exponam.

Contendit defensor mulieris satis esse ad matrimonium dissolvendum demonstrare in persona Ladislai impotentiam, sive ea sit absoluta, sive relativa; dummodo matrimonium ipsa præcesserit, sit perpetua, et sit insanabilis, Schmalzgrueber, lib. 4, tit. 15, n. 38 : « Si impotentia sit perpetua, videndum est an solum sit respectiva, an vero absoluta. Si primum, dirimit matrimonium respectu illius, vel illarum solarum personarum, respectu quarum impotentia datur. Si secundum, et impotentia sit absoluta, præcedatque contractum matrimonii, illud dirimit respectu omnium. » Perpetuam, insanabilem, ac matrimonium præcedentem impotentiam Ladislai demonstrat ex ejusdem confessione in libello elicita « sexenni convictu cum dom. Felicia... edoctus sum me non posse debitum conjugale præstare, multis tentaminibus et diligenti cura in matrimonio consummando posita... cum conscientia mihi profitendum est; quæ præterea juramento adfirmare paratus sum, me cum D. Felicia etc. omnibus tentaminibus et labore consumpto in tractu sexennis communis vitæ matrimonium non consummavisse, et hocce numquam consummare posse. » Adjicit etiam testimonium peritorum affirmantium, quod Ladislaus « laborat ex atrophia testis »; quam porro atrophiam ita describit Zacchias, *Quæst. med. leg.* vol. 1, pag. 285, n. 41 : « Non multum abest a paralysis natura atrophia, hoc est partis alicujus consumptio et ariditas, in qua passione corpus seu corporis pars aliqua non amplius nutrimento fruitur, et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum succedentibus summa macies oritur. »

Ita autem referunt de comite periti exploratores : « Comes laborat, ut exploratio docet, ex atrophia testis, quæ impedimentum est ponendi actus naturalis jamdiu; hanc ægritudinem sequitur impotentia consistens in permutationibus anatomicis, quæ vestigari possunt : ergo stabilis. Efficit illa vel defectum erectionis penis, vel non perfectam, et ob eam causam in vaginam induci non potest. Quo angustior est vagina uteri, eo majori est impedimento coeundi, et propterea pro hoc casu cum ut apud comitissam existant omnia naturalia impedimenta inducendi penis, talis inductio seu coitus eo magis erat estque impossibilis. Propterea coitus inter maritos Ladislaum et Gabrielam etc. absolute impossibilis est. »

Pro coronide affert ex facto judicium, ut ait, naturæ, quum post sexennale contubernium mulier integra reperta sit. Omissa in hoc peritorum analysi, conclusionem eorumdem adducit : « Exploratio membrorum genitalium comitissæ docet eam hactenus non concubuisse, quia non sequuta est defloratio, quæ certe sequeretur si... comes inisset quandocumque in vaginam. Hanc autem integritatem servatam esse, non ob fastidium mulieris, sed ob unam viri impotentiam probant tentamina expleta. » Quod autem coitus non sequutus propter renisum comitissæ probant optime vestigia tentaminum coeundi. « Apud comitissam membra genitalia universaliter et specialiter talia sunt, qualia inveniuntur apud virgines, quæ non coierunt; attamen sunt in ea vestigia, quæ probant tentamina inducendi corporis alieni quamquam inefficacia. »

Nec officere ait defectum probationis per cognitores juxta Ecclesiæ disciplinam absolvendæ. Distinguit enim causam disciplinæ a causa probationis. In illa dispensavit S. Ordo; in hac autem cum probationis substantia servata sit, satis est ad judicium ; et quum hæc servata fuerit per ocularem inspectionem medicorum, hinc melius veritati consultum est, quam per obstetricum intermedium. Accedit, quod in hoc judicio probatio per peritos expleta est juxta instructionem a Vindobonensi archiepiscopo anno 1855 editam, atque ab apostolico nuncio Viale Prelà omnibus episcopis privatis literis diei 2 februarii 1856 commendatam.

Quamvis autem ex instructione S. Ordinis anno 1840 evulgata ad tutiorem virginitatis investigationem præscribatur etiam balneum ab Hostiensi invectum, nihilominus magis placuisse inquit in Ecclesiæ judiciis, probationem ex certo cognitorum suffragio exploratam non infirmari ob defectum balnei, teste Rota decis. 9 post Zacchiam, n. 9, Decis. *Romana* invaliditatis matrimonii 13 oct. 1606 cor. Penna. Ita etiam S. hic Ordo non raro de virginitate mulieris judicavit absque balnei subsidio, ceu in *Veglien.* matrimonii 21 martii 1863, etsi defensor matrimonii exceptionem defectus calidarii opposuisset; ita quoque in *Sutrina* matrimonii 23 septembris 1865. Quum itaque in præsenti causa vitia processus tantum formam et non substantiam afficiant, hinc nullatenus illa obsistere deducit validitati judicii quoad impotentiam viri obfirmandam.

Sed ejusmodi impotentia est etiam perpetua. Hoc primum statuit ex præsumptione juris a diuturna habitatione sine consummationis effectu deducta, juxta Rot. post cons. Farinac. dec. 65, n. 4 : « Quod si post triennalem habitationem non potuerint matrimoninm consummare, tunc bene intrat præsumptio, quod impedimentum sit perpetuum. » Concordat decis. 11, n. 19, ad ornat. card. de Luca l. 14, t. 2; Cosci de sep. tor. l. 3, c. 2, n. 379. In facto autem obfirmatur impotentiæ perpetuitas judicio peritorum obtestantium « permutationes anatomicæ consistentes in atrophia averti non possunt quod jam atrophia occubuit, recrescere non potest; propterea impossibilitas præstandi debiti conjugalis inter comitem etc. perpetua est, cum tempore non solum cedere nequit, sed etiam ex causis adductis potius augetur. »

Perpetuitati impedimenti accedit etiam insanabilitas, quæ teste Zacchia, l. 9, q. 2, n. 4, semper eamdem perpetuitatem concomitatur quando a natura derivatur. Cognitores at vero Leopolienses non minus in hoc sunt expliciti dum referunt : « Vitia commemorata non possunt operari; non consistunt enim in ulla deformatione, quæ ultro averti potest, sed potius in defectu regularium functionum genitalium. Operationes, quæ pro hoc casu proponerentur ad extendendam vaginam, sunt inefficaces, idcirco ab arte medica non respectantur. Propterea impossibilitas coeundi per remedium, præcipue per operationem cedere non potest. »

Invaliditati matrimonii a sententia curiæ archiepiscopalis sancitæ atque ab hoc S. Ordine obfirmandæ novam petitionem Ladislai non obstare subjungit defensor Gabrielæ, sive quod impotentia absoluta, sive quod relativa, qua tantummodo idem comes laborare contendit, admittatur; unde non obsistit defensor cuilibet reservationi etiam inhabilitatem absolutam excludenti, dummodo incolume servetur deductæ nullitatis decretum. Obsistit tamen novæ inspectioni corporis viri, quum quoad alias nuptias ab eodem contrahendas opportunum subsit remedium ex assueta reservationis formula : *Vetito viri transitu ad alias nuptias, nisi consulta prius S. Congregatione.*

Verumtamen, neque huic reservationi locum fieri posse contendit, quominus absolute obfirmetur prima sententia; tum nempe quia summus pontifex jam dispensavit a qualibet nova investigatione, hoc solum injungens, ut actus civilis processus adhiberentur ad definiendam causam, utcumque antea mandasset examen peritiæ per alios peritos instituendos; tum etiam quia judicium peritorum absolutam ejusdem impotentiam statuentium ipse admisit coram judicibus ecclesiasticis per suum procuratorem postulans decerni nullitatem ex titulo « d'una impotenza assoluta ed incurabile. »

Neque locum fieri debere subjungit experimento triennali, ex eo quod posita perpetuitatis impedimenti certitudine, quoldibet aliud argumentum superfluum esset ad nullitatem decernendam. Cosci, loc. cit. n. 26 : « Quando constat de antecedenti impotentia perpetua per inspectionem corporum a sacris canonibus demandatam, aut est certa, evidens et indubia. tunc statim matrimonium declarandum est nullum, absque triennali experimento tum conjugum juramento. » In facto autem nedum triennium sed sexennium elapsum est inefficaciter; idcirco jam legi satisfactum contendit, quia ejusmodi experimentum, quidquid nonnulli canonistæ senserint, textus in cap. *Laudabilem*, de frigid. fieri præscribit, *a tempore celebrati conjugii si frigiditas prius probari non possit.* Ita interpretantur Pont. *De matrim.* caus. 33, qu. 1, § 3; Bonacin. *De imp. matr.* qu. 3, punct. 13, n. 21. Gutt. *De matr.* p. 3, c. 121, n. 21. Sanch. *De matr.* l. 7, c. 110, n. 4.

Minus officere, prosequitur defensor, silentium sex annorum a conjugibus observatum, quum ex sententia Schmalzgr. l. 4, t. 15, n. 74, Coscii loc. ult. c. 2, n. 33, « constito per inspectionem corporis mulieris de ejus virginitate, nihil interest, an ipsa intra bimestre reclamaverit, quia post multos etiam annos reclamare et viri impotentiam allegare potest. » Suffragantur autem exempla nullitatis admissæ, utut post multos annos reclamatæ, ceu testantur Osaschius cons. 59, n. 17; Laderchius cons. 82 n. 2; Rot. cor. Penia dec. 1017; dec. 10 et 11 ad orn. ad card. De Luca l. 14, t. 2. S. Ordo in *Giennen*; matrim. anni 1723.

Hæc omnia eruuntur ex defensione mulieris. Ex parte autem viri exhibuit illius defensor fidem trium salutaris artis professorum, unanimiter ex illius corporis inspectione affirmantium, ceu videre est in Sum. in calce restrictus ab eodem distribuendi, « che alle parti genitali esterne del signor conte Ladislao non vi è nessuna alterazione morbosa; » quamobrem primæ huic interrogationi « puossi asserire dalla vista e dall'esame dello stato corporale, che il signore sia incapace di

esercitare un coito? » respondent: « Essendo le parti genitali esterne perfettamente normali riguardo alla forma e consistenza; essendo inoltre esclusa una malattia del midollo spinale per le eseguite prove, possiamo negare definitivamente la fattaci domanda. »

Ad disquisitionem autem atrophiæ testium progredientes obtestantur, quod « deve pur venire negata. » Aiunt enim, quod ejusmodi genitalia « specialmente il sinistro proporzionatamente piccoli; ma la grandezza dei medesimi non è, in circostanze del resto normali, definitiva per la potenza. » Subjungunt verumtamen quod ex eorum qualitate « non risulta affatto la necessità dell'ammissione, o soltanto la probabilità, » quod existere non possint eructiones plenæ et constantes. Hinc huic quæsito : « Se non esiste realmente un'impotenza relativa, la quale asserisce di soffrire verso la sua moglie, » reponunt cognitores : « non si può rispondere con certezza partendo dal punto di vista medico, » utcumque hæc dari possit perpetua et insanabilis erga datam personam ob peculiares psychicas circumstantias.

Contra utriusque conjugis thesim insurgit matrimonii vindex, tum impotentiam sive absolutam sive relativam eorumdem conjugum, tum integritatem mulieris impugnans. Animadvertit vel imprimis, esse quidem peramplam dispensationem illam, quam in postremis literis 23 martii labentis anni ex audientia SSmi retuli « a confectione canonici processus; » sed non eo tamen sensu esse interpretandam, ut aliquam veritas patiatur jacturam, quum dispensatio data fuisset pro usu actorum civilium « Ad effectum cognoscendi et definiendi causam, » unde actus ipsi tantum attendi debent, quantum valeant per se. Et quum unus actus qui judicio tribunalis ecclesiastici fundamentum præbuit, sit peritia judicialis, hinc ad ejusdem examen suum studium intendit.

Utramque, prouti est in jure cognita, impotentiam admittunt periti; absolutam in viro ; relativam in fœmina. Prius itaque de viro sermonem facit. Impotentem aiunt Ladislaum ex atrophia testis. Sed hanc atrophiam impugnat Ladislaus vel ipse relationem cognitorum de errore impetens ex sententia aliorum medicorum, quorum fidem jam produxit. Istorum quippe testimonium non est minus attendendum quam judicialium peritorum relatio, eo vel maxime quia tres sunt perinsignes ejusdem artis salutaris professores, qui de propria scientia et conscientia obstestantur; dum econtra ex duobus judicialibus peritis alius est quodammodo alterius subalternus, prouti excipiebat vindex sacramenti in curia archiepiscopali affirmans « unum e peritis, nempe medicum Hinze, ætate et praxi medica juniorem esse altero, et eo tempore inferiorem illo in munere apud nosocomium occupasse locum, adeo ut quadammodo ejus subalternus censeatur; » unde non ex parte utriusque libera ac independens dici potest sententia; atque hoc potissimum quia nec separatim inspectionem corporum absolverunt, nec seorsim propriam cujusque pandiderunt opinionem, quemadmodum providissimo consilio præscribit S. hic Ordo in instructione 22 augusti 1840 : « singuli ex peritis, ac seorsim corpus viri inspiciant ea qua fieri poterit decentia, ut singuli scriptam emittant relationem; » quin officiat huic præscriptioni prænotata dispensatio, quia, ut ait Rot. Rom. dec. 392 n. 27, rec. « Quando agitur de dissolutione matrimonii, quod est magnum sacramentum, omnis diligentia cautela adhibenda est, ut quantum humana fragilitas patitur, et omnis fraus et error excludatur. »

Utcumque autem aliqua in præsens impotentia admitteretur in Ladislai, deficit tamen huic impedimento essentialis nota, quod matrimonium præcesserit, id quod absolute requiritur, teste præ cæteris Coscio, *De separ. tor.* c. 13, num. 4. Tribunal enim laicum opportune rogaverat peritos « utrum impossibilitas præstandi debiti conjugalis est orta ante initum matrimonium? » Sed periti hoc sybillinum reddiderunt responsum, quop « permutationes anatomicæ in testibus Ladislai sunt adeo formatæ, ut certe affirmare possimus, eas jam ante initum matrimonium extitisse. » Impotentiam autem quoad illud tempus non deduxerunt ex hisce permutationibus anatomicis, sed ex defectu deflorationis, ita porro subjungentes : « Exploratio autem comitissæ docet eam hactenus non concubuisse, quia non sequuta est defloratio. » Ast impotentia præcedens debuisset deduci ex natura morbi non ex defectu deflorationis, quia præterquam quod defloratio deficere potuisset ex aliis quamplurimis causis, nec ex judicio peritorum ipsorum illius defectus absolute probat defectum concubitus : « Constat enim, aiunt, deflorationem non necessario oriri ex coitu; et retrorsum defectum deflorationis non probare absolute defectum coitus. »

Intimius autem peritiam perpendendo defensor sacramenti, hanc thesim propugnat, nec de corporalis inspectionis tempore inidoneitate copulæ laborasse Ladislaum; quia admissa etiam atrophia in ejusdem genitalibus, haud illum usque gradum ipsa attigit, qui ad maritalem actum reddat aliquem impotentem. Admittit cum peritis, quod tales permutationes anatomicæ lentissime procedunt, et explicatio earum in summo gradu postulat longissimum tempus. » Sed animadvertit quod ad veram atrophiam constituendam requiritur *consumptio*, *ariditas* et *summa macies* partis affectæ, ceu tradit Zacchias, *Quæst. med. legal.* l. 4, tit. 1, qu. 8, n. 41 : et ad producendam impotentiam coeundi requiritur ut atrophia membrorum sit completa, prouti docet clar. Roubaud *De l'impuissance et de la stérilité*, liv. 2, pag. 551, edit. 3, 1877 : « Le pronostic au point de vue de la fécondité est toujours excessivement grave; mais cette gravité n'est réelle (il ne faut pas se lasser de le répéter) que lorsque l'atrophie attaque les deux testicules, et encore dans ce cas il est nécessaire que l'atrophie soit complète. »

Hoc tamen in statu omnis apparatus genitalis emaciatur; et penis ac testes viri adulti vix æquant illos pueri quinque aut octo annorum; idem Roubaud pag. 551 : « D'ailleurs l'appareil génital externe, tout entier, la verge et le scrotum, n'ont pas suivi le développement progressif des autres parties du corps, et l'adulte offre alors, comme je le dirai tout à l'heure, un pénis et des testicules d'un enfant de cinq à huit ans. « Imo etiam ex alio recenti rei medico-legalis scriptore testes ipsi vix formam præseferunt nodulorum vel leguminum. Laura, *Medic. leg.* part. 2, sez. 1, c. 1, § 1, pag. 30 : » E per cagione d'impotenza la vera, reale, e confermata ipotrofia o atrofia degli organi seminali ridotti nell'adulto a proporzioni minime a forma di duri nodetti, nè maggiori di un pisello. Tale scadimento dei t... si associa ad un mirabile stato di cacotrofia (malum nutrimentum) generale. » Ex peritia alioquin Leopoliensium cognitorum hic status in Ladislao haud quaquam ferme relevatur, quum de eo dicatur in relatione « penis parvus, valde contractus, ab ora usque ad glandem septem centimetra (dum ex alio scriptore Ziino, *Manual. di medicin. legal.* § 121, in homine adulto est « dai due ai tre pollici, » idest sex ad novem centimetra) ; orbis autem glandis novem centimetra efficit; scrota remissa, testis læva ab dextera superius postea. Testes ipsi non præstant majorem deminutionem quam ova columbæ. »

Ita refutata illa suprema atrophiæ gravitate et gradu, e quo absoluta impotentia de præsenti tempore existere deberet, multo magis excludenda esse inidoneitatem de tempore nuptiarum concludit matrimonii defensor. Quum itaque, ad plenam impotentiæ ex atrophia derivantis certitudinem adstruendam, fundamentum a peritia desumptum necessaria careat solidtate, et quum nullum ab integritate mulieris, prouti in progressu demonstrabitur, mutuari possit admini-

culum, etiamsi actualis impotentia agnosci et admitti deberet, eo tamen quia hoc morbum accidentale esset in hoc casu, hinc semper quidem præsumendum esset, quod ipsa non antecesserit, sed sequuta fuerit matrimonium, ad tradita per Sanchez, *De matr.* l. 7, disp. 103, num. 3 : « Quando est impotentia accidentalis, ut ex alio quolibet morbo consurgens... quum non probetur fuisse ante matrimonium, non præsumitur eandem antecedenti tempore fuisse, sed præsumptio militat pro qualitate naturali, quæ est potentia coeundi. Quare non est opus confugere ad matrimonii favorem, ut præsumendum sit, eam impotentiam subsequutam; id enim necessarium foret, ubi ipsa juris præsumptio non convinceret, impotentiam subsequutam esse. Cum id convincat præsumptio, quæ a natura ipsa proficiscitur, ita in hoc eventu, cessante omni matrimonii favore, præsumendum est impotentiam esse subsequutam, et ideo illud esse validum. »

Hæc de marito. Ad mulieris autem conditionem deveniens defensor, vanum esse inquit fundamentum proclamatæ impotentiæ sive unius sive utriusque conjugis, quod ex integritate illius desumunt periti referentes « apud comitissam universaliter et specialiter talia sunt, qualia inveniuntur apud virgines. » Haud mirum, inquit defensor, quod periti in hac investigatione, quæ summis est obnoxia difficultatibus, allucinationem perpessi sint, dum tam facile erraverunt in inspectione, ullatenus alioquin impervia viri. Ita exinde ratiocinatur. Censent quidem recentiores doctores, haud esse insolubile virginitatis problema, teste cit. Laura pag. 105 : « A noi l'anatomica verginità appare un problema generalmente di non arduo discioglimento; » nihilominus summam ipsum problema præseferre difficultatem subdit, si de defloratione remota res sit : « La defloratione antica, nella quale non si ha altro fatto fuori di quello dei resti (abrupti hymenis) è cosa oscura, e a dichiararsi dal medico legale difficilissima. » Nemo etiam inficiatur posse deflorationem obstringentibus medicamentis occultari. Zacchia, *Quæst. med. leg.* lib. 55. t. 2, n. 2 : Cohærentia partium... medicamentis procurari talis potest, quæ non modo adæquet, sed etiam superet naturam, ut notant medici; » id quod fatetur alter vivens scriptor Ferdinandus Tonini, *Fisiologia del matrimonio*, part. 1, cap. 8, sez. 1. Obfirmatur autem gravissima hujus S. Ordinis auctoritate in instructione anni 1810, dum usum balnei præscribit injungens « ne ullum spatium, aut momentum temporis mulieri detur, quo ad arctandum vas ullo medicamento, aut aliqua fraude uti queat. » Quum alioquin ex ipsa confessione mulieris satis perspicue appareat, quod in integro sex annorum curriculo nonnisi quam in prioribus matrimonii temporibus maritali officio incumbere studuerunt : « Alle questioni seguenti IV. Le prove per adempiere questi doveri sono state fatte abbastanza sovente ? » Rispondo : « Al principio abbastanza sovente; poi sempre meno per causa del digusto che bisognava superare, » hinc manifesto patet, quod sive de virginitate, sive de defloratione loquantur periti, de vetusti eventus inquisitione respondent; et quoniam in eadem inquisitione nullam diligentiam ad fraudes eliminandas adhibuerunt, hinc imprudens et incertum eorumdem judicium existimandum est.

Sed urgent majora. Nedum incertum, sed erroneum esse contendit ejusmodi judicium; atque ex analysi judicialis peritiæ, et ex comparatione illius cum signis virginitatis a prænotato scriptore Laura, part. 2, sez. 2, § 1, pag. 106 descriptis, deducit, non virginem, sed jamdiu corruptam fuisse mulierem. Hanc tamen demonstrationis partem, quam ob defensionis necessitatem, opportunis quidem cautelis quantum potuit, adhibitis, matrimonii vindex enucleat, facile est perlegere in ejusdem animadversionibus § 35 ad 38.

Sed etsi quidem (subjungit) de virginitate constaret, non inde tamen inferri deberet ad impotentiam alterutrius conjugis, atque ad dissolutionem matrimonii, quoniam non agitur in hac causa de dispensatione a matrimonio rato et non consummato, sed de nullitate conjugii ex capite impotentiæ, prouti demonstrat libellus introductivus judicii, posterior epistola S. Ordinis causam dispensationis excludens, et formula dubii quæ proponitur disceptanda; parum igitur vel nihil confert ad causam disquisitio virginitatis, quoniam, teste Tond. *Quæst. benef.* c. 79, n. 8; et Rota Rom. dec. 14, n. 10 post Zacch. *Qu. med. leg.* « non valet consequentia; uxor reperitur intacta, ergo vir est impotens, impotentia naturali et perpetua, quæ sufficiat ad dirimendum matrimonium ».

Hisce omnibus adjicit defensor vinculi, haud magnam dandam esse fidem conjugibus, utut unisone impotentiam affirmantibus, quia si assertioni conjugum standum esset, jam nihil valeret severitas SS. Canonum religiosam veritatis disquisitionem præscribentium in hac materia. Et præter hoc magnam suspicionem collusionis ingerit studium viri, qui vix reddita in prima sede a judicibus laicis sententia, sategit novam obtinere a medicis peritiam quæ impotentiam absolutam excluderet; ad hoc, ceu patet, ut ad nova vota migraret.

Quibus expositis vestrum erit, ea qua præstatis prudentia et doctrina, sequens dirimere dubium :

An sententia curiæ archiepiscopalis Leopoliensis sit confirmanda vel infirmanda in casu ?

S. Congregatio Concilii rescripsit : *Sententiam curiæ archiepiscopalis esse reformandam ita ut comiti Ladislao non liceat transire ad nuptias, nisi petita prius et obtenta venia ab Apostolica Sede.* Die 15 decembris 1877.

Le concordat signé entre le Saint-Siége et le gouvernement impérial d'Autriche-Hongrie 1855 réserva les causes matrimoniales aux tribunaux ecclésiastiques, conformément à la célèbre décision du concile de Trente, laquelle est ainsi conçue : « Si quelqu'un dit que les causes matrimoniales n'appartiennent pas aux juges ecclésiastiques, qu'il soit anathème. » Afin de faire restituer aux ordinaires de l'empire autrichien le jugement des causes matrimoniales, le Saint-Siége consentit à d'importantes concessions sur d'autres points ; ainsi il autorisa les tribunaux civils à traiter les causes criminelles et civiles des personnes ecclésiastiques. Le cardinal Rauscher, archevêque de Vienne, composa à l'usage des ordinaires une instruction détaillée, qui fut examinée et approuvée par plusieurs jurisconsultes de Rome, et ensuite communiquée aux évêques par le nonce apostolique de Vienne. Nous avons publié cette instruction dans les *Analecta*, seconde série.

Dans la suite, le gouvernement autrichien a cru pouvoir, nonobstant le concordat de 1855, rendre le jugement des affaires matrimoniales aux tribunaux séculiers. C'est ainsi que la cause de nullité que nous venons de rapporter a d'abord été traitée devant le tribunal impérial. Mais l'arrêt du tribunal n'ayant que l'effet civil et ne brisant que le contrat fait devant le magistrat, les bons catholiques s'adressent à l'Eglise pour ce qui concerne la conscience et le sacrement du mariage. Notons que l'empêchement dirimant *impotentiæ* est admis dans la législation civile de l'Autriche. Remarquons aussi que, vu la difficulté d'entreprendre une enquête canonique, le Saint-Siége a autorisé le tribunal ecclésiastique de Lemberg à s'appuyer sur le procès civil, comme si les actes dont il se compose eussent été dressés par le tribunal ecclésiastique. Cet indult, qui n'est pas sans exemple, facilite l'intervention des juges ecclésiastiques.

DÉCRETS INÉDITS

DE LA S. CONGRÉGATION DES ÉVÊQUES ET RÉGULIERS (1).

(Suite.)

Protestant converti. Dispense des trois ans exigés avant d'entrer au noviciat des Conventuels. — Dominicains. Commissaire espagnol. Préséance. — Mexique. Augustins. Fondation canonique du noviciat. — Franciscains. Pauvreté. Quête. Vente des denrées superflues. Argent. — Capucins. Irrégularité. — Eglises. Chaises fixes. — Homicide. Irrégularité. — Ordination des réguliers. Evêque du domicile. — Chartreux. Dispense de quelques mois de noviciat. — Capucins. Expulsion. — Schisme russe. Absolution de l'apostasie. — Indult permettant à une religieuse bénédictine d'entrer au Mont-Cassin. — Convers. Dispense d'âge. — Augustins. Chapitre général. Convocation des Américains. — Dominicains. Santiago du Chili. Collége. — Augustins de Sicile. Messes pour chaque defunt. — Ordre de la Merci. Espagnol. Noviciat fait à Rome. — Chartreux. Permission de prêcher et de confesser. — Servites. — Tiers-ordre régulier de S. François. Elections. — Trinitaire. Procès extrajudiciaire pour l'expulsion. — Bréviaire des Carmes. Indult. — Vente d'une terre. Convers. — Passage d'un convers à la profession cléricale. Nouveau noviciat. — Bénédictins du Mont-Cassin. Elections. — Carmes. Définiteurs provinciaux. Age. — Capucins de Sardaigne. Legs. — Assistance des parents accablés par la veillesse et la misère. Capucins. — Palais épiscopal. Obligation de demeurer dans le cloître. — Dominicains. Missions des Philippines et du Tonkin. Collége d'Ovagna. — Olivétains. Maison de Ste Françoise Romaine. Restitution du titre de monastère.

1778. Dispensationis super biennio novitiatus.

Il nobile giovane signor Francesco Giuseppe Giusto Vigilio Vigelius di Strasburgo di anni 28, nato e cresciuto nel protestantismo, e da un anno in qua convertito al cattolicismo, fa istanza per venire accettato nell'ordine de' PP. minor. Conventuali in Bavierain qualità di chierico. Informato il generale di detto ordine che il giovane aspirante a farsi suo religioso, è non solo dotato di vastissima erudizione, ma altresì che piu importa ferventissimo cattolico, rimarchevole per estraordinaria pietà, prostrato ai piedi della S. V. umilmente implora per lui la dispensa di due anni onde potergli subito cominciare il suo noviziato.

Votum procuratoris generalis. Optimo sanoque consilio constitutiones ordinis in cap. 2, tit. 8, n. 2, repellunt a suscipiendo habitu ordinis recens conversos ab hæresi vel ab infidelitate, quos tantum recipiendos permittunt post elapsum triennium; dummodo per id temporis pie et catholice vixerint. Nam semper timetur hujusmodi conversos non esse ita in fide roboratos ut queant statum perfectiorem intra claustrum apprehendere et vota solemnia emittere sine periculo profanationis. Sed hæc regula generalis aliquando patitur exceptionem; siquidem in casu nostro habentur fortissima argumenta sinceræ conversionis ad veram fidem et vocationis ad statum perfectiorem; nam Franciscus Vigelius de quo in precibus, Borussiæ natus inter protestantes nobilis et dives, nunc ætate maturus, litteris eruditus et in scientiis nimis expertus, ab hæresi recessit non cæco quodam impetu motus, non coactus a necessitate vitæ, non spe compulsus majoris utilitatis, nullo denique incitamento prorsus humano illectus, sed adiuvante gratia Dei transivit inter catholicos vivens in terra protestantium post factum studium veræ religionis, forti animo, ætate maturus superavit præjudicia educationis, unde colligitur veram sinceramque fuisse ejus conversionem etc.

Datum Romæ, die 5 decembris 1845. — Fr. Salvator Calè, procurator generalis.

Ex audientia SSmi 19 decembris 1845. SSmus annuit arbitrio R. P. D. visitatoris apostolici ordinis S. Francisci in Bavariæ regno pro facultate indulgendi præfato juveni etiam per subdelegandum ut post annum a facta abjuratione admitti possit in conventum, ibique morari, nec non expleto secundo anno in novitiatum recipi valeat, ibique sicuti alii novitii tyrocinium explere non obstante prohibitione admittendi ad habitum inter novitios ante triennium a die abjurationis recens conversos ab hæresi, vel ab infidelitate. — C. archiep. Perg. secretarius.

Romæ, etc.

1779. Super præcedentia.

At ægre ferebat pientissimi pontificis animus, quod eadem sors Scotiæ quoque communis nondum esse potuisset. Quæ paterni ejus animi ægritudo vel inde augebatur, quod compertum esset, quam uberes progressus in Scotia olim Ecclesia catholica fecerat. Profecto quicumque in ecclesiastica historia vel parum versatus fuerit, probe novit Evangelii lumen Scotis mature illuxisse; siquidem, ut silentio prætereamus quæ de antiquioribus in illud regnum apostolicis missionibus fert traditio, narrantur S. Ninianus sæculo IV exeunte, qui, teste ven. Beda, Romæ fidem, et mysteria veritatis edoctus fuerat, et sæculo V S. Palladius, Ecclesiæ Romanæ diaconus, sacra infula decorati, ibi Christi fidem prædicasse; nec non S. Columba ab., qui sæculo VI eo appulit, monasterium construxisse, ex quo plura alia prodierunt. Et, quamquam a medio sæculo VIII ad XI de ecclesiastico Scotiæ statu historica documenta ferme deficiant, memoriæ tamen proditum est, plures ibi episcopos, quamvis aliquos sine certis sedibus, extitisse. Postquam vero summa rerum Malcolmus III anno MLVII potitus est, ejus opera, hortante sancta conjuge Margarita, christiana religio, quæ sive ob exterorum populorum incursiones, sive ob varias politicas vicissitudines haud levia damna subierat, restitui, et ampliticari cœpit: et quæ extant adhuc sacrarum ædium, monasteriorum, aliorumque religiosorum monumentorum reliquiæ, splendidum pietatis veterum Scotorum præbent testimonium. Sed, ut quæ ad rem nostram potius faciunt, strictim persequamur, constat sæculo XV sedes episcopales adeo jam excrevisse, ut tresdecim numerarentur, nempe S. Andreæ, Glasguensis, Dunkeldensis, Aberdonensis, nec non Moraviensis, Brechinensis, Dumblinensis, Rossensis et Katanensis, Candidæ Casæ, et Lismorensis et Sodorensis, sive Insulana, atque Orcadensis; quæ quidem omnes huic Apostolicæ Sedi immediate subjectæ erant. Constat etiam, de quo Scoti merito gloriantur, Romanos pontifices sub pecu-

liari protectione Scotiæ regnum suscipientes, singulari memoratas ecclesias benevolentia fuisse prosecutos ; quare dum ipsi metropolitanos se Scotiæ gerebant, illarum privilegia ac immunitates, ab Ecclesia Romana omnium matre et magistra jamdiu concessas, integras servandas esse haud semel decreverunt, ita ut, quemadmodum ab Honorio III s. m. statutum fuit, Scotiæ ecclesia Sedi Apostolicæ, sicut filia specialis, nullo medio esset subjecta.

Cum vero antea Scotia metropolitano caruisset, Sixtus IV, præ oculis habens dispendia et difficultates Scotis subeundas, ut Romanam adirent metropolim, apostolicis literis XVI kal. septembris anni millesimi quadringentesimi septuagesimi secundi incip. *Triumphans Pastor æternus*, sedem S. Andreæ, quæ tum originis vetustate, tum veneratione erga apostolum regni patronum, principem facile obtinuerat locum, in metropolitanam et archiepiscopalem totius regni sedem erexit, reliquis sedibus eidem tamquam suffraganeis subjectis. Quod pariter factum est cum Glasguensi sede anno MCDXCI, quæ ab ecclesiastica provincia S. Andreæ distracta, ad metropolitanæ dignitatem ab Innocentio VIII elata est, suasque habuit ex supradictis suffraganeas sedes.

Cum ita constituta Scotorum Ecclesia floreret, hæresi erumpente sæculo XVI, ad extremam ruinam misere adducta est ; nunquam tamen Scotis defuit summorum pontificum, decessorum nostrorum, impensa cura, sollicitudo ac providentia, ut fortes in fide perseverarent, quod ex pluribus sane documentis liquido apparet. Nam prospicientes grassantem late tempestatem, erga illum populum commiseratione commoti, qua iteratis missionariorum ex variis regularium familiis expeditionibus, qua apostolicis legationibus, aliisque omne genus collatis subsidiis in id indefesse adlaborarunt, ut collapsæ religioni auxiliarentur. Eorum opera in hac catholici orbis arce selectis ex Scotica gente adolescentibus præter Urbanianum, peculiare patuit collegium, in quo sacris disciplinis imbui, et sacerdotio initiari possent ad sacrum ministerium deinde in patria exercendum, et spiritualem opem popularibus suis ferendam. Et quoniam dilecta illa Dominici gregis pars suis fuerat viduata pastoribus, s. m. Gregorius XV cum primum ei licuit, Willelmum Chalcedoniæ episcopum ordinatum amplisque munitum facultatibus, etiam illis quæ ordinariorum propriæ sunt, ad Angliam simul et Scotiam misit, ut dispersarum illarum ovium pastoralem curam assumeret, ceu videre est in apostolicis literis incipien. *Ecclesia Romana*, X kal. aprilis, anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio datis. Ad restituendam in utroque regno orthodoxam fidem et Anglorum atque Scotorum salutem procurandam, Francisco S. R. E. card. Barberinio eorum protectori magnam facultatum copiam ab Urbano VIII attributam fuisse ejus literæ *Inter gravissimas* in forma brevis die 18 maii anno a Nativitate MDCXXX datæ ostendunt. Huc spectant etiam aliæ ejusdem pontificis literæ *Multa sunt* ad Galliarum reginam die 12 febr. anno MDCXXXIII scriptæ, ut illius benevolentiæ Christifideles et Ecclesiam illam squalore confectam commendaret.

Verum ut meliori qua fieri posset ratione, spirituali Scotorum regimini consuleret, Innocentius PP. XII in vicarium suum apostolicum Thomam Nicholson, episcopali Peristachii titulo ac charactere insignitum anno MDCXCIV deputavit, integro regno ac insulis adjacentibus ipsius curæ commissis. Et haud multo post, cum unus dumtaxat apostolicus vicarius illi vineæ Domini excolendæ par amplius non esset, Benedictus XIII, socium prædicto episcopo adjungere properavit, quod anno MDCCXXVII executioni feliciter mandari potuit. Ita factum est, ut universum Scotiæ regnum in duos fuerit vicariatus apostolicos divisum, quorum alter inferiorem, superiorem partem alter complectebatur. Sed quæ divisio catholicis, quot tunc temporis erant, gubernandis satis idonea visa fuerat, cum in dies eorum numerus augeretur, opportuna amplius esse non poterat; proinde tertii vicariatus institutione novum præsidium religioni in Scotia tuendæ ac dilatandæ Apostolica hæc Sedes suppeditari oportere animadvertit. Ea de causa fel. rec. Leo XII literis apostolicis datis idibus februarii anno millesimo octingentesimo vigesimo septimo, quarum initium *Quanta lætitia affecti simus*, Scotiam in tres districtus, seu vicariatus apostolicos, orientalem nempe, occidentalem, et septentrionalem partitus est. Nemo ignorat, quam uberes fructus, zelo novorum præsulum, ac studio nostræ de Propaganda Fide congregationis, catholica Ecclesia inibi collegerit; ex quo satis elucet, nihil unquam intentatum Sanctam hanc Sedem pro ea, quam gerit, ecclesiarum omnium sollicitudine, reliquisse, ad Scotiæ gentem ex lugendis veteribus calamitatibus reficiendam in dies, recreandamque.

At profecto sa. me. Pio PP. IX. id cordi apprime erat, ut illlustrem Scotiæ ecclesiam ad pristinum decus, et formam iterum excitare datum esset; præclara enim prædecessorum suorum exempla illum urgebant, cui ad hujusmodi opus viam ipsi veluti sternere voluisse videbantur. Et sane ex una parte perspiciens universum religionis catholicæ in Scotia statum, ac succrescentem in dies Christifidelium, sacrorum operariorum, ecclesiarum, missionum, religiosarum domorum, aliarumque hujusmodi institutionum, ac temporalium etiam adjumentorum copiam, ex alia vero animadvertens per eam, quam inclytum gubernium Britannicum catholicis impertitur, libertatem, in dies removeri quidquid impedimento fuerat, quominus penes Scotos ordinarium SS. antistitum regimen restitueretur, facile sibi ille pontifex persuaserat, episcopalis hierarchiæ restaurationem ad aliud tempus minime esse differendam. Interea ipsi vicarii apostolici, et permulti sive ex clericis, sive ex laicis, generis nobilitate, ac virtutum laude spectati viri enixe ab eo flagitarunt, ut hac in re eorum votis satisfacere haud diutius immoraretur. Quæ quidem supplicationes iterum ei porrectæ sunt, cum dilecti cujusvis ordinis filii illarum regionum, duce ven. fr. Joanne Strain, episcopo Abile in partibus infidelium et districtus orientalis vicario apostolico, huc advenere, ut de die quinquagesimum annum ab episcopali ejus consecratione claudente cum ipso gratularentur. Cum ita se res haberent, prælaudatus pontifex negotium hoc, prout ejus gravitas postulabat VV. FF. NN. sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, Fidei Propagandæ præpositis, undequaque discutiendum commiserat atque eorum sententia in suscepto consilio eum magis magisque confirmaverat. Dum vero ipse ad opus diu multumque optatum absolvendum se pervenisse lætabatur, ad coronam justitiæ recipiendam a justo judice advocatus fuit.

Quod itaque prædecessor noster morte interceptus perficere non potuit, copiosus in misericordia Deus et in cunctis suis gloriosus operibus largitus est nobis, ut ita supremum pontificatum, quem in tanta temporum calamitate trepidantes suscepimus, fausto quodam veluti omine auspicaremur. Quapropter sine mora, cum totius hujusce negotii plenam nobis notitiam comparaverimus, quod a rec. me. Pio PP. IX decretum fuerat, executioni mandandum esse ultro existimavimus. Erectis itaque oculis ad Patrem luminum, a quo omne datum optimum, et donum perfectum, divinæ gratiæ præsidium invocavimus, exorata simul ope B. M. V. sine labe conceptæ B. Josephi ejus sponsi atque universæ Ecclesiæ patroni, beatorum apostolorum Petri et Pauli, sancti Andreæ, aliorumque cœlitum, quos Scoti veluti protectores venerantur, ut suis nos apud Deum suffragiis ad idem negotium prospere maturandum juvarent. Hisce itaque præhabitis, motu proprio, certa scientia, ac de apostolica, qua in universam Ecclesiam pollemus, auctoritate, ad majorem Dei omnipotentis gloriam et catholicæ fidei exaltationem constituimus, atque decerni-

mus, ut in Scotiæ regno juxta canonicarum legum præscripta reviviscat hierarchia ordinariorum episcoporum, qui a sedibus nuncupabuntur, quas hac nostra constitutione erigimus, atque in ecclesiasticam provinciam constituimus. Porro sex numero sedes in præsens erigendas easque ex nunc erectas esse volumus, nimirum S. Andreæ cum adjuncto titulo Edimburgi, Glasguensem, Aberdonensem, Dunkeldensem, Candidæ Casæ seu Gallovidianam, nec non Ergadiensem atque insularum.

Recolentes autem illustria veteris sancti Andreæ ecclesiæ monumenta, habitaque ratione hodiernæ illius regni principis civitatis, aliisque rationibus perpensis, non possumus, quin celebrem illam sedem veluti e sepulcro excitantes, ad metropolitanæ seu archiepiscopalis dignitatis gradum, adjecto Edimburgi titulo, evehamus, vel restituamus, quo antea a ve. me. Sixto IV decessore nostro decorata fuerat, eidemque suffraganeas quatuor ex præenuntiatis sedibus, nempe Aberdonensem, Dunkeldensem, Candidæ Casæ seu Gallovidianam, Ergadiensem atque insularum adsignemus, quemadmodum tenore præsentium auctoritate nostra apostolica adsignamus, addicimus, attribuimus. Quod vero ad Glasguensem sedem attinet, considerata illius civitatis vetustate, amplitudine, et nobilitate, ac præsertim præ oculis habito florentissimo in ea religionis statu, et archiepiscopalibus præeminentiis eidem ab Innocentio VIII collatis, decere omnino duximus ipsius sacrorum antistiti archiepiscopi nomen et insignia tribuere prout tenore præsentium pariter tribuimus, quin tamen, donec aliter a nobis vel successoribus nostris definitum fuerit, præter nominis et honoris prærogativam ullum consequatur jus proprium veri archiepiscopi et metropolitani. Volumus autem, atque mandamus, ut Glasguensis archiepiscopus, quoadusque sine suffraganeis permanebit, in provincialem synodum una cum aliis conveniat.

In prædicta vero S. Andreæ atque Edimburgi archiepiscopali seu metropolitica sede comprehendantur comitatus Edimburgensis, Limnuchensis, Hadintonanus, Bervicensis, Selkirkensis, Peblianus, Roxburgensis et pars meridionalis Fifæ quæ est ad dexteram fluminis Eden; comitatus quoque Sterlinensis, demptis tamen territoriis de Baldernock et Kilpatrick orientali nuncupatis.

In archidiœcesi Glasguensi comprehendantur comitatus Lanarcensis, Renfroanus, Britannodunensis, territoria de Baldernock et Kilpatrick orientali nuncupata, in comitatu Sterlinensi sita, pars borealis comitatus Aërensis, quæ ab australi ejusdem regione, rivulo Lugton in Garnock fluvium defluente, separatur: insulæ quoque Cumbra major et minor.

In diœcesi Aberdonensi contineantur comitatus Aberdonensis, Kincardinensis, Bamfiensis, Elginensis, seu Moraviensis, Narniensis, Rossiensis (præter Leogum in Œbudis), Cromartiensis, Sutherlandiensis, Cathanesiensis, insulæ Orcades et Hethlandicæ: denique ea pars comitatus Ennernessensis quæ sita est ad septentrionem lineæ rectæ ductæ ab extremitate septentrionali lacus Luing ad fines orientales ejusdem comitatus Ennernessensis, ubi sibi occurrunt comitatus Aberdonensis et Bamfiensis.

In diœcesi Dunkeldensi comprehendantur comitatus Perthensis, Forfarensis, Clacmananus, Kinrossianus, et pars septentrionalis Fifæ quæ est ad lævam fluminis Eden, eæ quoque partes comitatus Sterlinensis, quæ disjunctæ jacent atque a comitatibus Perthensi et Clacmanano sunt circumseptæ.

Diœcesis Candidæ Casæ seu Gallovidiana contineat comitatus Dumfrisiensem, Kircudberechtensem, Victoniensem, et Aërensis partem, quæ ad lævam rivuli Lugton in flumen Garnock defluentis ad Austrum extenditur.

Diœcesis denique Ergadiensis et Insularum complectatur comitatum Argatheliensem, Botam et Araniam insulas Æbudas, et partem australem comitatus Ennernessensis, quæ a lacu Luinge ad fines comitatus ejusdem orientales juxta lineam rectam supra descriptam, protenditur.

Ita igitur in Scotiæ regno præter Glasguensem archiepiscopatum honoris, unica erit provincia ecclesiastica ex uno archiepiscopo seu metropolitano antistite, et quatuor suffraganeis episcopis constans.

Neque dubitamus, quin novi præsules prædecessorum suorum, qui propria virtute veterem Scotiæ ecclesiam illustrarunt, vestigiis inhærentes omnem daturi sint operam, ut catholicæ religionis nomen in eorum regionibus splendidius fulgescat, et animarum profectus, divinique cultus augmentum meliori qua fieri poterit ratione promoveatur. Ea propter nobis, nostrisque in apostolica Sede successoribus jam nunc reservatum declaramus, ut prædictas diœceses in alias, ubi opus erit, partiamur, earumque numerum augeamus, limites immutemus, et quidquid aliud ad orthodoxæ fidei propagationem ibi magis conferre in Domino visum fuerit, libere perficiamus.

Quod vero iisdem ecclesiis valde profuturum perspicimus, volumus ac jubemus, ut earumdem præsules relationes de sedium, atque ovium eorum curæ creditarum statu ad nostram de Propaganda Fide congregationem, quæ hactenus peculiarem sedulamque de regionibus ipsi sollicitudinem gessit, transmittere nunquam omittant; nesque per eamdem Congregationem certiores faciant de iis omnibus, quæ pro pastorali munere adimplendo, et suarum ecclesiarum incremento procurando nunciare se necessarium aut utile judicaverint. Meminerint autem, se hanc relationem exhibere, sicut et SS. Apostolorum limina adire, quarto redeunte anno teneri, prout in const. s. m. Sixti V diei XIII kal. januarii anni millesimi quingentesimi octogesimi quinti data, quæ incip. *Romanus Pontifex*, sancitum est. In ceteris pariter, quæ ejusdem pastoralis officii sunt, archiepiscopi et episcopi supramemorati omnibus fruantur juribus et facultatibus, quibus alii aliarum gentium catholici antistites ex communi sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum vi fruuntur, ac frui possunt ac poterunt, iisdemque adstringantur obligationibus, quibus alii archiepicopi et episcopi ex eadem communi et generali catholicæ Ecclesiæ disciplina devincti sunt. Quæcumque idcirco sive ex antiqua ecclesiarum Scotiæ ratione, sive in subsequenti missionum conditione ex peculiaribus constitutionibus, aut privilegiis vel consuetudinibus particularibus viguerint, mutatis nunc circumstantiis, nullum posthac sive jus, sive obligationem inducant. Atque eum in finem, ut nulla hac super re in posterum suboriri valeat dubitatio, nos iisdem illis peculiaribus statutis, ordinationibus, et privilegiis cujuscumque generis et consuetudinibus a quocumque etiam vetustissimo et immemorabili tempore invectis, ac vigentibus, omnem prorsus obligandi, et juris afferendi vim ex plenitudine apostolicæ auctoritatis adimimus. Quocirca Scotiæ præsulibus integrum erit ea decernere, quæ ad communis juris executionem pertinent, quæque ex generali ipsa Ecclesiæ disciplina episcoporum auctoritati permissa sunt. Pro certo autem teneant, nos eis apostolica nostra auctoritate libenter fore adfuturos, atque in omnibus nostram eis opem laturos, quæ ad divini nominis gloriam amplificandam, et animarum spirituale bonum fovendum conducere visa fuerint. Cujus quidem propensæ voluntatis nostræ erga dilectam S. Sedis filiam, Scotiæ ecclesiam, ut pignus exhibeamus, volumus, et declaramus, antistites ipsos, cum ordinariorum episcoporum nomine et juribus fuerint insigniti, iis haudquamquam privari debere commodis, et amplioribus facultatibus, quibus in antecessum una cum titulo nostrorum et apostolicæ Sedis vicariorum fruebantur. Neque enim fas est, ut in eorum vertant detrimentum, quæ a nobis ex catholicorum Scotorum voto in majus sacræ apud ipsos rei bonum decreta sunt. Et, quoniam ea est Scotiæ conditio, ut Christi ministris, et variis

cujusque ecclesiæ necessitatibus temporalia subsidia haud congrua suppetant, certa spe futurum substentamur, ut dilecti ipsi filii nostri christifideles, quorum impensissimis postulationibus pro episcopali hierarchia restituenda libenti animo obsecundavimus, pastoribus, quos eis preficiemus, eleemosynis ac oblationibus suis largius etiam succurrere pergant, quibus episcopalium sedium instaurationi, templorum, ac divini cultus splendori, cleri pauperumque substentationi aliisque ecclesiæ necessitatibus valeant consulere.

Sed jam ad illum humillimas preces nostra convertimus, in quo placuit Deo Patri in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia, ut qui cepit opus bonum, ipse perficiat, confirmet, solidetque, ac illis omnibus, ad quos res a nobis decretas, exequi pertinet cœlestis gratiæ lumen et robur adjiciat, quo restituta a nobis in Scotiæ regno episcopalis hierarchia religioni catholicæ omnino benevertat. Ad quem etiam finem deprecatores apud reparatorem nostrum Jesum Christum adhibemus sanctissimam ejus matrem, B. Josephum ipsius putativum patrem, beatos apostolos Petrum et Paulum, nec non S. Andream, quem Scotia peculiari cultu prosequitur, aliosque sanctos, ac præsertim beatam Margaritam Scotorum reginam, ejusdemque regni decus et columen, ut renascentem illam ecclesiam benigno favore prosequi velint.

Decernimus tandem has nostras litteras nullo unquam tempore de subreptionis vitio, sive intentionis nostræ alioque quovis defectu notari vel impugnari posse, et semper validas et firmas fore, suosque effectus in omnibus obtinere atque inviolabiliter observari debere. Non obstantibus apostolicis, atque in synodalibus, provincialibus et universalibus conciliis editis generalibus vel specialibus sanctionibus nec non veterum Scotiæ sedium et missionum ac vicariatuum apostolicorum inibi postea constitutorum, et quarumcumque ecclesiarum ac piorum locorum juribus aut privilegiis, juramento etiam confirmatione apostolica aut alia quacumque firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. His enim omnibus, tametsi pro illorum derogatione specialis mentio facienda esset, aut alia quantumvis exquisita forma servanda, quatenus supradictis obstant, expresse derogamus. Irritum quoque et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, ut harum literarum exemplis etiam impressis, manuque publici notarii subscriptis, et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis eadem habeatur fides, quæ nostræ voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso haberetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, constitutionis, restitutionis, institutionis, adsignationis, adjectionis, attributionis, decreti, mandati, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo octigentesimo septuagesimo octavo IV nonas martias pontificatus nostri anno I.

C. Card. SACCONI, Pro-Datarius. F. Card. ASQUINIUS.

Visa
De Curia J. De Aquila e vicecomitibus.
Loco † *Sigilli*

J. Cugnonius,
Reg. in Secretaria Brevium,

Préséance. Docteurs.

Le second concile provincial de Tarragone renferme un statut qui défère la préseance aux gradués, c'est-à-dire aux docteurs ou licenciés. Mgr l'évêque de Lérida ayant renouvelé cette disposition dans un Règlement récent, le maître de cérémonies de la cathédrale, lequel a quarante-trois ans de sacerdoce, n'a pu se résoudre à céder le pas à de jeunes prêtres. La S. Congrégation des Rites a déclaré insoutenable la disposition du Règlement. Quoique le concile de Tarragone ait été examiné par le Saint-Siége, on ne peut considérer comme légales les dispositions qui ne sont pas en harmonie avec les prescriptions canoniques.

Illerden. Marianus Puigilat y Amigó, cl. m. episcopus Illerden., provinciæ ecclesiasticæ Tarraconensis, novis editis constitutionibus sub nomine vulgo *Regulamento provisional* suffultus decreto concilii provincialis secundi, quo statutum fuerat « ut doctores et licentiati in theologia vel jure canonico, commensales aut beneficiati primum et immediatum ante commensales seu portionarios, tam in choro quam in processionibus obtineant locum, servata cujusque in præcedentia doctoratus antiquitate, » novam hujusmodi induxit disciplinam, ab universo clero suæ ecclesiæ cathedralis observandam. Jamvero sacerdos Felix Costa, præfatæ cathedralis ecclesiæ Illerdensis magister cœremoniarum non graduatus, sed a quadraginta tribus annis in presbyteratus ordine constitutus, ægre ferens quod neosacerdos graduatus sedem choralem præcedentiæ in vim prædicti decreti sibi arriperet, a Sacra Rituum Congregatione insequentium dubiorum resolutionem suppliciter petiit, nimirum :

Dubium 1. An tuto dispositio dicti Regulamenti provisionalis sit admittenda et retinenda?

Dubium 2. An orator restitui debeat in sua sede præcedentiæ licet non sit graduatus?

Dubium 3. Et supposito quod affirmative, an talis canonica præscriptio sit ab omnibus choralibus observanda?

Dubium 4. An talis constitutio synodi Tarraconensis possit stare vel aliquam vim obtinere pugnans adversus tam repetita decreta sacrorum Rituum Congregationis constituentis veram dignitatem in sacerdotio?

Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti secretarii, exquisito voto in scriptis alterius ex apostolicarum cæremoniarum magistris, omnibus rite perpensis, declarare censuit :

Ad 1. *Negative.*

Ad 2, 3 et 4. *Provisum in primo.*

Atque ita declaravit ac servari mandavit. Die 1 septembris 1877. — A. Ep. Sabinen. card. Bilio, S. R. C. præf. — Placidus Ralli, S. R. C. secretarius.

— *Chemin de la Croix. Erection canonique. Indult accordé par le général des Franciscains.*

Comme le Rosaire appartient à l'ordre de S. Dominique et le scapulaire est réservé aux religieux de Notre-Dame du Carmel, ainsi le Chemin de la Croix est le patrimoine spécial des Franciscains qui ont été, depuis l'époque des croisades, les gardiens des saints lieux de Jérusalem et de la Palestine. C'est par conséquent au général des Franciscains qu'on demande le pouvoir d'ériger le chemin de la croix. Quelquefois le saint-père accorde directement la faculté en vertu d'un bref. Voici la formule de la patente délivrée à Mgr l'évêque d'Huesca et Barbastro, en Espagne :

Fr. Bernardinus a Portu Romatino strictioris observantiæ sancti patris nostri Francisci, jam S. theologiæ lector, Venetæ provinciæ ex-minister, ex-procurator reformatorum, totius ordinis Minorum minister generalis, et humilis in Domino servus.

« Vigore præsentium litterarum facultatem impertimur Excellmo almo Duo Honorio Maria de Onaindia, episcopo Oscen. et Barbastren. in Hispania, quatenus per se vel per alios sacerdotes idoneos sibi subditos suæ diœcesis ab ipso deputandos, sacras viæ crucis stationes benedicere ac erigere possit et valeat in ecclesiis, intra limites suæ jurisdictionis, publicis oratoriis, monasteriis, locis piis, cœmeteriis, et oratoriis etiam privatis in quibus ex apostolico indulto S. Missæ sacrificium celebrare liceat; cum singulis adnexis indulgentiis lucrandis ab omnibus Christifidelibus eas devote visitantibus. Servatis omnibus aliis de jure servandis, et relicto peractæ erectionis semper testimonio propria manu subscripto.

« Datum Romæ ex nostra residentia S. Mariæ de Aracœli 21 novembris 1877. — Fr. Bernardinus, minister generalis. — De mandato Paternitatis Suæ Reverendissimæ, Fr. Franciscus M. a Salerno, lector jubilatus, secretarius generalis ordinis.

— *Concours pour la nomination du chanoine pénitencier de l'église métropolitaine et patriarcale de Séville. Edit de l'archevêque et du chapitre.*

La nomination du pénitencier étant simultanée entre l'archevêque et le chapitre, l'édit de convocation est rendu en leur nom. Le canonicat est devenu vacant par la promotion de Mgr Manuel Gonzalez y Sanchez à l'évêché de Jaen. Plusieurs bulles du Saint-Siége et le concordat de 1851 prescrivent le concours. Les candidats qui concourent doivent être docteurs, ou tout au moins licenciés en théologie ou en droit canonique. Ils doivent avoir reçu leurs grades dans une des universités d'Espagne, ou bien à l'université de Bologne, ou bien encore dans un des séminaires d'Espagne qui ont le pouvoir de conférer les grades. L'inscription des candidats demeurera ouverte deux mois entiers. Chacun devra présenter au secrétaire du chapitre ses titres, les testimoniales de son prélat, l'acte de baptême pour constater l'âge, lequel, d'après la bulle *Supremæ* de Grégoire XV, doit être celui de quarante ou tout au moins trente ans. On préviendra les candidats qui ne sont pas prêtres, qu'ils doivent recevoir les ordres dans le délai d'un an ; ils devront avant la prise de possession se démettre de tout emploi de nature à les empêcher de remplir personnellement les fonctions de pénitencier. Ils prendront l'engagement de n'accepter aucun emploi, sauf celui de juge synodal. Le concours a lieu de la façon qui suit. Les théologiens feront un cours sur un article de la *secunda secundæ* de S. Thomas ; ils devront répondre à toutes les objections qu'on leur fera. En outre, ils prêcheront une heure entière sur un des trois passages de l'Évangile qui leur seront présentés. Les canonistes feront de même sur une décrétale du code de Grégoire IX. On accorde trente-six heures de préparation. Les exercices littéraires étant terminés, l'archevêque et le chapitre décideront de concert l'approbation des candidats ; puis, le prélat choisira parmi les candidats approuvés celui qu'il croira le plus apte et le plus digne.

Tel est le système qui est observé dans l'église de Séville pour la nomination du pénitencier. Voici le texte de l'édit de convocation du concours.

Edicto para la oposicion del canonicato de Penitenciaria de la santa iglesia metropolitana y patriarcal de Sevilla, con termino de sesenta dias, que se cumplirán en 18 de febrero de 1878.

Nós Dr. D. Fr. Joaquin Lluch y Garriga, por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apóstolica, Arzobispo de Sevilla, et cétera.

Y el Dean y Cabildo de su santa metropolitana y patriarcal iglesia.

Hacemos saber á los que el presente edicto vieren y leyeren : que por promocion del Dr. D. Manuel Gonzalez y Sanchez á la dignidad de Obispo de Jaen, ha resultado vacante el canonicato de Penitenciaria que en ella poseía, cuya provision nos pertenece, asi por Bulas apostólicas como por el Novísimo Concordato, y hemos acordado se efectúe prévia oposicion, al tenor de sus disposiciones. Por tanto, los que siendo Doctores ó Licenciados en Teologia, ó en Derecho canónico en alguna de las Universidades aprobadas en estos reinos, ó en la de Bolonia, como colegiales del mayor de los españoles, ó en alguno de los Seminarios conciliares habilitados para conferir dichos grados, quisieren oponerse al expresado canonicato, comparecerán ante nuestro Secretario capitular por sí, ó por Procurador competentemente autorizado, á firmar la oposicion dentro del término de sesenta dias, que correrán desde el 20 del presente Diciembre hasta el 18 de Febrero del año de 1878, vésemes oportune, habrán de presentar sus titulos, las testimoniales de sus respectivos Prelados, y las fes de bautiamo, por las acrediten tener la edad de cuarenta año , que es la requerida para dicha Prebenda por la Bula *Supremæ dispositiones arbitrio* de la Santidad de Gregorio XV, ó cuando ménos la de treinta cumplidos, por si se diese el caso excepcional de que se hace mencion en la citada Bula; debiendo además de esto tener entendido los aspirantes que el que fuere elegido quedará obligado á ordenarse de Presbítero dentro de un año, si ya no lo fuese al tiempo de la provision; y que si tuviese oficio de administracion de justicia dado por S. M., ó por el Prelado, ó algun otro cargo ó empleo que le impedia cumplir personalmente las obligaciones de la referida canongía, le habrá de renunciar ántes de ser admitido á la posesion, obligándose, con la formalidad que en esta iglesia se acostumbra, á no aceptar ni servir en lo sucesivo ninguno de dichos empleos, cargos ú oficios (salvo el de Juez sinodal) so pena de considerarse vacante por ese mero hecho el canonicato, y quedar Nós en plena libertad de volver á proveerle.

Los opositores admitidos con dichos requisitos y condiciones principiarán desde luégo á hacer sus correspondientes ejercicio literarios, los cuales, de conformidad con le prescrito en las indicadas disposiciones pontificias y antígua práctica de esta santa iglesia, se verificarán de la manera siguiente : Los Teólogos tendrán una leccion de hora con puntos de vainticuatro sobre uno de los tres piques, que se han de dar en la 2ª 2ª de la Summa de Santo Thomás, debiendo contestar acto contínuo á dos argumentos de media hora en forma silogística, los que se harán recíprocamente los opositores, segun el turno para los ejercicios se hubiera establecido, y un sermonl de hora con puntos de cuarenta y ocho sobre el asunto que escoja el ejercitante de entre los que a virtud de otros tres piques en los cuatro Evangelios se hubieren ofrecido á su eleccion. Y los canonistas á su vez leerán por igual tiempo y la misma preparacion sobre el capitulo que eligierem, mediante los tres piques, que en tal caso se darán en los cinco

libros de las Decretales de Gregorio IX, contestando asimismo á sus respectivos argumentos en forma de media hora cada uno; y por último, relatarán y fallarán el pleito que les quepa en suerte, debiendo prepararse para este ejercicio incomunicados en el local que se determine por espacio de treinta y seis horas, y no pudiendo exceder de una en su desempeño. Concluidos que sean todo estos ejercicios literarios, y prévio el acuerdo capitular sobre su aprobacion, elegiremos canónicamente de entre los opositores que la hubieren obtenido al que nos pareciere más apto é idóneo para el buen desempeño de las obligaciones anejas á la referida prebenda y más útil al servicio de Dios Nuestro Señor y bien de esta santa iglesia.

En testimonio de lo cual hemos mandado expedir y expedimos el presente edicto, firmado por Nós, sellado con los de nuestras armas y refrendado por nuestro Secretario capitular en Sevilla á 17 de Diciembre de 1877. — Fr. Joaquin, Arzobispo de Sevilla. — Dr. Cristóbal Ruiz Canela, Dean. — Por mandado de SS. EE. los Sres. Arzobispo y Dean y Cabildo de la santa metropolitana y patriarcal iglesia de Sevilla, Dr. Antonio Rodriguez y Montero, Canónigo Magistral, Secretario.

— *La vénérable Guillelmine-Emilie de Rodat, fondatrice des sœurs de la Sainte-Famille. Approbation du procès apostolique.*

Decretum. Ruthenen. Beatificationis et canonizationis ven. servæ Dei Guillelmæ Æmiliæ de Rodat, institutricis congregationis sororum a Sancta Familia nuncupatarum Quum decimoquinto kalendas aprilis 1875 Sanctissimus Dominus noster Pius papa IX benigne indulserit, ut de fama sanctitatis vitæ, virtutum, miraculorum in genere ven. servæ Dei Guillelmæ Æmiliæ de Rodat prædictæ ageretur in congregatione Sacrorum Rituum ordinaria, absque interventu et voto consultorum ad instantiam Rmi D. Joannis Josephi Rousseille, procuratoris generalis seminarii Parisiensis Missionum ad exteros, et hujus causæ postulatoris constituti, Emus et Rmus dominus cardinalis Carolus Sacconi, ejusdem causæ ponens, sequens dubium discutiendum proposuit in ordinariis Sacrorum Rituum comitiis hodierna die ad Vaticanum habitis; nimirum : « An constet de validitate et relevantia processus apostolica auctoritate constructi super fama sanctitatis vitæ, virtutum et miraculorum in genere dictæ ven. servæ Dei in casu et ad effectum de quo agitur? » Emi et Rmi Patres sacris tuendis ritibus præpositi, omnibus mature perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati sanctæ fidei promotore, respondendum censuerunt : *Affirmative.* Die 15 septembris 1877. Quibus per infrascriptum secretarium fideliter relatis Sanctissimo Domino nostro Pio papa IX, Sanctitas Sua rescriptum Sacræ Congregationis ratum habuit ac confirmavit. Die 20 iisdem mense et anno. A. Ep. Sabinen. Card. BILIO S. R. C. Præf. Loco † Sigilli. *Placidus Ralli, S. R. C. secretarius.*

— *Indulgences. Si elles commencent la veille, où seulement à minuit. Les œuvres prescrites doivent être faites le jour marqué pour gagner l'indulgence. Si l'on peut gagner plusieurs indulgences le même jour. Si les conditions peuvent être observées plusieurs fois.*

Geneven. Super nonnullis operibus injunctis, rite peragendis. *Decretum.* Gaspar Mermillod, episcopus Hebron et vicarius apostolicus Genevensis, infrascripta dubia ad hanc S. Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositam transmisit :

1. Utrum, nisi aliud expresse habeatur in indultis, indulgentiæ lucrandæ incipiant a media nocte, an vero a primis vesperis?

2. Utrum, si quis utens recenti privilegio confessionem et communionem pridie ejus diei peragat, cui affixa est indulgentia, etiam reliqua opera præscripta pridie fieri, adeoque pridie etiam indulgentia lucrifieri possit?

3. Utrum si eidem pio operi, quod a fidelibus iterari non potest variis titulis indulgentiæ annexæ sunt, possint omnes lucrifieri?

Emi Patres in congregatione generali habita in palatio apostolico Vaticano die 14 decembris 1877, auditis consultorum votis, rebusque mature perpensis, responderunt :

Ad primum : *A media nocte ad mediam noctem.*

Ad secundum: *Negative.*

Ad tertium : *Affirmative, dummodo opera injuncta vere iterari nequeant, vel non soleant, sicuti confessio, nisi sit aliunde necessaria.*

Et facta de præmissis relatione SSmo D. N. Pio PP. IX ab infrascripto secretario in audientia habita die 12 januarii 1878, Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis approbavit. Datum Romæ ex secretaria ejusdem S. C. die 12 januarii 1878. — A. card. Oreglia a S. Steph., præf. —A. Panici, secr.

— *Image du Sacré Cœur de Jésus. Si, pour acquérir les indulgences, on doit prier devant une image représentant extérieurement le Cœur humain et matériel du Sauveur.*

Quelques artistes se sont mis à sculpter ou à peindre des images du Sacré-Cœur de Jésus où le Cœur n'est pas représenté, mais seulement le Sauveur porte la main vers le côté de la poitrine qui fut ouvert par la lance. La S. Congrégation des Indulgences condamne cette innovation, et décide que les indulgences ne sont acquises que lorsqu'on fait des prières devant une Image qui représente extérieurement le Sacré-Cœur. Voici la décision textuelle.

Parisien. — De Indulgentia pro orantibus ante imaginem Sanctissimi Cordis Jesu Decretum. Summus pontifex Pius VI per rescriptum datam Florentiæ die 2 januarii 1799 concessit indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum Christi fidelibus, qui cum debitis dispositionibus templum, oratorium seu altare ubi sacri Cordis D. N. J. C. imago publicæ venerationi, decenti forma quæ convenit, ut moris est exposita habeatur, pie visitaverint, nec non per aliquod temporis spatium juxta mentem S. S. Deum oraverint.

Hinc Rev. P. Ramière Soc. Jesu S. Congregationi Indulgentiis SSque Reliq. præpositæ infrascriptum proponit dubium :

Utrum Redemptoris imaginibus in quibus SSmi Cordis Imago extrinsecus non appareat, applicari possit concessio Indulgentiæ a sa. me. Pio VI facta pro qualibet oratione quæ fiat coram imagine aliqua SSmi Cordis Jesu publicæ venerationi exposita?

Emi Patres in congregatione generali habita in palatio apostolico Vaticano die 14 decembris 1877, auditis consultorum votis, rebusque mature perpensis responderunt: *Negative.* Et facta de præmissis relatione SSmo D. N. Pio papa IX ab infrascripto secretario in audientia habita die 12 januarii 1878, Sanctitas sua resolutionem S. Congregationis approbavit. Datum 12 januarii 1878.—A. card. Oreglia a S. Stephano præf. — A. Panici secr.

Animadversiones ex officio una cum consultoris voto. Jam vero quid veniat nomine imaginis SS. Cordis Jesu tum ipsa

verba, tum usus universalis, qui apparitionibus etiam ac revelationibus a B. Margarita Alacoque acceptis est apprime conformis, docere satis videntur. Colligitur siquidem ex actis ejusdem beatificationis, atque ex scriptis ab ipsa superiorum jussu factis, non alio quidem modo imaginem illam subjiciendam esse oculis Christifidelium, nisi sensibiliter sub figura cordis carnei et in pectore imaginis divini Servatoris exterius expressa. Quoties enim B. Margarita de divini Cordis Jesu apparitione mentionem init, toties illud quibusdam adjunctis designat, ut imaginem sub sensu cadentem necessario supponant. Ait quippe divinum illud Cor ita apparuisse ut fulgore solem vinceret, radios undequaque diffunderet, vulnere sauciatum, corona spinea sursum, et crucis signo deorsum munitum. Et ipsum Christum Dominum significasse tradit desiderium, quod ad hominum cordium duritiem emolliendam ipsorum oculis prædicti sui Cordis carnei imago exponeretur; acceptissimum sibi futurum honorem sub hac figura redditum; uberesque se gratias honoris hujusce causa effusurum.

Quibus accedit pictam primitus tabulam ipsa prope B. Margarita suggerente, eisdem quæ diximus emblematibus expressam adhuc asservari ad cujus plus minus normam usque ad nostra tempora cæteræ Imagines vel pictæ vel sculptæ fuerunt repræsentatæ. Nuper vero ad hanc praxim impugnandam plures christianas artes etiam colentes insurrexerunt contendentes, haud esse artis regulis conformem hanc repræsentationem SS. Cordis Jesu, et insinuare potius nituntur, ut aliæ imagines sculpantur vel pingantur in quibus exhibeatur Christus lateris sui vulnus manu ad pectus admota ostendens, aut quolibet alio modo suum amorem manifestans. Neque inter ipsos desunt qui dictitent id et conformius etiam esse spiritui revelationum a B. Margarita acceptarum et Evangelio ubi non legitur quod cor, sed quod latus Redemptoris fuit lancea perforatum, et ex quo constat neque in morte neque post mortem fuisse ipsius corpus divisum, ac tandem christianæ etiam veteri iconographiæ; juxta quam latus Redemptoris dextrum, ac minime sinistrum a Longino perforatum repræsentatur.

Et cum usus in Gallia præsertim jam invalescat loco carnei Jesu Cordis imaginem publicæ venerationi exponendi Redemptoris figuram amorem suum prædicta ratione exprimentem, Rev. P. Ramière societatis Jesu Sacræ Congregationi relatum proposuit dubium; quo desuper Rmus Pater Tosa O.P. hujus S. Congreg. consultor de sua sententia rogatus, paucis hisce verbis eam manifestat: « Quidquid est de præsumptis artis regulis, imago quælibet, utut pia, Salvatoris Christi in qua SSmum ipsius Cor depictum non appareat, nec est nec dici potest imago SSmi Cordis Jesu. Ergo nec est nec dici potest ornata privilegio earum indulgentiarum, quæ ab aliquo summo pontifice orantibus coram imagine aliqua SSmi Cordis Jesu concessæ fuerint. Ita omnino quæsito proposito respondendum censeo. » Atque huic consultoris opinioni favere etiam videntur verba in superiori rescripto sa : me : Pii VI adjecta, *ut moris est*, quæ ad formam imaginis ante quam est exorandum, videntur referri.

— *Liturgie. Langue vulgaire. Culte supplémentaire. Ancien usage d'employer la langue polonaise dans certaines parties de la liturgie. Si l'on peut lui substituer la langue russe? Décision de la S. Congrégation du Saint-Office.*

Le rite latin est gardé dans un grand nombre d'églises de Pologne et de Lithuanie. Cependant on emploie le polonais dans certaines parties de la liturgie et dans quelques formules relatives à l'administration des sacrements. Cet usage est fort ancien et immémorial. Depuis quelques années les partisans du schisme font de grands efforts pour abolir le rite latin dans les églises catholiques, et le remplacer par les offices en langue russe. Jusqu'à ce jour ils n'ont pu réaliser leur dessein que sur un point, c'est-à-dire qu'ils ont introduit le russe dans les parties supplémentaires de la liturgie dont il est question plus haut. Effrayés d'une innovation aussi dangereuse pour l'orthodoxie, plusieurs Polonais ont consulté le Saint-Siége. L'affaire ayant été examinée en congrégation générale du Saint-Office, il a été décidé qu'il n'est pas permis de substituer, sans l'autorisation du Saint Siége, la langue russe à la langue polonaise, qui est employée de temps immémorial dans le culte supplémentaire dont il s'agit. Voici la décision textuelle :

Resolutio quoad usum linguæ Russiacæ in liturgia catholica. Beatissime Pater. Fautores schismatis ex aliquot annis omni contentione inducere conantur Russiacam linguam in publicum cultum divinum ecclesiarum catholicarum ritus latini in provinciis Poloniæ, Lithuaniæ, aliisque imperio Russiaco subditis. Innovatio autem hactenus quidem in eo consistit, quod in illis partibus sacræ liturgiæ et administrationis sacramentorum, quæ cultus suppletorius appellatæ ex immemorabili consuetudine hucusque peragebantur lingua Polonica, nunc pro Polonica iidem schismatis fautores substituere conantur linguam Russiacam non sine gravi catholicæ fidei discrimine ac maxima fidelium perturbatione et offensione.

In hisce angustiis plures sacerdotes ac laici Ecclesiæ catholicæ filii, ut suæ aliorumque plurimorum conscientiæ consulerent, ad Apostolicam Sedem confugerunt, ab ea lumen impetraturi. Unice ergo ad sanctæ religionis catholicæ, quam a majoribus acceperunt conservationem, et ad conscientiarum securitatem, iidem sacerdotes ac fideles humillime imploraverunt declarationem sequentium quæstionum :

I. Utrum in cultu suppletorio quem dicunt, pro lingua Polonica, quæ ex immemorabili consuetudine in usu est, absque S. Sedis auctoritate substituere linguam Russiacam licitum sit?

II. Utrum sancta Sedes hujusmodi substitutionem linguæ Russiacæ toleraverit vel tolerare censenda sit?

Feria IV die 14 julii 1877. In Congregatione generali S. Romanæ et universalis inquisitionis habita coram Emis ac Rmis DD. S. R. E. cardinalibus generalibus inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, iidem Emi ac Rmi DD. decreverunt : Ad primum et secundum : *Negative.*

L✝S. — A. Jacobini, *assessor* S. O. — J. Pelami *S. Rom. et Univ. Inquis. Notarius.*

— *Espagne. Curés desservant deux paroisses. Indult pontifical permettant d'appliquer une seule messe pour les deux populations.*

La révolution espagnole ayant notablement éclairci les rangs du clergé, il arrive bien souvent que les curés desservent deux paroisses. La messe *pro populo* devant être appliquée chaque dimanche pour la population de chaque paroisse, les curés sont obligés d'appliquer ou de faire appliquer deux messes. En 1871, Mgr l'archevêque de Compostelle obtint pour sept ans un indult pontifical qui accorda dispense à ce sujet, de sorte que les curés dont le traitement ne dépasse pas

six mille réaux (environ quinze cents francs) ne sont obligés qu'à une messe *pro populo* les dimanches et fêtes. La prorogation de l'indult pour sept années a été obtenue dans un rescrit de la S. Congrégation du Concile du 21 janvier 1878.

Dans une circulaire qui a accompagné la communication du rescrit au clergé de l'archidiocèse de Compostelle, S. Em. le cardinal archevêque a notifié que le revenu de six mille réaux dont parle l'indult, s'entend du revenu net que chaque curé reçoit du trésor public. Il paraît que le gouvernement espagnol retient le quart du traitement qu'il devrait servir au clergé d'après le concordat de 1851 et les conventions subséquentes. Il n'est pas surprenant que les finances espagnoles soient dans la plus déplorable situation. Tout gouvernement qui désire se ruiner, et faire banqueroute, a un moyen fort simple : s'emparer des biens ecclésiastiques et réduire le clergé à la mendicité. C'est là une loi historique qui est constatée par l'histoire, surtout pendant les trois derniers siècles.

Voici l'indult pontifical et la circulaire de S. Em. le cardinal archevêque de Compostelle :

« Arzobispado de Compostela. — Con el propósito de hacer más llevaderas las cargas y obligaciones que pesan sobre todos aquellos que por su ministerio se hallan atenidos á celebrar las misas *pro populo* en los dias de precepto, hemos instado sin cesar á fin de obtener de la Santa Sede la reduccion de aquel deber cuanto nos fuese posible. Consiguientemente, además de las gracias ya conocidas de nuestros muy amados hermanos, últimamente hemos conseguido la que expresa el rescripto que al pié copiamos, de la cual pueden hacer uso desde luégo, como pudieron hacerlo igualmente de las ya publicadas. Para su gobierno debe entenderse que la renta que cada uno percibe y á la cual han de ajustar sus cálculos para el uso de la gracia, es la líquida que les resta, deducido el 25 por 100 que ahora se descuenta, porque en realidad esta deduccion equivale á una baja efectiva de asignacion.

Palacio arzobispal de Santiago 4 de abril de 1878. — Miguel, Cardenal Payá, arzobispo de Compostela.

« Beatissime Pater. Cardinalis archiepiscopus Compostellanus, attenta parochorum paupertate et temporum ac locorum circumstantiis, venerato rescripto S. Vtræ diei 6 februarii 1871 obtinuit ad septennium facultatem reducendi obligationem applicandi ad unam missam pro utraque plebe favore tantum eorum parochorum, quorum congrua non excedit sex mille regales. Cum hæc facultas jam sit expirata et causæ ob quas concessa fuit, non modo perdurent, sed etiam graviores evaserint pro clero Hispaniæ, hinc est quod a S. Vtra benignam prorogationem implorat una cum sanatione quoad præteritum tempus.

« Die 21 januarii 1878. — SSmus Dnus noster, audita relatione infrascripti pro-secretarii S. Congregationis Concilii, præviaque sanatione quoad præteritum, petitam prorogationem ad aliud quinquennium tantum, servata forma præcedentis indulti, Emo Dno cardinali archiepiscopo oratori benigne impertitus est. — P. Card. Caterini, præf. — J. Verga, pro-secretarius. »

— *Décret de l'Index.* — *Le divorce considéré en théorie et en pratique.* — *L'Etat et l'Eglise de M. Mighetti. L'Eglise catholique et l'Italie, par M. Cerruti, pénitencier de la cathedrale de Novare.* — *Brière : Le vrai mot de la situation présente. Lettre à l'official de Chartres.*

Le premier décret de l'Index que le saint-père Léon XIII ait muni de son approbation, a été promulgué à Rome dans les formes d'usage le 26 avril 1878, par conséquent cinq jours après la publication de la première encyclique du pontife. Le décret avait été porté trois semaines auparavant; car il est daté du 8 avril, et le Saint-Père l'a confirmé dès le lendemain.

Les ouvrages mis à l'index sont indiqués plus haut. Le plus important c'est incontestablement celui de M. Minghetti, ancien ministre du gouvernement pontifical et ensuite ministre du nouveau gouvernement italien.

Decretum. Feria 2 die 8 aprilis 1878. Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a sanctissimo domino nostro Leone papa XIII Sanctaque Sede apostolica Indici librorum pravæ doctrinæ, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica præpositorum et delegatorum, habita in palatio apostolico Vaticano die 8 aprilis 1878 damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quæ sequuntur opera :

Earle Carolus Joannes, B. A. *Tye Spiritual Bodi.* Latine : Corpus spirituale. — The Forty Days. Latine : Quadraginta dies. Londini. 1876.

Brière Abbé (sub falso nomine Georgii Perdrix). *Le vrai mot de la situation présente.* Paris, 1877.

Lettre adressée à monsieur l'abbé Pouclée, official diocésain de Chartres.

Bernardo (di) Domenico. *Il divorzio considerato nella teoria e nella pratica.* Vol. unico. Palermo, 1875.

Cerruti Giuseppe, canonico penitenziere della cattedrale di Novara. *La Chiesa Cattolica, e l'Italia,* storia ecclesiastica e civile dalla venuta di san Pietro, principe degli apostoli a Roma sino all'anno 30 del fortunoso pontificato di Pio IX. Vol. I, II. Torino tipografia Cavour, 1877. *Auctor laudabiliter se subjecit et opus reprobavit.*

Minghetti Marco. *Stato e Chiesa.* Ulrico Hoepli editore, Milano, 1878.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis prædicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum ordinariis, aut hæreticæ pravitatis inquisitoribus ea tradere teneatur sub pœnis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Leoni papæ XIII per me infrascriptum S. I. C. a secretis relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari præcepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romæ, die 9 aprilis 1878. — Antoninus Card. de Luca, præfectus. — Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Præd. S. Ind. Congreg. a secretis. — Loco † sigilli.

Hoc grati animi munus libentissime implemus hodie, venerabiles fratres, et gratulamur in Domino, quod sicut vos fidissimos adjutores ad apostolici ministerii onus ferendum experimur, ita ex vestra virtute et constanti charitatis affectu dulcem consolationem habemus, qua multiplices acerbitates animi nostri leniri sentimus.

Sed dum de vestra in nos dilectione ac studio gaudemus, probe cognoscimus, nos vestra ac omnium venerabilium fratrum et fidelium cooperatione in dies magis indigere, ut præsens Dei auxilium in tantis nostris et Ecclesiæ necessitatibus assequamur. Summopere igitur hortamur vos, venerabiles fratres, ac eos præsertim ex vobis, qui episcopale ministerium in diœcesi sibi credita exercent, itemque singulos pastores, qui dominico gregi in toto catholico orbe præsident, ut assiduas preces pro nobis ac Ecclesia ad divinam clementiam effundant ac offerri curent ut ea nobis, dum corpus affligitur, vires animi donet ad certamen quod fervet strenue sustinendum; Ecclesiæ autem respiciat labores et injurias, ac dimittens universa delicta nostra, det gloriam nomini suo, det bonæ voluntatis munus cum fructu pacis illius, quam angelici chori nascente Domino hominibus annuntiarunt.

— *Le vénérable André-Hubert Fournet, fondateur de l'institut des sœurs de la Croix de Saint-André. Introduction de la cause de béatification et de canonisation.*

D'après les décrets généraux du pape Urbain VIII, l'introduction de la cause d'un serviteur de Dieu ne peut être traitée par-devant la S. Congrégation des Rites que dix ans après que l'on a présenté à Rome l'enquête de l'Ordinaire établissant la réputation de sainteté qu'a laissée le dit serviteur ou servante de Dieu. Secondement, il faut que les écrits aient été examinés de façon à constater légalement qu'ils ne contiennent absolument rien qui forme obstacle à l'introduction

de la cause. Enfin l'affaire doit être traitée dans une assemblée générale, à laquelle sont appelés les consulteurs de la S. Congrégation des Rites. Le saint-père a dispensé de ces trois règles pour la cause du vénérable André-Hubert Fournet, prêtre du diocèse de Poitiers, fondateur de l'institut des religieuses de la Croix de Saint-André. C'est pourquoi, sur la requête du P. Virili, prêtre de l'institut du Précieux-Sang et missionnaire apostolique, postulateur de la cause, la S. Congrégation, assemblée au Vatican le 7 juillet 1877, a décidé qu'il y avait lieu d'introduire la cause du vénérable André-Hubert Fournet. Le saint-père a signé la commission d'introduction de la cause le 19 du même mois. Le décret a été publié et promulgué à Rome dans les formes d'usage.

Decretum. Pictavien. Beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Andreæ Huberti Fournet sacerdotis fundatoris congregationis Filiarum Crucis, vulgo sororum Sancti Andreæ. — Quartodecimo kalendas novembris anni 1871, quum Sanctissimus dominus noster Pius papa IX benigne indulserit, ut de dubio signaturæ commissionis introductionis causæ serv. Dei Andreæ Huberti præfati ageretur in congregatione Sacrorum Rituum ordinaria absque interventu et voto consultorum, licet non elapso decennio a die præsentationis processus ordinarii in actis Sacrorum Rituum Congregationis, et scriptis ejusdem servi Dei non perquisitis et examinatis, subscriptus cardinalis eidem Sacræ Congregationi præfectus et causæ relator ad instantiam R. D. Francisci Virili alumni congregationis Pretiosissimi Sanguinis Domini nostri Jesu Christi missionarii apostolici, et hujus causæ postulatoris constituti, attentis postulatoriis litteris nonnullorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium aliorumque virorum ecclesiastica, vel civili dignitate illustrium, in ordinariis Sacrorum Rituum comitiis ad Vaticanum hodierna die coadunatis sequens dubium discutiendum proposuit : *An sit signanda commissio introductionis hujus causæ in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Sacra eadem Congregatio omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati Sanctæ Fidei promotore, rescribendum censuit : *Affirmative*, sive *signandam esse commissionem si Sanctissimo placuerit*. Die 7 julii 1877.

Facta postmodum de præmissis per infrascriptum secretarium Sanctissimo domino nostro Pio papa IX relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congregationis ratam habuit et confirmavit, propriaque manu signavit commissionem introductionis causæ ven. servi Dei Andreæ Huberti Fournet præfati. Die 19 ejusdem mensis et anni. — A. ep. Sabinen. S. R. C. præf. Loco † sigilli. *Placidus Ralli S. R. C. secretarius.*

— *Le vénérable Joseph-Benoît Cottolengo, prêtre de Turin. Introduction de la cause de béatification et de canonisation.*

Le chanoine Cottolengo, chanoine de la collégiale du *Corpus Domini*, et fondateur de la petite maison de la divine Providence, est mort à Turin il y a quelques années, en laissant la réputation d'un saint. Les grandes vertus qu'il a pratiquées et les merveilleuses œuvres de charité et de zèle qu'il a exercées ont laissé des souvenirs impérissables. Un grand nombre de dignitaires ecclésiastiques ont demandé au Saint-Siége l'introduction de la cause de béatification et de canonisation de cet illustre serviteur de Dieu. La postulation a été confiée au P. Amédée d'Orviéto, de l'ordre des Capucins. Dix ans ne sont pas écoulés depuis le jour où l'enquête de l'Ordinaire a été transmise à la S. Congrégation des Rites. Comme dans le cas précédent, le saint-père a dispensé de cette formalité. Il a également permis de procéder à l'introduction de la cause avant l'examen des écrits et de traiter de l'affaire dans la congrégation *ordinaire* des Rites, au lieu de la déférer à la congrégation *générale*, comme c'est prescrit par les règlements d'Urbain VIII et de Benoît XIV. De nos jours ces deux dispenses sont fréquemment accordées, mais on maintient plus fermement l'obligation de ne commencer la procédure que dix ans après la présentation de l'enquête. Dans la réunion ordinaire du 7 juillet 1877, la S. Congrégation des Rites a exprimé un avis favorable à l'introduction de la cause en béatification et canonisation du vénérable Benoît-Joseph Cottolengo. Le saint-père a signé de sa main, le 19 dudit mois, la commission qui saisit la S. Congrégation des Rites de cette importante procédure. Voici le décret publié et affiché au champ de Flore et aux portes des basiliques de Rome.

Decretum. — Taurinen. Beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Josephi Benedicti Cottolengo, canonici collegiatæ ecclesiæ Sanctisimi Corporis Christi et fundatoris instituti Taurinensis parvæ domus divinæ Providentiæ.

Quarto idus junii anni 1875 quum sanctissimus dominus noster Pius papa IX benigne indulserit ut de dubio signaturæ commissionis introductionis causæ servi Dei Josephi Benedicti Cottolengo præfati ageretur in congregatione Sacrorum Rituum ordinaria absque interventu et voto consultorum, licet non elapso decennio a die præsentationis processus ordinarii in actis Sacrorum Rituum congregationis, et scriptis ejusdem servi Dei non perquisitis et examinatis, Emus et Rmus D. card. Aloisius Oreglia de Sancto Stephano, hujus causæ ponens ad instantiam R. patris fr. Amadei ab Urbeveteri sacerdotis professi ordinis Minorum sancti Francisci capucinorum et hujus causæ postulatoris constituti, attentis postulatoriis litteris plurium virorum ecclesiastica præsertim dignitate illustrium in ordinariis Sacrorum Rituum comitiis hodierna die ad Vaticanum coadunatis sequens dubium discutiendum proposuit nimirum : *An sit signanda commissio introductionis hujus causæ in casu et ad effectum de quo agitur ?* » Et Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati sanctæ Fidei promotore rescribendum censuit: *Affirmative sive signandam esse commissionem si Sanctissimo placuerit*. Die 7 julii 1877.

Facta postmodum de præmissis per infrascriptum secretarium sanctissimo domino nostro Pio papæ IX relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congregationis ratam habuit et confirmavit, propriaque manu signavit commissionem introductionis causæ ven. servi Dei Josephi Benedicti Cottolengo prædicti. Die 19 ejusdem mensis et anni. — Loco † sigilli. Aloisius episc. card. Bilio S. R. C. præf. *Placidus Ralli S. R. C. secretarius.*

— *Le bienheureux Vullerm de Leaval, curé de Morgex, diocèse d'Aost. Confirmation du culte.*

Notre siècle inflige un démenti au préjugé peu favorable à la sainteté publique des curés par rapport à la canonisation et au culte ecclésiastique. Le vénérable Etienne Bellesini, mort curé de Genazzano en 1840, est en voie de canonisation ; les documents relatifs à

l'introduction de sa cause sont insérés dans la seconde série des *Analecta*, (col. 1953). Le vénérable Jean-Baptiste Vianney, curé d'Ars, décédé en 1859, a été déclaré vénérable treize ans après, par un décret apostolique en date du 26 septembre 1872. On peut consulter la douzième série des *Analecta* (col. 672) et la quinzième (col. 785 et seqq.).

Le bienheureux Vullerm, curé de Morgex, vivait au VIIe siècle; il combattit victorieusement le paganisme et l'hérésie arienne. De temps immémorial le culte public lui a été décerné sans interruption jusqu'à nos jours. Les procès-verbaux des visites pastorales des évêques d'Aost constatent tout au moins depuis le commencement du XVe siècle que le saint homme recevait le titre de bienheureux, et que ses reliques étaient l'objet de la vénération publique. Un inventaire de 1445 prouve que l'autel sous le vocable du bienheureux Vullerm existait dès lors dans l'église paroissiale de Morgex. Même constatation dans l'inventaire de 1460. La fête annuelle du bienheureux remonte à la plus haute antiquité, elle fut constamment célébrée le 7 février. En 1532, Claude de Leaval fit un legs testamentaire pour solenniser la fête. Les preuves surabondent pour attester la continuation du culte. En 1658, Alexandre VII concéda des indulgences aux fidèles qui le jour de la fête, visiteraient l'église de Morgex. En 1687, l'ordinaire d'Aost dressa une enquête canonique pour constater la découverte des reliques du bienheureux, et à cette occasion, recueillit et légalisa les signes du culte. En 1742, un chanoine d'Aost laissa ses biens à l'autel de Morgex. En 1819, une relation conservée aux archives de l'évêché désigne le bienheureux Vullerm comme patron secondaire de Morgex.

On conserve un grand nombre de statues et tableaux qui présentent les attributs réservés aux saints, l'auréole, le nimbe, le titre de *bienheureux*. Les historiens et les annalistes s'accordent à reconnaître le culte du bienheureux. On peut voir, entre autres, un savant mémoire publié en 1865 par le P. Albini, général des Barnabites, consulteur de la S. Congrégation des Rites. En 1873, Mgr l'évêque d'Aost ouvrit l'enquête canonique sur le culte. Indépendamment de ce qui est dit plus haut, quinze témoins ont attesté que toute la population et les pays voisins honorent Vullerm comme un saint. La fête est solennellement célébrée le 7 février; c'est l'usage de donner le nom de Vullerm aux enfants qui naissent ce jour-là. On remarque sur le bord de la Dora une gracieuse chapelle sous le vocable du bienheureux Vullerm. Mgr l'évêque d'Aost a rendu, le 14 janvier 1874, l'arrêt juridique décrétant légalement le fait immémorial du culte public décerné au bienheureux.

Ce décret de l'ordinaire devait être confirmé par le Saint Siége. La S. Congrégation des Rites a traité la question dans l'assemblée ordinaire du 3 février 1877. D'après la relation de S. E. le cardinal Bilio, préfet de la S. Congrégation et *ponens* de la cause, après avoir entendu verbalement et par écrit le promoteur de la foi, la S. Congrégation a jugé qu'il y avait lieu de confirmer le jugement de première instance. Voici le décret publié et affiché au champ de Flore et aux portes des basiliques.

Augustana in Pedemonte confirmationis cultus ab immemorabili tempore præstiti servo Dei Vullermo De Leaval, parocho Morjacii Beato nuncupato. — In ordinario cœtu Sacrorum Congregationis Rituum subsigata die ad Vaticanum coadunato per me subscriptum cardinalem hujus causæ ponentem proposito dubio: *An sententia lata ab Augustensi episcopo super cultu ab immemorabili tempore præstito servo Dei Vullermo de Leaval præfato, seu super casu excepto a decretis sa.me. Urbani papæ VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?*

Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati sanctæ Fidei promotore, rescribendum censuit: *Affirmative, seu sententiam esse confirmandam.* Die 3 februarii 1877.

Quibus per infrascriptum secretarium Sanctissimo domino nostro Pio papæ IX fideliter relatis, Sanctitas sua rescriptum sacræ Congragationi ratum habuit et confirmavit. Die decima quinta februarii iisdem mense et anno. —

A. EP. SABINEN. CARD. BILIO S. A. C. præf.
Plac. Ralli S. R. C. secretarius.

Loco ✝ signi.

— *Trappistes. Profession. Service militaire. Indult permettant de différer la profession.*

D'après le concile de Trente, les novices doivent professer lorsqu'ils ont achevé le noviciat, ou bien sortir de la communauté. Le Saint-Siége tolère que la profession soit différée de cinq ou six mois, lorsque les supérieurs le croient utile; mais il ne faut pas que l'engagement soit indéfiniment prorogé.

Les lois modernes concernant le service militaire entravent notablement les communautés religieuses et la liberté des aspirants, surtout lorsque les novices ne sont pas destinés aux saints ordres. Voici un indult qui a été accordé aux Trappistes il y a déjà quelque temps. Supposé que les jeunes religieux soient exposés à être appelés au service, les supérieurs pourront leur faire émettre des vœux simples pour six mois et renouvelables tous les semestres.

Beatissime Pater. F. Franciscus Regis, procurator generalis Trappensium, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humiliter exponit.

Post completum novitiatum, novitii debent professionem facere intra sex menses; porro, ob vicissitudines temporum, juvenes ad militiam omni momento vocari possunt. In his conditionibus imprudens videretur superior qui tales ligaret vinculo votorum; idcirco orator supplex enixe deprecatur Sanctitatem Vestram ut concedatur superioribus facultas novitiatum continuandi, donec cesset periculum. Et Deus etc.

Ex audientia SSmi habita ab infra D. subsecretario Sacræ Congr. Episcop. et Regularium sub die 21 aprilis 1871. Sanctitas Sua gratiam prout petitur haud concedendam esse existimavit, sed potius indulsit ut donec præfatum periculum perduraverit, novitii, qui tempus novitiatus rite expleverunt, admittantur ad professionem votorum simplicium ad sex menses valituram, ac de semestri in semestre renovandam. Contrariis quibuscumque non abstantibus. A. Card. Quaglia præf. — A. Tombetta subsecret.

— *Ecoles du dimanche. Règlement de Mgr l'évêque de Cordoue. Catéchisme. Travaux manuels.*

On a établi dans plusieurs diocèses d'Espagne des

écoles du dimanche pour les garçons et les filles qui ne peuvent quitter leurs occupations journalières. Mgr l'évêque de Cordoue vient de publier un règlement dont nous résumons les principales dispositions.

1. Le curé fait appel aux personnes pieuses et instruites qui peuvent employer trois heures pour l'école du dimanche. Si des religieuses et des institutrices existent, on acceptera leur concours avec la plus vive reconnaissance. 2. On nommera une directrice, une trésorière et une secrétaire ; elles formeront la commission. Le curé ou son délégué sera conseiller. 3. On prendra autant que possible le local de l'école publique. 4. Mobilier. 5. L'enseignement se bornera généralement à la doctrine chrétienne, lecture, écriture, travaux manuels les plus simples et nécessaires pour les femmes. 6. Le catéchisme aura quatre divisions. 7. Il y aura aussi plusieurs classes de lecture. 8. Les travaux seront ceux qui conviennent aux familles pauvres. Si dans quelques cas particuliers on croit devoir permettre la confection d'objets de luxe, on avertira les enfants qu'elles sont dispensées du précepte ecclésiastique qui défend de travailler les jours de fête : le prix sera employé à un objet de piété. 9. Les élèves ne seront pas reçues avant douze ans ni après vingt-cinq ans. 10. La commission veillera à faire confesser et communier les élèves le jour de la très-pure Conception, ou dans l'octave, le jour de la fête du patron de la paroisse et à Pâques. 11. On distribuera des prix le jour de la fête de la très-pure Conception et durant le temps pascal. 12. Pour couvrir les dépenses, on invitera les bonnes familles à y contribuer par des aumônes. Les dames qui souscriront pour une cotisation mensuelle acquerront le titre de *protectrices des écoles dominicales*, et, en cette qualité, seront invitées à assister aux communions et aux distributions de prix; elles pourront visiter l'école à leur gré. 13. Messieurs les archiprêtres et curés rendront compte des écoles dominicales à l'évêque tous les deux mois, tant de celles qui existent déjà que de celles qui seront établies conformément à la présente instruction. Ceux qui ne pourront les établir nous feront connaître les motifs qui les empêchent ou les difficultés qu'ils rencontrent. Cordoue, 6 janvier 1878.

Instruccion para el establecimiento de las escuelas dominicales.

1. El Sr. archipreste ó cura párroco de las poblaciones en donde no haya escuela dominical de niñas, convocará á las señoras más piadosas é instruidas y que por su posicion puedan dedicar tres horas de cada domingo á la escuela; y leyéndoles la circular anterior las invitarán á crearla, haciendoles entender el gran bien que pueda proporcionar á las niñas y al pueblo, y el mérito que contraerán delante de Dios. Si en la poblacion hubiere hermanas religiosas dedicadas á la enseñanza ó maestras seglares que puedan prestarse á esta excelente obra, se las oirá en la reunion y se aceptará con agradecimiento los servicios que ofrezcan.

2. De entre las señoras que se presten á trabajar en la escuela se nombrará en la misma reunion una directora, una tesorera y una secretaria, las cuales desempeñarán el cargo que los nombres indican, y juntas formarán la junta directiva de la escuela, de la cual será consiliario el mismo Sr cura párroco ó el eclesiástico á quien delegue. En las poblaciones mayores podrian nombrarse además dos ó cuatro señoras que formen parte de la junta directiva con el titulo de vocales.

3. Formada la junta, se procederá á buscar local para a escuela. En varios lugares sirven para este objeto las mismas escuelas públicas : una de las escuelas dominicales de Madrid se estableció en el salon de actas del instituto provincial, otra lo está en las escuelas de los padres escolapios de San Anton, y otra en el colegio del Cármen. En donde esto sea posible, la instalacion de la escuela dominical se simplifica mucho; pero debe ponerse cuidado en retirar cada dia al final de las escuelas los papeles, plumas y demas menaje movible de la dominical, para no confundirlo con lo de la publica, ni causar á ésta ninguna perturbacion. Cuando por cualquier motivo el local de la escuela publica no pueda ser utilizado por la dominical, deberá buscarse otro; pero atendiendo á que en los principios no ha de ser muy grande, ni el menaje ha de ser costoso, fácilmente se encontrará : algunas escuelas se han principiado en el cuarto ó salon particular de una casa piadosa.

4. Si se ha de amueblar la escuela, téngase presente que en estas obras más se busca el aprovechamiento que el lugo; y que tal vez se aprende más en una pobre mesa habiendo caridad, que en un menaje vistoso guiándose por otro espiritu.

5. La eseñanza en las escuelas dominicales debe limitarse generalmente á la doctrina cristiana, lectura, escritura y á las labores más sencillas y necesarias propias de la mujer.

6. Para la enseñanza del catecismo, se dividirá éste en cuatro secciones, correspondientes á otras tantas clases de las alumnas, comprendiendo la primera el Padre Nuestro, Ave Maria, Gloria Patri, Credo, Salve, Confesion, Acto de contricion, Mandamientos de la ley de Dios, Mandamientos de la Iglesia, Sacramentos, y los tres capítulos de preguntas, Del nombre y señal del cristiano, De las obligaciones del cristonia, Sobre el Credo, y Sopre los articulos que pertenecen á la divinidad; las que sepan estas cosas aprenderán en la segunda clase los artículos de la fe, enemigos del alma, virtudes teologales y cardinales, potencias del alma, sentidos orporales, dones del Espíritu santo, frutos del Espíritu santo, bienaventuranzas, cosas con que se perdona el pecado venial postrimerías del hombre, y los capítulos de preguntas sobre los artículos de la santa humanidad, sobre los sacramentos y sobre la penitencia ; la tercera clase aprenderá las preguntas sobre el Padre Nuestro, de otras oraciones, sobre el Ave Maria y la Salvey sobre la comunion; en la cuarta clase aprenderánlo demás del catecimo, repasando oportunamente en cadra clase lo aprendido en las anteriores. Las maestras procurarán explicar los puntos más convenientes sirviéndoles para este fin el catecismo, explicando de mazo, el del P. Claret con láminas, ó el catecism en ejemplos del Dr Pratmans, adicionado por el P. Mach. El consiliario procurará autorizar con su presencia esta eseñanza y dirigir alguna breve plática á las jóvenes, animándolas y exhortándolas á la virtud.

7. Para las clases de lectura y escritura se formorán tambien grupos ó clases, reuniendo las alumnas que estén á un mismo nivel de instruccion y lean las mismas lecciones, on lo cual se facilitarà el trabajo de la maestra y el adelanamiento de las jóvenes.

8. En la eseñanza de labores más bien conviene dirigir que enseñar. Debiendoesta enseñanza reducirse á los trabajos comunes entre las clases pobres del país, las maestras pueden encargarles que traigan cada una los de su casa y enseñarles cómo han de hacerlos, bien entre semana ó proporcionarles otras labores análogas para que las hagan de la misma manera. Si en algun caso particular el cura párroco juzgase que deben

rabajar para la más completa enseñanza en la escuela dominical, sera advirtiéndoles de la dispensa del precepto eclesiástico que prohibe trabajar en los dias festivos y destinando el fruto del trabajo á algun objeto piadoso.

9. En las escuelas dominicales solo se admitirá por regla general á jóvenes solteras mayores de doce años y menores qu veinte y cinco.

10. La [junta directiva procurará que las alumnas confiesen y comulguen el dia de la Purísima Concepcion ó en uno de su octava, en la fiesta del santo patrono de la parroquia, y para cumplir el precepto pascual, preparándolas de antemano debidamente.

11. En la fiesta de la Purísima y en el tiempo pascual se darán premios á las alumnas más aplicadas, en la forma que estime mejor la junta directiva, escogiendo siempre objectos que sean de verdadera utilidad á las premiadas, como libros.

12. Para ocurrir á los gastos se invitará á las personas comodadas de la poblacion á contribuir con las limosnas que su caridad les sugiera; á las señoras que se suscriban por una cantidad mensual se les dará el título de *sócias protectoras de la escuelas dominical,* y como á tales se las invitará á asistir á las comuniones, reparticion de premios y demás actos públicos de la escuela, pudiendo visitar la misma escuela, siempre que lo tengan á bien.

13. Los Sres arciprestes ó curas párrocos nos darán cuenta ántes de dos meses, á contar desde esta fecha, de las escuelas dominicales que hoy existen en sus distritos, de las que se funden conforme á las presentes instrucciones, del estado en que unas y otras se encuentre y de las observaciones que tengan á bien hacer para su adelantamiento. Los que no pudiesen establecerlas nos comunicarán tambien los motivos porque no lo hayan hecho ó las dificultades que hayan encontrado.

Córdoba 6 de enero de 1878.—El Obispo.

— *Paroisses espagnoles. Prêtres habitués assistant à la messe solennelle* pro populo. *Honoraire de* 50 *centimes.*

Par édit du 31 mars 1878, Mgr l'évêque de Jaen a décidé que les coadjuteurs et les autres ecclésiastiques attachés aux paroisses recevraient 50 centimes pour l'assistance à la messe solennelle *pro populo* qui est célébrée les dimanches et fêtes de précepte. La situation gênée des fabriques paroissiales ne permet pas d'accorder une rémunération plus élevée, laquelle est en réalité une faible indemnité pour les frais de costume (surplis et barrette) que lesdits ecclésiastiques doivent s'imposer. Voici le texte espagnol de l'ordonnance :

« Deseando compensar de algun modo el servicio de vestuarios que en las misas solemnes *pro populo* se viene prestando por los coadjutores y ecclesiásticos asignados á las parroquias; pero teniendo en cuenta al mismo tiempo el estado precario en que se encuentran las fábricas parroquiales por efecto de lo exígno de sus consignaciones, su S. I. el Obispo, mi señor, se ha servido disponer que á los ecclesiásticos que presten el servicio de vestuarios en las misas *pro populo* que se celebren en las parroquias los domingos y dias festivos de precepto, se abonen de los fondos de fábrica los derechos consignados á los mismos en las fiestas mayores, ó sea 50 céntimos de peseta á cada uno. Dejarán de abonarse, por tal concepto, las consignaciones que anteriormente estuviesen señaladas por plantilla, pues no serán pasadas en cuentas.

Lo que de órden de su S. I. se hace saber á los señores párrocos, administradores de fábrica y demás personas interesadas para los efectos oportunos.

Jaen 31 de marzo de 1878. — Licenciado Francisco Fernandez presbitero secretario. »

— *Obligation des curés. Assistance des moribonds et recommandation de l'âme. Tradition de l'Eglise et prescriptions du Rituel.* (Affaire traitée à la S. Congrégation du Concile le 23 mars 1878.)

Mgr l'évêque de Bâle, en Suisse, vient d'adresser à la S. Congrégation du Concile la consultation suivante :

« Quoique le Rituel romain et les commentateurs indiquent clairement que les curés sont tenus d'assister les moribonds, cependant, en fait, cette discipline salutaire n'a presque jamais été en pleine vigueur, et aujourd'hui elle semble le plus souvent oubliée; car, après avoir administré les sacrements et fait plusieurs visites aux malades, un grand nombre de curés, sans aucun remords de conscience, négligent l'assistance des moribonds, surtout dans les grandes paroisses. Cette charge si particulière du pasteur, cette œuvre si nécessaire de miséricorde est laissée à des femmes. C'est pourquoi, afin qu'en une si grave affaire dont l'éternité dépend, toute erreur soit dissipée et tout abus soit radicalement extirpé, on soumet humblement les questions suivantes. Les ordinaires recommandent dans leurs statuts le ministère paroissial envers les moribonds, mais les curés entendent cela d'un pur conseil et non d'une obligation rigoureuse. Il n'y a que l'autorité suprême de la sainte Eglise romaine qui puisse réprimer l'abus en définissant clairement le droit.

« On demande par conséquent : 1. Si les curés et autres gérants de la cure des âmes sont tenus d'assister les moribonds, auxquels ils ont d'ailleurs administré les sacrements. 2. Si cette obligation est *sub gravi*? 3. Si l'obligation subsiste en toute rigueur à l'égard des moribonds qui ont vécu pieusement et paraissent bien disposés. 4. Si les curés légitimement empêchés sont tenus de se faire remplacer par un autre prêtre, supposé qu'ils puissent l'avoir. 5. Si dans une longue agonie le prêtre est tenu de ne pas abandonner le moribond jusqu'au dernier soupir. 6. Si, conformément aux prescriptions de S. Charles Borromée, il ne faut admettre que deux causes qui dispensent de l'obligation d'assister les moribonds : La nécessité d'administrer les sacrements à d'autres malades, et d'autres occupations nécessaires. 7. Si on doit considérer comme de légitimes empêchements, entre autre excuses, une santé peu robuste, une affaire médiocrement urgente, l'éloignement, les mauvais chemins, la nuit, le mauvais temps, le péril de contagion ou d'un autre mal, l'incertitude de l'agonie, la fatigue, la répugnance de la famille du malade, la fréquence des cas d'agonie, comme dans les hôpitaux. 8. Si les curés sont tenus de notifier à leurs paroissiens qui n'y sont point habitués la nécessité d'avertir le curé pour les moribonds et l'obligation de faciliter

l'entrée, et d'écarter sérieusement les obstacles pour parvenir au chevet des moribonds? »

Voilà les très-importantes questions que Mgr l'évêque de Bâle a soumises à la Sacrée Congrégation. Le *folium* que nous rapportons plus loin les traite avec soin. On cite le Rituel romain publié par l'ordre de Grégoire XIII et la disposition formelle du Rituel de Paul V. Ce dernier prescrit que les parents appellent le curé dès que l'agonie commence, *ut morientem adjuvet ejusque animam Deo commendet*. On cite les canonistes, Denys le chartreux, Passerini, Barbosa, Martène (*de antiquis Ecclesiæ ritibus*), une infinité de conciles provinciaux et de statuts synodaux, Benoît XIV, constitution *Firmandis*, num. 10. Frassinetti, dans l'ouvrage *Manuel pratique du nouveau curé*, en italien, dit : « Après avoir administré les sacrements, le curé doit assister le malade jusqu'au dernier passage ; et l'on doit désapprouver hautement la coutume, et pour mieux dire l'abus qui règne dans certains pays où les curés administrent les sacrements aux malades et ne se présentent plus dans leurs maisons. Cela serait à peine tolérable pendant l'hiver dans les localités où l'on devrait cheminer à travers la neige, la glace et des tempêtes dangereuses pour la vie elle-même. On pourrait tolérer que dans ces pays le curé, après avoir administré les sacrements et l'indulgence, recommandât le malade à la charité d'une pieuse personne pour l'assister et la conforter, en recommandant toutefois de rappeler sans délai le ministre du Seigneur si le malade ressent un besoin particulier, comme par exemple si sa conscience n'est pas tranquille. »

L'assistance des moribonds oblige-t-elle *sub gravi*? Les conciles et les synodes qui ont infligé de graves peines aux curés qui négligent la recommandation de l'âme, ont été persuadés de la gravité de cette obligation. Le *folium* cite Barbosa (*de Officio parochi*) et Catalani, commentaire du Rituel romain. Possevinus est le seul auteur que l'on rapporte comme ayant été d'avis que l'obligation n'est que *sub levi*; mais, qu'on le remarque, Possevinus limite son assertion aux bons chrétiens, dont les excellentes dispositions ne font pas doute.

Le prêtre qui assiste un malade doit-il demeurer auprès du moribond durant tout le temps de l'agonie, qui parfois est très-longue? Possevinus est d'avis que l'assistant ne doit pas quitter jour et nuit le moribond mal disposé et impénitent. Frassinetti, cité plus haut, s'exprime ainsi : « Il ne faut pas prétendre qu'après avoir administré les sacrements le curé ne doit plus quitter le chevet du malade, jusqu'à ce qu'il meure ou se trouve notablement mieux. C'est là un abus par excès, c'est une pratique vicieuse, parce qu'elle oblige le curé ou son remplaçant à passer les jours et les nuits auprès du malade sans pouvoir s'occuper des autres choses du ministère. En outre, sachant qu'après l'extrême-onction les parents réclament la continuelle assistance auprès du malade, le curé est fortement tenté de différer l'administration du sacrement pour ne pas perdre prématurément sa liberté. »

Quant aux causes qui excusent de l'assistance, il est nécessaire d'en laisser l'appréciation à la conscience du curé, qui doit surtout considérer l'état du moribond et ses qualités morales.

Nul doute que le curé doit s'en tenir à la prescription du Rituel romain, qui lui ordonne d'avertir les parents de le faire appeler si le mal s'aggrave. Il doit prendre tous les moyens de sauver les âmes qui lui sont confiées ; par conséquent, nonobstant la désuétude de la loi, il est tenu de notifier aux paroissiens l'obligation de l'appeler et de faciliter l'accès auprès du malade en éloignant énergiquement les obstacles.

Décision. La S. Congrégation du Concile déclare qu'en ce qui concerne l'assistance des malades, il faut s'en tenir aux prescriptions du Rituel romain. Sur les points controversés entre les auteurs, consulter les écrivains autorisés. Rome, 23 mars 1878.

Basilien. Super adsistentia infirmorum. — Die 23 martii 1878. Episcopus Basileensis supplici libello huic S. Ordini dato sequentia exponit :

« Etsi Rituale Romanum, cum suis commentatoribus... clare innuant, parochos teneri moribundis adsistere... nihilominus de facto, quia operosa res est, in pleno robore vix unquam fuit hæc salutaris disciplina et nunc sæpius obsoleta videtur, ita ut sacramentis administratis ac infirmis pluries visitatis, *adsistentiam moribundorum* absque ullo conscientiæ stimulo prætermittant parochi multi, præsertim in populosis parœciis, tantum boni pastoris munus et tam necessarium misericordiæ opus vel mulieribus committentes. Hinc ut in tanto negotio, a quo pendet æternitas, quivis error sedulo præcaveatur, ac omnis corruptela stirpitus eradicetur, sequentia dubia benigne enucleanda humillime et suppliciter proponuntur. Commendant equidem ordinarii in suis statutis parochiale ministerium erga moribundos, sed accipiunt parochi non ut officium obligatorium, bene vero uti purum putumque consilium. Quem abusum corrigere valet sola Sanctæ Romanæ Ecclesiæ summa auctoritas, jus clare definiens.

« Quæritur ergo :

« I. An teneatur parochi aliique animarum curam gerentes, moribundis adsistere, etiam si eos sacramentis rite munierint?

« II. An hæc obligatio sit sub gravi?

« III. An eadem urgeat obligatio erga moribundos, qui pie vixerint ac bene dispositi videantur?

« IV. An parochi impediti alium sacerdotem, si haberi possint, sufficere teneantur?

« V. An in longa agonia usque ad extremum spiritum perstare teneantur?

« VI. An ad mentem S. Caroli Borromæi *duæ* tantum admitantur causæ ab obligatione moribundis adsistendi dispensantes; necessitas videlicet aliis infirmis sacramenta administrandi, vel aliæ necessariæ occupationes?

« VII. Inter cæteras excusationes, quæ afferri possunt, an speciatim parum firma valetudo, negotium non ita urgens, locorum distantia, viarum difficultas, tempus nocturnum, cœli intemperies, contagionis vel alicujus mali periculum, incerta agonia, defatigatio non minima, familiæ infirmi repugnantia,, nimium frequentes casus agonizantium, ut in nosocomiis, sint legitima impedimenta?

« VIII. An teneantur parochi : 1. Parochianos inassuetos præmonere de necessitate parochum vocandi pro moribundis et de obligatione ipsi facilem accessum præbendi. —

2. Obices serio removere ut sibi viam ad moribundos sternant? »

Iis perlectis decretum editum fuit *Per summaria precum* : et hodie causa proponitur nonnullis prius de more in jure perpensis.

Et ad primum quod attinet dubium hæc advertenda esse putavi. Juxta verba S. Scripturæ : *Descendit ad vos diabolus habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.* Apoc. 12, nemo non videt quanta cura sit præstanda illis, quin in extremo vitæ periculo positi sunt. Etenim « callidissimi atque nequissimi hostes animarum nostrarum dæmones » ita Dionys. Carthus. (in tract. de morte art. 3), agnoscentes mortem esse terminum merendi et demerendi, et animas in ea affectione in qua per mortem recedunt a corporibus immutabiliter permanere, in ipsa hora mortis acerrime tentant agonizantes. Ideoque benigna mater Ecclesia saluberrimas super hac materia statuit dispositiones, inter quas imprimis heic meminisse juvat, quæ in Rituali Romano, jussu Greg. XIII in principio capitis, *Modus adjuvandi morientes*, leguntur, scilicet : « Hora tantæ necessitatis atque instantis mortis discrimine « debet unusquisque fidelis caritatem suam erga proximum « migraturum tanto ferventius abundantiusque monstrare, « quanto tunc major est indigentia ; præsertim omnis præ- « latus parochus sive ejus vicarius » erga sibi commissos, ne ex sua negligentia ovis sibi credita ab infernalibus illis lupis, dolosissimisque prædonibus et procacissimis et fallacissimis hostibus devoretur ac omnium Creatori, Salvatorique animarum æternaliter auferatur. Pastor ergo et custos ac medicus animarum tunc præcipue curet adesse migraturo pro quo et ipse coram Deo rationem reddere obligatur secundum verba S. Scripturæ: *Impius si in iniquitate sua morietur, sanguinem ejus de manu vestra requiram.* Ezechiel, 33, v. 6. — Nec secus in Rit. Rom. recognito a Bened. XIV. in c. *De administratione Extremæ Unctionis*, ibi : « Admoneat (parochus) etiam « domesticos et ministros infirmi, ut si morbus ingravescat vel « infirmus incipiat agonizare, statim ipsum parochum accer- « sant ut morientem adjuvet ejusque animam Deo commen- « det ; sed si mors immineat priusquam discedat, sacerdos « animam Deo rite commendabit. » Et in sequenti cap. *de modo adjuvendi morientes*, ibi : « Ingravescente morbo parochus « infirmum frequentius visitabit et ad salutem diligenter ju- « vare non desinet ; monebitque instante periculo se confes- « tim vocari, ut in tempore præsto sit morienti. »

Quæ sollicitudo benignæ matris Ecclesiæ erga moribundos maxime clarescit ex dispositionibus, quæ in Ritualibus particularium diœcesium continentur, quæque omnes sacerdotibus adsistere moribundis usque dum exspiraverint, præscribunt. Martène, in lib. 3, *De antiquis Ecclesiæ ritibus.* Quibus una voce concinunt synodi tam provinciales quam diœcesanæ. Bened. XIV in sua constit. *Firmandis*, n. 10. Passerinus in tract. *De officio curati*, c. XIII, n. 13 : Dionys. Carthus. in tract. *De quatuor noviss. De judicio anim.* art. 37. Barbosa, *De officio parochi*, p. I., c. VII, n. 26. Audiatur sane Frasinetti in suo opere *Manuale prattico del parroco novello*, ibi : « Amministrati i sacramenti il parroco deve assistere l'infermo fino all'estremo passaggio; ed è grandemente da disapprovare la consuetudine o meglio abuso, vigente in alcuni luoghi, dove i parrochi costumano dare i sacramenti agli infermi e quindi non si accostano più alle loro case. Cio si potrebbe tollerare appena pel tempo d'inverno in certe località ove deve farsi disastrosissimo cammino tra nevi, ghiacci e bufere pericolose alla stessa vita. Appena in queste località il parroco, dati i sacramenti e l'indulgenza, potrebbe raccomandare l'infermo alla carità di qualche pia persona perchè lo assistesse e lo confortasse : ordinando però che soprawenendo all'infermo qualche singolare bisogno, come sarebbe se si trovasse con la coscienza inquieta, lo chiamassero subitamente. »

Omnibus igitur his ponderatis ac perpensis nullum dubium esse potest, parochum aliumque animarum curam gerentem teneri moribundis assistere.

Ad secundum dubium descendens in quo quæritur an hæc obligatio sit sub gravi? in duplicem abeunt DD. sententiam. Alii enim tenent istiusmodi obligationem parochum urgere sub gravi. Ita Catalani in Commentario ad Rit. Rom. supra cap. de administr. extr. unct. § 19 : « Teneri ex justitia parochum infirmis parochiæ suæ assistere, potissimum in commendatione animæ, certa sententia est, unanimi theologorum consensu comprobata, peccantque idcirco lethaliter parochi illi, qui ubi infirmis præsertim pauperibus sacramenta administrarunt, eorum facies amplius non vident, nisi cum mortuos afferre ad Ecclesiam debent. » Cui concinit Barbosa. *De officio parochi*, part. I, c. VIII, n. 26, qui ita tenet : « Si infirmus incipiat agonizari, advertat parochus majorem ei incumbere adjuvandi obligationem ac magnum et necessarium ministerium esse moribundis opem ferre in eo statu a quo vel in bono vel in malo dependet æternitas. Ob hanc rationem penitus rejicienda est quorumdam opinio, eximens parochum a mortali culpa non assistentem infirmo morti proximo post recepta sacramenta ; gravissimæ enim culpæ reus esset, si cum commode posset eum desereret ; cujus quidem culpæ repetenda est gravitas ab ea temporis circumstantia, in qua infirmus, si quando sui pastoris ope indiget, tunc certe est, cum diabolus ipsius calcaneo insidiatur. Huic necessitati accedit et alia gravior animadversio, quod nempe infirmus indigeat iterum ob aliquod novum peccatum confiteri, qui casus cum non raro contingat quisque intelligit parochum dictum infirmum deserentem a mortali culpa excusari non posse. » Quibus adjungi debent statuta plurium synodorum tam provincialium quam diœcesanarum, quæ graves infligentes pœnas contra id negligentes indubie retinuerunt hujusmodi defectum lethale peccatum importare.

Contra vero non desunt qui contrarium tenent, quos inter recensendus Possevinus, qui in tractatu *De officio curati*, c. XIII, num. 13, postquam asseruerat pastorem animarum teneri ad præstandam moribundis adsistentiam, quærit an sub gravi? et respondet : « Non credo, quia videtur res levis nisi in eo, qui ad talem statum sit redactus cum mortali, vel cum perseverantia in statu mortali, quia iste cum sit in magna indigentia pœnitentiæ, videtur curatus tamquam pastor teneri omni modo et via dum superest halitus, illius salutem procurare et tanto gravius teneri credo quanto periculosius est damnum vicinum et irreparabile moribundi. »

Ad tertium quod attinet dubium, observandum puto, quod certo certius in extrema vitæ hora dæmones maximos faciunt impetus, ut æternaliter devorent et auferant animas, hinc non est dubium, quin majori periculo expositi sint qui in prava habitudine et vitiose vixerunt quam qui piam et honestam vitam duxerunt. Proinde etiam major urget obligatio erga moribundos, in quibus ille habitus vitiosus remanet et qui infernalibus hostibus facilem accessum præbet, quam erga illos qui christiane vixerunt. Exinde etiam mox enunciatus auctor cit. loco rite animadvertit : « Cum iste sit in magna indigentia pœnitentiæ, videtur curatus tanquam pastor teneri omni modo et via, dum superest halitus, illius salutem procurare et tanto gravius credo teneri, quanto periculosius est damnum vicinum et irreparabile moribundi. » Majorem hanc necessitatem adjuvandi moribundos male dispositos etiam Rituale Rom. agnoscit, quando in cap. *de modo adjuvandi moribundos* ita sese exprimit : « Hora tantæ necessitatis atque instantis mortis discrimine debet unusquisque fidelis caritatem suam erga proximum migraturum tanto ferventius abun-

dantiusque monstrare quanto tunc major est indigentia. » Ipsum igitur Rituale Rom. majorem fervoris gradum admittit in illis, qui majori indigent auxilio in extrema lucta. Demum notandum est : si moribundi pie vixerunt et bene dispositi videntur, assistentia parochi est quidem bona, sed non necessaria - consuetudine generali ita interpretante, » uti observat idem autor loc. cit. num. 5.

Ad quartum descendens dubium animadverti posse videtur. Quamvis ad dæmonum artes illudendas impetusque frangendos cujuslibet sacerdotis præsentia plurimum valet, maxime tamen illa parochi juvabit, quia cum sit a Deo constitutus illius animæ pastor et custos, credendum profecto est, Deum summe misericordem uberiora charismata esse largiturum pro salute animæ, cujus cura ei est demandata. Parochus igitur infirmo se subtrahens post administrata sacramenta privat illum singulari beneficio, quod ex pastorali ejus assistentia in extremo vitæ discrimine sperare potest. Attamen quia multiplex est parochorum occupatio, proinde facile evenire potest, ut duo concurrant officia quæ simul perfici nequeunt, ita ut visitatio et assistentia morientium sæpe sæpius omitti debeat. Ideoque Rit. Rom., hunc prævidens casum, statuit : « Quod si parochus legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sint, visitationi interdum vacare non potest, id præstandum curabit per alios sacerdotes. » Licet nunc Rituale Romanum modo generali ita locutum sit, non distinguens inter varios infirmorum gradus, nihilominus admittendum putarem etiam præ oculis habuisse casum, quo quis in extremis sit constitutus.

Quapropropter prætermissis synodis provincialibus et diœcesanis statuentibus parochum per seipsum vel per alium sacerdotem teneri ad præstandam moribundis adsistentiam, satis sit mihi referre verba S. Caroli Borromæi in conc. Mediolan. IV, ubi statuit, ut procuretur alius sacerdos in casu, quo parochus legitime impeditus fuerit morientibus assistere, ibi : « Ubi hoc officium (administrationem (SS.) pie accurateque præstiterit (parochus) si æger adhuc vivit aut animam agit, ne eidem præsens adesse omniaque salutaria officia præstare omittat. Si vero adesse aliquando non potest, vel quia aliis graviter ægrotantibus sacramenta ministrare necesse habet, vel quia in necessariis parochialis curæ occupationibus aliis impeditur, tunc ea pietatis officia illi a sacerdote, si quis alius eo loco est, sollicite præstari curet. »

Circa quæstionem quæ in quinto dubio proponitur observandum puto cum Possevinio loc. cit. qui quærens : An curatus teneatur apud moribundum manere die ac nocte ? respondit : « Si moribundus sit impœnitens credo teneri omni modo et via, dum superest halitus, illius salutem procurare et tanto gravius teneri, quanto periculosius est damnum vicinum et irreparabile moribundi. Si vero is recepit sacramenta et christiane vixerit, est bonum apud illum manere, sed non necessarium, consuetudine generali ita interpretante. » Et Frasinetti in suo libro *Manuale prattico del parroco novello*, habet : « Tuttavia non è da pretendere che amministrati i sacramenti il parroco o chi per esso, non si abbia più da allontanare dal letto dell'infermo finchè muoia o prenda notabile miglioramento, questo è un abuso per eccesso e non lascia di essere una prattica viziosa, primieramente perchè obbliga il parroco o altri per lui a fermarsi presso l'infermo le giornate e le notti senza che possa occuparsi in altre cose del ministero ; secondariamente perchè sapendo il parroco che dato l'olio santo i parenti pretendono quell'assidua assistenza al loro infermo, è fortemente tentato, a differirne quanto più l'amministrazione per non privarsi troppo presto della sua libertà. » Cæterum iis perpensis nec non aliis quæ usque adhuc exposita fuerunt, grave non erit EE. PP. sapientiæ etiam hanc dirimere quæstionem.

Circa sextum et septimum propositum dubium dubitari nequit quæstiones has varios in se continere casus. Difficillime siquidem esse videtur determinare, in hoc vel alio speciali casu veram et propriam adesse rationem dispensationis ab officio assistendi moribundis. Ponderandæ potius viderentur circumstantiæ parocho occurrentes, necnon status moribundi, ejusque morales qualitates. Etiam S. Carolus Borromæus, hanc prævidens difficultatem, casus pro dispensatione occurrentes enumerare abstinuit et modo tantum generali locutus est conscientiæ parochi relinquens, quando illæ circumstantiæ evenire possent.

Ex iis quæ hucusque disputata sunt plane descendere videtur ad ultimum dubium responsio. Si enim Rituale Romanum præscribit ut parochus moneat domesticos et ministros infirmi ut si morbus ingravescat ipsum accersant, si omni modo curare debet salutem animarum, quæ ejus curæ commissæ reperiuntur, haud ambigendum videretur quod non modo parochus inassuetos parochianos præmonere debet de obligatione ipsum vocandi, ipsique facilem accessum præbendi, verum etiam et ad obices serio removendos teneatur ut sibi viam ad moribundos sternat. Qui enim tenetur ad finem tenetur etiam ad media.

Quibus animadversis videant EE. PP. quonam responso proposita dubia sint dimittenda.

Quare etc.

Congregatio Concilii respondendum censuit : *Super adsistentia infirmorum standum esse præceptionibus Ritualis Romani ; in reliquis consulat probatos auctores.* Romæ, 23 martii 1878.

La collection des *Analecta* renferme plusieurs articles sur l'assistance des moribonds et la recommandation de l'âme. On peut consulter la quatrième série (col. 2011 et seqq.), la cinquième série (col. 831 et seqq.), la douzième série (col. 89, 466), la treizième série (col. 973). Quinzième série (col. 420, 1102). On y rapporte un grand nombre de décisions du Saint-Siége sur ce devoir essentiel de la sollicitude pastorale. La coutume peut-elle prescrire légitimement ? Les SS. Congrégations n'ont jamais reconnu la désuétude dans une question qui intéresse de si près le salut des âmes. Les simples prêtres et les réguliers eux-mêmes sont-ils obligés par le devoir de la charité d'assister les moribonds à défaut du curé légitimement empêché ? Cette question est traitée *loc. cit.* Les prières de la recommandation de l'âme ont été insérées dans le Bréviaire, parce que tout prêtre peut être appelé pour remplir ce grand ministère.

— *Ordination. Exeat et dimissoires refusés injustement. Le Saint-Siége permet de recevoir les ordres des mains d'un évêque catholique.* (Affaire décidée par la S. Congrégation du Concile le 23 mars 1878.)

Le concile de Trente (session 23, c. 8) prescrit aux ordinands de recevoir l'ordination de leur propre évêque, ou en vertu des lettres dimissoriales et testimoniales de ce prélat ; s'il les refuse injustement, on peut porter plainte au Saint-Siége, qui, après instruction de l'affaire, remet l'ordination au métropolitain, ou à un évêque voisin, ou bien encore à tout évêque auquel l'ordinand voudra s'adresser. Le *folium* rapporte un grand nombre d'arrêts de la S. Congrégation du Concile, années 1668, 1792, 1823, 1848 etc.

Pierre N. a eu la vocation ecclésiastique dès son bas âge. Depuis plusieurs années il réside à Rome,

en suivant le cours de théologie de l'université. Ayant écrit plusieurs fois à son évêque en France pour obtenir les dimissoires, il a essuyé un refus, par la raison qu'il n'a pas rempli certaines conditions prescrites pour le grand séminaire du diocèse. Voyant s'approcher le moment où l'autorité militaire pouvait l'appeler au service, il a présenté une requête à la S. Congrégation du Concile, en demandant l'autorisation de recevoir les ordres majeurs et la prêtrise. Il a assuré qu'il aurait un titre patrimonial d'ordination conformément aux saints canons. — La S. Congrégation a écrit à Mgr l'évêque, selon l'usage, *pro informatione et voto*. Le digne prélat a répondu : « Le recourant a quitté le diocèse il y a environ cinq ans, ne voulant pas, ou, dit-il, ne pouvant pas remplir un certain règlement diocésain pour notre grand séminaire. Depuis cette époque il a demeuré dans différents diocèses, et il nous a demandé plusieurs fois les dimissoires pour recevoir les ordres. Nous avons refusé les lettres dimissoriales, parce que nous ne pouvons pas répondre de sujets peu connus de nous, impropres au saint ministère et d'ailleurs dépourvus d'un titre suffisant pour l'ordination. » Au reste, Mgr l'évêque dit qu'il n'a pas à se plaindre de la conduite morale du recourant et qu'il lui a proposé l'*exeat* pour s'agréger à un autre diocèse.

Quel est le règlement diocésain auquel Pierre n'a pas voulu se soumettre ? C'est un statut du concile provincial, ainsi conçu : « Les élèves ecclésiastiques suivront pendant deux ans et avec la plus grande application le cours de philosophie suivant la méthode scolastique. » Ce concile provincial a été légitimement examiné par le saint-siége. Or, Pierre a violé le règlement : car, après avoir fait un an de philosophie, il demanda d'entrer au cours de théologie.

Le refus de dimissoires semble injuste. Mgr l'évêque reconnaît lui-même que le recourant a de bonnes mœurs et de la piété. Le métropolitain confirme ; Pierre a laissé de bons souvenirs dans le petit séminaire de l'archidiocèse, où il fut quelque temps professeur. C'est pourquoi Mgr l'archevêque déclare que rien ne s'oppose, en ce qui le concerne, à ce qu'on autorise le recourant à recevoir les ordres de tout évêque catholique. Pierre a résidé cinq ans au séminaire de Lyon. Le supérieur rend un excellent témoignage « de sa conduite, qui a toujours été exemplaire ». Il atteste aussi « que cet ecclésiastique a étudié la théologie pendant trois ans et subi avec succès les examens que l'on fait subir à ceux qui doivent recevoir la prêtrise ». Il a quitté le diocèse parce qu'il ne peut pas supporter le climat froid et qu'il a besoin d'une nourriture particulière.

Décision. La S. Congrégation juge qu'il y a lieu d'accorder au recourant l'autorisation de s'adresser à un évêque catholique pour recevoir les saints ordres et la prêtrise. Rome, 23 mars 1878. L'affaire a été traitée *per summaria precum*. Voici la relation de Mgr le secrétaire de la S. Congrégation.

Ordinationis. Die 23 martii 1878. Petrus N. diœcesis N. in Gallico seminario nunc Romæ degens a primis adolescentiæ annis expertus fuit ad statum ecclesiasticum vocationem, atque hunc ad obtinendum optatum finem theologicis etiam studiis operam navavit, et navat in universitate Gregoriana. Pluries petiit ab antistite dimissoriales literas pro sacra recipienda ordinatione, quas tamen ille concedere renuit, eo quia præteritæ ab eo fuerunt nonnullæ conditiones pro seminario majori suæ diœcesis institutæ, queis orator satisfacere non valuit. Urgente vero tempore, ut inter militiæ delectum numeretur, ni extet ordinibus initiatus, supplici libello diei 24 decembris anni nuper elapsi summum pontificem adiit, efflagitans ut licentiam ei concedere dignetur ordines suscipiendi usque ad presbyteratum inclusive, promptus ut est sibi comparandi titulum sacri patrimonii juxta sacrorum canonum præscripta.

Has preces uti fieri solet episcopo pro informatione et voto remisi, qui acceptis mandatis obsequens respondit quod « Orator diœcesim . . . reliquit a quinque circiter annis eo quod nollet, aut ut aiebat non posset quamdam diœcesanam regulam pro seminario nostro majori . . . adimplere. Exinde non semel ex alienis diœcesibus ubi degebat . . . literas dimissoriales pro suscipiendis ordinibus postulavit quas recusavimus, ut semper talibus in circumstantiis sponsionem nempe renuentes de subjecto nobis minus noto, qui sæpe postea, ut expertisumus ministerio sacerdotali impar ac patrimonio sufficienti titulo destitutus. » Cæterum addit nihil contra mores aut agendi rationem oratoris habere, quem urget militaris lex gallica, cui alias excardinationis literas proposuit ut ad aliam diœcesim, si vellet, convolaret.

Regulam autem diœcesanam quam violasse refert episcopus prouti ex posterioribus ejusmet literis deprehendi, ea est, quæ jam in dicta diœcesi statuta reperitur, ibi : « Alumni « ecclesiastici per duos annos juxta methodum scholasticam « et summa quidem animi applicatione philosophiæ studeant. » Istam violasse dicit Petrum, qui uno tantum philosophiæ emenso anno ad sacra theologiæ studia admitti postulaverat.

Post hæc causam in hodiernis comitiis proponendam duxi rescribendo die 8 currentis mensis *Per summaria precum*.

Exploratum est in jure omnes, qui ad ordines promover desiderant, a proprio episcopo illos suscipere debere ad præscripta per Tridentinum sess. 23 cap. 8 de Reform. vel si ab alio promoveri petant, literis ordinarii sui testimonialibus eorum probitatem, ac mores commendantibus, communitos esse oportere. Quibus injuste denegatis, datur recursus ad S. Congregationem, et per hanc committitur ordinatio nedum episcopo beneficii, sed et viciniori etiam aut metropolitano. S. C. in *Fabr.* Ord. 21 aprilis 1792, § 4. Quod pari ratione de literarum dimissorialium denegatione dicendum venit, cum alia via eas expetenti superesse non possit quam adeundi summum pontificem, qui mandet episcopo vel ut ipsum ordinet seu literas dimissoriales concedat uti in *Nepesina* capellaniæ 27 maii 1713, dub. 3. *Carthag.* ordinat. 10 maii 1755; vel ex plenitudine suæ potestatis, quin ad aliam diœcesim promovendus transeat, facultatem impertiatur ordines suscipiendi sive a metropolitano sive a viciniori, vel a quocumque catholico antistite. S. C. in *Remen* 21 aprilis 1668. lib. 16 Liter. Visit. SS. LL, pag. 405 relata a Bened. XIV *de Synod. diœc.* lib. 12, cap. 8, num. 4, *Calaguritana* 24 maii 1823, § *Exploratum*, *Neapolitana* excardinationis 15 julii 1848, § *Si*, ambæ inter summaria precum relatæ.

Atqui in themate dissensus episcopi in dimissorialibus literis oratori concedendis irrationalis videtur. Quandoquidem non modo ex ipsius testimonio exurgit eumdem *bonis moribus ornatum* et *pium* esse, verum etiam ex archiepiscopi fide docemur eumdem tempore quo in parvo suæ diœcesis seminario commoratus est parvulos instruens alumnos, optimum reddidisse testimonium de religione, bonis moribus et totius

vitæ institutione; unde haud ipse ambigit asserere ex parte sua nihil obstare quominus positis ponendis sacris initietur ordinibus a quocumque catholico episcopo. Et rector Lugdunensis seminarii ubi per quinque annos tamquam auxiliaris commoratus est testatur « de la conduite, qui a toujours été exemplaire » et « qu'il a étudié la théologie pendant trois ans et « subi avec succès les examens que l'on fait subir à ceux « qui doivent recevoir la prêtrise. » Ergo oratoris preces exaudiendæ viderentur, maxime quia moræ locus non est, dum pressus ad amplectendam terrestrem militiam nonnisi quam gratia summi principis vocationem suam ad effectum traducere valet.

Neque petitæ gratiæ obesse potest deficientia sacri patrimonii. Primo quia pessimis hisce temporibus facilius super ipsius constitutione dispensatio largitur: 2. quia ipsemet asserit promptum esse sibi comparandi titulum patrimonii pro sacra ordinatione suscipienda. Multoque minus officit a propria diœcesi discessus quia tali afflictatur morbo ut nedum victu speciali necesse habet, verum etiam *ne peut pas supporter le climat froid*, prouti Lugdunensis doctor Keisser testatus est.

Cæterum animadversis quæ contra per episcopum fuerunt deducta, videant EE. VV quonam responso oratoris preces sint dimittendæ.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii rescripsit : *Pro facultate ad hoc ut orator a quovis catholico episcopo, servatis cæteris de jure servandis, ad sacros ordines usque ad presbyteratum inclusive promoveri possit, facto verbo cum Sanctissimo.* Romæ, 23 martii 1878.

— *Irrégularité. Défaut corporel. Les bossus sont-ils irréguliers?* Décision de la S. Congrégation du Concile du 15 juin 1878.

Les bossus ne sont irréguliers que lorsque leur difformité est énorme et scandaleuse. Dans le décret de Gratien on a le canon *Hinc etenim*, au mot *Gibbosus*, distinction 49. Voir aussi la décrétale *Presbyter*, et l'autre décrétale *Thomas*, titre *De corpore vitiatis*. Un défaut corporel ne rend pas absolument irrégulier. C'est à la difformité, ou à l'inhabilité à remplir les fonctions du ministère que l'irrégularité est attachée. Dans l'ancien Testament Dieu écartait de l'autel et de l'offrande le prêtre aveugle, boiteux, bossu : *Si cæcus fuerit, si claudus, si parvo vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbosus.* (Levit. c. 21).

Hyacinthe N. a fait présenter à la S. Congrégation du Concile une requête portant que, se sentant appelé par la Providence à l'état ecclésiastique, il a fait les études littéraires et philosophiques au séminaire de Liége et qu'il a même fait un an de théologie ; mais qu'il ne peut recevoir les ordres, à cause d'un défaut corporel ; il est bossu, mais cette difformité n'est pas très-ridicule, et n'inspire aucune horreur. Non seulement le révérendissime ordinaire de Liége a confirmé la vérité de l'exposé, mais il a joint ses instances à celles du recourant.

La S. Congrégation a demandé la photographie du bossu. En la transmettant, Mgr l'évêque a de nouveau demandé la dispense de l'irrégularité ; les excellentes qualités du recourant font espérer qu'il travaillera utilement au saint ministère, surtout dans une église rurale. Le maître des cérémonies atteste que le jeune homme fait sans aucune difformité toutes les cérémonies de la messe. Il a 1 mètre et 53 centimètres de haut. Sa famille est riche et très-religieuse.

Décision. La S. Congrégation du Concile a jugé qu'il y avait lieu de remettre au jugement et à la conscience de Mgr l'évêque de Liége la faculté de dispenser le recourant et de l'habiliter pour la réception des ordres jusqu'à la prêtrise inclusivement. Rome, 15 juin 1878.

Leodien. Dispensationis ab irregularitate. Die 15 junii 1878. — Hyacinthus N. Leodiensis diœcesis, sacratissimum principem adiit suppliciter exponens, se divina Providentia ad statum clericalem vocatum, studia tum humaniora, tum philosophica in seminario Leodiensi absolvisse, jamque per annum disciplinis theologicis operam navasse. Sed quamvis vehementer exoptet usque ad presbyteratus ordinem ascendere « sui voti compos fieri nequit cum quodam corporis defectu laboret, gibbo scilicet, non enormi quidem, qui nec gravem excitat risum, nec ullum inspirat horrorem. » Quapropter humiliter petebat ut (si forte irregularis existat) a qualibet irregularitate dispensetur. Superius exposita Rmus ordinarius Leodiensis nedum auctoritate sua confirmavit, verum etiam oratoris precibus proprias adjungere non dubitavit.

Requisitus episcopus ut imaginem photographicam oratoris transmitteret, illico mandatis S. hujus Ordinis obtemperavit una simul iterum rogans pro præfatæ irregularitatis dispensatione, quia, ut ipse ait, « magna datur spes spectatis præsertim bonis et ingenii et indolis ejus dotibus, ut in sacro ministerio etiam saluti animarum adlaborare possit præsertim in Ecclesia rurali. »

Post hæc rursum requisitus ille præsul ut « referat de altitudine staturæ oratoris, de prævio experimento coram cœremoniarum magistro, significet an sine ulla deformitate omnes sacrificii actiones explere queat, » ita respondit : « staturæ altitudinem oratoris attingere unum metrum cum quinquaginta tribus centimetris. » Quoad vero experimentum, omnia peregisse absque ulla deformitate.

Hisce absolutis rescriptum edidi *Per summaria precum.*

Cum in hodiernis comitiis causa hæc proponatur, præstat nonnulla ex officio animadvertere.

Quamvis juxta veterem Ecclesiæ disciplinam, magis ad animi dotes, quam ad vitia corporis in promovendis inspiciebatur can. 77 et 78 apostolorum. Thomassin, *De vet. et nov. disciplin.* part. 2, cap. 78, num. 2, ad 6; tamen processu temporis Romani pontifices ab altaris sacrificio eos arcendos existimarunt qui aliquo corporis defectu laborabant, can. 3, distinc. 55, can. *Illiteratos*, distin. 16. Hujusmodi irregularitas ex veteri testamento repetenda videtur. Sic Dominus ad Moysen loquutus est : « Loquere ad Aaron : homo de « semine tuo per familias qui habuerit maculam non offerat « panes Deo suo, nec accedat ad ministerium ejus, si cœcus « fuerit, si claudus, si parvo vel grandi vel torto naso, si « fracto pede, si manu, si gibbosus etc. » Levit. 21, v. 18, 19. Ratio autem cur in novo testamento corpore vitiati irregulares evadunt in eo reponitur quia vel scandalum fidelibus ingerere possunt, vel res sacras periculo irreverentiæ exponunt. cap. *Presbyterum*, de cleric. ægrotante. Cum igitur in supplici libello dicatur Hyacinthum ea gibbositate laborare quæ licet non gravem, tamen excitat risum, manifeste eruitur hujusmodi defectum haud excludere verum periculum res sacras irrisioni exponendi : quare gratia deneganda videtur. Fortius quia agitur de promovendo, cui juxta praxim S. Congrega-

tionis dispensatio difficilius elargiri solet. *Firmana* irregularitatis 24 maii 1823. *Comen.* irreg. 6 maii 1875.

E contra advertendum quod gibbosi tunc tantum irregulares evadunt cum sint enormiter vel deformiter tales *cap. Hinc etenim, vers. gibbosus, dist.* 49. Scitum enim est quod corpore vitiati non sunt absolute et simpliciter irregulares; sed tunc tales evadunt, vel quando defectus deformitatem aliquam contineat, vel inhabilitatem inducat ad obeundas sacri ministerii functiones. Cap *Presby.* 1 de corp. vitiat. Cap. *Thomas* eod. tit., Ferr. verbo *irregular.* art. 1 num. 1n. La Croix lib. 7, num. 500. Layman. lib. 1, tract. 5, part. 5, cap. 7. Atqui perspecta imagine photographica necnon perpensa ipsius statura unius metri et centim. 53, talis non apparet Hyacinthus. Imo et ipsemet ordinarius, cujus judicium maximi faciendum in hac præsertim materia juxta Anaclet. ad titul. de corpor. vitiat. quæst. 3 num. 20, fatetur gibbum quo prædictus juvenis deformatus est non posse dici enormem, neque gravem excitare risum, aut horrorem inspirare, atque ulterius prosequitur : « Experimento coram sacrarum cæremoniarum Magistro facto, constat oratorem sine ulla deformitate omnes sacrificii actiones explere posse.» Quæ verba consonant cum attestatione ipsius cæremoniarum magistri qui fidem facit : « Hyacinthum sine ulla deformitate omnes sacrificii actiones explete posse..... altitudinem staturæ sufficientem habere ad officia divina adimplenda.» Juvat etiam addere (sunt verba episcopi) hunc juvenem ex diviti apprimeque catholica familia ortum, optimæ esse indolis necnon insigni virtute ac pietate præditum esse.... Fundata enim spes fore ut sacerdos ordinatus in ecclesia præsertim rurali divinis ministeriis pie inserviturus, et animarum saluti cum fructu adlaboraturus sit. » Quæ animi dotes indubie corporis defectum compensare atque suadere quod si forte irregularis sit, videtur ut ipsius votis sit concedendum.

Quibus igitur perpensis, EE. VV decernere non dedignentur quonam responso hujusmodi preces dimittendæ.

S. Congregatio rescribendum censuit : *Arbitrio, et conscientiæ episcopi cum facultate dispensandi, et habilitandi oratorem ad omnes ordines usque ad presbyteratum inclusive, facto verbo cum Sanctissimo.* Romæ, 15 junii 1878.

— *Indulgences. Si elles commencent la veille, ou seulement à minuit. Les œuvres prescrites doivent être faites le jour marqué pour gagner l'indulgence. Si l'on peut gagner plusieurs indulgences le même jour. Si les conditions peuvent être observées plusieurs fois.*

Nous avons publié dans la livraison précédente un décret de la S. Congrégation des Indulgences du 14 décembre 1877, lequel décide plusieurs difficultés concernant l'acquisition des indulgences. Avant de se prononcer, la S. Congrégation a demandé, selon l'usage, l'avis de ses consulteurs. Le *votum* de ces savants hommes renferme des éclaircissements utiles.

1. Il a été décidé que l'indulgence commence à minuit, à moins que l'indult pontifical ne permette expressément de la gagner à partir des premières vêpres. Cette décision semble opposée à un décret du 3 juillet 1754, décret portant que le jour naturel commence au lever du soleil : *Diem naturalem ab ortu solis incipere.* Ce décret est compris dans la collection Prinzivalli. Or, le dossier conservé aux archives du Vatican constate que les cardinaux, en 1754, décidèrent que le jour naturel commence à minuit. Prinzivalli s'est mépris en parlant de l'aurore. Si l'on ne pouvait gagner les indulgences qu'après l'aurore, les hommes du nord, qui sont rapprochés du pôle, gagneraient fort peu d'indulgences.

2. La confession et la communion prescrites pour gagner l'indulgence plénière peuvent être accomplies la veille ; mais il en est autrement des prières et autres œuvres prescrites ; on doit les faire le jour même auquel l'indulgence est attribuée. La question avait été déjà décidée en 1841 pour une consultation venant du diocèse de S. Brieuc ; il suit de là que si l'indult pontifical accorde l'indulgence dès les premières vêpres, on peut dans le même laps de temps remplir les autres conditions. Le consulteur insinue qu'il serait bon d'accorder pour les prières et autres œuvres la latitude qui a été donnée pour la confession et la communion ; car parfois les fidèles ne peuvent se rendre deux jours de suite à une église, où d'ailleurs on ne dit pas la messe chaque jour.

3. Diverses indulgences, accordées à différents titres, peuvent être acquises par la même œuvre de piété et de charité, supposé que cette œuvre ne puisse être renouvelée. Le consulteur parle d'abord des indulgences plénières. Les théologiens étaient jadis divisés. Cependant S. Alphonse de Liguori dit que l'on peut par une communion et un seul jeûne acquérir plusieurs indulgences plénières, parce qu'il n'est pas possible de communier et de jeûner deux fois le même jour. La décision de 1841 pour S. Brieuc tranche le difficulté en ce qui concerne la communion. Le décret de 1847 pour Valence décide que l'on peut gagner l'indulgence de la Portioncule *toties quoties* le fidèle entre dans une église franciscaine ou privilégiée et fait une courte prière. Il en est de la confession et du jeûne comme de la communion. Une courte prière suffit-elle pour acquérir plusieurs indulgences plénières ? C'est probable, car les indults qui prescrivent de prier pour l'Eglise, pour la paix, et autres intentions, ne déterminent pas ces prières. Une faible aumône aux pauvres semble suffire pour acquérir plusieurs indulgences ; parce que l'aumône, si modique qu'on la suppose, peut se diviser en plusieurs parts. Il en est autrement si l'indult prescrit que chacun fasse l'aumône selon ses moyens ; en ce cas les gens riches doivent donner plus largement que les pauvres.

En ce qui concerne la visite des églises, il est nécessaire de la renouveler le même jour, suivant le nombre d'indulgences plénières qu'on désire gagner.

Le consulteur s'étend au sujet des indulgences partielles, pour lesquelles on exige moins que pour les indulgences plénières. Il établit quelques principes généraux qu'il emprunte aux théologiens.

Voici le résumé de la consultation rédigée pour la S. Congrégation des Indulgences.

Votum consultoris. Quoad primum dubium. Consultor observavit quod in decretis sive brevibus aut clausula habetur : « A primis vesperis usque ad occasum solis, » aut hæc clausula omissa est. Si clausula adest, sensus manifestus est et explicatione non indiget ; si vero illa clausula non habetur, tunc indulgentiæ non incipiunt a primis vesperis, sed a die naturali. Non inutiliter illa clausula apponitur aut omittitur, sed ex ratione propter diversitatem temporum. Aliquando pro diebus

qui non habent primas vesperas, v. g. feriæ quadragesimales, indulgentia conceditur simpliciter dicendo : « feria IV in capite jejunii. » Tunc igitur indulgentia lucranda incipit a die naturali.

Sed hic iterum quæstio est quando incipiat dies naturalis, sive an dies naturalis comprehendat totum tempus 24 horarum a media nocte usque ad mediam noctem, an vero tantum tempus quo sol illucescit. Quæstio decisa videtur decreto 3 julii 1754, quod legitur apud Prinzivalli sub num. 214. Ibi dicitur : *diem naturalem ab ortu solis incipere.*

At vero ex actibus qui in archivio S. C. Indulg. servantur, manifesto constat, Emos cardinales in Congregatione habita die præcedente declarasse, diem naturalem a media nocte incipere; cumque nullum vestigium habeatur summum pontificem a voto Eminentissimorum cardinalium recessisse, sed e contra verbis expressis dicatur : « Sanctitas Sua votum Sacræ Congregationis benigne approbavit ; » concludendum videtur, in redactione decreti errorem fuisse illapsum et restituendum esse textum, dicendo, diem naturalem a media nocte incipere.

Si dicitur : *Ab ortu solis*, tunc qui mane surgent velociter ad horam crepusculi vel auroræ, et orationi ac meditationi incumbunt, vel post solis occasum adhuc preces fundunt, plurimas indulgentias lucrari non possunt ; et qui septentrionales plagas incolunt, ubi hieme nox fere nunquam sole interrumpitur, quasi nullas indulgentias acquirunt. Unde oportet ut a decreto apud Prinzivalli publicato recedatur, et juxta votum Emorum anni 1754 dicatur : diem naturalem a media nocte incipere.

Quoad secundum dubium, quæ sequuntur innuit consultor idem ; nempe in una *Briocen.* die 29 maii 1841 quæsitum fuit : « 4. Intra quotas horas diei ipsius vel diei pridianæ recitari debeant preces a summo pontifice præscriptæ ad lucrandam indulgentiam plenariam ? » Et responsum fuit : « Intra idem tempus designatum pro indulgentiarum acquisitione » Ergo si pro tempore acquisitionis assignatum fuit tempus a primis vesperis usque ad occasum solis, eo tempore preces recitandæ et alia opera injuncta adimplenda sunt ; si vero dies naturalis designatus est a media nocte, eadem opera facienda sunt, etiam si per recentes concessiones permittatur, ut confessio et communio die festum præcedente fieri possint ; nam circa opera injuncta nihil declaratum, nihil immutatum est. Si episcopus Hebron. loco dubii supplicasset, ut qui die festum præcedente mane confessionem et communionem peragunt, etiam alia opera ad lucrandam indulgentiam præscripta peragere possent, ejus preces commendatione essent dignæ ; nam sæpe eædem rationes, quæ militabant pro confessione et communione die præcedente jam ad lucrandam indulgentiam valida, militant etiam pro aliis operibus injunctis. Sic ex. gr. in regionibus, ubi pauci sunt sacerdotes una tantum missa dicitur, cui multi intervenire non possunt, et si ecclesia longe distat, non poterunt eam visitare. Deinde confessio et communio sunt semper conditiones principaliores ; unde si partes principaliores jam pridie fieri possunt, æquum videtur, ut etiam minus principales quasi eas concomitantes simul fieri possint.

Tenendum tamen semper, absque ulteriore concessione, alia opera præter confessionem et communionem præscripta non posse anticipari.

Quoad tertium dubium. Animadvertit consultor, auctores, qui de re scripserunt, abiisse in diversas opiniones, sed recentioribus fretus decretis S. Congregationis Indulgentiarum, quamvis propositum dubium sit satis grave, censuit enodari posse. Proindeque bifariam divisit quæstionem, loquens in prima parte de indulgentiis plenariis, in secunda de partialibus.

De Indulgentiis plenariis pluries eodem die lucrandis. S. Alphonsus, innuit consultor, ad rem ait *Theol. mor.* libr. 6, n. 534, sub 15 : « Possunt uno eodemque opere plures Indulgentiæ diversis viis concessæ lucrifieri, si opus sit æque utile ad finem utriusque indulgentiæ nec sit iterabile intra idem tempus, v.g. jejunium vel communio. »

Et idem Laymann l. 5, tr. 7, c. 6, qui autumaverat opus duplicari debere ad lucrandam duplam indulgentiam, tamen subdit : « Excipe nisi tale opus sit, quod eodem die repeti non possit vel certe non soleat ; ut si tali die jejunantibus vel sacram eucharistiam accipientibus, plures indulgentiæ ob diversas causas vel occasiones ab eodem aut diversis pontificibus concessæ sint, semel in eo die jejunans vel communicans..... omnes indulgentias lucraturus est, sicut recte docent Corduba, Coninchius. »

Sententia hæc, quam probabilem dixerunt Suarez et Salmanticenses, hodie certa videtur ex decreto S. C. Indulg. in una *Briocen.* diei 29 maii 1841, ubi ad dubium : « An eodem die lucrari possint plures indulgentiæ plenariæ, quando pro unaquaque præscripta est perceptio divinæ Eucharistiæ ? » responsum est : *Affirmative, servatis tamen respective aliis appositis conditionibus.* Igitur cum communio eodem die iterari non possit, una sufficit pro diversis indulgentiis plenariis lucrandis, quæ alias S. communionem requirunt.

Cum decreto modo allato aliud concordat in una *Mechlinien.* diei 10 maii 1844. In ea quæsitum fuit : « An sacerdos qui missam celebrat ex. gr. pro defuncto, eidem applicat indulgentiam plenariam altaris privilegiati, potest eodem die vi communionis in missæ sacrificio peractæ lucrari aliam indulgentiam plenariam vel sibi vel defunctis applicabilem, si ad hanc lucrandam præscripitur S. communio ? responsum fuit : *Affirmative.*

Theodorus a Spiritu sancto quærit : An saltem pluries eodem die obtineri queat Indulgentia plenaria concessa hac clausula : quoties id egerint, vel quoties ecclesiam visitaverint, toties plenariam ? Et ipse auctor etiam in hoc casu, qui maxime die 2 augusti propter indulgentiam dictam Portiunculæ, sive « del perdono » locum habet, negativam sententiam tenet. Attamen hodie circa hanc quæstionem omne dubium remotum est decreto S. C. Indulg. diei 12 julii 1847. Nam in una *Valentinen* quæsitum est : « An visitantes ecclesias ordinis S. Francisci die 2 augusti lucrentur indulgentiam plenariam toties quoties in ea ingrediuntur et parumper ibi orent. Et an requiratur ut communio fiat in eadem ecclesia ? Et responsum est : *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Ergo ex decretis S. C. Indulg. fit certum unam S. communionem sufficere ad lucrandas plures indulgentias etiam plenarias, quia communio iterari non potest.

Attamen quæritur an dici possit de confessione et jejunio quod dictum est de communione.

Confessio iterari debet eodem die, ab eo qui post confessionem in lethale decidit, nondum adimpletis præscriptis oneribus. Dempto hoc casu, iterari non debet confessio eodem die ad lucrandam indulgentiam, quia onus valde grave esset et sæpe etiam nocivum dicunt Salmanticenses. Juxta varia S. C. indulg. decreta, confessio fieri potest, vel ipso die, cui assignata est indulgentia, vel die præcedenti ; imo qui usum habeat peccata confitendi omni hebdomada, omnes lucrari potest indulgentias per hebdomadam occurrentes. Quod privilegium extensum fuit etiam pro illis qui, penuria confessorum, confitentur peccata omni altera hebdomada.

Jejunium unum ad lucrandas plures indulgentias sufficere, ait S. Alphonsus, quia eodem die iterari nequit.

Brevem orationem pariter sufficere ad plures lucrandas indulgentias ait consultor, quoniam a S. Sede præscribitur ut preces pro ecclesia, pro pace, etc. fundantur, quin dicatur quales et quot preces dicendæ sint. Quamvis nonnulli auctores

censeant brevem orationem non sufficere eo quod oratio notabiliter modica non est proportionata ad summi pontificis intentum, illos consultor refutavit, adjiciens rationem agendi Pauli III, qui visitantibus aliquam ecclesiam societatis Jesu certa die a præposito generali designanda, et ibi orationem dominicam et angelicam recitantibus indulgentiam plenariam concessit. Et ideo, si quis ex quinque titulis indulgentiam plenariam lucrari vellet, pro quibus comparandis oratio præscribitur, oneri satisfaceret si quinquies Pater et Ave diceret.

Eleemosyna parva pro pauperibus sufficere videtur ad plures lucrandas indulgentias, quia etiam modica eleemosyna dividi potest in plures minimas partes. Excipe si in brevi dictum fuerit: *quantum pro sua cuique facultate visum fuerit* seu : *eleemosynam pro posse distribuant* : tunc divites largiorem eleemosynam dare debent.

Visitatio ecclesiæ vel oratorii eodem die repeti potest, quoties conditio visitandæ ecclesiæ ad lucrandas indulgentias plenarias apposita fuit.

De indulgentiis partialibus. Præmittendum est, ait consultor, ad partiales acquirendas indulgentias, minus requiri, quam ad lucrandas plenarias. Quapropter raro præscribitur confessio, communio et jejunium; quod si etiam pro partialibus indulgentiis præscribantur, valent quæ parte præcedenti innuimus.

Pro refutandis variis sententiis quoad indulgentias plenarias usi sumus, ait consultor, variis recentioribus S. C. Indulg. resolutionibus. Quum nulla adsit authentica solutio quoad indulgentias partiales, recurrendum est ad certas regulas communiter acceptas pro interpretatione.

Regula 1. *Indulgentiæ sive indulgentiarum concessiones interpretandæ sunt juxta mentem concedentis.* Veram esse regulam haud dubitatur ; attamen in praxi parum juvat ; nam mens sive intentio cognosci nequit, nisi externis verbis aut factis manifestetur. Quod fieret si in regulis cancellariæ aliquid circa indulgentias præscribitur, aut si summus pontifex certam praxim constanter sequitur.

Regula 2. *Indulgentiæ sunt large interpretandæ cum sint gratiæ.* S. Alphonsus hanc constituit regulam, l. 6, 534, n. 3, quam non pauci sequuntur. Juxta autem Bonacina disp. 6. q. 1, punct. 7, n. 3 et 4, tam potestas indulgentiarum, quam earum quantitas et duratio large sunt interpretandæ, quia conceduntur ad bonum Ecclesiæ et salutem animarum, et nemini præjudicium inferunt. Sed verborum sensus semper est servandus juxta adagium : *Indulgentiæ tantum valent quantum sonant.*

Regula 3. *Indulgentiarum concessioni respondere debet causa rationalis sive proportionata.* Ad rem Bonacina disp. 6, q. 1, punct. 4, n. 3, ait : « In quolibet pio actu inveniri posse justam causam ad concedendam indulgentiam, consequenter validam esse indulgentiarum concessionem factam a summo pontifice per quodcumque opus etiam levissimum, ut si concedatur indulgentia plenaria recitanti orationem angelicam et dominicam. Ratio est, quia summus pontifex justam respexit causam in concedendo pro levi opere indulgentiam... tum quia experientia constat, plenarias indulgentias aliquando pro levissimo opere concedi, ut pro dominica et angelica oratione : consuetudo autem non facile damnanda videtur ; tum quia, sicut Deus per minimum contritionis actum æternam pœnam condonat, ita etiam condonare potest reatum pœnæ temporalis per quemcumque actum præscriptum ad consequendam indulgentiam : tum quia frusta concederetur indulgentia si ad ipsarum valorem et consecutionem necessarium esset opus æquivalens et æquipollens indulgentiæ, quæ conceditur. Quid enim operaretur indulgentia, si ad consecutionem indulgentiæ v. gr. 20 dierum tale pium opus requiretur quod, remissionem tantæ pœnæ mereatur, quanta per 20 dies lucrandas esset ? »

Regula 4. *Summus pontifex cum indulgentiam concedit, ex plena scientia agit et vult, ut indulgentia habeat suum effectum. Nec sua concessione prædecessorum suorum indulgentias revocasse credendus est, nisi hoc expresse dicat.* Quamvis optimæ sint regulæ, auctores plures male eas applicuerunt. Nam Theodorus a Spiritu Sancto, Suarez et Paulus, non obstantibus his regulis, censuerunt uno eodemque opere, quamvis non iterabili uti confessione, communione et jejunio, non posse acquiri plures indulgentias plenarias, quia si illa opera bona sunt proportionata ad unam indulgentiam plenariam, jam non sunt ad lucrandas plures plenarias. Sed S. Sedes usa est majori largitate declarans, ut supra dictum fuit, quod eodem die, imo eadem communione et confessione, sive eodem jejunio acquiri possint plures indulgentiæ plenariæ, cæteris impletis conditionibus ; et si dum ageretur de indulgentia plenaria benignior et largior sententia ex parte S. Sedis prævaluit, profecto dum agitur de indulgentiis partialibus larga interpretatio locum habere debet. Eo quod inter diversas indulgentias partiales numquam est magnus proportionis defectus ; quia sive sit indulgentia unius anni, sive mille annorum semper sunt indulgentiæ partiales : unde videmus quod Sixtus IV recitantibus tertiam partem rosarii 5 annos, Innocentius VIII vero 60 millia annorum toties quoties concessit.

Paulus, Suarez et Filliuccius negant eodem opere pio posse acquiri plures partiales indulgentias ; sic fidelis nequiret eodem opere lucrari indulgentiam 40 dierum si unus pontifex, 20 dierum, si alter pontifex pariter 20 dierum eidem pio operi concesserint. Quæ opinio nimis rigida est et regulæ adversatur, qua innuitur indulgentiam large esse interpretandam.

Etenim si indulgentiæ partiales non cumulantur, plurimæ indulgentiæ inutiles fiunt. Deprehenditur enim ex summario indulgentiarum confraternitatis S. Rosarii approbatum ab Innocentio XI cap. 3 : 1. Concedi indulgentia 40 dierum recitantibus tertiam rosarii partem ; 2, iisdem recitantibus tertiam rosarii indulgentiam 5 annorum ; 3, iisdem recitantibus tertiam partem toties quoties 60 millia annorum. Ast si quis recitando tertiam rosarii partem lucretur toties quoties 60000 annos indulgentiarum, quomodo rosarium recitabit cum intentione lucrandi 40 dies indulgentiarum ? Nonne aliæ inferiores inutiles videbuntur ?

Proinde probabilior videtur sententia, uno eodemque actu pio vel eadem oratione posse fideles plures indulgentias partiales ex diversis titulis concessas lucrari.

Opinio contraria gravissimorum auctorum facile explicatur cum nuperrimis decretis superallatis ; ex quibus conspici datum est hodie mitiorem evasisse praxim Ecclesiæ.

Royaume d'Italie. Mort de Victor-Emmanuel. Installation du nouveau roi. Protestation du cardinal secrétaire d'Etat du saint-père.

Après la mort de Victor-Emmanuel, son fils prit le titre de roi d'Italie, et fit une proclamation prétendant sanctionner la spoliation dont le Saint-Siége a été victime. Le saint-père ne pouvait garder le silence ; car on en aurait tiré de fausses déductions et l'on y aurait attaché une signification impropre. Il ordonna donc au cardinal secrétaire d'Etat de protester et de réclamer de nouveau, afin de maintenir intact contre l'inique spolation le droit de l'Eglise sur ses anciens domaines, que la Providence a destinés à assurer l'indépendance des papes, la pleine liberté de leur ministère apostolique, la paix et la tranquillité des catholiques répandus dans le monde entier.

Voici le texte de la lettre que le cardinal secrétaire d'Etat écrivit aux nonces, en les chargeant de faire connaître cette protestation au gouvernement auprès duquel ils sont accrédités.

Dal palazzo del Vaticano, 17 gennaio 1878. Ricordandosi il sacro dovere che gl'incombe di tutelare i diritti imprescrittibili della Santa Sede, il sommo pontefice ha sempre avuto cura di reclamare contro le imprese sagrileghe, che sono state successivamente consumate dal governo subalpino a detrimento del potere temporale di questa stessa Santa Sede.

In mezzo a reclami d'ogni genere bisogna specialmente ricordare, in vista delle circostanze che li provocarono, la nota diretta per ordine di Sua Santità al corpo diplomatico, il 24 marzo 1860, contro l'annessione delle Romagne al Piemonte, il 18 e 24 settembre dello stesso anno nell'occasione della violenta invasione delle Marche e dell'Umbria, il 15 aprile 1861 quando il fu re Vittorio Emanuele prese il titolo di re d'Italia, infine il 20 settembre 1870, data della nefasta occupazione di Roma.

Queste solenni proteste rimangono sempre in pieno vigore ed il corso degli anni lungi dall'attenuare la forza, ne ha a contrario confermata tutta la giustizia e la necessità, atteso che una triste esperienza ha manifestato quanti ostacoli il S. Padre ha incontrati nell'esercizio del suo ministero apostolico, dal momento in cui è stato spogliato dei suoi stati.

Esposto ciò, e poichè ora alla morte del nominato re, il suo figlio primogenito, assumendo il titolo di re d'Italia con un manifesto solenne e pubblico ha preteso sanzionare la spogliazione già consumata, non è possibile per la Santa Sede mantenere un silenzio, da cui alcuno potrebbe forse trarre false deduzioni ed un improprio significato.

Per questi motivi ed anche per richiamare di nuovo l'attenzione delle potenze sulle dure condizioni, nelle quali la Chiesa continua a trovarsi, Sua Santità ha ordinato al sottoscritto cardinale segretario di Stato di protestare e di reclamare nuovamente allo scopo di mantenere intatto contro l'iniqua spogliazione il diritto della Chiesa sopra i suoi antichissimi dominii, destinati dalla divina Provvidenza ad assicurare l'indipendenza dei romani pontefici, la piena libertà del loro ministero apostolico, la pace e la tranquillità dei cattolici sparsi in tutto il mondo.

Perciò il sottoscritto eseguendo gli ordini di Sua Santità emette le più alte e formali proteste contro il fatto suddetto e contro le conferme che con questo fatto s'intende dare alle usurpazioni già commesse a detrimento della S. Sede.

Pregando Vostra Eccellenza il far conoscere queste proteste al suo governo, il sottoscritto ecc. — Firmato: Giovanni card. Simeoni.

— *Tertiaires franciscains. Récitation de l'office. Fêtes propres du diocèse. Décision de la S. Congrégation des Rites.*

La S. Congrégation des Rites décida jadis qu'un prêtre séculier qui, reçu dans le tiers-ordre de S. François, n'est attaché à aucune église particulière, peut suivre le calendrier franciscain pour la récitation de l'office et la célébration de la messe. On demande s'il a la faculté de prendre le calendrier diocésain pour une fête de grande dévotion, telle par exemple que la fête de Tous les Saints du diocèse, ou celle du patron de la paroisse natale. — La S. Congrégation décide que le prêtre séculier tertiaire et se conformant ordinairement au calendrier franciscain, n'a pas le pouvoir d'adopter à son gré les fêtes diocésaines, sauf celles que les religieux franciscains sont obligés de faire, par exemple le titulaire de la cathédrale, le patron de la ville, etc. Voici le décret de la S. Congrégation des Rites :

Galliarum. Quum Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuerit, nimirum : « Sacerdos tertiarius ordinis sancti Francisci qui, nullius ecclesiæ servitio specialiter addictus, uti potest privilegio sese conformandi kalendario Franciscano pro recitatione divini officii et missæ celebratione, juxta decretum Sacrorum Rituum Congregationis die 7 augusti 1694 : potest ne, quoad officium et missam, celebrare festum kalendarii suæ diœceseos, si hoc festum est magnæ devotionis, v. g. festum omnium sanctorum diœcesis, vel patroni civitatis natalis, prouti habetur in proprio diœcesano ? » Et Sacra eadem Congregatio rescribendum censuit : *Negative*, nisi agatur de iis festis diœceseos quæ etiam religiosis præfati ordinis minorum sancti Francisci tenore ipso specialium rubricarum aut decretorum præscripta sunt.

Atque ita rescripsit die 19 junii 1877. — Aloisius episcopus Sabinen. card. Bilio S. R. C. præfectus. — Placidus Ralli S. R. C. secretarius. Loco † sigilli.

L'administrateur-gérant :

Palmé.

Paris. — Jules Le Clere et Cie, Imprimeurs de N. S. P. le Pape et de l'Archevêché, rue Cassette, 17.

ANALECTA JURIS PONTIFICII.

CENT CINQUANTE-TROISIÈME LIVRAISON.

LE VENERABLE SIMON PHILIPPOVICH

Le vénérable serviteur de Dieu, né à Seona, en Bosnie, entre dans l'ordre des Franciscains de l'Observance. Après avoir dirigé une paroisse une vingtaine d'années, il se retire au couvent de Ripatransona en Italie, et y passe les dernières années de sa vie dans la retraite et la prière. Il meurt le 9 mai 1802. Réputation de sainteté. Enquête relative au procès de canonisation. Demandes des évêques. Décret de la S. Congrégation des Rites autorisant l'introduction de la cause.

Né en Bosnie, en 1732, le vénérable Simon Philippovich termina ses jours au couvent réformé de Ripatransona, en Italie, le 9 mai 1802, laissant une réputation de sainteté qui, loin de s'affaiblir, a grandi avec le temps. La notice biographique que nous publions plus loin relate les principaux événements de la vie du P. Simon; surtout ce qui le détermina à quitter sa paroisse pour se retirer dans un pauvre couvent d'Italie. Nous prenons cette notice dans l'*Informatio* qui a été présentée à la S. Congrégation des Rites, dans le but d'obtenir l'introduction de la cause de canonisation.

On y remarquera ce qui concerne 1. la réputation de sainteté du P. Simon pendant sa vie; 2. les guérisons miraculeuses que Dieu opérait par son intercession; 3. les circonstances de sa bienheureuse mort, le concours extraordinaire de la population; 4. la translation du corps à la cathédrale de Ripatransona, après que le couvent des Franciscains eut été supprimé par Napoléon Ier; 5. réputation de sainteté et prodiges opérés par l'intercession du P. Simon depuis l'époque de sa mort jusqu'à nos jours.

Le procès de canonisation fut entrepris par Mgr l'évêque de Ripatransona en 1852; quoique cinquante ans se fussent écoulés depuis la mort du P. Simon, on retrouva un assez grand nombre de témoins qui le connurent personnellement.

Voici la liste des trente témoins entendus dans l'enquête ordinaire. 1. Le P. Jean de Rapaneano, franciscain, 82 ans. 2. Joseph-Maria Boccabianca de Ripa, 92 ans. 3. Dominique Cardarelli, 86 ans. 4. Elisabeth de Sanctis, 78 ans. 5. Louis Mignini, 78 ans. 6. Fedeli, chanoine de la cathédrale, 62 ans. 7. Le P. Séraphin, 47 ans. 8. Marie Borromée, 60 ans. 9. Angèle Rose Sgarzoli, 86 ans. 10. Octavie Bruni, 50 ans. 11. Arthémise Cardarelli, 72 ans. 12. Thérèse Bruti, 60 ans. 13. Judith Antonelli, 45 ans. 14. Catherine Fiorani, 60 ans. 15. Pretiosa Capponi, 61 ans. 16. Louis Micchettoni, prêtre de l'Oratoire, 52 ans. 17. Antoine Marcxy, bénéficier de la cathédrale, 50 ans. 18. François Lunenti, prêtre séculier, 60 ans. 19. Louis Santini, 76 ans. 20. Cajetan Cellini, 68 ans. 21. Vincent Ignati, 63 ans. 22. Le P. Michel-Ange de Monte-Cattaneo, premier témoin *ex officio*, 61 ans. 23. Judith Bassotti, second témoin *ex officio*, 74 ans. 24. Françoise Consorti, troisième témoin *ex officio*, 34 ans. 25. Joseph Feliziani, quatrième témoin *ex officio*, 53 ans. 26. Vincent Illuminati, cinquième témoin *ex officio*, 23 ans. 27. Romuald Veccia, curé de Saint-Bénigne, sixième témoin *ex officio*, 38 ans. 28. Lucide Benvignati, septième témoin *ex officio*, 63 ans. 29. Biographie du P. Simon, rédigée peu après son décès, par le P. Pacifique de Recanati, extrait d'une biographie encore inédite des hommes illustres de l'ordre franciscain. Cette relation a été rapportée dans l'enquête ordinaire. 30. Notes recueillies sur le P. Simon par le P. Vito de Recanati; elles ont été transcrites dans le procès.

La plupart des témoins ont déposé sous la foi du serment qu'ils ont été miraculeusement guéris par l'intercession du P. Simon. Ils ont attesté à l'unanimité que la mémoire du saint bosniaque est vénérée dans toute la contrée et que sa canonisation est vivement désirée.

Une dévotion assez répandue consiste à réciter un *Pater, Ave* et *Gloria* en honneur du P. Simon.

L'acte de baptême, le certificat de confirmation et la lettre de prêtrise ont été rapportés dans le procès (p. 162 et seqq.).

Le père du saint homme se nommait Laurent, et sa mère, Pétronille. Le baptême fut conféré le 30 septembre 1732. L'enfant fut confirmé à l'âge de dix ans, le 20 juillet 1742, par Mgr Drughichievich, délégué apostolique de Bosnie. L'année où il entra dans l'ordre franciscain n'est pas indiquée. Il fut ordonné prêtre par Mgr Michel Suma, archevêque de Scopia, le 22 octobre 1758. Il partit alors pour faire ses études théologiques en Italie, au couvent d'Atri. Les statuts de l'ordre prescrivaient sept ans d'études. C'est donc vers 1765 que le P. Simon retourna en Bosnie. Il passa à Rome et fut reçu à l'audience de Clément XIII, qui lui donna une médaille que le saint homme conserva toujours. La paroisse de Bosnie, qu'il desservit pendant 17 ou 18 ans, n'est pas nommée dans l'enquête ni dans la biographie du P. Pacifique. En 1782, après une vision surnaturelle, il demanda et obtint la

permission de quitter les fonctions paroissiales et de retourner en Italie. Ces détails complémentaires nous paraissent dignes d'être relatés.

Quinze lettres ont été présentées au Saint-Siége pour l'introduction de la cause du P. Simon. 1. Le cardinal De Angelis, archevêque de Fermo, métropolitain de Ripatransona. 2. Son Éminence le cardinal Martinelli. 3. Mgr l'archevêque de Hénopolis *in partibus*. 4. Mgr l'évêque de Ripatransona. 5 et 6. Mgr l'évêque de Bovino. 7. Mgr l'évêque de Civitavecchia. 8. Mgr Antoine Fania, évêque de Marsico et Potenza. 9. Mgr l'évêque de Montalto. 10. Mgr l'évêque de Terracine, Sezze et Piperno. 11. Mgr l'évêque de Nocera. 12. Le général des Sylvestrins. 13. Le vicaire général des Dominicains. 14. Le chapitre de la cathédrale de Ripatransona. 15. Les quatre curés et plusieurs prêtres séculiers de cette ville.

Les illustres prélats constatent par leur témoignage la vénération de leurs fidèles pour le serviteur de Dieu, et la persuasion où l'on est généralement de son éminente sainteté. Nous publions à la suite de la notice biographique la lettre postulatoire de Mgr l'évêque de Bovino.

Le 3 juillet 1875, la S. Congrégation des Rites a rendu un avis favorable à l'introduction de la cause de canonisation du vénérable Simon. Nous publions plus loin ce décret.

Ripana. Beatificationis et Canonizationis servi Dei Simonis Philippovich, sacerdotis professi ordinis minorum observantium S. Francisci. Informatio super dubio : An sit signanda commissio introductionis causæ, in casu et ad effectum de quo agitur? — Quod Christus Dominus sibi proposuit in sua Ecclesia instituenda ab Apostolo per illa verba declaratur Tit. 2, 14 : *Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.* Nam et ad hujusmodi finem assequendum in hunc mundum veniens factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, ut scilicet illam ecclesiam sanctificaret (Ephes. v, 26,) ideoque nos essemus sancti et immaculati : ibidem 1. 4. Quapropter Ecclesia in sacris eloquiis regnum cœlorum, corpus Christi, templum sanctum, habitaculum Dei, domus Dei, civitas Dei ubique passim appellatur.

Neque aliquo tantummodo tempore, neque apud aliquas tantummodo nationes, verum semper et in omnibus mundi plagis hujusce sanctitatis radios emicare oportebat. Ut enim Ecclesia per hujus sæculi procellas usque victrix incederet, Dei spiritus intus alere et virtutem addere debebat, cum nunquam præterire possint illa verba : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Matt. 28. Et nullo non tempore res ita se habuit. Licet enim hæreticorum et schismaticorum communiones sanctitatem istam sibi vindicent, cum tamen ad exempla proferenda incitantur, animo statim deficiunt et ad silentium rediguntur. Nugas enim atque fabellas in medium proferunt, sed viros sanctitate conspicuos, necnon divinorum charismatum copiam, ubinam, nisi in vera Christi Ecclesia, reperiri unquam poterunt?

At vero nostris hisce temporibus Christi Ecclesiam extinctam esse teterrimi homines clamant et jam de ipsius veluti funeribus gloriantur. At non ita sane. Et facere et pati fortia Ecclesiæ Christi est. Externis et quidem cruentis persecutionibus internæ quoque accesserunt : filii perduelles contra matrem dimicarunt; juxta filios Dei filii Satanæ, agmine facto, constiterunt : iniquissimi homines, quos ipsa Ecclesia peperit, nutrivit et educavit, laxatis habenis per omne nefas ruere non dubitarunt. Quid igitur? Ecclesiam cecidisse judicabimus? Crudele vulnus ipsius pectori inflictum fuit cum nates e recto tramite deflectentes ipsa conspiceret, sed tanto dolori æternus sponsus condignum adhibuit medicamen.

Bosnia, quæ antiquitus catholicæ religioni fuit addicta, Constantinopolitano imperio deleto sub Turcarum dominationem incidit, et nunc inter provincias, quæ ipsorum in Europa regnum constituunt, recensetur. Ex hoc factum est uti illius populi moribus sensim immutatis, barbaries undique inhorreret, quæ nostris hisce temporibus nedum imminuta sed potius aucta videtur. Attamen inter istos feroces homines centumquinquaginta millia catholicorum non desunt, qui licet ab hostibus immanissimis obsessi, Christi fidem invicte servant, Dei nomem exaltant, assertoresque evangelicæ veritatis se præbere minime dubitant. Inter istos autem unum præcipue sibi Deus eligere visus est Simonem nempe Philippovich quem virtutibus omnigenis et pluribus charismatibus adornans afflictæ Ecclesiæ tamquam delicium exhiberet. Miserrima illa regio istius sanctitatis radiis splendescere visa fuit, et veluti sidus amicum, quod nautis tempestate jactatis spem atque lætitiam ingerit, sic ille catholicæ Ecclesiæ mœrorem temperavit, et fidelium virtutem per illas urbes excitavit atque erexit. Quot virtutes vir iste a Deo excitatus atque electus exercuit, quot labores exantlavit in suis muneribus obeundis quotque præclara charitatis et religionis opera tum penes illas gentes immanitate barbaras, tum intra claustri Ripani fines peregit, novum Ecclesiæ decus atque incrementum addiderunt.

Ut autem hæc nova parta victoria et hujusmodi splendidissimus triumphus, et hostibus silentium imponat, et bonis omnibus gaudium afferat, hujus tam cari capitis omnigenas virtutes, et præclara facinora brevis elogii ambitu hodie circumscribentes, habitis jam dispensationibus tum a lapsu requisiti decennii, tum a prævia revisione scriptorum, nihil aliud nisi signaturam commissionis pro introductione causæ in ordinariis vestris comitiis sine interventu et voto consultorum, gratia a pontifice benigne obtenta, postulamus.

I

VITÆ SERVI DEI COMMENTARIUM.

Seonæ, quæ ad Bosniæ Argentinæ provinciam pertinet, lucem hanc Simon aspexit die 30 septembris 1732 ex catholica ejus civitatis familia. In parœcia Bielensi sacra baptismatis unda regeneratus est, et illi Philippi nomen impositum. Parentes Laurentius Philippovich et Petronilla Rabaich adeo pietate et religione excellebant ut apud omnes non modo bene audirent, verum etiam sanctitatis opinione fruerentur. Revera nocturna lumina super ipsorum tumulis visa sunt, quasi nempe per hujusmodi prodigium Deus illorum virtutem rependeret et coram hominibus manifestaret. Divino igitur illi effato adhærentes, *hominis est præparare viam, sed Domini dirigere gressus*, Prov. 16, 9, parentes filiolum ab unguiculis ad pietatem morumque sanctitatem effingere studuerunt. Cum decimum annum ætatis ageret confirmationis sacramento munitus fuit, atque ita inter strenuos Redemptoris milites cooptatus est.

Verum adhuc tenellus jam perfectioris vitæ cupidus evangelica sectari consilia sibi mature proposuit. Omnia, quæ mundus habet ceu fluxa atque caduca despiciens, ea, quæ cœlestia, quæ æterna sunt quærere unice statuit. Nihil eum vel patriæ atque parentum charitas, nihil mundanæ illecebræ promissæque voluptates a sancto proposito dimovere potuerunt, sed Dei voluntate cognita, Franciscanæ familiæ nomen dare constituit. Itaque religiosis plaudentibus, quibus et Philippi

pietas, animi candor et sancta indoles nota erat die 25 martii Virgini ab angelo salutatæ sacro, anno vero 1762 religiosum habitum assumpsit, et Philippi in Simonis nomen commutavit. Religionis habitu indutus annum novitiatus aggressus est, et statim ob perfectam regulæ observantiam, ob assiduum virtutis amorem cæteris omnibus exemplar apparuit. Emenso summa cum laude novitiatus anno professionem emisit, et deinceps theologicis facultatibus mentem animumque intendit ut dies illa omnium auspicatissima tandem exurgeret, qua ad Christi sacerdotium, quod inflammatis animi votis desideraverat, promoveri posset. Sacerdotio itaque auctus fuit, et exinde nullum pietatis et religionis limitem agnoscere visus est. Ut vero theologiæ curriculum absolveret, in Italiam missus fuit atque hic pietatis et ingenii tale specimen dedit, ut cum, superioribus jubentibus, in Bosniam rediit magnum sui desiderium in omnibus reliquerit, Bosniam igitur repetere debuit, ubi gravia et difficilia munera eum manebant. Cum enim in illa regione animarum cura a fratribus Minoribus exerceatur, hinc una ex illis, quas ipsi gubernant, ecclesiis Simoni commissa fuit, ut ibi parochi officium obiret. Nec spes superiorum in irritum cessit. Nam Simon concreditum sibi difficile munus magno cum zelo et fidelium omnium utilitate sustinuit.

At vero post aliquot annos Deo visum fuit Simonem in solitudinem adducere quo facilius ad cor ejus loqueretur eumque ad perfectionis apicem proveheret. Extra corpus veluti raptus inferna regna sub pedibus hiantia conspexit, ibique nonnullorum animas tormentis cruciatas, quas jam cœlesti beatitate potitas credidisset. Inhorruit ex hujusmodi visu, totis artubus contremuit, et seipsum magis, magisque sanctificare proposuit. Hinc mentem animumque suum ad claustra rigidioris observantiæ convertit, ubi a rerum mundanarum strepitu sejunctus dulce cum Deo colloquium inire posset. Quamobrem animarum cura a se modeste per renunciationem dimota, etiam ut hominum plausus evitaret qui in dies augeri videbantur, patria parentibusque posthabitis, ad Italiæ claustra convolare cogitavit. In hunc finem veniam a superioribus petiit, qui licet ægre et raro permittant ut quis ex una in aliam provinciam se transferat, præsertim cum in Bosnia indigenarum sacerdotum præsentia valde sit necessaria, attamen, Deo sic volente, petitam permissionem Simoni minime denegarunt.

E Bosnia igitur discessit ibique nedum dulcem memoriam, sed sanctitatis opinionem de se excitatam penes omnes reliquit. Cum autem in Italiam pervenisset, Ripanæ civitatis cœnobium ipsi assignatum fuit ad quod ingenti animi lætitia statim perrexit. Illam domum ingressus magnam de se expectationem excitavit, eventus tamen expectationem superavit. Mense probationis expleto, qui apud claustra rigidioris observantiæ præmitti solet, omnibus consentientibus, definitivo modo receptus est, et post quatuor annos Picenæ provinciæ adscriptus fuit.

Quando res est de hominibus in cœnobiis vitam degentibus, frustra quæreres facta illa, quæ utpote omnium oculis subjecta magnam excitant admirationem. Per diversas vias ad culmen sanctitatis pervenitur : alii enim tamquam a Deo missi ut populos nationesque ad rectum tramitem adducant nullis nec laboribus nec vigiliis parcunt ut labantes confirment, devios revocent, omnes virtutum et miraculorum splendore ad Deum convertant. Aliis etiam magna aggredi datum est, præclara facinora in societate complere, proximorum saluti consulere tum imperio, tum doctrina, tum exemplo. Non ita res est de pluribus cœnobitis, qui angustorum mœnium finibus fere semper adstricti ad perfectionis culmen contendunt, sed virtus illa, quæ per assiduos labores, per voluntatis subjectionem et per ardua quæque comparatur inter angustos parietes, abscondita remanet, et licet ab hominibus aliquando ignoretur non minus tamen apud Deum pretiosa est.

Simon igitur, qui dum parochi munere fungeretur in hominum societate versatus est, nunc privatam, ut ita dicam, vitam aggreditur, ideoque ipsius acta et dicta cœnobii limites non excedunt, atque, ut olim, divo Bernardo, sic ipsi oppidum carcer, solitudo paradisus erat. Verum si aliquando cum sæcularibus agere, vel quavis ex causa in hominum conspectu præsertim in templo, apparere debuit, ejus animi candor simplicitas et perfecta virtus ita enituit, ut sanctus ad omnibus renunciaretur. Per viginti annos in eo claustro moratus est, et nemo unquam in P. Simone culpam vel levissimam reperire potuit ; imo splendidum omnigenarum virtutum exemplar suis fratribus extitit, et quamvis aliqui eximia sanctitate conspicui inibi essent, omnibus tamen velut aquila sanctitate præivit.

Licet humilitatis gratia ab omni munere abhorreret, attamen obedientia inductus sæpe novitiis præesse debuit. Et vere dignus apparuit ut tamquam lucidissimum virtutis exemplum juvenibus præponeretur. Siquidem zelo et charitate æstuans juvenes illos ad bonum perpetuo excitabat, et si quid minus rectum vel regulis contrarium in ipsis conspexisset a salutaribus monitis nullimode temperabat. Ut autem in perdifficili hujusmodi officio rectissime se gereret, novitios sibi commissos non modo verbis, sed proprio exemplo ad monasticam perfectionem impellebat, ita ut juxta apostoli verba (I Petr. cap. 5, v. 3), forma factus gregis ex animo videretur. Hinc tanta cura istorum juvenum saluti advigilabat, ut cum quadam die apricatum pergerent et aliquis ex illis per urbis vias transire vellet, Simon fortiter obstiterit inquiens in urbe dæmonium habitare.

Ita Simon suum ævum ducebat. Quod illi a communibus functionibus supererat tempus, totum orationi tribuens ab hac assidua cum Deo locutione magnam animi serenitatem, magnamque in rebus asperis fortitudinem hauriebat. Proinde nonnisi raro et ex necessitate cum hominibus loquebatur, assiduum cum Deo colloquium servans. Verum licet in eo claustro veluti in eremo clausus maneret, attamen ejus fama per Ripanam civitatem, finitimasque regiones propagata est, et hinc infirmi pueri ad Simonem pertrahebantur ut ab eo benedictionem obtinerent. Tunc autem charitate plenus, cubiculo relicto, afflictorum parentum desideriis indulgebat, et fronte serena ingenua facie et humanitate prope singulari inter illos per aliquod breve temporis intervallum versabatur. Sic etiam aliquando Eucharistiam deferre jussus ad infirmos agricolas magno gaudio iter arripiebat, tantam vultus modestiam præseferens, ut omnium admirationem sibi conciliaret.

A Deipara per revelationem admonitus se in illo claustro usque ad obitum permansurum, nihil aliud magis curavit, quam veri sanctique cœnobitæ perfectionem acquirere. Hujusmodi finem reapse adeptus est. Bellum enim assiduum passionibus indicens de singulis usque triumphavit, et nihil in eo nisi rectum sanctumque repertum fuit. Integer vitæ imo virtutibus omnibus in gradu heroico exornatus suis fratribus semper ædificationi fuit, et cum jam per 20 annos in ea domo versatus esset, et septuagesimum ætatis annum attigisset, merita meritis addens ad propositam sibi mercedem convolavit.

II

DE DONIS SUPERNATURALIBUS ET MIRACULIS IN VITA.

Evangelicæ perfectionis et christianæ sanctitatis ædificium, in eo totum constitit ut virtutes heroicæ exerceantur. Hinc ad ipsius essentiam dona supernaturalia, quæ a theologis gratiæ gratis datæ appellantur minime pertinent. Quia tamen ut tradit S. Laurentius Justinian. *de cast. connub. verb. et anim.* c. 17, « Dei amici, tamquam perfectiores, sicut uberiori replen

tur gratia, ita potioribus ornati sunt donis. » Hinc et hujusmodi cœlestia charismata Simoni non defuerunt, ut patet ex universo Summar. XV.

Revera plures testes deponunt Simonem dum in Bosnia parochiale munus obiret cœlesti visione illustratum fuisse, qua nempe æternis suppliciis cruciatos adspexit illos, quos æternam salutem jam consecutos fuisse putasset. Qua visione commotus a superioribus enixe postulavit ut ad Ripanum cœnobium contendere posset; quo cum appulisset, Virgine revelante, cognovit Dei voluntatem esse ut in civitate Ripana maneret, itemque post viginti annos se de vita migraturum ut cœlum possideret. Reapse cum in principio labentis sæculi, politicæ rerum tempestates nedum Galliæ, sed Italiæ etiam incubarent, et jam incendii faces hac illac jactarentur, ita ut religiosi omnes suppressionem ab injusto gubernio pertimescerent, Dei famulus minime perterritus dixerit: « Je suis content, parce que la Vierge m'a dit que je resterai ici, et que j'y mourrai. » Imo cum aliquis religiosus ipsi nuntiaret se expulsionis edictum perlegisse, Simon Virginis promissioni confidens statim respondit: « Frère, n'en croyez rien, car il m'a été promis que je mourrais ici. » Atque ita reapse se res habuit. Religiosorum enim expulsio locum non habuit, nisi post septem a morte Simonis annos. Hinc etiam cum exercitus Gallorum Ripanam urbem occupasset, et maximus timor religiosis omnibus et præsertim superiori ingrueret, Dei famulus solari omnes cœpit ipsorumque animis spem et virtutem addere.

Quid porro dicam de cælestibus contemplationibus et de magno illo dono orationis, quo per totum vitæ cursum gavisus est? Hoc unum tantummodo dicam, nempe Dei famulum dum ante eucharistiam oraret, sæpe in extasim raptum fuisse, ita ut protendens ad cœlum manus, et a terris aliquantisper sublevatus ante altare sacramenti conspiceretur.

Verum his omnibus omissis de mirabili prorsus prophetiæ et miraculorum dono breviter nonnulla attingemus. Et relate ad propheticum spiritum, præter ea quæ supra attulimus, plura adhuc argumenta in medium proferri possent: verum aliqua tantum seligemus. Et in primis sibi mortem instare vaticinavit testis VII: « Le jour où le P. Simon s'alita pour la dernière maladie, après diner il desendit à la cuisine, et, agité par la fièvre, dit aux convers: Priez Dieu, je vais me mettre au lit, et je mourrai. » Insuper hujusmodi insigne donum enarret mulier illa, quæ cum malesanam puellam ad Simonem attulisset deque ejus salute desperasset, consolationem hausit a Dei famulo, qui manus super caput puellæ imponens diuturnam ei vitam prædixit. Item ad hoc donum confirmandum accedat mulier illa, quæ filiolam morbo, vulgo putrido laborantem et jam pene confectam ad Simonem adduxit, qui nedum illam repente e vestigio ad sanitatem restituit, sed longum ducturam ævum prænuntiavit. Nec Dei famuli verba in irritum cesserunt, sed prædictionem eventus adamussim comprobavit.

Quid tandem quod Simon noster miraculorum etiam dono insignis extiterit? Hoc autem in genere: aliqua tamen miracula innuere in specie juvat. Ipse jussu superiorum avibus in cœnobii sylva perstrepentibus silentium indixit, quæ illius imperio obtemperantes religiosorum silentium, et orationes amplius non turbaverunt: Hoc autem factum adeo vulgatum est, ut ab omnibus fere testibus referatur.

Item dum officium recitaret passeresque ante ipsius fenestram pipilarent, Dei famulus silentium ipsis imposuit, donec horas persolveret, atque illi donec oraret, a canendo destiterunt.

Denique ne brevitatis fines prætergrediar ipse puerulum e scala prolapsum magno cum pectoris detrimento Evangelii lectione sanavit. Hinc etiam XIX testem urinæ difficultate laborantem incolumem reddidit. Ex his igitur quæ summis veluti labiis delibavimus satis superque constat Dei famulum supernaturalibus donis ditatum fuisse.

III

DE EXTREMA ÆGRITUDINE ET OBITU SERVI DEI, DE CONCURSU AD EJUS FUNUS DEQUE INHUMATIONE.

Sed jam ad extremam illius vitæ partem mea festinat oratio, ad illam nempe partem, quæ totam vitam transactam illustrat et veluti coronat. Licet enim ex his, quæ diximus insignis Simoni laus tribuenda sit, attamen quia « ante mortem, ut ait Ambrosius, nulla est perfecta laudatio, nec quisquam in hac vita potest definito præconio prædicari cum posteriora ejus incerta sint. » Hinc ut existimatio illa, quæ ex virtutibus exurgit magis magisque confirmetur de obitu servi Dei, et de maximo ad ipsius parentalia concursu pauca dicenda sunt, etiam ut sa. me. Urbani VIII decreta observentur, in quibus dicitur: « Illud maxime et præcipue observandum est, ut videatur exitus vitæ illius, qui petitur canonizari, quoniam cum, ut dici solet, exitus acta probet, si finis vitæ illustris ac sanctimonia plenus et publica præsertim testificatione sit notatus, argumentum erit, quod actiones anteactæ potuerunt esse sanctæ. » Atqui talis omnino fuit Simonis mors prout circumstantiæ antecedentes, concomitantes, et subsequentes amplissime demonstrant.

Simul ac Dei famulus, Bosnia relicta, Ripanum claustrum intravit, a Virgine, ut supra diximus, quæ futura ei pandidit, prænovit se per 20 annos ibi mansurum, et istis elapsis ad cœlestem patriam vocandum fore. Eventus prædictioni respondit. Siquidem cum septuagesimum ætatis annum ageret et adhuc sanus esset, ingruentem sibi mortem prænuntiavit, et fratrum orationibus se enixe commendans, statim ægrotare cœpit.

Die 9 maii anni 1802, pectoris morbo confectus, cum jam admissis expiatis, sacrosanctum Christi Domini corpus summa animi pietate suscepisset, sacroque oleo inunctus, ceterisque religionis nostræ præsidiis munitus fuisset inter adstantium preces et dolorem placidissime decessit. Sed jam circumstantias hujus mortis parumper examinemus.

Factum est in ejus morte, quod in sanctorum obitu fieri scripsit Scacchus (de not. et sign. sanctit. sect. 5. cap. 6.) Suavis illa tranquillitas qua spiritus e corpore migravit, ipsius forma quæ post mortem pulchrior evenit. Omnia illud important ut de hoc Dei famulo jure dicere possimus, quod de S Malachia scribebat D. Bernardus, in *Vita*, cap. 31, num. 74: « Velut assumptus ab angelis feliciter obdormivit in Domino, et vere obdormivit. Vultus placidus placidi exitus indicium fuit. »

Expendendum nunc superest an fuerit quoque *publica testificatione notatus*. Et hic quodammodo nostra exultat ac triumphat oratio. Siquidem si Dei famulus, vita manente, inter domesticos cœnobii parietes fere semper latuit cœlestium rerum meditationi addictus, post mortem ipsius fama ex angustis illis finibus erupit et late undique pervolitavit. Revera post unam horam ab illius morte totam Ripanam civitatem notitia pervaserat, et statim omnes ad cœnobii templum confluxerunt, in quo Dei famuli cadaver tribus diebus expositum fuit. Omnes illum non tantum conspicere, sed et ejus dexteram, vel tunicam deosculari quærebant, quin et aliquod devotionis objectum appropinquare illoque eum contractare, ut postea in memoriam tam cari capitis illud religiose asservarent. Hinc nemo discedere visus est, quin aliquod pietatis signum sanctis illis exuviis præberet, quin aliquod sibi mnemosinon ex tam dulci visitatione referret. Quid plura? Audaciores ex religione effecti nedum ipsius tunicam, sed et

capillos resecare et decerpere studebant, ita ut prima tunica in frusta resecta, atque ex integro absumpta, necesse fuerit nova veste Dei famuli cadaver induere.

Neque putes rudes et vulgares tantummodo homines ad ejus justa funebria adventasse, verum distinctissimi viri et ecclesiastici omnes illuc convolarunt. Hinc extraordinaria pompa et ingens concursus; hinc magna cereorum copia ad ejus parentalia conficienda allata; hinc sacerdotes ut sacra litarent occurrentes : hinc adeo ingens cujuscumque conditionis hominum multitudo ut exeubias ad ecclesiæ januas ponere necesse fuerit. Quare, etiamsi nihil factum fuerit quod vetitum cultum saperet, attamen simulacrum ex Dei famuli vultu expressum est, imaginesque inde confectæ et vulgatæ. Post hæc Simonis cadaver duplici lignea capsa inclusum quin in communi religiosorum sepulcro reconderetur, distincto et seposito in loco et præcise sub Jucuncula Jesu Infantis repositum fuit, adeo ut non sine divinæ providentiæ consilio factum sit ut sub illius umbra requiesceret, quem tantopere in terris dilexerat, cujusque bonitatem et simplicitatem imitatus fuerat. Parva interim servi Dei biographia conscripta est ne ipsius memoria unquam excideret, atque ejus tumulo inserta. Tumulo vero pauca, sed magnæ quidem virtutis verba superaddita sunt : « Ici repose le P. Simon, mort en renom de sainteté. »

Post aliquot annos cum ob rerum vicissitudines illi religiosi exinde evadere coacti sint, illudque templum in stabulum conversum fuerit, servi Dei cadaver in ecclesiam cathedralem magna pompa et civium lætitia translatum est; reliqua vero cadavera religiosorum inibi relicta sunt. In præsentiarum in eadem cathedrali ecclesia requiescit, et ad illius sepulcrum concursus adhuc perdurat.

IV

DE FAMA SANCTITATIS TUM ANTE TUM POST OBITUM.

Illius famæ, qua Simon noster redemitus fuit, testes appello illos omnes, qui eum noverunt, quique cum eo familiari consuetudine usi sunt: testes appello præsules illos omnes, virosque illustres, quorum postulatorias litteras in calce summarii hujus habemus, qui omnes unanimiter sanctitatis famam, qua gavisus est Simon toto quo vixit tempore mirum in modum testati sunt et confirmarunt.

Et hæc attulisse sufficiat ne pluribus testimoniis obruvideamur, quæ fuse jacent in summario nostro n. XVII.

Ad alteram nunc partem accedimus, quæ respicit sanctitatis famam post obitum. Hanc autem uno veluti ore prædicant generalis populi in hunc Dei famulum pietas, et fiducia, qua patrocinium ejus sive in spiritualibus sive in temporalibus necessitatibus imploratur, concursus ad ejus parentalia, translatio exuviarum e cœnobii templo ad cathedralem ecclesiam, licet alterius religiosi, qui bene audiebat, cadaver asportatum non fuerit, postulatoriæ litteræ præstantissimorum virorum, quæ hanc famam confirmant; verba ipsius tumulo superaddita. Denique religiosorum menologium, in quo specialis laus Simoni tribuitur et gratiæ ac prodigia ad eo patrata referuntur rem nostram loculentissime ostendunt.

His accedunt depositiones plurium testium sibi servi Dei, canonizationem ominantium.

Neque hujusmodi fama ullo unquam tempore imminuta est sed constans perseverat ad nostra usque tempora persistensque fiducia fidelium in intercessione Simonis nostri et frequentia ad locum ubi ejus cineres quiescunt. Tertius testis deponit : « Je me rappelle bien que, lorsque le corps du P. Simon se trouvait dans l'église de la Madeleine, des etrangers accouraient pour être guéris de maladies. Ce concours dura constamment jusqu'à la suppression du couvent sous Napoléon Ier. Après la translation du corps à la cathédrale, on continua d'aller prier sur la tombe du P. Simon. » Quartus testis : « Je suis allé plusieurs fois visiter la tombe du P. Simon ; on n'entrait pas à la Madeleine sans faire une prière sur cette tombe. »

Imo recentioribus temporibus hujusmodi fama mirum in modum aucta est, ut asserit præter cæteros septimus testis de hac fama quæ late undique apud omnes manavit, nec aliquis unquam detraxit.

Quæ cum ita sint, cum tanta tamque excellens famæ celebritas adhuc post elapsos septuaginta ab obitu servi Dei annos nedum perseveret, sed etiam in dies augeatur, cum hæc nullimode ex rumore vulgi plerumque vano atque inani, bene vero ab heroicis duntaxa ipsius virtutibus et supernaturalibus donis procedere potuisse dicendum sit ; hinc jure optimo ex eadem rursus ac validissime concludere possumus eumdem pie ac sancte vixisse et in osculo Dei obiisse.

V

DE MIRACULIS POST OBITUM.

Præter sanctitatis opinionem, quæ late undique vulgata est, ut supra ostendimus, Deus per plurima miracula quæ ad Simonis invocationem nullo unquam tempore operari non destitit, servi Dei gloriam fovere, illustrare et amplificare dignatus est : « Habent enim miracula linguam suam, » inquit S. Augustinus tract. 24 in Joan. Quare simulac mortalem vitam emensus cœlestem patriam adeptus est, statim signa quædam et prodigia ad illius sanctitatem ostendendam fieri et vulgari cœperunt.

Etenim illud in primis mirabile fuit, quod post septem ab obitu dies ab incisa corporis vena tepidus sanguis manavit, et cum pharmacopola urbis Ripanæ linteolum hujusmodi cruore madens domum retulisset, illudque uxoris pectori applicuisset, illa statim ab insanabili cancro convaluit.

Tractu temporis alia quamplurima miracula ob illius intercessionem effecta sunt, ex quibus ne infiniti simus aliqua tantummodo seligemus. Theresia Bruti ex eadem urbe Ripana cum gravissimo morbo laboraret, Simonis ope implorata, pristinam valetudinem adepta est, hujusque facti in memoriam et grati animi ergo religiosum habitum per annum assumpsit, quod etiam relatum legimus de puerulo Vincentio Ignazi, qui ad sepulcrum servi Dei a genitrice adductus visum recuperavit. Item Angela Torrioni cum gravi ossium dolore afflictaretur et lecto affixa jam ab integro anno maneret, adhibito tunicæ servi Dei fragmento, somnum per quatuor horas cepit, et inde incolumis omnino reperta est. Pariter decimus testis enarrat Archangelæ Bruti natos Simonis ope a gravibus morbis sanatos fuisse, et ipsam Archangelam magnam partus difficultatem superavisse ; imo se quoque Simonis potentiam expertam esse testatur ; siquidem cum viscerum inflammatione et urinæ difficultate maximopere premeretur, jamque medici in eo essent ut ipsius ventrem perforarent, effusis ad Simonem precibus, sanata repente extitit.

At vero testis XIII postquam retulerit suam genitricem a quodam gravissimo in ventre tumore, Simone intercedente, liberatam fuisse, narrare pergit se olim ita gravem in morbum incidisse ut vitæ expers a medicis fuerit renunciata. Quid vero dicam de sanatione Josephi Feliziani a quadam in aure insanabili fistula? Summ. XVIII, vel de sanatione testis XV a quinque pessimis tumoribus? Vis sanationes a cæcitate, a dæmonum obsessione, ab imminenti abortivæ prolis periculo, ab hydropisi, a putrido maligno, a magna crurum debilitate? Ista omnia miracula per totum Summarium nostrum fuse descripta reperies. Hæc omnia vero adeo clara et perspicua

sunt ut ne verbum quidem in contrarium admittant, sed omnia critices argumenta facile exuperent.

Ceterum quantopere hujusmodi miracula conferant ad finem nostrum, et præsertim ad roborandas reliquas probationum species, quibus in hac causa usi fuimus ex eo deducitur quod miracula ista veluti totidem linguis hujus herois merita et gloriam declarant. Unde S. Gregorius lib. 3 Dial. cap. 9, ait : « Quemadmodum enim vita animæ in corpore existentis cognoscitur per motum membrorum, ita quoque animæ de corpore egredientis ex miraculis cognoscitur. »

Quæ cum ita sint cum in hac judicii sede nonnisi de fama sanctitatis, data opera, disputandum sit, hæc autem quod ad Simonem pertinet non ex vanis rumoribus originem duxerit, sed heroicis virtutibus, donis supernaturalibus et miraculis innitatur, neque tractu temporis imminuta fuerit sed in dies magis magisque augeatur, et quidem penes exteras dissitasque provincias, ut illustrium virorum supplicationes testantur, iterum, iterumque humillime poscimus ut præsens dubium favorabili responsione absolvatis.

Aloisius Lauri. — Revisa, Augustinus adv. Cafrara S. R. C. assess. et S. Fidei subprom. coadjutor.

VI

EPISTOLA ILLMI AC RMI EPISCOPI BOVINENSIS.

Dei omnipotentis honor, christiana proximi ad virtutem impulsio, peculiaris cujusque profectus in meliorum æmulatione charismatum, deviorum etiam ævi hujus ad lucem e tenebris revocatio, aliaque complura tandem hominibus procuranda vel restituenda bona in eo potissimum hac teterrima rerum tempestate suadent enixe incumbendum, ut eminentiores quidam candore morum Altissimi servos congruis prosequamur pietatis ornamentis.

Et jure quidem optimo ac merito, Pater beatissime : quandoquidem *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum* (Ps. 4), id exigit a nobis, ut nostram aliorumque felicitatem æternamque beatitudinem ad ejus gloriam, prout cetera omnia et singula, intimo cordis affectu dirigere studeamus. Quod sane omni tempore ac modo sancti beatique omnes confecerunt, vel pro saltem viribus adhuc in via pergentes veri quique Dei famuli actitarunt.

Horum in electissimo numero postremum non habet locum P. Simon Philippovich, ordinis Minorum S. Francisci observantiæ regularis alumnus. Is namque ortus Seonæ, quod Bosniæ Argentinæ oppidum est in Turcico imperio, honestis admodum piisque parentibus die 30 septembris anni 1732, statim in Bielæ parochia regenerationis lavacro fuit ablutus, atque decennis ab episcopo minorita Paulo Draghichievich sacro confirmationis chrismate inunctus.

Grammaticis porro eruditus elementis, bonisque ac religiosis imbutus moribus, in propinquo S. Crucis cœnobio, apud eosdem Franciscanos Fratres; qui « se murum facientes pro domo Domini, et orthodoxæ propagatione fidei, » ut anno 1444 Eugenius IV inquit, uni ex tunc illis utique in regionibus existunt catholici operarii; die Virginis Annuntiatæ 25 martii anni 1752, ipsomet in loco seraphicum induit habitum, atque, baptismale retinens nomen, *frater Simon* appellatus est.

Ne autem vel minimum recederet a vita patriarchæ Assiensis, qui « non sibi soli vivere, sed aliis proficere Dei zelo ductus voluit, » cum in patria quidem regione scientiarum non posset dare operam studiis, primo in Hungariam missus fuit, ubi res didicit philosophicas, et die 22 octobris anno 1758 sacerdos Essekini consecratus est; postea vero Italiam venit, et in conventu Atriæ observantis almæ S. Bernardini provinciæ theologicis insudavit disciplinis, assiduisque pietatis operibus adhæsit.

Proinde, bonum ibi Christi odorem relinquens meritisque laudibus ornatus, in patriam ex obedientia rediturus, sanctam Petri Urbem invisere ipsiusque venerabilem successorem adire prius exoptavit. Id ei facile contigit. Benigne autem a Dei vicario acceptus, gratiisque spiritualibus, et apostolica benedictione, ac sacro donatus numismate; lætus ad suos in vinea Domini laboraturus remeavit, cognitionibus probe ac virtutibus et animarum in primis zelo præcellens.

Gravissimum itaque parochi munus in Bosnia sibi collatum ad quinquagesimum usque ætatis annum adeo fideliter ac strenue verbo simul et exemplo exercuit, ut ipsos quoque Musulmanos prudentibus certe monitis Christo lucrifacere, aut mitiores efficere sedulo adniteretur. Interea tamen, terribili commotus visione, Deoque illum ad majora vocante, sacram petiit obtinuitque solitudinem, in qua Dominus ad cor ejus locutus est.

Vix enim cellam sibi paratam ingrediebatur in ven. Ripæ Transonis Observantium recessu Marchiæ seu Picenæ provinciæ, quum hanc audivit vocem : *Hinc sursum.* Unde factum est, ut exinde totus omnino christianæ ac seraphicæ perfectioni acquirendæ insisteret, confratribusque sæpe illud etiam commendaret: *Sursum corda.* Quod ipsimet ita præfixum menti erat, ut omnibus excelleret religiosi hominis virtutibus, et ante SS. Eucharistiæ sacramentum in extasim raptus quoque visus fuerit; nec non quotidie Christi Domini passionem in Viæ Crucis exercitio meditaretur, divinamque Matrem (sub titulo præsertim Boni Consilii) percoleret, ejusque numismati a pontifice summo Clemente XIII dono jam accepto pia et frequentia infigeret oscula.

Quid amplius? In cunctis ipse rebus argumenta inveniebat orandi, spiritumque sursum extollendi : « Cum cœlum aspicio, aliquando scripsit, paradisum reminiscor; cum oculos in terram demitto, recordor inferni; cum vero monasterium video, purgatorium cogito. » Tot autem ditatus charismatibus, cœloque maturus, ad sempiterna evolavit præmia virtutum die 9 maii 1802. Vere siquidem, quoad ipsum, dici potest : *In memoria æterna erit justus* (Ps. 111.) cujus, anno 1805 recognitum, corpus in cathedralem ecclesiam anno 1822 translatum Ripani cives jam voluerunt; quemque, devotione in dies cum sanctitatis fama percrebrescente, ad beatificationem et canonizationem usque honoratum percupiunt.

Superest igitur, beatissime Pater, ut informationis processu in diœcesana curia jam præmisso, ejusdem causæ introductio apud apostolicam sedem peculiari ex gratia quamprimum decernatur. Hanc ego gratiam, quatenus tuæ videatur sanctitati digna et consona, instanter petens ac præstolans, demisissime ad sacros osculandos pedes provolutus, omnino ex corde venerabundus permaneo Sanctitatis tuæ humillimus in Domino servus. Fr. Alexander episcopus Bovinensis.

Bovini, ex ædibus episcopalibus, die 15 augusti 1873.

VII

Decretum. — Duodecimo kalendas martias anni vertentis, quum Sanctissimus dominus noster Pius papa IX benigne indulserit, ut de dubio signaturæ commissionis introductionis causæ servi Dei Simonis Philippovich præfati ageretur in congregatione Sacrorum Rituum ordinaria absque interventu et voto consultorum, licet non elapso decennio a die præsentationis processus ordinarii in actis Sacrorum Rituum Congregationis et scriptis ejusdem servi Dei non perquisitis et examinatis; Emus et Rmus D. cardinalis Thomas Martinelli hujus causæ ponens ad instantiam R. Patris Fr. Bernardini a

Cryptis Castri sacerdotis professi et postulatoris generalis causarum beatificationiá et canonizationis servorum Dei ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia, attentis postulatoriis litteris plvrium virorum ecclesiastica præsertim dignitate illustrium, in ordinariis Sacrorum Rituum comitiis hodierna die ad Vaticanum coadunatis sequens dubium discutiendum proposuit, nimirum : « An sit signanda commissio introductionis hujus causæ in casu et ad effectum, de quo agitur? » Et sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Laurentio Salvati sanctæ fidei promotore, rescribendum censuit : *Affirmative*, seu *signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit*. Die 3 julii 1875.

Facta postmodum de præmissis per infrascriptum secretarium sanctissimo domino nostro Pio papæ IX fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congregationis ratam habuit et confirmavit : propriaque manu signavit commissionem introductionis causæ ven. servi Dei Simonis Philipovich præfati. Die 8 iisdem mense et anno. C. Ep. Ostien. et Velitern. Card. Patrizi, S. R. C. Præf. Loco † sigilli. *Plac. Ralli S. R. C. Secret.*

ANNULATION DE MARIAGE

Empêchement *impotentiæ*. Informations du vicaire forain. Procès instruit par le consistoire épiscopal. Arrêt déclarant la nullité du mariage. Appel au Saint-Siége en seconde instance. Sentiment du canoniste romain. Décision de la S. Congrégation du Concile du 26 janvier 1878.

Les demandes en déclaration de nullité de mariage *causa impotentiæ* deviennent de plus en plus fréquentes. La S. Congrégation du Concile est souvent appelée à examiner ces demandes qui lui parviennent des diverses parties du monde catholique.

C'est de la Suisse que vient l'affaire que nous relatons aujourd'hui. Deux jeunes gens de la classe agricole, Jean, âgé de 28 ans, et Marie-Christine, qui avait vingt ans à peine, se marièrent le 24 janvier 1875. Dès le premier mois, Christine se plaignit à sa mère ; bientôt elle manifesta à son curé l'impuissance absolue du mari. Celui-ci, appelé par le curé, confirma les allégations de la femme. Deux médecins, consultés, prescrivirent les remèdes les plus énergiques ; mais la cure n'amena pas de changement.

Au mois de juin, les époux se séparèrent, et demandèrent aussitôt que leur union fût dissoute par l'autorité ecclésiastique. Le vicaire forain fit examiner les époux par des médecins ; puis, il rendit compte à l'ordinaire ; celui-ci chargea le vicaire forain de faire une enquête *ad informandum*. Le vicaire forain questionna et entendit les époux, les parents, deux médecins, et adressa l'enquête à Mgr l'évêque auxiliaire. Alors le consistoire épiscopal entreprit le procès canonique, conformément à la constitution de Benoît XIV. Enfin, au mois d'août 1876 (le jour n'est pas désigné), le consistoire épiscopal rendit un arrêt portant que e marage contracté entre Jean et Christine le 24 janvier 1875 est nul et sans valeur, à raison de l'impuissance antécédente et à jamais incurable ; que l'expérience triennale que le droit canonique accorde dans les cas douteux est inutile dans l'espèce et qu'il n'y a pas lieu de la conseiller, ni même de la permettre.

Le défenseur du mariage par-devant le tribunal épiscopal a fait appel au Saint-Siége pour la seconde instance conformément à la bulle de Benoît XIV.

Vu la pauvreté des époux, la S. Congrégation du Concile a traité l'affaire *œconomice*, puis a pris l'avis d'un théologien et d'un canoniste ; le défenseur a formulé des *animadversiones*, selon l'usage. Ces divers mémoires ont été imprimés et joints au *folium*. Nous apportons plus loin le *votum* du canoniste, lequel paraît suffire pour expliquer les faits et les raisons juridiques qui autorisent l'annulation du mariage.

Décision. La S. Congrégation du Concile juge qu'il y a lieu de confirmer l'arrêt du consistoire épiscopal. Par conséquent, le mariage étant nul, la jeune femme est libre de contracter une union.

Curien. Matrimonii. Die 26 januarii 1878. Conjugale fœdus die 24 januarii 1875 solemni ritu celebraverunt agricultores juvenes Roanensis oppidi in diœcesi Curiensi positi, Joannes annorum 28, et Maria Christina ætatis paullo amplius quadrilustris. Sed nondum mense præterlapso, conqueri incepit mulier cum matre, quod ejusdem vita haud ex ordine procederet cum conjuge. Uno exinde et altero mense effluxo, opem a proprio parocho in suis implorans augustiis, patefecit eidem, « rei maritali operam dare voluisse, sed virum nihil esse, nihil valere ».

Quo plenius infaustam rerum conditionem ad medelam af ferendam dignosceret, accivit parochus Joannem, atque ab eo deprehendit, ignorare eumdem omnino, quid esset semen humanum, neque umquam ejusmodi rei quidpiam persensisse. Suasit eidem ut medicinæ cultorem peteret, quo opportuna remedia ad sopitum semen excitandum reciperet. Obtemperavit Joannes, sed medicamentis, utcumque validissimis, ab uno atque alio medico adhibitis, nihil profuit eorumdem medicorum cura ; unde, mense junio ejusdem anni 1875 exeunte, alter ab altero sese conjuges separantes, eundem parochum deprecati sunt, ut matrimonii dissolutionem ecclesiastica auctoritate pro iisdem urgeret.

Rem parochus interea exposuit vicario foraneo, qui mox Roanum petiit ; atque ibidem de proprio consilio medicorum explorationi subjiciens utrumque conjugem (haud tamen balnei usu pro mulieris inspectione adhibito) relationem exinde sub die 1 aprilis prædicti anni 1875 ordinario transmisit ; quique deinceps de ipsius ordinarii mandato, ceu refert sententia, de qua mox loquar, « accersitis, et auditis conjugibus necnon utriusque parentibus, protocollum interrogationum et responsionum redegit, illudque ad informandum Judicem ordinarium, una cum proprio voto et duorum medicorum, qui ad nutum vicarii ipsius foranei conjugum corpora inspexerunt, attestatione medica de absoluta viri impotentia, et mulieris statu probabiliter incorrupto, Rmo episcopo Antipatren et auxiliari Curien. transmisit. » Constituto matrimonii vindice ad acta processit episcopale concistorium, tum nempe conjugum eorumdem, tum medicorum, qui inspectionem jam fecerant, tum septimæ manus depositiones curari atque excipi demandans. Hisce omnibus rite expletis, atque ex testium, præ ceteris, depositionibus de honestate conjugum constante, quum vindex matrimonii, postquam interrogationum articulos concinnaverat, atque depositionibus jam desuper enunciatis adstiterat, nihil ultra opposuisset petitioni conjugum, sententiam hujusmodi de mense augusti 1876, die verum in-

cognito, protulit consistorium « matrimonium inter Joannem « et M. Christianum die 24 januarii 1875 contractum prop- « ter viri impotentiam antecedentem, et perpetuo incurabilem « nullum et irritum; atque triennale experimentum secus du- « bie impotentibus a jure concessum, eisdem in præsenti « causa non esse necessario adhibendum; neque consulen- « dum, neque etiam permittendum esse judicat, atque de- « clarat. »

Appellatione a prædicto matrimonio vindice intercepta, delata est quæstio ad S. hunc Ordinem, exindeque voto ordinarii excepto, in quo nullitatis decretum obfirmari, sin minus dispensationem a matrimonio rato et non consummato impertiri idem postulat, quum summo pontifice (quem sospitem omnipotens tueatur) paupertatem conjugum repræsentassem, mandatum accepi proponendi causam œconomice cum voto theologi et canonistæ et cum animadversionibus defensoris matrimonii ex officio. Ab utroque consulente studui votum proferri; et primo quidem canonista in hanc devenit sententiam : « Consulendum SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati, prævia tamen actorum sanatione etc.; nec non vetito viro, nisi monasterium, ceu in votis habet, ingrediatur, transitu ad alias nuptias, inconsulta S. Congregatione. » Theologus autem hanc pandidit opinionem : « matrimonium . . . irritum esse ob impotentiam antecedentem, et verosimilius perpetuam qua Joannes laborat. Conditionate tamen et ad cautelam, propter illud quod futuro tempore evenire posset circa Joannis impotentiam, consulendum esse SSmo pro solutione matrimonii rati et non consummati; vetito viro transitu ad alias nuptias, inconsulta S. Congregatione. »

Animadversiones posthac a matrimonii vindice elici studui; iisdemque acceptis, controversiam in hodiernis comitiis discutiendam proposui; utrumque exinde votum, nec non prædictas animadversiones sapientissimo judicio vestro nunc subjiciens, atque judicii hucusque apud Curiense diœcesanum consistorium absoluti naturam observans, decisionem quam opportuniorem EE. VV. pro explorata doctrina et sapientia existimabunt, nunc reddi deprecor ad infrascripta dubia :

I. An sententia curiæ episcopalis Curiensis sit confirmanda vel infirmanda in casu, Et quatenus negative?

II. An sit consulendum SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : Ad I. *Prævia sanatione actorum, affirmative ad primam partem.* Ad II. *Provisum in primo.* Romæ, 26 januarii 1878.

Votum canonistæ. Eminentissimi ac Reverendissimi Patres.

1. Duobus vix elapsis mensibus nova lucubratione jussu Exemi ac Rmi D. hujus S. Congregationis a secretis ad vos redeo, ut matrimonialem alteram causam Curiens, qua canonista pertractem, ac aperte conscientioseque pandam quidquid, hac super re, sentiam. Ego vero in obsequium huic S. Ordini lubenti animo, per quantum tenues meæ supputabunt vires conficiam.

2. Age nunc. Die 24 januarii 1875 in ecclesia parochiali Curien. diœc. ad tramites S. Tridentini concilii sacro copulabantur fœdere duo juvenes agris colendis uterque addicti, Joannes N. qui annum 28 agebat, et Maria Christina N. quæ nondum 20 excesserat. Sacris expletis cæremoniis paternam sponsæ domum petierunt, ibique cohabitarunt. Peractis, de more, nuptialibus conviviis, nocte sequenti continuo thorum ingressi sunt. At illud statim accidit perincommodum, quod etsi mutuo prosequerentur amore, puellaque libenter corpus suum viro præstiterit, ac ipsi omnes possibiles adhibuerit conatus, ut rei uxoriæ operam navaret, in irritum semper cessere tentamina. Ex quo male ominato conjugio, Christina intus ægre, sed extrinsecus simulabat in pace. Tandem post 15 vel 20 dies non valens amplius etiam extrinsece displicentiam continere, cum matre sua lacrymabunda de infausto hoc sydere conqueri cœpit, nimirum quod vita matrimonialis cum viro suo Joanne haud normaliter procederet. Ast cum matris argumenta ad erigendum filiæ animum parum aut nihil proficerent, nec maritale connubium in melius verteretur, puella statum suum parocho aperiendum censuit, qui genuinam quærelarum Christinæ causam minime suspicatus, ejusque quæstum parvifaciens, attamen pro viribus consolatam dimisit. Paucis abhinc diebus, mulier iterum plorans adiit, consilium, auxiliumque ab eo petitura. Parochus, propitia nacta occasione, caute eam de causis tantæ mœstitiæ, et animæ dejectionis interrogavit. Non sine verecundia et naturali repugnantia, propositis sibi quæstionibus respondens Christina, inter alias : « Se quidem, ait, rei maritali operam dare voluisse, sed virum nihil esse, nihil valere. » Quibus auditis, parochus, tandem de impotentia Joannis suspicari cœpit, et dimissa, post debitas admonitiones, et consolatoria verba, muliere, virum ad se accersivit, eumque prudenter sciscitavit, undenam Christinæ uxoris suæ quæstus, et lacrymæ? suam ipsimet impotentiam candide aperuit, asseverans, se prorsus ignorare quid esset semen humanum, nec unquam se aliquid hujusmodi habuisse, vel sensisse.

3. Parochus hac depositione perpensa, virum impotentem (talem eum esse judicavit enim) ad medicum misit, ut remedia ad sopitum semen suscitandum exposceret. medicus eidem remedia, alias validissima, et efficacissima, repetitis vicibus, præscripsit; Joannes medico suo morem quidem gessit; sed frustra. Imo alium quoque medicum proprio marte consuluit Joannes, qui eidem pariter validissima medicamina præbuit; sed et horum applicatio nihil profecit. Interim Christinæ tanta animi afflictio, et consternatio, ut tum parentes, tum consanguinei merito imminentem mentis alienationem in eam pertimescerent, etenim non solum concepta adversus virum aversione, continuo protestabatur, se nunquam ad virum reversurum, sed nec somnum capere, nec cibum sumere volebat, quin immo de morte sibi inferenda cogitabat. Christinæ animus tunc solum erigi, et demum exhilarari cœpit, cum parochus eidem declarasset spem affulgere, fore ut ipsius matrimonium ab auctoritate ecclesiastica nullum et irritum declaretur.

4. Vicarius foraneus, cui parochus, pro munere suo, casum enarravit, accersitis et auditis conjugibus, nec non utriusque parentibus, protocollum interrogationum et responsionum ipsorum, redegit et ad Rmum D. episcopum transmisit. Consistorium episcopale sub præsidio præfati episcopi causam excepit, et servato juris ordine, pertractavit. Tandem mense augusti (die caret in actis) 1876 in prima sede judicii in hanc venit definitivam sententiam :

5. « Matrimonium inter Joannem, et M. Christinam, die 24 « januarii 1875 contractum, propter viri impotentiam antece- « dentem, et perpetuo incurabilem, nullum et irritum; atque « triennale experimentum secus dubie impotentibus a jure « concessum eisdem in præsenti casu non esse necessario « adhibendum, neque consulendum, neque etiam permitten- « dum esse judicat, atque declarat. »

6. A qua sententia, uti sui erat muneris, sacramenti vindex ex officio deputatus provocavit.

7. Interim M. Christina summum pontificem supplicavit, ut pro sua benignitate dignaretur indulgere pro dispensatione super matrimonio rato, et non consummato. Quibus precibus summus pontifex, quo sospite lætamur, benigne annuit, ac stante oratricis paupertate, jussit ut causa propone-

retur œconomice coram hac S. Congregatione, requisitis tamen theologi, ac canonistæ votis, cum animadversionibus matrimonii defensoris ex officio.

8. Pro munere meo dicam. Acta exarata fuerunt in lingua Rhetica et in latinam fideliter versa a curia, et ad hanc S. Congregationem transmissa. Quoad processum, animadverti confectum fuisse, saltem quoad substantiam ad tramites notissimæ constitutionis Benedicti XIV *Dei miseratione* : nonnulla vero desiderantur in actis, ex. gr. in instructione ab H. S. C. omnibus episcopis transmissa ad § 18 extat : « Judex quinque « peritos pro recognitione corporum eliget, » sed in actis duo tantum electi sunt. Ad § 19 : « Singuli ex peritis, ac seorsim « corpus viri inspicient, » in casu omnes duo simul. Ad § 22 : « Uterque ex peritis tum ante examen juramentum præstabit « de veritate dicenda, tum post examen juramento dicta con- « firmabit », qui semel tantum jurarunt. Verumtamen est quod a S. vinculi defensore instructiones articulatas habuerint, et observarunt in toto. Desunt in themate obstetrices, ac honesta matrona, atque balneum aquæ tepentis pro inspectione mulieris, quæ a duobus iisdem tantum medicis peracta est.

Hinc episcopus prudentissime in sua epistola ad Emum præfectum directa, eum exoravit « ut si forte quædam deficiant formalitates, dominationem tuam Rmam rogamus, ut ad summum pontificem recurras ».

9. Hisce præjactis, nunc veniam ad nonnulla proponenda, atque enucleanda dubia :

1° An impotentia in casu sit matrimonio antecedens, absoluta, et perpetua ; ita ut adsint signa evidentia, vel saltem verisimiliter evidentia, et moraliter certa, ex quibus tuto argui possit, matrimonium in thesi fuisse juxta canonicas sanctiones usque ab initio nulliter contractum ?

2° An adhuc inconsummatam perseveret?

3° Tandem an justæ, ac honestæ in casu adsint causæ, ita ut consulendum sit Sanctissimo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati ?

10. Matrimonium, ut tradunt S. theologiæ cultores, ac SS. canonum interpretes, in mutua consistit corporum traditione physice aptorum ad generationem, sive in traditione potestatis corporis ad copulam conjugalem. Quam potestatem absolute impotens non potest tradere, et inter cætores Angelicus D. in 4, D. 24, q. un. art. 2 : « Dicendum quamvis actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonii, tamen potentia ad hoc est de essentia matrimonii ; quia per matrimonium datur utrique conjugum potestas in corpore alterius respectu carnalis copulæ. » Quæ impotentia si perpetua sit, et matrimonium antecedat; ita ut copula carnalis perfecta non obtineatur, dirimit matrimonium, et ab initio illud irritum reddit. Ita quoque tenent unanimiter DD. ob claram juris dispositionem Text. h. t. Et quidem dicitur in primis *omnis impotentia perpetua*, ad indicandum nihil referre sive *intrinseca* et *naturalis*, sive *extrinseca*, sive *absoluta*, sive *respectiva* : dummodo sit *perpetua*. « Impossibilium enim nulla est obligatio » L. 185, de R. J. in 6, nec potest tradere corpus ad hunc usum, cum nemo possit dare, quod non habet arg. nemo 70 de R. J. in 6.

11. His pro thesi præmissis, discendendo ad hypothesim nostri casus, dicimus, quod concurrant omnia requisita per Mascard. *de probat.* Expendam igitur.

I

An impotentia in casu sit matrimonio antecedens, absoluta et perpetua, ita ut adsint signa evidentia vel saltem verisimiliter evidentia, et moraliter certa, ex quibus tuto argui possit, matrimonium in themate fuisse juxta canonicas sanctiones ab initio nulliter contractum?

12. Impotentia coeundi, inter cæteras probationes, tenet Mascard. *de probat.* vol. 2 concl. 887 num. 1 : « Probatur ex confessione viri, et uxoris, postquam per duos menses permanserint, dando operam carnali copulæ, et tamen non potuit vir eam carnaliter cognoscere ; ita ex communi intellectu, quem auctores sumunt ex cap. 1 de frigid. et malef. probatur, ubi etiam, imo in tot. coll. in ult. intellectu, quem videtur firmare, et cum eo residere juxta notata per Glos. in c. *Cum filium*, § *Sabinus* ff. ad Trabell., Bald. in authen. ex testamento col. 1 *vers.* quo ultimo. C. *de collection*, et idem firmat Hostien. in d. col. 1 vers. *Tu vero dicis*, dum ibi indistincte affirmat, standum esse confessioni partium, et idem tenet in sum. de frigid. et malef. sub num. 10 vers. *Et siquidem* ; et hoc idem sequitur Joan. Andreas in 1 col. vers. *Si autem muliere agente*, et ex allegatis Henrici Boin. in d. cap. 1 vers. *Aut per confessionem ambarum partium apparet*, hinc apparet communem fere esse sententiam. Atqui præsenti in controversia viri impotentia cum qualitate verisimilis evidentiæ, et quidem moraliter certæ in confessione utriusque conjugis in Positionibus a se datis cum juramento ingenue ac sine ulla tergiversatione unanimiter affirmarunt, quod etsi omni conatu et modo operam navassent matrimonii consummationi, nunquam fieri potuisse una caro, ob viri impotentiam. Sane vero vir (Act. proc.) se impotentem esse talem tam judicialiter quam extrajudicialiter sæpe sæpius fassus est. Nam (ibi) a parocho accersitus, atque interrogatus : « Unde nam Christinæ uxoris suæ quæstus, et lacrymæ? » suammet impotentiam Joannes candide innuit, « asserens se prorsus ignorare, quod esset semen humanum, nec unquam se aliquid hujusmodi habuisse, aut sensisse. » Ita pariter confessus est medicis, qui ei medicamenta, et quidem validissima, per longius tempus præscripserunt, ut ex eorum patet testimoniis in scriptis traditis.

13. Indubitatum est atque innegabile, quod, qui medicamenta pro curanda impotentia quæsivit, ac non sine impensis adhibuit, et nullum fructum reportavit, dubio caret, impotentem reputari debere, et propterea confessio his circumstantiis roborata omne aliud probationis genus superat. In formali examine sub fidei sacramento deposuit (Act. proc. ad 4 interr.) « Per quatuor circiter menses a contracto matrimonio cum uxore cohabitavi, eodem cum ipsa usus sum thoro. (Ad 7). Non sentiebam solamen, quod speraveram, causam vero non cognovi priusquam uxor mea conqueri inciperet, me esse frigidum, et rem parocho manifestaret (Ad 11). Quibus momentis (virgam) erigere poteram, usque ad certum gradum. » Indeque fit, ut colis erectio, ad summum, instantanea sit, et illico flaccescens, et in hoc cum confessione ipsius viri concordant medici, ut supra in fortioribus terminis « ex defectu habilitatis erigendi membrum virile, » ceu ipsis quoque fassus est, insufficientiam erectionis. Hæc autem signa, ab artis peritis in claris posita, nempe deposuerunt « inhabilitas erigendi virgam non aliunde oriri possit, quam ex defectu secretionis seminis prolifici : imo generatim ex defectu cujuscumque seminis, » vel sunt omnino certa, vel in omnem casum verisimili evidentia concludunt perpetuam impotentiam, ut in terminis punctualibus habentis membrum cum nulla, vel sola instantanea erectione in totum illico flaccescentem observant Præposit. in cap. fin. num. 5 de frigid., et malef., Baron, de corpor. tit. 17 de virilib. num. 83 : « Levis tanta, vel nulla erectio, atque per considerabile tempus in erectionem non perseverans. » (Ad 18.) Postquam medicamentis juxta præscriptum medicorum, usus eram ad uxorem redii (consilio enim medicorum, ut medicamina tutius operarentur per aliquod tempus ab uxore discessit, habitavitque domi matris suæ), et cum illa repetitis vicibus conatus sum matrimonium consummare, ast sine effectu et mutatione. Omnia in eodem

statu erant, sicut antea. (Ad 19.) Edoctus a parocho, nunc certus sum, atque persuasum mihi habeo, me non esse sicuti cæteri viri. (Ad 20.) Non habeo aliquid addendum, nisi, quod magna tristitia, et dolore affectus sim, tum respectu conjugis meæ tum respectu magni scandali (per vias enim et plateas res divulgabatur). Qua de causa monasterium aliquod ingredi desidero. »

14. Ex qua ingenua viri confessione, et proposito ad septas monasterii convolare, unusquisque secum cogitare potest quidquid autumandum sit de impotentia in thesi.

15. Sequitur non minus genuina depositio, et quidem juridica mulieris, quæ per omnes suas partes viri confessionem confirmat (Acta proc. ad 4 interr.). « Eadem die, qua nuptias celebravimus, in domo patris mei cohabitavimus, eodem thoro usi per 4 circiter menses (Ad 8). Interposito tempore, quo maritus medicamentis utebatur, tentavimus consummare matrimonium, semper bona fide debitum conjugale præstiti. (Ad 21.) Maritus meus nihil est, non est vir. (Ad 13). Numquam erigere potuit membrum suum, non est vir, nihil est inhabilis (Ad 14.) Nunquam semen emisit (Ad 45.) Sciebat quidem rem non recte procedere, nesciebat tamen in qua re sit defectus. Hinc cœpit tristis, et mœtus fieri, dicens, quod doleat, eo quod non sit sicuti cæteri homines, quod autem non sua sit culpa. (Ad 17.) Duos medicos adiit. . . successive medicamenta juxta præscriptum medicorum adhibuit, nullum effectum habuerunt hac in re. Omnia erant, sicut antea. (Ad 20.) Jam ab initio erga ipsum conquesta sum, quod sit nimis frigidus erga me (Ad 22.) Ipsum non posse adimplere suam obligationem. Quindecim circiter dies post nuptias coram matre mea conquesta sum de matrimonio meo. Post autem duos circiter menses rem totam parocho aperui, qui me consolantem dimisit. (Ad 24.) Semper mecum cogitabam matrimonium non esse, neque posse esse verum matrimonium. Utrum autem dissolvi posset, nesciebam. (Ad 25.) De hac mea positione, seu de meo statu tristis et consternata eram, ut nec manducare, nec bibere possem, et de morte mihi inferenda in aqua Zeliendo, cogitarem. »

16. Agitur hic de muliere, quæ nupsit virgo, et talis probatur ex confessione virimet post intentam copulam, de cujus viribus ad nostrum propositum apprime Rota loquens in terminis alicujus mulieris appellatæ Eleonoræ in decis. 6, n. 2 et 3 post Zacch. loc. cit. ibi : « Secundo ex confessione ipsiusmet etc. qui confessus fuerat, quod non poterat cognoscere D. Eleonoram. Et ulterius eadem uxor ab initio contracti matrimonii, adhuc non transacto bimestre, reclamavit, et concurrunt nedum signa dubia frigiditatis viri, quæ impotentiam præsumptive probant, sed, quod magis est, non desunt signa verisimiliter evidentia, quæ de jure sufficiunt ad dissolutionem matrimonii, quæque quodcumque aliud copulæ experimentum prorsus inutile, et omni jure illicitum demonstrant. »

17. Insuper confessio utriusque conjugis juramento vallata haud dubiam vel probabilem persuasionem impotentiæ ingerere videtur, sed omnimodam certitudinem, ait eadem Rota Romana dissolutionis matrimonii coram Ursino, relata a card. De Luca ad ornatum decis. 2 et seqq. « Signa autem sunt omnino certa, et evidenter concludunt omnimodam impotentiam, quando habeant instantaneam erectionem, aut membrum erigitur instantanee, et inuliter. » Eo magis in thesi, quod umbra erectionis prorsus appareat, ceu confessus est vir : « Quibus momentis erigere poteram usque ad certum gradum. » Fortius autem ait mulier : « Numquam erigere potuit membrum. » Haud me fugit nonnullos auctores contrarium sentire, ob collusionis periculum inter eos, quod facevenire potest, ut liberius ad alia convolent vota. At in casu præterquam quod ipsi personæ rudes, et simplices sint, saltem ex parte viri suspicio hæc exulare videtur; nam is nunquam de aliis ineundis nuptiis excogitavit, quin potius (Ad 20 interr.) monasterium aliquod ingredi cupit.

18. Accedit secundo loco jurata testium depositio, tum ex parte viri, tum ex parte mulieris, ut audiunt, *septimæ manus*, qui uno ore confirmant contrahentium depositiones, nec non indubie omnes similiter testantur de probitate, pietate, ac veridicitate utriusque.

Primus : « Audivi Joannem adire debuisse medicos, et scivi Christinam conquestam esse, dicens : *Utinam non nupsissem?* »

Secundus : « Ex fama publica mense julio audivi matrimonium non potuisse consummari ; ipsum maritum audivi esse causam inconsummationis. »

Tertius : « Per aliquod tempus in bona pace cohabitaverunt; deinde perturbata est pax propter inhabilitatem, et impotentiam viri. Separatio provocata est, quia ipse inhabilis erat. »

Quartus : » Paulo post pax perturbata fuit, et quidem, ut audivi, eo quod vir non esset habilis. »

Quintus : « Ab initio cum bona pace vivebant, postea propter inhabilitatem viri perturbata est. »

Ne longius labar idem deposuerunt sextus, et septimus.

Ex parte mulieris. Primus mater sponsæ : » Filiam post 15 dies conquesta est (de impotentia viri) medicos declarasse nullam fulgere spem remedii, ac præscripserunt, ut per unum, vel duos menses sejuncti viverent. »

Secundus : « Christinam vidi tristem et mœstam esse, audivi non potuisse consummare matrimonium ex impotentia viri. »

Tertius : « Causa est maritus propter impotentiam. »

Quartus : « Per plateas audivi ab hominibus virum nihil valere, impotentem esse, non erat vir. »

Quintus : « Ipse est causa propter impotentiam. »

At ne vos diutius demorer similiter deposuerunt sextus, et. septimus.

19. Juramentum *septimæ manus* propinquorum dubium non est, quin legitimam constituat probationem in gratioso judicio dispensationis, eo quia legitimam faciunt probationem de impotentia, etiam in ipso formali et ordinario judicio nullitatis matrimonii ex capite impotentiæ viri, ut per text. litteral. in canone *Quod autem* 29, can. 27, quæst. 2 docet Gloss. ibi in princip., altera Gloss. in cap. *Laudabilem* verb. *Uterq.* de frigid. et malef. ibi : « Hoc jurabunt, quod credunt verum esse eos jurasse. » Innoc. in eod. cap. *Laudabilem* in fin. « ibi : Hoc jurabunt principales ; purgatores autem (idest propinqui) quod credunt verum eos jurare. » Et percelebris ex nostra familia Reiff. lib. 4 Decret. tit. 15, n. 43 h. t. ibi : « Potest, et debet annullari matrimonium, si uterque conjux juret se copulam attentasse quidem, sed nunquam coire potuisse; idque jurato affirment septem ex propinquis, deponendo juramentum de credulitate, jurando se credere conjuges vera jurasse. » Sanchez lib. 7, disput. 107, num. 4. Alexander de Nevo in cap. *Laudabilem*, 5 h. t., et ibi Butrius n. 14, Engel. h. t. n. 6.

20. Nunc ad peritos a sacri vinculi defensore instructos, per interrogationes ab ipso articulatas, qui sub sacramenti fide ita in scriptis curiæ tradiderunt (Act. proc. L. E.)

« Objectivi et indubii defectus in partibus genitalibus Joannis ostendi nequeunt. Parvitas testiculorum, et glandium est signum dubium tantum defectus normalis secretionis seminis. um autem dictus Joannes, qui de cætero valida, et sana constitutione pollet, tamen cum nunquam pollutiones habuerit neque ante, neque post initium matrimonium, imo neque semel talis erectio locum habuerit, quæ copulam perfectam possibilem redderet, cum insuper eidem omnis sexualis ejiciendi appetitus desit. Infrascripti inde concludere debent,

prostare defectum elaborationis seminis, qui defectus ex vitio organico externo non perceptibili partium genitalium oritur, et judicant impotentiam insanabilem, perpetuam, matrimoniumque præcedentem. »

21. Esto quod organa generationis quoad eorum externam structuram sicuti physici observatores retulerunt (si tamen parvitas testiculorum, ac temperamentum phlegmaticum excipias) recte composita sint. Tamen si abnorme, aut monstruosum, quod manibus contrectari possent, explorassent jam actum esset de causa. Sed ad hoc, ut alicujus vitii, quod hominem ad concubitum impotentem reddat existentia probe comperiatur, non est necesse, quod in abnormitate exteriori corporis structura illud appareat, sufficit, quod illud intus existat, et in suis effectibus pateat, ex quibus evidenter conjici possit, ut in themate verificatur, et ipsi fassi sunt. Attamen testati sunt parvitatem testiculorum in scroto tamen residentium. Quod vitium a Zacch. *Quæst. medic. legal.* lib. 9, tit. 3, q. 9, n. 8, habetur tamquam evidens impotentia coeundi : « Sed si (testes) scroto excipiantur, et naturalem situm servent, magnitudine tamen, duritie, ac vigore sint nullius considerationis, tales enim habendi, tamquam si non adessent, cum ad nihilum apti videantur, et frustra procreari, quia proprio fini, qui est semen prolifici generatio, et conservatio, frustrantur... certum est curam universaliter esse difficillimam, ac plerumque frustratoriam, et si protrahatur post finem augmentationis corporis, nimirum post pubertatem, impossibilem. » Et tom. 1, lib. 3, q. 5, ibi : « Quintum signum (impotentiæ) est testium parvitas.... caloris enim naturalis pauperiem, et consequenter imbecillitatem virtutis testantur; nam testes in seminis generatione, sive perfectione principatum obtinent... quia hanc frigiditatem, ex signis concludentissime probatam, absque dubio illico separari matrimonium potest, non expectato triennio. »

22. Præterea, incontroversum est penes physicos, canonistas et juris peritos, duplicem esse impotentiæ speciem, aliam scilicet ex vitio externo, et visibili, aliam ex vitio interno, et invisibili, ceu experientia rerum magistra docet, quod ejusmodi vitio interno et non visibili, sicut frequenter afficitur quodlibet corporis membrum, cui sine ullo visibili vitio ad motum vires non suppetunt; ita et frequenter afficiuntur partes viriles, in quibus tot, tantæque, et longe majores requiruntur internæ vires, et virtutes necessariæ ad copulam, et generationem, cui quædam veluti species creationis inest, ut indubium nemo revocat, distinguendo duplicem speciem impotentiæ ex vitio externo, et visibili, et in vitio interno, et invisibili docent omnes canonistæ, et signanter Abbas in cap. 2, n. 5, de frigid. et malefic., Gonzalez in cap. *Laudabilem* h. t. n. 7 : « Signum impotentiæ proveniens ex defectu naturali vel apparens esse potest, vel non apparens. » Castropal. oper. moral. tract. 28, disput. 4, punct. 14, n. 7.

In vitio autem interno sac. canones, doctores, et tribunalia omnia perpetuo spernendum esse censuerunt, et ineptissimum reputarunt judicium medicorum, nedum ubi retulerunt judicium super potentia ab externa sanitate, et proportione virilium partium nullo visibili vitio laborantium, sed ubi retulerunt judicium ad signa plausibilia potentiæ, scilicet positivam erectionem, quia non sola erectio, sed illius consistentia, et permanentia, et internæ vires, ac alia plura requiruntur ad generationem et consummationem matrimonii, præcipue cum virgine, et incorrupta; ideoque nil concludunt signa potentiæ, quæ in genere, sive objective visa sunt oculis medicorum, si æque plausibilia non sint in arena thalami conjugalis, quod non vident periti, et in quo uxor per experientiam peritior est.

23. Sane manifestum est in facto, quod Christina non accusavit Joannem de illa impotentia ex aliquo vitio externo, et invisibili; sed de impotentia ex vitio interno, et invisibili, specificando signum, seu effectus hujusmodi impotentiæ, nempe perpetuo constanterque se virilem lanceam intra sui pudoris fores, licet in id pro viribus niteretur longa ipsius mulieris tolerantia, et experimento quatuor mensium, edocta fuerat, nimirum carentia erectionis, et emissionis seminis virilis, de quibus, et ipse vir, et periti confirmarunt, nimirum Walter (Acta proc. L. E.) : « Per decursum hujus temporis erui potui, quod inhabilitas erigendi virgam, non aliunde oriri possit, quam ex defectu secretionis seminis prolifici : imo generatim ex defectu cujuscumque seminis. » Et alter Priedi L. E. : « Inde illa apathiæ organum rei venereæ, et impossibilitas prolificæ copulæ. » Tandem uterque concludunt : « Infrascripti concludere debent, prostare defectum elaborationis seminis,... Impotentiam insanabilem, perpetuam, matrimoniumque præcedentem. »

24. Perbelle ad rem ait Emus Laurea in *Epitome canon.* verb. *Frigiditas* vers. 1, fol. 243, et verb. *Matrimonia,* ratione impotentiæ invalida vers. 4 fol. 319, maxime cum dicta frigiditas, et inhabilitas, ut asserunt periti, arte humana tolli non valeant, quo casu impotentia dicitur perpetua, cap. *Fraternit.* de frigid. et malefic. Sanchez, *De matrim.* lib. 7, disput. 93, n. 7, et disput. 94, n. 9 et seqq. Quo textu DD. communiter colligunt, etiam impotentiam censeri perpetuam, quæ nulla arte humana removeri potest, circa quod standum est peritis, secundum eorum notitiam, et practicam deponentibus, et lib. 7. cap. 115 : « Impotentiam perpetuam sufficere ad statim dissolvendum matrimonium absque triennali dilatione tenet Castropal. tract. 28, *De sponsal. et matrim.* disput. 4, punct. 14, § 9, n. 4. »

25. Demum jura canonica clamant celeriter præstandum esse remedium ad dissolvendum inutile, et pene sacrilegum vinculum, quo sub specie sacrosancti matrimonii libertas legitimarum nuptiarum injuste cohibetur, et continua præbetur occasio peccandi, sicut docent canonistæ, et signanter Abbas in cap. *Fraternitatis* n. 16, h. t. Perez *de matrim.* disput. 37, sect. 11, n. 2 et 6; Sanchez, loc. cit. lib. 7, disput. 103, n. 1. Aliique permulti.

II

An matrimonium in casu adhuc inconsummatum perseveret.

26. Quod ad inconsummationem attinet, inter cæteras probationes supra allatas, habentur quoque, ut satis abunde probavimus, juramenta utriusque conjugis, in quibus divino invocato testimonio constantissime, et sine ulla tergiversatione asseruerunt, per ipsos matrimonium nunquam fuisse consummatum ob impotentiam viri. Spectata enim pietate, religiositate, ac veridicitate utriusque, de quibus mira consonantia deposuerunt omnes testes in judicium accersiti; omnes enim uno ore affirmarunt, ipsos fallere nescios, quodque illorum juramenta præstita admittenda sunt maximoque in pretio habenda. Baldus in leg. testium n. 36. Eo insuper addito, quod præfata juramenta versantur circa factum certo scitum, certoque cognitum eisdem conjugibus, in ordine ad quod nec errare potuerunt, nec decipi; unde nisi dicamus, quod ipsi in materia gravissima involvente discrimen irreparabile eorum æternæ salutis, consulto, ac deliberata voluntate pejeraverint, quod in circumstantiis, et casibus, et personarum pietate, ac religiositate ab omnibus commendatarum suspicari non licet.

27. De facto vir omni genuitate fassus esi (Act. proc. ad 9 interr.). « Feci illud omne quod facere sciebam, et poteram... An consummassem matrimonium non audeo id asserere, » Clarius (ad 18) sese expressit: « Postquam medicamentis juxta præscriptum medicorum usus eram ad uxorem

redii, et cum illa repetitis vicibus conatus sum matrimonium consummare, ast sine effectu, aut mutatione. Omnia in eodem statu erant, sicut antea. »

28. Viro consonat uxor, quæ sanctitate pariter religionis deposuit (Ad interr. 9). Nunquam consummavimus... Fecimus quod potuimus, et omni vi et conatu tentavimus. » (Ad 11) : « Omnino certa sum matrimonium non fuisse consummatum... Nunquam potuit erigere membrum suum. »

29. Superaccedunt juramenta septimæ manus, qui constanter omnes deposuerunt se firmiter credere conjuges testimonium veritatis præbuisse in suis juramentis nunquam matrimonium consummatum fuisse. Georgius Cadelbert : « Audivi a matre ipsos non potuisse consummare matrimonium. » Ursula Cadelbert : « Audivi non potuisse consummare matrimonium. » Julius Cadelbert : « Ipse est causa matrimonii inconsummati. »

Theodorus Cadelbert : « Audivi ipsos non potuisse consummare matrimonium. »

30. Quædam hic oritur difficultas, quæ tamen, ut arbitror, unica est præsenti in controversia. Periti in inspectione mulieris assuerunt hymenen non invenisse. Affirmant tamen « ostium matricis invenisse, sine scissuris, aut incisionibus omnino, uti in statu virginali. » Ast re mature perpensa dubietas omnis penitus evanescit. Revera cum a nobis tantummodo inquirendum sit, an matrimonium, de quo inquirimus, consummatum fuerit, necne? nihil interest, si aliqua virginitas nota, et quidem dubia suapte natura, desit, quin virginitas nullimode violata sit : dummodo tamen inconsummatio matrimonii aliunde probetur, et causa deficientiæ illius incertæ notæ, alibi, quam in viri concubitu iuveniatur. Periti præcipuum virginitatis criterium in hymene fortasse tanquam in essentia virginitatis consistere vellent? quo absurdius esse nihil.

31. De facto periti ipsi idem confirmant quibusdam auctoritatibus innixi ; aiunt enim : « De cætero Henke in sua *Medic. judicial.* § 176, dicit : « Constat quod inter omnia positiva, et negativa indicia virginitatis nullum omnino infallibilem vim probandi habet. » Pari modo asserit Colleg. superius medic. Berl. « Quod tunc tantum indubia certitudine de virginitate constet, quando omnia indicia positiva (hymen, vagina etc.) adsunt, quod autem defectus unius, vel alterius horum signorum defectum virginitatis probare non valeat. » Hinc concludunt :

« His positis subsignati, partim propriæ inspectionis, et inquisitionis momentis, partim citatis auctoritatibus innixi, sententiam dicere debent, quod in persona inspecta non omnia signa virginitatis inveniuntur, quin tamen eamdem negare audeant. »

32. Ad ornatum potius quam ex necessitate thematis adnectam, ne quis ex cunctatione medicorum in affirmanda, vel deneganda Christinæ virginitate, dicat tritum illud, in dubio pronunciandum esse pro matrimonio ; nam decantata regula hæc procedit in quæstionibus nullitatis, quæ non impedit, nec impedire potest finem, et effectum matrimonii, videlicet procreationem sobolis, prout contingit, ubi agitur de probando, vel excludendo prætenso defectu consensus per vim, et metum exorti, et dependentis a facto partium, vel ubi tractatur de probandis' vel excludendis gradibus consanguinitatis. In hisce enim casibus, cum omnio extrema sint habilia reipsa, et matrimonium suum finem obtinere possit, procedit dicta regula, quod in dubio standum sit pro matrimonio, desumpta a text. ex cap. *Licet ex quadam*, de testibus, et attestationibus, qui loquitur in terminis probandæ, vel excludendæ consanguinitatis, cum cæteris in contrarium allegandis.

33. Diversimode res procedit in quæstione nullitatis ex capite impotentiæ, per quam matrimonium reipsa est nullum, et suum finem consequi non potest. Tunc enim, quia tractatur de inferendo præjudicio et injuria eidem sacramento matrimonii, directe contraria procedit regula, nimirum, quod in dubio standum sit pro matrimonii exclusione, ut optime distinguunt Abbas in cap. *Series*, n. 5 ante medium. Felin. in cap. *Licet*, sub num. 3, de sententia et re judicata ; egregie Hostien. in cap. 1 num. 1, de frigid. et malef. Rota decis. 16 n. 16, coram Pamphil. Ea viva ratione, quia in foro externo, in quo judicat Ecclesia, tolerabilius et honestius est per canonicas probationes, et juxta diciplinam Ecclesiæ, matrimonium dissolvere, quam nomine et jure matrimonii occasionem incontinentiæ præbere, et continuum peccatum confovere, ut prosequitur Abbas in dicto cap. *Series*, num. 5 de senten. et re judicata, et in cap. *Fraternitatis* num. 16 ; Perez, *De matrim.* disput. 37, sect. 11, num. 2 et 6. Gigas, in singular. de matrim. singular. 72, per tot. ibi : « In dubio pro matrimonio est sentiendum cap. *Licet ex quadam* in fin. de test. : Fallit hæc regula, ubi matrimonium suum non potest habere effectum, utputa quando tractatur de dissolutione matrimonii ob impotentiam viri. »

34. Præterea implicant cætera physicæ virginitatis signa a peritis in Christina reperta, aiunt enim (L.E) : « Ostium matricis politum (rotundum) sine scissuris, aut incisionibus, omnino ut in statu virginali. » Quæ verba concubitum cum viro prorsus excludunt. Nam eorum loquendi modus aperte demonstrat, quod etsi hymenem in puella minime reperiissent, argumenta tamen ipsis desunt, ut illam per concubitum viri destructam fuisse judicent, quin potius alia statuant argumenta aliunde deducta de ipsa inconsummatione, ac de impossibilitate coiti. Revera in supracitatis responsionibus affirmarunt indubitanter 1 : « : Attamen quia erectio (penis) statim remisit, copula perfecta impossibilis erat. » Walter : « Joannes non tantum inhabilis ad generandum, sed etiam impotens ad coeundum. » Uterque affirmarunt : « imo neque semel talis erectio locum habuerit, quæ copulam perfectam possibilem redderet. » Quæ omnia si recte perpendantur omnem excludunt concubitum.

35. Si autem contra adhuc evidenter probata, quis audacter tenere vellet per Joannis concubitum hymenem destructam fuisse, nihil tamen proficeret, opus enim et tempus frustra insumeret. Re quidem vera, norunt omnes, etiam qui nihi norunt, parum, aut nihil valere intromissionem penis in vas muliebre, pro matrimonii consummatione, nisi in eo viri seminatio sequatur, etenim sine seminis commixtione vir et mulier nunquam fiunt una caro. Optime ait Reiffenst. lib. 4 decret. tit. 15, n. 14 : « Verum adesse impedimentum impotentiæ, si vir, sive ex proprio, sive mulieris defectu, vel omnino non, vel intra vas fœminæ seminare potest, etsi cum illa congredi, et vas illius penetrare valeat. Sanchez lib. 7, disp. 92, n. 7, Abbas in cap. 2 h. t. n. 5. cum communi. Ratio est quia de ratione matrimonii est traditio corporis ad copulam conjugalem ; at non reputatur conjugalis, si semper deficit semen ; coitus enim et copula est tantum via ad actum conjugalem perficiendum. » Et Angelicus D. 4 sentent. d. 41, q. 4, art. 1, ad 2 : « Quod quantumcumque aliquis claustra pudoris invadat, vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, vir et mulier nunquam fiunt una caro, neque proinde matrimonii consummatio peracta est. »

36. Præsenti in controversia certo certius tenendum est commixtionem seminis virilis nunquam evenire potuisse ; nam vir (ad 12 interr.) : « Neque scio, neque unquam scivi, quid sit semen virile, nullam habeo cognitionem hujus rei. Nunquam sensi, aut animadverti, fluxisse aliquid hujusmodi. » Mulier (ad 14) : « Nunquam semen emisit. » Medici (L. E.) : « Nunquam Joannes pollutiones habuerit neque ante, neque post initum matrimonium. »

37. Jure igitur, meritoque ex allatis auctoritatibus, ex con-

fessione conjugum, ex attestatione medicorum, ex testium confirmatione, publico rumore, tempore, loco, rebus, personis, adjunctis, concludere possum matrimonium in themate non fuisse consummatum. Sic in durioribus terminis tenuit S. H. O. in Neapolitana nullitatis, seu dispensationis 29 novèmb. 1862, in Florentina nullitatis, seu dispensationis matrimonii 27 januarii 1877.

III

Adsunt ne in te themate justæ, et honestæ causa pro dispensatione matrimonii tantum rati?

38. Hactenus causam egimus, uti par erat, per viam justitiæ, et ad evidentiam probavimus de impotentia viri, qua probata manifestum jus competit Christinæ pro obtinenda formali dissolutione matrimonii ab initio nulli, et infecti. Verum, ut in principio innuimus, constantissimum ejusdem Christinæ (haud viro dissentiente) propositum fuit, et est procedendi per viam gratiæ, pro qua unica instetit apud summum pontificem, et super qua idem summus pontifex causam huic S. Congregationi pro traditione voti remisit, uti ex pontificio rescripto sub die 5 februarii cur. anni; ideo oratrix humiliter instat pro affirmativa resolutione tertii præinserti dubii: « Consulendum scilicet SSmo » pro dispensatione matrimonii rati tantum » et constanter sperat obtinere per viam gratiæ H. S. O. remissæ ex dicto pontificio rescripto, a quo unice jus metiri debet præsens disputatio ex notatis in proposito per Cravett. cons. 9, n. 21; et cons. 33, n. 17. Ruin. cons. 25, n. 16 et seqq. lib. 1. Prot. cor. Gregor. dec. 521, n. 24. Agendo igitur de causa honesta et legitima concedendæ dispensationis favore Christinæ, non una, sed multiplex concurrit, et redundat, ceu ait episcopus auxiliaris Curien. in epist. ad Emum præfectum.

39. Et prima quidem est impotentia viri perpetua, antecedens, absoluta, et insanabilis (Act. proc. L. E.) quæ justa existimatur a Sanchez loc. cit lib. 2, disp 16, n. 6; Cosci lib. 1 1, cap. 16, n. 197; ac lib. 3, cap. 2, n. 386, ibi: « Quando impotentia adstruitur pro motivo et causa gratiosæ dispensationis, non illam exigit certam et concludentem probationem (in casu tamen non deest) sed satis est, quod dicta impotentia sit adeo probabilis, ut sum. pontifex illam veram existimare possit, et ad gratiam moveri. » Cui consonant Pignatell. consult. 148, n. 14, tom. 4; Card. De Luca disc. 7, n. 7, *De matrim.* S. hæc Congregatio in *Leodien.* matrimonii, 26 julii 1858 § *Hæc quoad*; in *Romana* nullitatis, seu dispensationis matrimonii 2 martii 1861. Tandem in *Florentina* nullitatis, seu dispensationis matrimonii 27 januarii 1877.

40. Secunda est, ut testatur episcopus (epist. citat.) « in superabilis animorum aversio. » Mulier (Ad 22 interr.) sentio summo gradu tœdium et aversionem adversus eum. (Ad 25): De hac mea positione, seu de meo statu tam tristis et consternata eram, ut nec manducare, nec bibere possem, et de morte mihi inferenda in aquam (in flumen) Zaliendo, cogitarem. » Testes (Act. proc.) affirmant propter hoc ad insaniam prope pervenisse. Ipsa etiam affirmat toto, corde se potius mala quæquam subire, quam ad virum redire, et inutile contubernium reassumere, et propter hanc aversionem oriri posse maxima incommoda, et dissidia, nemo est, qui non videat. Animorum aversio, et dissociatio justam præbere causam dispensationis etiam inter personas vulgares, effuso calamo expendit Ursaya *Discept.* 21, nu. 60, 61, 62, tom. 3, part. 2, et discept. 7, n. 76, 77, tom. 3, part. 1; quia ex dissidiis et aversionibus emergere possunt gravia scandala, et neces ipsæ evitandæ in quocumque genere personarum. Corrad. in *Prax. dispensat.* lib. 8, cap. 7, n. 3, prop. fin. vers. *Sic etiam*: « Sic etiam si maximo odio se prosequuntur, intermittentes pullulent dissentiones, ex quibus neces, et gravia scandala inter ipsos, et consanguineos possint probabiliter timeri, et hæc est una ex potissimis causis quæ justam reddunt dispensationem. Sicut enim duorum in unum consensus amicitiam, ita dissensus discordias, et inimicitias perpetuas parit. » Et n. 36, ubi quod periculo scandalorum, aliorumque malorum summus pontifex summopore studet occurrere, cum propter hoc liceat a juris rigore recedere, ac valde intersit bono communi scandala vitari Et ideo, concludit, hanc esse justam causam ad dispensandum. « Ita quoque tenuit S. H. S. in *Neapolitana*, nullitatis, seu dispensationis matrimonii 29 novembris 1862, § *Sed præter*.

41. Tertia est incontinentiæ periculum (ait laudatus episcopus) ex parte mulieris in floridissima ætate constitutæ; atque inde pertimescenda gravia mala, et scandala. Sola utilitas spiritualis petentis dispensationem est attendenda, ait Perez, *De matrim.* disput. 20, sect. 7, n. 11. Rot. dec. 86, n. 7 post secundum volumen Farinac. et a pluribus relatis resolutionibus hujus S. Congregationis ac ex celebri voto card. Lancellotti præfecti H. S. O. a qua quidem praxi S. C. et tot sum. pontificum recedere non licet, ut docent Lotter. *De re beneficiar.* lib. 1, q. 11, n. 3. Rota dec. 18 num. 11 sub tit. de probat. coram Falconer.

42. Quarta est voluntas, et propositum ex parte viri claustrum ingrediendi ad reparandum scandalum, et satisfaciendi pro damno mulieri illatum, prout ipse (Ad 20 interr.) ait: « Non habeo aliquid addendum, nisi quod magna tristitia, et dolore affectus sum, tum respectu conjugis meæ, tum respectu magni scandali, quod dedi. Qua de causa monasterium aliquod ingredi desidero. »

43. Quinta tandem, et quidem gravissima concurrit causa, et est (ceu ait episcopus loc cit.) « periculum proximum, idest defectio ab Ecclesia pertimescenda, cum hisce in plagis secta grassetur acatholicorum, qui quadam æstuent invidia nullum non movent lapidem, ut catholicos ad sua perducant castra, quod certe obtinere conantur per sic dictum matrimonium civile nuper invectum, vi cujus a civili tribunali impetrandam a pluribus stimulantur. Qua in circumstantia recte sentirem cum card. Cosci loc. cit. lib. 3 cap. 2 num. 107, ibi: « Non est expectandum, ut veniant scandala ad præstandum remedium; sed cum prævidentur, sive timentur, ad paternum supremæ Ecclesiæ moderatoris officium spectat, imminentibus malis opportune providere. » Et cum card. de Luca *De matrim.* disc. num. 9, ibi: « Vere et proprie (ut in themate) non sumus in casu formalis dispensationis supra matrimonio alioquin firmo, et indissolubili, dum stantibus claris indiciis impedimenti naturalis, videtur potius quædam administratio justitiæ, ita prudentialiter sub alio titulo magis honesto, more principis administratæ, cum ita utriusque partis juribus consultum remaneret. »

44. Cum causæ hactenus expositæ urgentissimæ, ac tanti ponderis mihi videantur, in hanc sententiam me venire impellunt, ut S. hic ordo annuere possit oratricis precibus: « Consulendum Sanctissimo pro dispensatione matrimonii rati, et non consummati, prævia tamen actorum sanatione etc., nec non vetito viro, nisi monasterium, ceu in votis habet, ingrediatur, transitu ad alias nuptias inconsulta S. Congregatione.

Ita etc. Salva semper etc.

Dabam ex ædibus parochialibus SSrum Fabiani et Sebastiani MM. die 27 martii 1877. — EE. VV. humillimus a devmus servus Fr. Secundianus Perazzini a Corneto, *consultor*.

CONCOURS

Paroisse vacante. Concours intimé. Deux candidats se présentent. Les examinateurs admettent l'un et rejettent l'autre. Ce dernier fait appel à la S. Congrégation du Concile. Le concours est-il nul parce que les examinateurs n'ont apprécié que la doctrine et la science sans voter sur les qualités morales? Usage particulier de Bénévent. Plaidoirie des concurrents. Sentiment d'un théologien de Rome. La S. Congrégation ordonne d'intimer un nouveau concours.

Le concile de Trente, prescrivant le concours pour la collation des paroisses, ordonne aux examinateurs synodaux d'apprécier à la fois l'instruction scientifique et les qualités morales des candidats. La bulle de S. Pie V et celle de Benoît XIV confirment cette règle essentielle. Si les examinateurs se contentent d'envisager la science, le concours est nul, et il faut en convoquer un autre.

En 1721, la S. Congrégation publia, par l'ordre de Clément XI, une encyclique qui compléta le décret de Trente et les bulles pontificales. La transgression de ces prescriptions a pour conséquence la nullité du concours.

La paroisse de Saint-Nicolas, diocèse de Bénevent, devint vacante par décès le 13 juin 1876. Le cardinal archevêque nomma pro-curé l'abbé Cinelli, déjà vicaire de la paroisse. Puis, le prélat fit paraître l'ordonnance annonçant le concours ; il recommanda aux candidats qui se présenteraient de remettre au chancelier de l'archevêché, dans le délai indiqué par l'ordonnance les attestations relatives aux qualités, ou conditions personnelles.

Deux prêtres se firent inscrire pour le concours. Cinelli présenta ses certificats en temps utile, c'est-à-dire avant la clôture de l'inscription. Son concurrent, l'abbé Antuzzi, ne communiqua aucun document.

Le concours ayant eu lieu le 11 septembre, les examinateurs pro-synodaux appouvèrent Antuzzi et rejetèrent Cinelli. Celui-ci fit appel à la S. Congrégation contre cette relation, qu'il jugea mauvaise, contraire aux constitutions pontificales d'après lesquelles les examinateurs doivent examiner non-seulement la science, mais aussi les qualités morales et les autres conditions exigées pour les églises paroissiales.

La plainte fut renvoyée à Mgr l'archevêque *pro informatione et voto*. Au lieu d'exprimer son avis, le prélat demanda s'il pouvait malgré l'appel procéder à l'institution canonique du seul candidat que les examinateurs eussent admis.

Sur ces entrefaites la S. Congrégation reçut une plainte anonyme concernant Antuzzi, et une autre relative à Cinelli. Le cardinal archevêque prit des renseignements, mais il ne crut pas devoir communiquer les documents originaux. Antuzzi a un frère médecin, lequel est matérialiste. On l'a vu lire des journaux étrangers à la profession ecclésiastique. Son concurrent a été accusé d'avarice, de molinosisme, et de certaines tendances politiques.

Plaidoirie d'Antuzzi. Le concours est valide. On y a observé toutes les prescriptions du concile de Treste et des constitutions pontificales. L'ordonnance a été affichée, pour que tous ceux qui désiraient concourir pussent se présenter. Les candidats qui se sont fait inscrire ont subi l'examen devant le vicaire général et trois examinateurs, un synodal et deux pro-synodaux. Après avoir examiné la doctrine, la science, et les qualités morales, les examinateurs ont admis Antuzzi et rejeté Cinelli. Les réponses de celui-ci sont bien inférieures à celles de son concurrent. Le censeur de l'académie théologique dit dans son rapport : « Le travail de M. Cinelli est très-inférieur au premier. Je pense que les examinateurs ont bien jugé. Cinelli a commis beaucoup d'erreurs, et quelques-unes sont absolument graves ; par exemple, que l'homme qui emprunte par nécessité à un usurier public pèche grièvement. Le sermon est très-faible. »

Dans tout concours il y a, pour ainsi dire, un contrat entre l'évêque qui appelle à l'examen et le prêtre qui se soumet à cet examen. Le candidat que les examinateurs déclarent capable et digne, acquiert un droit dont il ne peut être privé que s'il est reconnu coupable d'un crime. Le jugement des examinateurs constate la science. En ce qui concerne les qualités morales, le *perquiratur* d'usage, avant l'approbation, n'a fait trouver aucun obstacle dans la chancellerie épiscopale. Antuzzi a servi l'Église par le ministère de la prédication et de la confession. Le vicaire forain atteste par écrit que depuis l'époque de sa promotion au sacerdoce, Antuzzi a exercé le saint ministère avec une grande édification publique. Il jouit de la considération générale. Certificats élogieux portant la signature d'hommes revêtus du caractère sacerdotal, pétition des paroissiens pour demander que la paroisse soit au plus tôt conférée à Antuzzi.

Plaidoirie de Cinelli. Le concours est nul, parce qu'on n'a pas observé les prescriptions canoniques. En effet, l'encyclique que la S. Congrégation du Concile publia par ordre de Clément XI en 1721, ordonne que, en cas d'appel, l'on adresse au tribunal de seconde instance, soit les actes originaux du concours fermés et scellés, soit une copie authentique collationnée par le chancelier du concours et un autre notaire, et reluc en présence du vicaire général ou d'un autre dignitaire ecclésiastique que l'ordinaire désigne. En outre, les réponses et les sermons doivent être signés par les candidats et paraphés par le chancelier du concours, par les examinateurs et par l'ordinaire ou le vicaire général, si c'est lui qui préside le concours. Ces formalités n'ont pas été remplies dans notre cas. Il existe un arrêt du 2 septembre 1758 pour Larino. La S. Congrégation prononça la nullité du concours, parce que l'évêque, les examinateurs et le chancelier n'avaient pas paraphé les copies des candidats.

Dans le cas actuel les examinateurs se sont bornés à la doctrine et à la science. Le procès-verbal du chancelier porte qu'on n'a pu examiner les qualités morales d'Antuzzi, parce que les pièces n'ont pas été présentées avant la clôture de l'inscription.

Cinelli, actuel pro-curé, mérite d'être approuvé et de recevoir la paroisse. Plus âgé que son concurrent,

il y a plus longtemps qu'il exerce le saint ministère. Il est directeur de l'apostolat de la prière. Il a reconstruit une chapelle publique à ses dépens. Pendant plus de dix ans il a été chargé de plusieurs paroisses en qualité de pro-curé. Il a constamment rempli ses fonctions à l'entière satisfaction de Mgr l'archevêque; le vicaire général l'atteste par écrit.

Votum pro veritate. En présence d'affirmations contradictoires, la S. Congrégation a jugé nécessaire de prendre l'avis d'un théologien. Nous publions le *votum* du théologien après le *folium* de la S. Congrégation. Voici le résumé :

1. Les actes du concours paraissent réguliers. Je remarque toutefois une contradiction. Le scrutin des examinateurs porte qu'ils ont examiné non-seulement la science et la valeur intellectuelle des candidats, mais aussi les qualités, l'âge, la conduite régulière, la prudence, les services rendus à l'Église, à l'aide d'une note concernant chaque candidat. Or il y a eu un grand nombre de candidats, attendu qu'on a fait un seul et unique concours pour plusieurs paroisses. D'autre part le chancelier affirme, dans le procès-verbal, qu'on n'a pas pris en considération les qualités et les mérites de l'abbé Antuzzi, parce que les pièces n'ont pas été présentées avant la clôture de l'inscription. Je ne vois pas le moyen de concilier ces deux assertions.

2. Il n'y a eu que deux candidats pour la paroisse dont il s'agit, l'un et l'autre ont trente-six ans. Ils présentent presque les mêmes *requisita*. Les archives de l'évêché n'ont rien produit contre leur conduite et leurs mœurs.

3. Les trois examinateurs ont proposé neuf cas de morale, qui renferment, en total, vingt-quatre questions.

4. Le sermon est déplorable. Cinelli n'a écrit que six ou sept lignes qui sont plutôt une exposition littérale du texte qu'un développement et un sermon. Antuzzi a écrit sept grandes feuilles, dont le style est assez bon; mais c'est tout à fait hors de la question. On dirait que le candidat a simplement copié une homélie qu'il savait par cœur.

5. Les examinateurs ont reçu Antuzzi et rejeté formellement Jean Cinelli.

6. Cinelli a fait appel à la S. Congrégation du Concile. Il s'agit de décider si cet appel est bon ou mauvais.

Je remarque d'abord que les deux concurrents ont fait, aux questions de morale, des réponses faibles, misérables, peu en harmonie avec les principes, et parfois en dehors des cas proposés. Cela est surtout vrai de Cinelli. Sur vingt-quatre questions, il a complétement échoué pour quatorze ou quinze. Antuzzi a mal répondu à sept ou huit, médiocrement pour d'autres et bien pour le surplus. Il s'est incontestablement montré supérieur à Cinelli. Sous ce rapport, le jugement des examinateurs est juste; ils n'ont fait aucun tort à Cinelli. Antuzzi, tout considéré, mérite l'approbation au plus bas degré.

Il s'agit de décider si Antuzzi est digne d'être institué dans la paroisse. On a au dossier une plainte très-grave contre sa foi, ses mœurs et ses opinions politiques; mais cette plainte, entièrement anonyme, n'est appuyée d'aucune preuve. D'après les informations du cardinal archevêque, quatre personnes dignes de foi repoussent l'accusation ; la cinquième, qui l'a d'abord admise, a ensuite modifié son sentiment sur plusieurs points. Cependant l'archevêque déclare qu'il n'eût pas admis Antuzzi au concours s'il eût eu connaissance de tout cela. D'autre part, Antuzzi présente onze documents ; presque tous les curés de Bénévent et le supérieur du séminaire attestent hautement sa bonne conduite et ses mœurs. — Cinelli a été accusé d'avarice, de molinosisme et d'attachement aux nouvelles opinions politiques. C'est encore une dénonciation anonyme et qui n'est corroborée d'aucune preuve; les deux concurrents sont égaux sous ce rapport.

Cinelli est depuis longtemps vicaire de la paroisse; sa famille réside dans la localité. Antuzzi est étranger; s'il est nommé curé, on peut craindre les divisions et les conflits trop fréquents dans ces pays.

C'est pourquoi le théologien est d'avis de convoquer un nouveau concours.

Décision. Au lieu de se prononcer sur l'avis des examinateurs synodaux et sur la préférence à donner à l'un ou à l'autre des candidats, la S. Congrégation du Concile ordonne de convoquer de nouveau le concours Antuzzi et Cinelli pourront se représenter à l'examen.

Voici le *folium* de la S. Congrégation et le *votum* du théologien.

Beneventana. Concursus. Die 26 januarii 1878. Post obitum reverendi domini Aloisii M. D'Alessandro die 13 junii 1876 vacavit ecclesia archipresbyteralis sub titulo S. Nicolai oppidi vulgo Macchia Valfortore diœcesis Beneventanæ. Hac de re commonefactus Emus archiepiscopus, antequam de idoneo successore prædictam ecclesiam provideret, eamdem æconomi curati titulo gubernandam commisit sacerdoti Joanni Cinelli qui jam antea per plurimos annos modo ut œconomus, modo ut vicarius, eam pluries rexerat perlaudabili zelo et plena curiæ archiepiscopalis satisfactione. Deinde vero ne prædicta ecclesia æque ac aliæ diutius suis viduatæ pastoribus, in spiritualibus aliquod detrimentum paterentur, Emus archiepiscopus publico evulgato programmate pro omnibus ecclesiis vacantibus concursum indixit, omnes et singulos concurrentes monens, ut infra tempus in edicto præfinitum nomen et cognomen et qualitatum, seu requisitorum attestationes cancellario exhiberent.

Infra tempus duo tantum ad prædictam S. Nicolai archipresbyteralem ecclesiam concurrerunt, iique fuerunt sacerdotes Joannes Cinelli, qui meritorum requisita tempore utili obtulit, et Cœlestinus Antuzzi quin aliquod exhibuerit requisitum. Statuta die, facto periculo et ad trutinam utriusque scriptis revocatis examinatores pro-synodales ad effectum deputati sequentem dederunt relationem: « Pro ecclesia archipresbyterali oppidi Macchiæ adprobavimus R. D. Cœlestinum Antuzzi, et reprobavimus R. D. Joannem Cinelli. »

Porro ab hujusmodi examinatorum relatione utpote mala atque aliena ab apostolicis constitutionibus, quæ præscribunt una cum scientia qualitates, mores et cætera concurrentium ad parochialia beneficia requisita scrutari et expendi debere, appellationem ad hanc S. Congregationem interposuit sacerdos Cinelli expostulans, ut acta concursus a curia Beneventana ad vestrum S. Ordinem avocata novo subjicerentur examini, utque prolata ab examinatoribus relatio quovis destitueretur valore.

Hujusmodi accepto libello, ex disciplina S. Ordinis Emum archiepiscopum rogavi pro informatione et voto. Hoc interea temporis ad H. S. Ordinem venit recursus anonymus oppidanorum Macchiæ contra sacerdotis Antuzzi vitæ rationem, mores et fidem, in quo exoratur S. hic Ordo ut fidem ipsis non præstet, sed informationes opportunas a personis haud suspectis sumat. Cum hic libellus ab H. S. C. serio perpenderetur, littera informatoria Eminentissimi arch. pervenit, in qua hæ enarrat : « Ex præmissis liquet quid de bono jure oratoris sit dicendum. Quod ad me attinet, unum ab Emis istis Patribus expostulo, et est, an attenta appellatione antedicta, ad canonicam institutionem adprobati procedere possim. »

Perlecta a S. C. Emi Ordinarii littera, rescriptum editum fuit : « Eidem Emo archiepiscopo qui transmittat acta concursus et quoad institutionem dandam sacerdoti adprobato in eodem concursu stet constitutioni S. M. Bened. XIV *Cum illud semper*, 14 decembris 1742, nisi præmemoratæ institutioni obstare judicaverit libellum heic adjunctum, super quo informationem ac votum edere non dedignetur. » Novis H. S. C. mandatis Emus Archiepiscopus obtemperans, retulit necessarias informationes expetiisse super anonymo libello, a quinque viris ecclesiasticis inter se dissitis locis commorantibus, quos inter adnumeratur episcopus Boianen. Omnes exposita haud veritate niti affirmasse retulit, cum nihil reprehensibile edixerint eumdem quoad mores præsetulisse, et licet non denegaverint ipsum politicis electionibus interfuisse, nunc vero mandatis S. Sedis submissum asseruerunt. Unus autem ex illis, a quibus informationes expostulavit, exposita vera esse aiebat sed novis supervenientibus informationibus, primas fuisse moderatum. Verumtamen epistolium suum concludit his verbis : « Addere vero debeo quod si hæc omnia ante concur- « sum scivissem, eumdem ad concursum non admisissem etc. » Hujusmodi accepto epistolio S. C. non acquievit atque iterum Emum archiepiscopum rogavit ut transmitteret acta concursus ac magis præcise referret, quomodo informationes reformaverit, qui antea asseruerat veras esse omnes imputationes deductas contra sacerdotem Antuzzi. Dum Emi archiepiscopi responsum expectabatur novus libellus quidem anonymus H. S. C. oblatus fuit, sed hac vice contra sac. Cinelli, qui non tam de prava vitæ ratione, quam potius de avaritia, necnon de proclividitate ad politicas opiniones, ac Molinosismi labe arguebatur. Attamen de hoc recursu, eo quod laudabili testimonio a curia archiepiscopali favore Cinelli exhibito repugnabat, nulla ratio ab H. S. C. habita fuit.

Novo præcepto ab H. S. C. transmisso, Emus Ordinarius respondit transmittens copiam authenticam actorum concursus pro ecclesia archipresbyterali curata oppidi Macchiæ hujus diœcesis. Quod vero attinet ad informationes super deductis contra sac. Antuzzi eadem repetit quæ jam dixera circa captas informationes.

Quare S. H. C. denuo mandavit eidem Emo archiepiscopo ut transmitteret originales informationes assumptas quoad ea quæ contra Sac. Antuzzi. deducta sunt. Verum eas transmittere recusavit Emus Archiep. contentus exemplum epistolii mittere illius viri, qui uti aiebat prælaudatus archiepiscopus primas moderatus fuerat informationes cujus literæ tenorem fidelibus EE. VV. oculis subjicio ut rectum valeant hac super re judicium efformare.

Rebus sic stantibus sub die 7 julii anni 1877 sequens edidi decretum : « Ponatur in folio et notificetur episcopo, qui mo- « neat partes causam disceptandam fore in plenario EE. PP. « consessu, eisque præfigat congruum terminum ad dedu- « cendum jura sua coram S. C. ac de resultantibus certioret. »

Omnibus itaque rite absolutis, ad concordationem dubiorum deventum est. Verum cum partium patroni in illis concinnandis haud convenerint, ea, quæ in calce hujus libelli prostant ex officio concinnavi, relicta de more partibus facultate disputandi super dubia in die propositionis causæ. Cum vero hodie quæstio hæc proponatur, præstat summatim referre quæ per allegationes typis editas partium patroni disserunt.

Patronus, qui sacerdotis Antuzzi partem agit, thesim suam defendendam suscipit in duo capita orationem distribuens. In primo capite edisserit hujusmodi concursum validum retinendum esse tam si extrinseca, quam si ejus intrinseca perpendantur. In secundo vero capite, concursus validitate admissa evincere nititur parœciam adjudicandam fore sacerdoti Cœlestino Antuzzi.

Primum itaque orationis caput aggrediens concursum ab extrinseco validum esse demonstrat, quia actus concursus juxta præscriptiones Tridentinas et apostolicas constitutiones initi prorsus fuere. Sane affigitur edictum ut quisque intra designatos dies sua laudis testimonia ostenderet, atque ut diligens inquisitio fiat super concurrentium ætate et moribus. Transacto constituto tempore, qui inscripti sunt examen adimplent coram vicario generali et tribus examinatoribus prosynodalibus. Hi autem idoneum renuntiarunt sacerdotem Antuzzi, postquam, ad tramitem Conc. Trid. sess. 24 cap. 18 de ref. nedum doctrinam et scientiam perpenderunt, sed etiam qualitates moresque ad trutinam revocarunt : « His omnibus simul perpensis, concludunt examinatores, pro ecclesia archipresbyterali oppidi Macchiæ adprobavimus R. D. Cœlestinum Antuzzi et reprobavimus R. D. Joannem Cinelli. »

Verum præter extrinseca, validitatem concursus facilius evinci ait, si respectus habeatur ad intrinseca, seu ad sententiam ab examinatoribus super doctrina et scientia concurrentium emissa, cum ea rationi et theologicæ scientiæ sit plenissime consentanea. Quod ut demonstret satis esse innuit ut perlegantur responsiones a concurrentibus datæ, e quibus aperte scatere ait Antuzzi doctissimum habendum esse præ æmulo Cinelli, idque probare nititur auctoritate voti extrajudicialis emissi a quodam academicæ theologicæ censore. « Lo scritto poi del R. Sig. D. Giovanni Cinelli è molto inferiore al primo, per cui stimo molto savio il giudizio degli esaminatori. Esso ha molti errori e fra questi ve ne sono alcuni assolutamente gravi, come p. e. che colui il quale astretto dalla necessità prende il denaro dall' usuraio pubblico pecca gravemente. La conciuncula poi è stata affatto omessa. » Cum igitur ex his omnibus constare propugnet examinatores prosynodales juxta canonicas sanctiones et præsertim Conc. Trid. sess. 24, cap. 18 de ref. et praxim H. S. C. a Fagnano relatam in cap. *Cum te*, de ætat. et qualit. num. 13, collectim suam edidisse sententiam, sequitur prælaudatum concursum declarandum esse validum. Quaquaversus ergo acta perpendantur, concursum sustineri neminem ambigere posse proclamat, cum omnia a sacris canonibus præscripta fuerint accurate observata.

Post hæc ad secundum caput transvolat asserens parœciam ecclesiæ archipresbyteralis Macchiæ Vallisfortoris sacerdoti Antuzzi adjudicandam esse, eo quod in quolibet concursu veluti contractus initur inter episcopum qui ad examen invitat, et sacerdotem qui sese examini subjicit. Ex hujusmodi autem veluti contractu fluere propugnat, quod qui, præviis investigationibus super doctrina aliisque qualitatibus, idoneus et dignus renuntiatur, jus acquirat ad beneficium assequendum, quo ut quis spoliari valeat, necesse esse ait ut plene et concludenter probetur crimen contra illum suppositum ex S. Rota in decis. 101, p. 23 et seqq. coram Tanario. Atqui alicujus criminis reum esse sacerdotem Antuzzi neque probari, neque asseri posse tenet; ergo suo jure ad parœciam obtinendam quæsito, nullo modo privari posse contendit.

Iis prænotatis urget defensor sacerdotem Antuzzi, utpote ab examinatoribus rite approbatum, privandum haud esse

suo jure sive de doctrin , sive de cæteris qualitatibus ratio habeatur. Porro ratione doctrinæ justam et scientiæ consentaneam fuisse examinatorum sententiam demonstrat ex voto ab academiæ theologicæ præmemorato censore evulgato, ibi : «Stimo molto savio il giudizio degli esaminatori arcidiocesani. » Sed præter scientiam, prædictam parœciam sacerdoti Antuzzi deberi astruit ratione qualitatum ; tum quia ex vulgo perquiratur a curia diœcesana ante approbationem instituto, nihil contra prædictum sacerdotem repertum fuit ; tum etiam quia constare edisserit præstitisse obsequia ecclesiæ præsertim suæ universitatis, sive docendo, sive prædicando, aut utriusque sexus confessiones excipiendo : « dai primi anni dell'ascensione al sacerdozio fin oggi... con grande edificazione pubblica » testatur vicarius foraneus S. Eliæ sub die 17 augusti 1876.

Quæ cum ita sint, nullam rationem habendam esse contendit præfati libelli anonymi adversus sac. Antuzzi studiose conquisiti et post concursum expiscati ; idque fieri debet tam ut removeantur contentiones partium et falsitates, quæ aliter obvenirent ante judicium post examinatorum approbationem, ceu mandat Benedict. XIV in constit. *Cum illud*, § *Si quem clericorum* ; quam ut consulatur dignitatis episcopalis existimationi, cui detrimentum fieret, si episcopi judicium, superioris judicis sententia, irrationabile declararetur. Quæ res sane probaret a publica indictione usque ad diem habiti concursus nullas investigationes super concurrentibus ab episcopo institutas, aut perversos fuisse ad concursum admissos : quam suspicionem profecto nocere episcopali existimationi, nemo est, qui in dubium revocare queat. Quin imo nedum de existimatione episcopis debita, sed de ipsis concursibus jam actum esset, tum ex parte examinatorum eo quod cum eorum munus fere nullius momenti evaderet, episcopis examinatorum deputatio difficilior et fere impossibilis redderetur ; tum etiam ex parte concurrentium, quorum nemo prudens et sapiens propter fraudum timorem et competitoris rejecti malignantia verba audebit periculo sese exponere.

Ex his evenire proclamat quod aut ecclesia parochialis providebitur minus idoneo rectore, aut vacabit manifesto animarum detrimento ; et quod nemo inposterum ad studia incumbet, cum ex illis nullum parochiale beneficium sibi comparare valeret : quæ omnia sunt prorsus removenda quatenus ecclesiæ utilitati perniciosa.

Post hæc, ut magis magisque thesim suam corroboret, quamplura de sacerdotis Antuzzi qualitatibus affert laudis testimonia, quæ viri charactere sacerdotali insigniti scriptis exararunt. Cum igitur sac. Antuzzi universa gaudeat existimatione, evidentissimam assurgere ait anonymi libelli falsitatem. His omnibus addit binas plurimorum concivium petitiones, quibus supplices dant preces EE. VV. ut dignentur quamprimum parœciam adjudicare sacerdoti Antuzzi.

Post hæc concludit Antuzzi defensor concursum sustineri eo quod omnia ad tramitem SS. canonum et præsertim S. concilii Tridentini expleta fuerint ; parœciam vero sacerdoti Antuzzi esse adjudicandam ab examinatoribus approbato quia tum scientia, cujus laudatum in concursu præbuit experimentum, tum eximiæ ejus qualitates ab universo oppidi Macchiæ populo commendatæ, hanc electionem absque ulla dubitationis alea suadent.

His at vero omnibus mordicus obsistit sacerdotis Cinelli patronus, ideoque in duas partes orationem suam dividit. In prima contendit concursum et relationem examinatorum nullimode substineri posse. In secunda vero posita quidem concursus validitate, substinet Cinellium esse approbandum, eique parochialem esse adjudicandam.

Præmissa itaque factorum historia primam orationis suæ partem aggrediens edicit nonnulla a jure pro forma substantiali concursus esse præscripta, quæ si omittantur, nullitatem concursus secumferre. Reclusius, quæst. 1, tit. 2 de devoluta collatione. Porro præscriptum est a literis encyclicis S. C. jussu Clementis XI anno 1721 editis, ut in causa appellationis uti in themate ad « judicem appellationis mittantur, vel acta ipsa originalia concursus clausa, et obsignata, vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum a cancellario concursus, atque altero notario collatum, et auscultatum coram vicario, vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat ordinarius. » Cautum præterea est in præfatis literis encyclicis, « ut unumquodque responsum, et unusquisque sermo, cum ab unoquoque concurrentium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit, atque a cancellario concursus, verum etiam ab examinatoribus, et ab ordinario, vel ejus vicario, qui concursui interfuerint, suscribatur. » Porro hujusmodi formam in themate haud impletam fuisse edicit, siquidem exemplum actorum ad S. Congregationem missum neque a cancellario concursus atque altero notario collatum est, neque coram vicario, vel alio in ecclesiastica dignitate constituto auscultatum, ceu ex actis eruitur. At neque unumquodque responsum, neque unusquisque sermo, excepto ultimo, subscriptus ad tramites juris apparet, prouti acta perhibent, hinc de nullitate concursus ambigi haud posse concludit.

Quod autem pro forma substantiali inducta fuerint, quæ in citatis literis encyclicis continentur, id cæteris omissis probat auctoritate præfati Reclusii loc. cit. n. 89 : « Pro forma similiter substantiali habenda sunt, quæ a S. Congregatione Concilii jussu Clementis XI in citatis literis, et a Benedicto XIV illas confirmante, meliusque explanante in sua constit. 1 *Cum illud semper* fuerunt præscripta, quæque in Tridentino decreto, et Piana constit. desiderantur. Quod repetit sub num. 93. Arguit hinc concursum in themate substineri non posse, et ad rem refert auctoritatem prælaudati Reclusii loc. cit. num. 80 aientis : « Fingamus in parochiali concursu fuisse ab ordinario diligenter servatam a Tridentino concilio præscriptam formam in sess. 24 de refor. cap. 18, confirmatam a Pio V in sua constit. *In conferendis*. Sed ea fuisse prætermissa, quæ in citatis literis encyclicis, et in citat. constit. Benedictina pro forma substantiali fuerunt superaddita, nescio, an inveniri possit, qui hujusmodi concursum tanquam validum audeat substinere. » Quod confirmat auctoritate H. S. C. in *Larinen.* concursus 2 septembris 1758, § *Hæc*. Liborius Sasso nullum fuisse concursum contendit, quia cum in literis encyclicis hujus S. Congregationis datis anno 1721, et approbatis a summis pontificibus Clemente XI et Benedicto XIV cautum fuerit in § *Postremum*, ut unumquodque responsum, et unusquisque sermo cum ab unoquoque concurrentium exhibetur, non solum ab eo qui scripsit, atque a cancellario concursus, verum etiam ab examinatoribus, et ab ordinario, vel ejus vicario, qui concursui interfuerint, suscribatur. Hæc forma servata non fuerit, et desint subscriptiones cancellarii, examinatorum, et episcopi. Quare proposito dubio : « An constet de nullitate concursus in casu? responsum fuit : *Affirmative.* »

Hanc autem nullitatem concursus eo vel magis admittendam subdit, si parumper animadvertatur examinatores in casu intra solius doctrinæ, ac scientiæ limites sese continuisse ; de moribus autem, aliisque ad animarum regimen opportunis qualitatibus minime investigasse. Sane quod Antuzzi requisita haud scrutati fuerint, id patere edicit ex testimonio pro-cancellarii, qui in processu ait requisitorum sacerdotis Antuzzi nullam rationem haberi potuisse eo quod illorum documenta non fuerunt exhibita intra tempus in edicto præfinitum. Quod autem Cinelli qualitates, merita, ac præstita Ecclesiæ servitia haud expenderint, et doctrinæ arcto fœdere haud consociaverint ad tramitem Benedictinæ constitutionis, id ex eo manifestum erui contendit, quod Cinellius sacerdotem Antuzzi longe præcelluisset, ceu duo eximii theologi ab eo consulti in

votis pro veritate tradunt, si præclara ejus requisita perscrutati fuissent.

His at vero omnibus majorem lucem, et robur accedere subdit, si verba informationis Emi archiepiscopi paulisper attendantur, in qua nec vota, nec vestigium existit meritorum, et qualitatum concurrentium, en verba: « Facto periculo die 11 septembris, et peracto scrutinio resolutionum casuum et quæstionum a tribus examinatoribus propositarum, per decretum eorumdem sub die 16 antedicti mensis R. D. Cœlestinus Antuzzi fuit approbatus, et orator reprobatus. » Hac de re concludit examinatores de sola concurrentium scientia investigasse.

Tandem thesim suam evidentiæ fastigium attingere edisserit, si parumper animadvertatur in diœcesi Beneventana methodum, seu consuetudinem existere non expendendi concurrentium qualitates, et merita, nisi prius ob doctrinæ et scientiæ meritum approbationem retulerint. Idque probat verba recitans informationis Emi archiepiscopi in causa *Beneventana* concursus, quæ die 22 maii 1875 penes hanc S. Congregationem acta, ac definita fuit. Quibus positis certum exploratumque esse arguit quod examinatores in themate qualitates ac merita concurrentium haud investigaverint, sed intra solos doctrinæ ac literaturæ limites sese continuerint, ideoque elationem examinatorum uti malam traducendam esse, et concursum patenti nullitate laborare ad monitum Reclusii p. 1, tit. 6 de novo concursu, seu de appellationibus.

Nec objicere valet, prosequitur, quod examinatores *singulorum* concurrentium qualitates et merita scrutatos fuisse retulerint, ceu patet ex relatione in actis existente. Siquidem id ad eos tantum concurrentes referendum esse substinet, qui solius ob scientiæ meritum approbationem reportaverint pro aliis parœciis, (unico enim concursu multæ parochiales ecclesiæ provisæ fuerunt), minime vero ad eos referri posse, qui pro parochia Machiæ Vallis Fortoris examini se subjecerunt; secus enim quomodo conciliari posset, quod examinatores *singulorum* merita expenderint cum eo quod procancellarius in processu adstruit, nullam scilicet rationem haberi potuisse requisitorum Antuzzi eo quod extra tempus utile fuerunt exhibita? Quomodo conciliari posset, quod examinatores asserunt in relatione, cum methodo, seu consuetudine, quam in Beneventana diœcesi existere ait Emus archipræsul in supracitata causa *Beneventana* concursus anni 1875? Ad istam igitur flagrantem contradictionem declinandam necessario admittendum esse instat, quod examinatores haud expenderint requisita concurrentium ad ecclesiam Machiæ Vallis Fortoris, ideoque malam esse eorum relationem.

Nec satis. Adstruit enim examinatores indignum, atque incapacem approbantes male multo fortiori ratione retulisse. Sane tradit Reclusius p. 1 tit. 6 de novo concursu num. 25 quod: « Si examinatores illum ex concurrentibus, seu oppositoribus approbaverint, quod approbare minime poterant velut indignum, atque incapacem, dubitandum non est quod male multo fortiori ratione retulerint, atque judicaverint: propterea quia approbatus fuit, quem a parochiali consecutione canonica jura arcebant etc. » Porro quod Antuzzius hujusmodi indignitatem et incapacitatem præferat, id nedum ex populi recursu ad hunc S. Ordinem misso manifestum erumpere edisserit. sed præcipue ex illis Emi archiepiscopi verbis: « Addere vero debeo, quod si hæc omnia ante concursum scivissem, eumdem ad concursum non admisissem. » Quapropter concludit de nullitate concursus, et de mala examinatorum relatione in casu dubitari minime posse.

Ad secundum vero orationis suæ caput descendens propugnat sacerdotem Cinelli actualem œconomum curatum approbationem mereri, eique parœciam adjudicandam esse. Quod autem approbationem mereatur ex eo evincit, quod amborum concurrentium responsiones ad casus propositos adeo miseræ, atque debiles sunt ut ambo in re theologica morali vel parum, vel nullimode versati judicandi sint ideoque vel ambo approbandi, vel reprobandi erant. Idque corroborat binorum theologorum auctoritate, qui vota pro veritate exararunt. Addit autem, quod dato etiam, et non concesso, quod Antuzzius doctrinæ merito Cinellium in dato experimento aliquantulum superaverit, illud tamen certum esse subdit, quod Cinellius requisitorum præstantia Antuzzium longe præcellat. Sane præter quam quod Cinellius est ætate major, et jam inde a pluribus annis ad confessiones utriusque sexus excipiendas fuit approbatus prævio examine, præterquam quod director existit apostolatus orationis, et reædificator propriis expensis cujusdam publicæ capellæ, præterquam quod plurics et per plures annos extitit coadjutor in cura animarum, ipse ab anno 1860 usque ad annum 1867 fuit œconomus curatus ecclesiæ nunc vacantis, et iterum hoc obivit munus a mense martio 1876 usque ad mensem maium dicti anni quod ei curia archiepiscopalis committens hoc elogium tribuit: « Avendo il R. arciprete domandato a questa curia di apportarsi da cotesta residenza, a trasferirsi a Gambatesa per motivi di salute, affido a lei la cura delle anime, perchè quando ha sostenuta un simile incarico, lo ha disimpegnato con zelo, e prudenza, e con piena soddisfazione di questa curia. »

Quapropter concludit sacerdotem Cinellium eumdem ac Antuzzi, ni forte majorem approbationis gradum promereri, si jura canonica adhuc in honore sunt. Neque hic objici posse subjungit hanc methodum expendendi requisita concurrentium, et arcto fœdere doctrinæ consociandi refragari rationi, atque justitiæ. Siquidem PP. Conc. Trid., et Benedictus XIV maturo consilio id præscripserunt, ideoque incivile, atque injuriosum esset eos de injustitia redarguere. Imo S. Congregatio eo rem perduxit ut dixerit non peccare examinatores si qui minus docte responderit, inter approbatos enumerent ob eximiam pietatem et prudentiam. Cum igitur justitia duce sacerdos Cinelli inter approbatos sit recensendus, illud modo unice inquirendum superesse subjungit, cuinam parochialis sit adjudicanda.

Qua in disquisitione haud multum insudandum esse edisserit. Monet enim sancta synodus Tridentina in proœmio decreti de reformat. sess. 14, episcopos, ut clerici, et præcipue illi, quibus animarum cura, et regimen concreditum est, morum honestate præfulgeant, nam « si eos pravis et corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum vitiis redarguent, qui uno ab eis sermone convinci possent, quod clericos ipsis patiantur esse deteriores? qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes, cum tacite sibi ipsi respondeant eadem se admisisse, quæ corripiunt? » Quæ serio perpendens Reclusius p. 1, tit. 1, n. 25 de incapacib. exquirend. paroch. concludit: « Ad animarum ergo curam assequendam indignus omnino erit, qui scandalo futurus est populo. Non enim valeo concipere quomodo iste populum suum exemplo ædificare possit atque libere ea vitia reprehendere, quibus ipse coinquinatur. »

Porro quænam fuerit sacerdotis Cinelli honestas, et morum probitas jam inde a teneris annis e testimonio sui institutoris et magistri illucescit. Quænam autem vitæ ratio, quinam mores fuerint sacerdotis Cinelli ad sacerdotii dignitatem promoti manifestum erumpere subdit ex testimonio Rmæ curiæ archiepiscopalis, quæ nedum munia gravissima ei commisit, sed arduum animarum regimen calamitosissimis hisce temporibus credidit ejus pietatem, zelum, ac prudentiam commendans. Quænam tandem vitæ ratio, quinam mores sint sacerdotis Cinelli modo œconomi curati munere fungentis ex testimonio ipsius syndici patet, qui parenthelæ vinculo cum Antuzzio jungitur.

At non modo Cinellium, præferendum esse subsumit ob morum honestatem et vitæ probitatem, sed etiam ex eo quod usu, et scientia earum rerum quibus præditum esse convenit animarum curatorem, longe se præstat, quia per plures annos in vacantis parœciæ procuratione versatus est, et servitium vacanti parœciæ diu præstitit. Porro ait Pitonius in *Disceptatione eccles.* 108, num. 17 et seq. « In hac materia si magis idoneus est ille, qui majorem habet aptitudinem ad curam exercendam, certe dubitandum non est aptiorem et digniorem esse Antonium, qui in actu practico curam exercuit comparative ad oppositorem, qui nihil aliud habet, quam miserabilem, et valde curtam theoricam ostensam in examine, et postponendam praxi, et experientiæ tamquam securiori etc. » Fortius autem quia servitium ipsum præstitum in controversa parochiali per plures annos indubitatam de jure prælationem meretur ita ut in concursu aliorum semper præferri debeat, qui in servitio ecclesiæ consumpsit operam, et laborem juxta text. *Nullus invitis,* distinct. 61, ibi : « Habeat unusquisque fructum militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem, in aliena stipendia minime alter obrepat, nec aliis debitam alter sibi vindicare audeat mercedem. »

Tandem præferendum esse Cinellium concludit, quia eum populus maximopere diligit, colit, et ut animarum cura et regimen ei credatur enixe desiderat. Porro scitum in jure esse ait in seligendis pastoribus eos semper esse præferendos, qui populi affectione potiuntur. Ita post canon. *Nec emeritis,* dist. 61, Pitonius loc. cit. n. 24 et seq.

Hisce expositis dignentur EE. VV. sequentia dirimere dubia :

I. An constet de mala relatione examinatorum in casu ? Et quatenus affirmative,

II. An et cui parochialis ecclesia adjudicanda sit in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : Ad I et 2 : Indicatur novus concursus. Die 26 januarii 1878.

Votum consultoris in causa Beneventana concursus. Eminentissimi ac Reverendissimi Domini. — Mandatis R. P. D. pro-secretarii hujus S. Ordinis obtemperans præfati concursus acta omnia et singula diligenter perlegi, et post accuratum eorumdem examen ea quæ sequuntur referenda, et pro veritate exponenda censui.

1. Circa acta hujusce concursus nulla occurrit exceptio facienda cum ad tramites juris fuerint adamussim exarata. Ut nihil tamen omittatur, animadvertendum tantummodo existimo quod in scrutinio ab examinatoribus peracto habetur ipsos nedum scientiam, ac solertiam concurrentium ponderasse, verum etiam inquisivisse « super ætate, morum honestate, prudentia, præstitis Ecclesiæ obsequiis etc. mediante notula compendiaria singulorum concurrentium (qui plurimi fuerunt ob alias etiam parœcias obtinendas) meritorum per D. pro-cancellarium nobis tradita, » cum tamen ipsemet pro-cancellarius affirmet in processu verbali quod « D. Cœlestini Antuzzi nulla habetur ratio requisitorum, seu meritorum antecedentium quia documenta illorum non fuerant exhibita infra tempus in edicto pro concursu præfinitum. » Quæ duo quomodo conciliari possint non video.

2. Duo tantum fuerant concurrentes pro parœcia Machiæ, nempe D. Joannes Cinelli, qui actu est œconomus prædictæ parœciæ, et D. Cœlestinus Antuzzi; ambo in ætate 36 annorum constituti, et fere iisdem requisitis præditi, et nihil contra utriusque agendi rationem et mores in archivio detectum fuit.

3. Novem casus morales solvendi a tribus examinatoribus propositi fuere, qui insimul vigintiquatuor quæsita complexive amplectebantur.

4. Affirmari jure potest quod ambo concurrentes nullum experimentum præbuerint in conciuncula super evangelii textu iisdem proposito, quia D. Cinelli sex vel septem tantum lineas conscripsit, quæ potius litteralem textus explicationem, quam expositionem, et concionem exhibent : D. vero Antuzzi scripsit utique septem folii integras paginas, et quidem sufficienti, et bono stylo, sed omnino uti dicitur cecinit extra chorum cum aliam concionem, quam forsan optime meminerat, textui proposito applicavit quin cum ipso vel minimam relationem haberet.

5. In scrutinio ab examinatoribus facto, et debito instituto examine, sequens inter alia pro aliis parœciis prolatum fuit judicium : « pro ecclesia archipresbyterali curata sub titulo S. Nicolai episcopi oppidi Machiæ.... adprobavimus R. D. Cœlestinum Antuzzi, et reprobavimus R. D. Joannem Cinelli. »

6. Ab hujusmodi judicio, seu a mala examinatorum relatione appellavit ad H. S. Ordinem sacerdos Cinelli, de quo modo agendum nobis est, et an bene vel male appellaverit votum meum quodcumque illud sit, expostulatur.

Hisce itaque expositis ac prænotatis, et diligenter responsionibus ad singulos casus ab ambobus concurrentibus datis ad trutinam revocatis, meam sententiam sincere patefaciam. Dico itaque imprimis quod ambo concurrentes miserrimas, ac debiles in genere dederunt responsiones, ac moralis theologiæ principiis vel nullimode, vel parum confirmatas, nonnullas ex hisce responsionibus *casu* protulisse videntur, et in nonnullis sensum quæstionis haud attigisse certum est; quæ omnia præsertim pro concurrente, et appellante Cinelli locum habent. Ex viginti quatuor, uti dictum est, quæsitis, quibus novem propositi casus constant, sacerdos Cinelli quatuordecim vel quindecim nullimode satisfecit, aliis vero eo fere modo quem prænotavi. Sacerdos vero Antuzzi septem vel octo male satisfecit, aliis mediocriter, et aliis bene sed modo prædicto. Attamen indubium est quod comparative ad alium concurrentem Cinelli meliorem se exhibuit sacerdos Antuzzi, et majorem exhibuit peritiam, atque omnibus insimul spectatis sufficientiam ostendit, et sub hoc respectu examinatorum judicium quoad utrumque merito sustineri potest, indubiumque est nullam injuriam sacerdoti Cinelli eosdem examinatores irrogasse, quemadmodum attentis omnibus saltem in infimo gradu approbationem promeruisse sacerdotem Antuzzi.

Quæstio modo institui potest utrum præfatus sacerdos Antuzzi dignus revera habeatur qui parœciam obtinere valeat. Siquidem habetur in positione recursus vere gravissimus contra ipsius fidem, mores, et politicas opiniones : attamen animadverti debet quod talis recursus est omnino *anonymus* nec ullum profertur documentum quo a recurrente asserta aliquatenus confirmentur. Insuper informationibus ab Emo archiepiscopo expostulatis, et facta ab eodem debita inquisitione a quinque fide dignis personis, ad H. S. O. retulit quod juxta quatuor responsiones expositæ incriminationes expunguntur omnino, et quintus qui jam omnia confirmaverat. postea in pluribus modificavit datam relationem : attamen idem archiepiscopus concludit quod « si prius hæc scivisset, profecto ad concursum non admisisset. » Interim sacerdos Antuzzi undecim documenta ad hunc S. Ordinem exhibuit in quibus fere omnes parochi Beneventani et seminarii rector bonam ipsius vitæ et morum agendi rationem quam maxime commendant.

Porro habetur quoque in positione et alius fere consimilis recursus, sed pariter *anonymus* contra sacerdotem Cinelli in quo ipsius ambitio, avaritia, et proclivitas ad novas politicas opiniones affirmantur, atque insuper Molinosismi labe affectus asseritur; at de hisce omnibus gravissimis accusationibus nullum pariter authenticum profertur documentum, ac proinde sub hoc respectu ambo concurrentes in æquali conditione reperiri dicendi sunt.

Attamen in hujusmodi ut ita dicam reciproco certamine cum jam a multo tempore sacerdos Cinelli œconomatum præfatæ parœciæ exerceat, et tam ipse quam ipsius familia ad idem Machiæ oppidum pertineat, si modo ipsi succederet sacerdos Antuzzi, qui eidem oppido est extraneus, quot et quænam suscitari possent quæstiones, jurgia, dicteria, contentiones, atque etiam malæ plebis odium nemo est qui non videat, habito præsertim respectu ad mores et consuetudines satis superque notas illorum locorum.

Attentis itaque omnibus huc usque expositis, et ut meam primitus conceptam opinionem candide exponam, concludere mihi liceat, quod, si fieri posset, cuperem quam maxime ut concursus renovaretur, quod forsitan fieri posset ex eo quod sacerdos Antuzzi unice ab examinatoribus approbatus sua requisita elapso jam tempore præfinito exhibuerit, et prout cancellarius affirmat, « nulla eorumdem haberi potuit ratio. » Ad tramites autem strictæ, et rigorosæ justitiæ examinatorum judicium, ut jam supra fatebar, susteneri posse censeo ; salvo semper etc.

Datum etc. hac die 8 julii 1877.

IRRÉGULARITÉ

Epilepsie. Atteintes pendant le sommeil. Comme elles ne produisent pas les suites ordinaires, le médecin est d'avis que ce n'est pas l'épilepsie proprement dite. Recommandation de la part de l'évêque. Disette de prêtres en Italie. Dispense accordée par la S. Congrégation.

Les saints canons défendent de conférer les ordres aux épileptiques. Canon *Communiter*, 3, distinction 33. Il faut que plusieurs années se passent sans rechute afin que l'epileptique puisse être ordonné. En certains cas les atteintes ne se produisent que pendant le sommeil.

Pascal Ruffa, du diocèse de Tropea, âgé de 29 ans, a représenté dans une supplique à la S. Congrégation du Concile ce qui suit : « Ayant pris l'habit ecclésiastique et désirant vivement suivre la carrière ecclésiastique pour servir Dieu et l'Eglise, qui commence à manquer de prêtres, il implore la dispense pour recevoir les saints ordres. Depuis treize ans il est sujet à des atteintes d'épilepsie qui n'ont lieu que la nuit et dans le plus profond sommeil. Elles n'ont jamais laissé de trace dans les facultés mentales. »

Mgr l'évêque recommande le recourant, en ces termes : « Sa conduite est très-bonne et son instruction suffisante. Ce sera une consolation pour mon cœur de pouvoir assurer un prêtre de plus à mon diocèse, qui a commencé à sentir un besoin positif. Le manque d'ecclésiastiques et le défaut de vocations augmente de jour en jour. Ruffa a des qualités peu communes. Il a pris la soutane malgré l'opposition de sa famille. »

Un médecin a examiné Ruffa et il a délivré l'attestation qui suit : « Le soussigné, docteur en médecine et en chirurgie, certifie, par rapport à la névrose sous forme épileptique dont souffre M. Pascal Ruffa : 1. Les accès convulsifs depuis la puberté, ayant toujours été nocturnes, n'ont jamais été observés par un médecin. On ne peut donc établir scientifiquement si les convulsions prennent la forme ou le caractère épileptique. 2. Ces convulsions sont causées par la dépression du système nerveux ; elles dérivent d'abstinences excessives. 3. Les diverses phases et les suites des accidents indiquent que la maladie appartient plutôt au type épileptiforme qu'à l'épilepsie essentielle ; en effet, les attaques irrégulières se renouvellent à plusieurs mois d'intervalle, et toujours la nuit. Elles ne laissent pas les suites ordinaires, telles que l'émission involontaire de l'urine et des excréments durant le paroxysme, déchirements de la langue, trouble physique ou mental, taches de différentes dimensions sur la peau. En un mot, on ne trouve pas ici la physionomie caractéristique de l'épilepsie. Les facultés mentales demeurent dans leur intégrité normale avant et après les attaques. »

Puisque les accidents ne se produisent que la nuit, Ruffa pourra sans inconvénient monter à l'autel. Sa maladie n'est pas essentiellement l'épilepsie, c'est simplement une forme extérieure de cette infirmité. Ses excellentes qualités, son instruction, les marques de vocation qu'il donne, la disette de prêtres qui se fait sentir dans le diocèse, voilà des motifs légitimes pour accorder la dispense.

Decision. La S. Congrégation est d'avis d'accorder la dispense et l'habilitation pour les ordres mineurs et majeurs. Rome, le 26 janvier 1878.

Tropien. Dispensationis ab irregularitate. Die 26 januarii 1878. Paschalis Ruffa diœcesis Tropiensis in annorum ætate viginti et novem constitutus Sacratissimum Principem adiit, exponens : « che avendo di già indossato l'abito clericale, desiderando ardentemente d'intraprendere la carriera ecclesiastica per servire Dio, e la Chiesa, che nella sua diocesi incomincia a difettare di sacerdoti..... nella notte solamente, e proprio nel sonno profondo, da tredici anni a questa parte, ha sofferto delle scosse epilettiche, le quali mai non gli hanno lasciato alcuna traccia nelle facoltà mentali, cosi implora la necessaria dispensa » ad hoc ut ad ordines sacros promoveri possit.

Preces hujusmodi litteris commendatitiis Rmi episcopi comitatæ fuere, qui dum exposita ab oratore auctoritate sua confirmaverat retulit quod orator : « è fornito di ottima morale e di sufficiente istruzione..... che sarà una consolazione pel mio cuore il potere assicurare altro sacerdote per la mia diocesi, che ha incominciato a sentire positivo bisogno. »

Hisce acceptis sub die 23 junii episcopo scribere mandavi ut transmissa jurata medici fide magis præcise referret, « an morbus tresdecim abhinc annis incœperit, vel cessaverit, et an probabiliter reviviscere poterit vel ingravescere. »

Accepto medici, licet non jurato, testimonio inferius ex benignitate legendo, necnon urgentioribus præsulis literis gratiam a Summo Principe pro Paschale expostulantis propter « la scarsezza degli ecclesiastici ed il difetto delle vocazioni che alla giornata vanno crescendo, » necnon propter « le non volgari qualità del Ruffa che non ostante le spiccate resistenze dei suoi ha vestito l'abito clericale » rescriptum edidi : *Per summaria precum.*

Cum igitur hodiernis in comitiis causa isthæc pertractanda veniat, nonnulla de more duxi adjicere in jure.

Et primo obstat Paschalis promotioni dispositio cap. *Communiter*, 3, dist. 33, ubi præcipitur epilectico, seu caduco morbo laborantes a sacrorum ordinum susceptione, vel exercitio arcendos esse. Gloss. in dic. cap. v. *Communiter* et *De iis.* Ferraris, v. *Irregularitas*, art. 1, num. 12 : « Sicuti enim lex

mosaica non permittebat ægros tangere sacra; multo ergo minus in novo testamento demoniacis, caducis et furiosis debet hoc permitti. » Gloss. in cap. v dict. distinc. v. *Usque adeo.*

Ad hoc autem ut promoveri posset necesse esset, ut per plures annos signa dicti morbi non dedisset, juxta præscriptum S. C. in *Tudertina* 9 julii 1704 apud Monacell. tom. 2, tit. 13, formul. 3, num. 36, ibi : « Clericus...qui levi epilepsia semel affectus fuit, et deinde per plures annos amplius dicti morbi signa non dedit, promoveri poterit. Sed in facto est oratorem comitiali morbo tresdecim abhinc annis infectum reperiri, quin umquam recuperatæ valetudinis signa dederit. Ergo a promotione ad S. Ordines arcendus videretur. Nec propterea gratia donandus, quia agitur de promovendo, quo in casu canonum rigores magis a S. Ordine attenduntur, pronti inter ceteras resolutiones docent *Comen.* 6 maii 1775, et *Firmana* irregularitatis 24 maii 1823.

Neque dicendum Paschalem in themate levi epileptico morbo, perraro, tempore quo mortalia somnus habet, ac gravi somno immersum afflictatum esse. Etenim experientia teste recolendum est progressu temporis dictum morbum in dies magis magisque ingravescere, proindeque fieri potest ut eveniat in die quod nunc accidit sub silentio noctis. Cum itaque præfatus Paschalis nullo sit ordine insignitus, difficilius ex hoc periculo gratiam assequi posse putarem.

Ex adverso perpendendum est de morbo in themate agi absque culpa contracto, ex quo absoluta non oritur irregularitas; sed tamdiu facit ut quis irregularis habeatur, quamdiu ex medicorum judicio ad altare morbum passus tuto posset admitti. Schmalzgrueb. in jus can. tom. 1, part. 3, tit. 20, num. 11. Atqui si perpendatur quod orator per tresdecim annos perraro, ac solummodo nocturno tempore epileptico morbo abripitur, et numquam in die, perfacile deprehenditur quod ipse ad altare tuto possit accedere, quare in ipsius votis concedendum videretur. Eo vel magis quia ex medici attestatione manifeste apparet, hujusmodi morbum non esse essentialiter epilepticum, sed tantummodo extrinsecam quamdam dicti morbi formam præseferre. Juvat ejus verba referre, ibi : « Il sottoscritto dottore in medicina e chirurgia... certifica relativamente alla nevrosi a forma epilettica ond'è affetto il signor Pasquale Ruffa di Domenico : 1. Che essendo gli accessi convulsivi sin dall'epoca della pubertà dell'individuo sempre notturni, non vennero mai osservati da alcun medico. Non è perciò dato scientificamente stabilire, se le convulsioni abbiano la forma, o l'essenza epilettica. 2. Che dette convulsioni assalirono il paziente per cagioni deprezianti la forza nervea, essendo comparsa in seguito ad astinenze del consueto nutrimento. Sono perciò effetti di momentanea anemia. 3. Che l'intero processo nevrotico nelle sue varie fasi e conseguenze mostra con più probabilità appartenere al tipo epilettiforme, e non all' epilessia essenziale, perchè irregolarmente assale con intervalli di varii mesi sempre nelle ore notturne, senza quei postumi che sogliono tener dietro agli eccessi epilettici, come sarebbero : Emissione involontaria durante il parosismo di urina, fecce ecc., lacerazioni della lingua, turbamento fisico o mentale, chiazze di svariata dimensione simili a morsicature di pulci su la cute, e finalmente perchè manca quella fisionomia propria del morbo, e tutte le facultà mentali sono in tutti i tempi e prima e dopo degli eccessi sul medesimo stato d'integrità normale. »

Accedit eumdem optimis præditum esse moribus, sufficienti pollere scientia, sincera vocatione ductum ad ecclesiasticum statum amplectendum, ejusque operam non solum utilem, verum etiam necessariam attento sacerdotum defectu in diœcesi, quæ jam (sunt verba episcopi) « ha incominciato a sentire positivo bisogno. »

Hæc sunt quæ pro et contra breviter exponenda putavi. Videant nunc EE. VV. quonam responso dimittendæ sint preces oratoris in casu.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Pro gratia dispensationis, et habilitationis, facto verbo cum Sanctissimo.* Romæ, 26 januarii 1878.

MESSE CONVENTUELLE

Les chapelains qui célèbrent la messe conventuelle les jours fériaux doivent l'appliquer pour les bienfaiteurs. Le Saint-Siége dispense rarement. Chapelains de la cathédrale de Volterra. Revenu montant à peine à 100 fr. Impossibilité de prélever sur la masse commune la rétribution de la messe conventuelle. La S. Congrégation accorde pour dix ans la permission d'appliquer deux messes par mois. Décision du 26 janvier 1878.

Le prieur de la congrégation des chapelains de la cathédrale de Volterra a représenté ce qui suit : Une décision de la S. Congrégation du Concile, en date du 6 mai 1865, imposa aux chapelains qui ont une masse distincte et séparée de celle du révérendissime chapitre des chanoines de la cathédrale, l'obligation d'appliquer à leurs frais la messe conventuelle pour les bienfaiteurs les jours où, conformément au rite, cette messe n'est pas chantée et appliquée par le chanoine hebdomadier aux frais de la masse capitulaire. Auparavant, lorsqu'un chapelain, les jours fériaux, célébrait la messe conventuelle, on faisait une sorte d'échange : le chanoine hebdomadier appliquait à l'intention du chapelain hebdomadier, et celui-ci appliquait la messe conventuelle pour les bienfaiteurs, pour le compte de la masse capitulaire. Chacun conservait son honoraire. La congrégation des chapelains n'ayant pas de fonds spécial pour faire face aux applications de la messe conventuelle, on décida, d'après le conseil et avec le consentement de l'autorité ecclésiastique, de fixer un certain nombre de messes réduites ensuite à 240, pour remplir le but. Elles furent détachées des obligations inhérentes à la corporation, et l'on répartit entre les chapelains le petit nombre de messes qui restaient après les 240, à raison des applications que faisait le chapitre les jours de rite supérieur où la messe conventuelle était célébrée par le chanoine hebdomadier, comme il a été dit plus haut. Mgr Pangioni, d'heureuse mémoire, décédé subitement le 17 avril 1873, avait fait des observations très-justes sur l'autorisation précédemment donnée, et il avait exprimé à son vicaire général le désir que la corporation des chapelains réglât sans retard une chose aussi importante. Aujourd'hui ladite corporation, avertie de l'irrégularité du système qu'elle a suivi jusqu'ici et invitée à y obvier, s'adresse, par l'intermédiaire de son prieur, à Votre Sainteté et demande l'absolution du passé et la permission de continuer d'appliquer la messe conventuelle de la façon indiquée plus haut. Il n'y a pas d'autre moyen praticable, vu la déplorable situation économique où l'on est, situation aggravée par les contributions que le gouvernement perçoit. La corporation a contracté 7238 livres de dettes ; si cela continue, son patrimoine sera absorbé et l'existence de la congrégation sera menacée. »

Mgr l'évêque confirme la vérité de l'exposé. Le chapitre n'a pas émis d'avis, parce que la corporation possède un patrimoine distinct de celui des chanoines, dépendant uniquement de l'ordinaire qui reçoit les comptes annuels.

D'une part, l'application de la messe conventuelle incombe à tous ceux qui possèdent des bénéfices choraux, dignités, chanoines, mansionnaires des cathédrales et des collégiales. C'est la principale partie de l'office. La constitution de Benoît XIV *Cum semper oblatas* impose l'obligation d'appliquer la messe conventuelle aux chapelains comme aux chanoines. Les chapelains sont incontestablement tenus de célébrer la messe conventuelle. La décision du 6 mai 1865 est formelle, car elle ordonne de faire appliquer d'après la taxe synodale et de prendre la rétribution sur le revenu de la masse. Chaque chapelain perçoit annuellement plus de 60 écus (320 francs). Au surplus la messe conventuelle étant une charge inhérente à la chapellenie chorale, on devrait l'appliquer sans rétribution.

D'autre part, la S. Congrégation ne refuse pas la réduction de la messe conventuelle lorsque les revenus diminuent et deviennent insuffisants. Il n'est pas rare, surtout pour les collégiales, que l'application de la messe conventuelle soit limitée aux dimanches et fêtes. Voici, d'après les renseignements que Mgr l'évêque a envoyés, la position des chapelains : « Les distributions ne sont que de 10 et de 16 centimes par jour. Le revenu des chapelains est de 84 livres pour les uns et de 100 livres au plus pour les mieux favorisés. Ceux qui sont assidus à l'office reçoivent à la fin de l'année une gratification qui a été de 40 livres dans les trois dernières années. Il est parfaitement vrai que le collége des chapelains est dans l'impossibilité de prélever sur son patrimoine une rétribution particulière pour la messe conventuelle, *pro benefactoribus*. Après avoir examiné l'état du patrimoine, je trouve que l'excédant n'est que de 54 livres, lequel est incertain à cause des impôts et que l'on partage actuellement comme gratification entre les chapelains les plus assidus. »

Mgr l'évêque est d'avis qu'il faut tolérer la pratique actuelle tant que les charges publiques seront aussi grandes qu'en ce moment.

Décision. La S. Congrégation accorde l'absolution du passé, moyennant une messe chantée, à laquelle tous les chapelains devront assister. Quant à l'avenir, le collége des chapelains continuera à déposer deux cents livres par an en augmentation de leur patrimoine. L'application sera réduite à deux messes par mois pendant dix ans. Rome, 26 janvier 1878.

Voici le *folium* de la S. Congrégation. Les passages italiens qu'on y remarque sont traduits plus haut.

Volaterrana. Absolutionis et reductionis. Die 26 januarii 1878. Prior congregationis capellanorum ecclesiæ cathedralis Volaterræ sacratissimum principem supplici libello adivit exponens : Che fino da quando nel 1865 la congregazione suddetta in forza di una decisione della S. Congregazione del Concilio in data del di 6 maggio dell' anno suddetto venne obbligata, come avente massa separata e distinta da quella del revmo capitolo dei canonici della cattedrale suddetta, a soddisfare a proprio carico all' applicazione della messa conventuale pei benefattori in quei giorni nei quali per regola di rito non vien cantata ed applicata dal can. eddomadario a carico della massa dei canonici, mentre prima dell' anno surriferito, quando dal capellano nei giorni feriali si cantava la messa conventuale facevasi la commutazione dell' applicazione fra il canonico eddomadario che applicava per l'obbligo particolare del capellano eddomadario e questi che applicava per i benefattori a carico della massa capitolare, riten en dosi da ciascuno il proprio stipendio a forma di quanto fu esposto alla S. Congregazione del Concilio in occasione della vertenza su tale oggetto tra il capitolo e la congregazione. La congregazione suddetta non avendo un fondo speciale che potesse far fronte alle applicazioni della messa conventuale, dietro l'insinuazione, ed il consenso dell' autorità ecclesiastica di questa città, si determinò ad assegnare un numero di messe che furono poi ridotte a 240, affinchè servissero a detto scopo, staccandole dagl' obblighi inerenti alla congregazione medesima, spartendo quindi tra i diversi capellani quel piccolo numero di messe che potevano sopravanzare sulle 240, attese le applicazioni che durante il corso dell' anno si facevano a carico del rmo capitolo allorquando nei giorni di rito maggiore cantavasi la messa conventuale dal revmo canonico di settimana come sopra è stato accennato. Mons. Targioni di f. m. prima della sua improvvisa morte avvenuta il 17 aprile 1873 avea fatte le sue giuste osservazioni sul permesso accordato antecedentemente di tenere quel modo di applicazione ed avea esternato al suo vicario generale il desiderio che la congregazione si fosse data sollecita premura per sistemare una cosa di tanta importanza.

« Oggi pertanto la prefata congregazione fatta avvertita di questo suo irregolare procedere da essa incolpevolmente tenuto fin qui e richiamata a provvedervi, si rivolge per mezzo del suo priore alla Santità Vostra alla quale porge umili istanze, affinchè si voglia degnare di concedere benigna sanatoria su quello che da essa è stato fin qui operato e di accordarle la grazia di proseguire a fare l'applicazione della messa conventuale nel modo sopra indicato, non essendovi in pratica altro mezzo attuabile, attese le infelicissime condizioni economiche in cui si trova, rese ancor più infelici dalle ingiuste vessazioni ed esigenze del governo, che oltre a tutte le altre gravose tasse a tutto il 1870 fece debitrice la congregazione di lire 7238, 67 per arretrato della così detta tassa straordinaria del 30 per 100, qual pretesa, almeno fin qui, è rimasta sospesa, ma quando fosse nuovamente affacciata e risoluta, come è da temersi, sfavorevolmente alla suddetta congregazione, produrrebbe per necessaria ed inevitabile conseguenza la cessazione della sua esistenza, poichè cumulando l'arretrato suddetto col nuovo fino all' anno corrente verrebbe a distruggersi quasi totalmente il ristretto patrimonio della medesima. »

Precibus benigne acceptis die 13 aprilis 1877 rescribendum censui episcopo pro informatione et voto audito capitulo, referat de legitima petitionis causa. Mandatis hujusce S. Ordinis obtemperavit ordinarius referens quod capitulum « ha creduto di non emettere voto alcuno per la ragione che la congregazione dei capellani ha un patrimonio tutto a se e distinto da quello capitolare e dipendente solo d'all' ordinario diocesano, a cui ogni anno deve essere sottoposta l'amministrazione per l'analoga revisione. »

Hisce præhabitis reverendissimus præsul in informatione, de qua inferius redibit sermo, addit preces capellanorum veritati omnino inniti et EE. VV. religioni, etiam atque etiam hos miseros sacerdotes commendat, ut saltem ad tempus eorum preces benigno favore prosequi dignentur.

Quibus absolutis, rescriptum hoc editum fuit : *Per sum-*

maria precum. Cum vero hodiernis in comitiis causa proponatur, præstat aliquid, ceu moris est, animadvertere.

Et quoad absolutionem, ipsam haud concedendam esse putarem. Siquidem missæ pro benefactoribus a capitularibus applicandæ sunt ex justissimo pietatis officio quod non facile remittendum est ad tradita per Benedictum XIV in celeberrima constitutione *Cum semper oblatas*. Eo vel fortius quia, si memoria recolatur resolutio hujus S. Ordinis edita die 6 maii 1865, in qua definitum fuit capellanos ad sacri conventualis applicationem teneri, omnis bona fides capellanorum asserta in supplici libello evanescit. Cum igitur a themate bona fides capellanorum circa omissionem conventualis exulat, atque supersit reditus ex quo onus missæ conventualis impleri queat, uti inferius patebit, oratorum preces super hoc capite rejiciendæ viderentur.

Multoque minus reductionem indulgendam esse putarem. Siquidem pontificii juris censura docemur sacrum conventuale perlitandum quotidie fore ab omnibus, dignitatibus, canonicis, mansionariis ecclesiarum cathedralium et collegiatarum, cæterisque clericis beneficia choralia obtinentibus. Audi sane celeberrimum pontificem Benedictum XIV in constitutione *Cum semper oblatas*, § 12, ibi : « Quicumque in eadem « ecclesia sive dignitatis sive canonicatus sive mansionariatus « sive beneficia choralia obtinent et missam conventualem « suis respective vicibus celebrant. » Et jure optimo : est enim præcipua officii divini pars, cap. *De his*, dist. 12, Gloss. in Clement. 1 de celebrat. miss.

Atqui capellani ecclesiæ cathedralis Volaterræ beneficia choralia obtinent. Quare extra dubitationis aleam positum est ipsosmet teneri suis respective vicibus ad sacrum conventuale celebrandum. Alias enim absurdum esset, ut capellani ipsimet partem dumtaxat, minusque præcipuam divinorum officiorum, quæ unum onus diei efformant, explere deberent. Affabre igitur amplissimus vester Ordo hac in causa ventilata in comitiis habitis die 6 maii 1865 proposito dubio 11 : « An quæ et ex qua massa retribuenda sit capellanis eleemosyna pro applicatione missæ conventualis in casu? consultissimum responsum protulit : *Affirmative in taxa synodali ex massa congregationis capellanorum etc.*

Tandem capellanorum votis obicem parat constans et perpetua praxis hujus S. Ordinis. Siquidem plenariam exemptionem ab applicatione conventualis unquam concessam fuisse nullibi in Thesauro Resolutionum invenire datum est, ceu habetur in una *Civitatis Plebis* missæ conventualis 24 aprilis 1830.

Incassum obtrudunt capellani redituum tenuitatem. Nam hac etiam retenta capitulares omnes tenentur per turnum missam canere juxta doctrinam Fagnani cap. *Ut abbates* num. 82, 83, de ætate et qualit. præficiend. Imo cum sit onus beneficio adnexum debet hæc missa applicari etiam sine eleemosyna. Ita Pignatell. tom. 1, consult. 321. num. 1 et seqq. Ursaya, tom. 2, part. 1, disc. 32, num. 7 et seqq. Ferraris in Bibl. verbo *Canonicus*, art. 5, num. 76. Benedictus XIV constit. cit.

Præterea redituum tenuitas toties tenues in auras abit, quoties nummi, pactis usuris, argentariis creduntur. Porro capellani pecuniam occuparunt, uti ex eorum confessione patet, « già da due anni..... a migliorare in qualche modo le proprie condizioni col fare un qualche deposito in cassa fruttifera chenei detti due anni è stato di lire 200. » Quare redituum tenuitas haud liquet. Eo vel magis, quia ex actis, quæ producta fuerunt anno 1865 constat quemlibet ex capellanis de facto percipere annuum reditum plusquam 60 scutatorum.

Ex adverso sanationem circa missas non celebratas, quas virtute resolutionis superius citatæ pro benefactoribus capellani applicare debuissent, videtur concedenda. Quandoquidem absolutio conceditur pro præteritis omissionibus, si pia onera absque culpa non fuere impleta, neque jam superest ex quo impleri possint. Cum igitur ex enarratis scateat absque capellanorum culpa sacrum conventuale non fuisse celebratum, neque jam supersit ex quo litari possit, absolutio pro præteritis omissionibus erit concedenda, uti respondit Sac. Congr. in *Faventina* missæ conventualis 21 septemb. 1861, in *Mazzarien* 18 augusti 1821, et iterum in *Mazzarien* reductionis et absolutionis 14 decembris 1822.

Imo et petita reductio concedenda videtur. Etenim justa intercedente causa missæ conventualis suspensio aut reductio ad aliquod tempus conceditur, veluti colligendum prostat ex *Messanen*. 14 decembris 1822 in qua reductio cohibita fuit ad decennium; ex *Arimin*. 18 septemb. 1751 in qua rescriptum fuit : *Pro gratia reductionis ad dies festos tantum attenta et perdurante tenuitate redituum*, et ex *Mazzarien*. 20 decembris 1862 in qua dictum fuit : *Affirmative ad dies festos de præcepto tantum ad decennium, si tamdiu*, etc. *facto verbo cum SSmo*. Profecto inter justas causas recensetur præbendarum tenuitas, quæ demptis oneribus, 30 scutata non excedat, uti Sacra Congregatio censuit in *Amerina* 18 sept. 1751, in *Taurinen* 10 julii 1790, et *Camerinen*. 14 decembris 1793.

In præsenti autem themate hæc causa occurrit. Consule sane oratores capellanos in supplici libello : « È inutile poi fare rilevare alla Santità Vostra le meschinissime distribuzioni che vengono elargite ai capellani e sostituti che sono tra i 10 e 16 centesimi per cias cun giorno feriale, in guisa che compreso l'aumento di lire 50, 40 all'anno, ciascun capellano e sostituto va a lucrare annualmente la tenue somma che dal minimo al massimo per gli ufficiali si estende dalle lire 84 alle 100, alle quali per i soli capellani che frequentano con diligenza il coro si deve aggiungere una retribuzione a titolo di regalia che suole essere maggiore o minore a seconda dei maggiori o minori avanzi e che per l'ultimo triennio è stato di lire 40. » Nec satis : Præsul enim favore capellanorum hæc subdit in informatione : « È pur troppo vero che la detta congregazione si trovi nella impossibilità d'imporre sul proprio patrimonio l'onere di una particolare elemosina per la messa conventuale *pro benefactoribus* alla quale furono tenuti con venerato rescritto del dì 6 maggio 1865. Infatti avendo preso io in esame lo stato del patrimonio della congregazione de' capellani mi è risultato un avenzo di sole lire 54, 41, il quale è oscillante per ragione delle imposte, e che di presente è diviso come regalia fra i capellani più diligenti. » Quare missæ conventualis reductio ad tempus merito elargienda esse videretur.

Cui conclusioni subscribendum insuper suadet Revmi antistitis votum quod ita se habet : « Non mi rimane che rimettere il mio rimessivo parere, come mi comenda l'eminenza vostra rma e sarebbe che finchè non vengano diminuite l'eccessive pubbliche gravezze, oppure finchè coll' annuo risparmio delle suddette lire 200 la congregazione dei capellani non abbia constituito un capitale che sia bastante col frutto a dare la richiesta elemosina, si tolerasse che la congregazione dei capellani di questa cattedrale proseguisse a far l'applicazione della messa conventuale come è stato praticato fin qui in questi ultimi anni. »

His itaque expositis, videant EE. VV. quonam responso preces capellanorum ecclesiæ cathedralis Volaterræ sint dimittendæ.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : « Prævia « celebratione unius missæ cum cantu universa adstante capel- « lanorum congregatione, pro gratia sanationis quoad præteri- « tum; quo vero ad futurum, firmo remanente deposito, de « quo in literis episcopi, firmaque pariter remanente celebra- « tione missarum conventualium quoad præsentiam, pro gratia

« reductionis quoad communem applicationem ad duas missas « in singulis mensibus, ad decennium, si tandiu, etc. Romæ, « 26 januarii 1878. »

DISTRIBUTIONS

Résidence des chanoines. L'indigence excuse-t-elle de la résidence? Cathédrale de Léon en Espagne. Le gouvernement espagnol ayant suspendu le traitement ecclésiastique, quelque chanoines se retirent dans leur famille. Doit-on les priver des distributions et du revenu correspondant à la durée de l'absence. Décision de la S. Congrégation du Concile du 26 janvier 1878.

Les chanoines qui s'absentent de l'office perdent les distributions quotidiennes et même le revenu de leur prébende. La fabrique de l'église profite de ce revenu ; si elle n'en a pas besoin, les lieux pies ou les pauvres du pays le reçoivent.

En 1871, Joseph-Marie Vidaly Cruz fut nommé chanoine de la cathédrale de Léon. Au mois d'août 1876, il obtint un canonicat dans l'église métropolitaine de Compostelle. Pendant ces cinq années il résida rarement à Léon. Le gouvernement ne payant pas le traitement, Vidal, pour ne pas mourir de faim, fut obligé de se retirer dans son pays natal.

Le chapitre de Léon a retenu tous les revenus de la prébende et les distributions pour tout le temps où Vidal s'est absenté. Celui-ci a porté plainte à la S. Congrégation.

Mgr l'évêque, dans son information, distingue deux époques dans l'absence du chanoine Vidal. Quant à la première, qui va jusqu'au 15 janvier 1875, où le gouvernement promit de payer le traitement, sans nul doute Vidal a acquis le revenu de son canonicat, suivant le droit commun et les statuts capitulaires de Léon. La nécessité juste et raisonnable excuse de la résidence. Le concile de Trente reconnaît que la *nécessité urgente* est une cause légitime. Vidal s'est retiré dans sa maison paternelle pour avoir les moyens d'existence, que le gouvernement ne lui donnait pas. On sait de la façon la plus certaine qu'il se trouva dans la misère.

En ce qui concerne la seconde époque, du 15 janvier 1875 au 22 août 1876, Vidal perdit la moitié du revenu, suivant le droit commun. D'après les statuts capitulaires de Léon, il est privé du revenu tout entier. Le prélat ne pense pas que cette disposition des statuts soit valide, parce qu'en toute hypothèse il faut laisser une pension alimentaire.

Supposé que Vidal perde son revenu en totalité ou en partie, les chanoines doivent-ils se partager la somme ? Nul doute que les distributions appartiennent aux chanoines présents ; mais il en est autrement des gros revenus. Le concile de Trente applique ces fruits à l'église cathédrale. Une décision de la S. Congrégation porte que les fruits dont doivent être privés les chanoines qui ne résident pas, doivent être affectés à l'usage et à la fabrique de l'église, si elle a besoin, ou bien à un autre lieu pie, au gré de l'ordinaire. Cette maxime est communément adoptée par les moralistes et par les canonistes.

Les statuts capitulaires de Léon, qui autorisent les chanoines à partager le revenu des absents, ont par conséquent besoin de réforme. Ils renferment d'autres dispositions singulières que l'on pourra remarquer dans le *folium* de la S. Congrégation que nous publions plus loin.

Decision. M. le chanoine Vidal a gagné sa cause sur tous les points. La S. Congrégation a décidé qu'on devait lui tout donner, gros revenu et distributions quotidiennes. Les dernières pages du *folium* apprécient la valeur juridique des statuts capitulaires et de la pratique en usage dans la cathédrale de Léon. En fait le chanoine Vidal n'a pu résider à Léon, parce qu'il n'y trouvait pas de moyens d'existence. Le gouvernement, par ordonnance du 15 janvier 1875, promit, il est vrai, de fournir le traitement convenu dans le concordat de 1851 ; mais il ne commença de remplir ses engagements que neuf mois après.

Compostellana et Legionen. Fructuum. Die 26 januarii 1878. — Joseph Maria Vidal et Crux anno 1871 obtinuerat canonicatum in cathedrali ecclesia Legionensi, quem retinuit usque ad mensem augustum anni 1876, quo tempore ad ecclesiam Compostellanam translatus est. At toto illo tempore Legione non resedit; sed, per intervalla in patriam suam migravit ne fame periret, eo quod ii qui in Hispaniarum regno usque ad annum 1875 dominati sunt, nihil dotis in concordato adsignatæ clero solvere voluerunt, et quamquam decreto diei 15 januarii 1875, solutio in futurum fuerit a gubernio promissa, tamen haud regulariter fiebat, sed continuo differebatur, et differtur.

Quapropter capitulum cathedralis Legionensis eum privavit omnibus fructibus sive præbendæ sive distributionum pro tempore quo choro non interfuit. Hinc D. Vidal ad hunc S. Ordinem confugit, ut dignetur decernere fructuum restitutionem quos capitulum Legionense sibi vindicavit, et reliquos omnes, qui in posterum solvendi sint pro tempore quo in ea ecclesia canonicatum obtinuit.

Die 15 januarii 1877 rescripsi : « Episcopo Legionensi pro « informatione et voto, audito capitulo in scriptis, referat de « bono jure oratoris. »

Episcopus die 22 aprilis 1877 respondit : « Si de prima epoca sermo fiat, qua abfuit D. Vidal (quæ complectitur temporis spatium usque ad diem 15 januarii 1875) nullum dubium mihi superest, quin ipse lucratus fuerit præbendæ fructus juxta commune jus, et hujus almæ ecclesiæ statuta. Etenim una ex causis quas enumerat Bonifacius VIII in cap. *Consuetudinem* de clericis non resident. in 6 tamquam a residentia excusantes, est justa et rationabilis corporis necessitas. Hæc decretalis confirmata fuit a concilio Tridentino sess. 23 cap. 12. Idem concilium sess. 23 de reform. eos a residentia eximit, qui *urgente* premuntur *necessitate*. Quis vero dixerit hanc rationabilem corporis necessitatem, hanc urgentem necessitatem in eo non dari, qui egestate laborans, ut victui necessaria comparet, ad domum paternam confugit? his in adjunctis versabatur D. Vidal, ut mihi compertum est non solum quia ita publice fertur, verum etiam quia hoc testificantur privatæ inquisitiones de ipsius inopia a me diligenter adhibitæ, juxta quas eo usque pervenit ejus egestas, cum gubernium tunc temporis non persolvebat cleri pensiones, ut ipsum compelleret ad pecuniam mutuam petendam, quin aliter posset iter aggredi ad paternam domum.

« Præterea hujus ecclesiæ statuta, cap. 17, ubi agitur de causis a residentia eximentibus, inquiunt : hæ causæ impossibilitatem physicam vel moralem et Ecclesiæ benignitatem

pro fundamento habent. Jam vero nonne in morali et etiam physica necessitate versari dicendus est D. Vidal, qui rebus carebat omnino, quibus primariis necessitatibus occurrere posset? Si non hac in occasione, quando Ecclesia benignam se exhibebit erga D. Vidal?

« Si de secunda epoca sermo fiat, (computanda a die 15 januarii 1875 usque 22 augusti 1876) de jure communi amisit D. Vidal dimidiam partem fructuum pro eo tempore quo abfuit; juxta vero hujus ecclesiæ statuta omnes amisit fructus. Concilium enim Tridentinum, postquam canonicis concessit tres menses requiei, ait absens ultra tempus permissum primo anno privetur dimidia parte fructuum, et quidem rata mensium quibus ultra abfuit; secundo anno omnibus fructibus, et tertio anno privetur canonicatu. Unde intelligi datur, dimidiam tantum partem fructuum in hac secunda epoca amisisse D. Vidal juxta commune jus.

« Statuta vero hujus ecclesiæ constituunt capitularem ultra tres conciliares menses absentem amittere omnes præbendæ fructus, nisi habeat canonicam causam a residentia excusantem. Cum autem hæc causa non extiterit post prædictum regale decretum, patet D. Vidal in hac secunda epoca amisisse omnes præbendæ fructus. Non prætermittendum est quod post jam toties dictum regale decretum, clerus in hac diœcesi pensionem perceperit novem mensium retardatione.

« Sed potestne subsistere horum statutorum jus? Non adducor ut credam, cum nullus beneficiatus privari possit congrua sustentatione, et quamvis canonicam ob causam beneficio privetur, semper tamen redditus ipsi assignatur unde sustentari possit. Dato vero et non concesso, quod D. Vidal amiserit tam in hac quam in priori epoca omnes fructus, quibus capitulum eum privare vult, cui accrescere debent hi fructus? Non loquor de distributionibus, seu de tertia parte fructuum, qui juxta Tridentinum accrescunt præsentibus, amittunturque ab absentibus a choro, ago enim de reliquis duabus partibus, quæ nomine *grossæ* veniunt vel fructuum grossorum, et dico hos fructus ad fabricam ecclesiæ pertinere, ut patet : 1. Ex Tridentino, quod dum pœnas assignat episcopis non residentibus, statuit ut per sex priores menses priventur quarta parte fructuum, et per alios sex menses priventur alia quarta parte; qui omnes fructus debent applicari ecclesiæ. Et quamvis nihil dicat concilium de fructibus a canonicis amissis, ex analogia tamen idem deduci videtur. 2. Ex declaratione S. Congregationis quæ ait : Fructus quibus privandi sunt canonici non residentes, debent applicari in usum et fabricam ecclesiæ, si indiget; alias alteri pio loco, arbitrio ordinarii. 3. Ex moralistarum doctrina, qui dum modum assignant quo beneficiati restituere debent ob absentiam a loco beneficii, in eo conveniunt quod restitutio facienda sit fabricæ ecclesiæ. S. Ligorius lib. 4, cap. 2, n. 128, ait : Ob omissionem autem residentiæ, restitutio debet omnino erogari in fabricam ecclesiæ vel in pauperes illius loci, ut sancitur in Trident. sess. 23 c. 1. 4. Ex ipsa demum ratione, quæ præscribit præbendarum fructus cessuros esse in fabricæ commodum, quia stricte loquendo, præbendarum fructus ad ecclesiam pertinent, quæ beneficiato ipsorum proprietatem vel usumfructum tribuit, et si hic aliquam ob causam canonicam eos amittit, cujus futuri sunt? Num præbendatus aliquod jus habet in fructus qui ad alterius præbendam pertinent? Credo hujus ecclesiæ morem extirpari debere, juxta quem fructus a præbendatis amissi accrescunt præsentibus, et illis forsitan qui distributiones suas amittunt, quin hæc praxis, capitulo quidem proficua, innitatur statutis, in quibus sæpe fit mentio de amissione *grossæ*, numquam vero dicitur eam in distributionibus impendi debere... Quam consuetudinem eo vel fortius abrogandam esse petit a S. Congregatione cum nimis officiat residentiæ legi : « nam cum præsentes hoc emolumentum percipiunt, non curant de aliorum residentia, et cum sic accrescunt fructus præbendæ, timendum est ne capitulares curent, ut diu lateat episcopum alicujus canonici absentia. »

Omnibus rite expletis, decretum edidi : *Per summaria precum*, et præsentem diem statui pro causæ discussione. Quæ capitulum profert ad sua protuenda jura contra canonicum Vidal, perleguntur in recitata episcopi litera, ubi habetur :

« Duæ epocæ sunt distinguendæ, quibus orator residentiæ legem violavit : prima complectitur temporis spatium usque ad diem 15 januarii anni 1875, qua in lucem prodiit regale decretum spondens fideliter solvere pensiones cleri; altera vero complectitur ab hac die usque ad 22 augusti 1876, qua D. Vidal possessionem adiit novi canonicatus adepti in ecclesia metropolitana Compostellæ.

« Jam vero juxta statuta vigentia, quibus hæc regitur ecclesia, condita post concordatum inter utramque potestatem, ecclesiasticam nempe et civilem, quibusque se juramento obstrinxit D. Vidal cum primo residere incœpit, juxtaque consuetudines quæ ab immemorabili in eadem servantur, nullum jus habet D. Vidal ad postulandos fructus primæ absentiæ epocæ respondentes. Nam prædicta statuta, quæ, capituli judicio, eo propendunt, ut coarctent residentiæ legem a concilio Tridentino sancitam, constituunt ut præbendati, si adquisituri sunt præbendæ fructus, debent inchoare residentiam prima die anni naturalis, et quoadusque sic impleatur, non suos faciunt fructus. Statuunt præterea ut, sic incœpta residentia, si adquisituri sunt residentiam ordinariam, et prosecuturi perceptionem fructuum, debeant præbendati adesse uni saltem horæ canonicæ singulis ecclesiasticis diebus. Cum vero D. Vidal in hac prima epoca abfuerit per viginti sex menses, usque ad januarium scilicet anni 1875, quin nec uni canonicæ horæ adfuerit, nec processionibus et missis *rationis majoris*, ut vocant, patet quod ipse egerit contra statuta hujus ecclesiæ.

« Nec magni facit capitulum causam paupertatis quam adducit D. Vidal, qua compulsus discessit in hac prima epoca. Si enim certum est, ait capitulum, quod tunc temporis difficilia essent adjuncta, in quibus reperiebatur Hispanus clerus cum gubernium ipsi non persolveret redditum annuorum assignationem, non est minus certum quod capitulum pro sua virili parte conatus fuerit levamen afferre gravissimo capitularium casui. Petiit namque et obtinuit a Sac. Conc. Congregatione facultatem impendendi missarum celebratione depositum pecuniæ, quod in hac alma ecclesia servabatur, in cujus distributione non minimam partem accepit D. Vidal. Capitulum præterea sub conditione redintegrationis commisit arbitrio capitularium quamdam pecuniæ summam ad privata deposita attingentem, ad quam etiam D. Vidal confugit, ut suis necessitatibus subveniret, qui redintegravit quidem quantitatem acceptam. His rationibus perpensis, omnem culpam a se removet capitulum, imo potius jus suum tuetur cum denegat D. Vidal fructus huic primæ epocæ absentiæ respondentes.

« Quod vero ad secundam epocam attinet, sic prosequitur capitulum. Postquam in lucem prodiit prædictum regale decretum, promittens fideliter solvere cleri pensiones, non magis assiduus fuit in residentia D. Vidal. Quamquam enim choro adfuerit per octo menses, a die scilicet 22 aprilis anni 1875 usque ad 1 januarii sequentis anni, hac tamen die discessit utens conciliaribus gratiis, quæ die 4 aprilis ejusdem anni finierunt, et ex hac die usque ad 22 augusti, qua venit in possessionem canonicatus Compostellani, nec uni quidem canonicæ horæ adfuit. Quapropter capitulum juxta statuta et antiquissimam praxim hujus ecclesiæ privat D. Joseph Vidal

fructibus præbendæ pro tempore, quo in hac secunda epoca abfuit.

« Ad alteram precum partem quod spectat, ad querelam nempe quam orator adducit pro eo quod inter capitulares distributi sint fructus, quibus ipse privatus est, sic pro se dicit capitulum. Fructus primam epocam attingentes nondum sunt distributi, quia non fuerunt percepti, nec adhuc sunt distributi, quia pertinent ad menses junii et julii 1876, qui sub capituli custodia asservantur, donec jus dicat S. Congregatio. Fructus vero spectantes ad januarium, februarium, martium et aprilem anni 1875, et aprilem et maium anni 1876 divisi sunt inter præsentes, juxta constantem immemorialemque consuetudinem hujus ecclesiæ, contra quam etsi aliquando nonnulli reclamaverint, postea tamen acquieverunt capituli sententiæ hac eadem consuetudine innixæ, quæ in aliis etiam Hispaniæ ecclesiis servatur, et pro qua non desunt aliqua juris fundamenta. Et, re quidem vera, nova forma quam in redditibus ecclesiasticis induxit concordatum, non mutavit eorumdem naturam et essendi modum. Hoc supposito, in memoria habere oportet, quod in hac Legionensi ecclesia omnia præbendarum bona accrescebant pro mensa capitulari, et inter eos distribuebantur, qui sacram residentiæ legem adimplebant, hoc modo : tertia pars in distributiones quotidianas juxta Trident. concilium, quas lucrantur solum interessentes ; duæ vero reliquæ partes lucrantur non tantum ab interessentibus sed a præsentibus : et cum aliquis capitularium amittit grossam, distribuitur hæc juxta canonicas dispositiones inter eosdem præsentes et interessentes, habita ratione pensionis uniuscujusque capitularis, quæ praxis post concordatum servatur, consulendo strictiori residentiæ.

« Ad hæc addi debent incommoda quæ ex hujus praxis innovatione orirentur. Nemo enim capitularium est, qui sese huic praxi submittens, non amiserit fructus præbendæ, sicuti nullus est qui non perceperit fructus ab alio propter absentiam amissos. Sive igitur spectentur hujus ecclesiæ statuta, sive praxis immemorialis, sive incommoda quæ ex innovatione orirentur, patet nullum jus habere dominum Vidal ad fructus quos petit. »

Contra vero observandum venit favore canonici Vidal quod ipse non sponte sed necessitate coactus fuit residentiam deserere proindeque haud canonicatus fructibus expoliandus est. Audiatur sane Rota cor. Molines dec. 808 num. 8 seqq. ibi : « Imo urgente necessitate non residendi nec opus est dicta licentia pro lucrandis fructibus et distributionibus quotidianis, ut firmant DD. in dicto cap. unic. de cleric. non resid. in 6, ex illis verbis : *seu justa et rationabilis corporis necessitas*, quæ comprehendunt omne illud justum impedimentum propter quod quis nequit adire ecclesiam, et suo muneri satisfacere prout antea solitus erat vel fuisset, si impedimentum non extaret. Nam mens pontificis in dicto cap. unic. fuit excludere ab istis distributionibus negligentes vel contemnentes residere non autem impotentes, et impotentia dicitur quando absentia non est voluntaria sed ab aliquo facto causatur ita ut non stet per beneficiatum quominus resideat. »

Quod si etiam sponte residentiam deseruisse dicere placeat, haud tamen fructibus canonicatus privandus esset, cum nemo fructibus canonicatus privari valeat, nisi servata forma a Tridentino præscripta, et in casu nostro deficiente, ceu plures docent S. hujus Ordinis resolutiones, præsertim *Ferentina* residentiæ 20 decembris 1820, *Mexicana* residentiæ 12 julii 1712, *Alatrina* distributionum vel fructuum 11 maii 1872, *Cotronen.* participationis et perceptionis fructuum 25 augusti 1877 inter summaria precum relata.

Quin aliquid relevent constitutiones capitulares : 1. quia canonico Vidal non tantum difficilis, sed et impossibilis evaserat residentia. Atqui ipsæ constitutiones synodales inter legitimas causas eximentes a residentia sub cap. XVII numerant physicam aut moralem impossibilitatem. Ergo et ad earumdem tramites petiti fructus oratori essent concedendi. Quod si 2 dici placeat in themate constitutiones in suo pleno robore manere, secundum 2. quod quia ipsæ auctoritate Apostolica extant destitutæ, id testante episcopo, ideoque haud valent infringere quæ a jure communi statuta reperiuntur. Multoque minus ollicere consuetudinem, quæ cum Tridentinæ legi contraria videatur veluti abusus esset rejicienda. Bened. XIV *Instit. eccl.* 60, n. 7.

Post hæc perpensis etiam, quæ in supramemoratis literis antistitis perleguntur ad extirpandam consuetudinem in præfata ecclesia vigentem circa distributionem fructuum non residentium, quæ inter capitulares fit, necnon ipsa immemorabili, aliisque a capitulo adductis et supra relatis pro consuetudinis manutentione, præ sapientia qua pollent EE. VV. in juris canonici peritia, videant quid in themate sit decernendum.

Quare, etc.

S. Congregatio rescribendum censuit : *Oratori deberi fructus, et distributiones, et ad mentem.* Romæ, 26 januarii 1878.

FIANÇAILLES

Statut synodal conférant à l'ordinaire le pouvoir de dissoudre les fiançailles clandestines. Que penser de la validité de ce statut? Indemnité accordée à la fille. Appel au métropolitain. Deux sentences conformes. Un autre appel à Rome est-il légal? Décision de la S. Congrégation du Concile du 23 mars 1878.

Nous avons de fréquentes occasions de faire remarquer que presque toutes les causes de fiançailles qui sont déférées à la S. Congrégation du Concile proviennent du royaume de Naples. Celle que nous relatons aujourd'hui a la même origine.

Pantaléon N. du diocèse d'Ugento, près du golfe de Tarente, ayant fait publier les bans de son mariage avec une fille de son choix, Gabrielle, de la même ville, forma opposition devant l'évêché, en alléguant l'empêchement des fiançailles et la naissance d'un enfant : « La recourante déclare que Pantaléon ne peut se dégager de la promesse qu'il a faite et qui a été acceptée; il est obligé d'épouser la recourante, n'existant pas de différence d'âge, de condition, de naissance, de fortune, et autre. Il y est d'autant plus obligé qu'il a déshonoré la jeune fille en lui promettant le mariage. D'ailleurs, il faut nécessairement réparer l'honneur et la condition de la famille commune. Et si par malheur Pantaléon pouvait se soustraire à ses engagements, la recourante réclame de ce moment sa juste dotation et celle de sa fille. »

Le 16 novembre 1875, le tribunal épiscopal d'Ugento rendit un arrêt contraire aux prétentions de Gabrielle. Le jugement fut rendu de la manière suivante.

« Vu l'ordre intimé à la dite Gabrielle de produire l'acte des fiançailles entre elle-même et Pantaléon, conformément aux statuts synodaux, de la teneur qui suit : Quoique le droit naturel ne prescrive aucune formalité pour la validité des fiançailles, toutefois, pour les rendre licites, les contractants doivent observer les lois. C'est pourquoi, dans le but de prévenir les

graves inconvénients qui dérivent des fiançailles clandestines, nous statuons qu'il n'est permis de contracter les fiançailles dans notre diocèse que sous ces conditions : 1. On doit les faire devant deux témoins, et un notaire public, ou bien devant une personne constituée en dignité, par exemple le curé, un prêtre, le magistrat. 2. La promesse mutuelle doit être écrite, et signée par les témoins et l'officier public, comme il est dit plus haut. Les contractants qui refusent d'obtempérer à nos ordres seront soumis aux peines d'interdit *ab ingressu ecclesiæ*, et d'excommunication *ferendæ sententiæ*. En outre, si le bien commun et la paix des familles nous paraissent l'exiger, nous annulerons, en punition de la désobéissance, ces fiançailles contractées illicitement. — Considérant que ledit acte ne peut être présenté, attendu qu'il n'existe pas. Considérant qu'on ne peut prévenir d'innombrables scandales qu'en faisant observer les statuts synodaux. D'autre part, vu que l'enquête établit probablement que Pantaléon est l'auteur de la grossesse de ladite Gabrielle et de la naissance de la fille ; nous décrétons que les fiançailles entre Pantaléon et Gabrielle n'existent pas, et, supposé qu'elles aient eu lieu, nous les brisons, en vertu de notre autorité, pour le bien commun et pour éviter des scandales, vu qu'on n'a pas rempli les formalités que le synode diocésain a commandées *sub gravi*. En outre, Pantaléon, méritant une punition pour le mauvais commerce qu'il a entretenu avec Gabrielle durant plusieurs années, ce qui est attesté par tous les habitants du pays, nous le condamnons à payer dans les six mois quatre cents livres au profit de Gabrielle. »

Appel ayant été interjeté à la cour archiépiscopale d'Otrante, le juge, après débat, confirma, le 31 juillet 1876, le jugement de la première instance.

Loin de se décourager, Gabrielle a fait appel à la S. Congrégation du Concile. Les actes complémentaires ayant été remplis, la cause a été appelée dans la séance du 23 mars 1878.

Comme Gabrielle a négligé de prendre un avocat et de se défendre, on a exposé dans le *folium* les raisons qui militent en sa faveur.

Les fiançailles sont rangées parmi les contrats qui sont formés par le consentement extérieur et sensible des contractants. Le droit commun ne prescrit aucune autre formalité. (Décrétales 21 et 28 *De Sponsalibus*.)

Or l'enquête contient un grand nombre de dépositions, de preuves et de conjectures qui semblent prouver le consentement mutuel de Pantaléon et de Gabrielle.

Un témoin atteste sous serment : « Pantaléon a fréquenté Gabrielle durant plusieurs années ; finalement il l'a rendue mère. Le témoin a été chargé de négociations pour décider le mariage. » Trois autres témoins confirment que Pantaléon reconnaissait qu'il devait en conscience épouser Gabrielle. Tout le pays atteste qu'il a maintefois exprimé l'intention de procéder au mariage. La séduction et la naissance de l'enfant sont une autre preuve péremptoire. Les signes et les gestes expriment aussi bien que les paroles le consentement. Or, nul fait plus expressif que la séduction s'il conste de l'honnêteté de la femme; car on ne peut absolument pas présumer qu'une honnête fille succombe sans l'espérance et la promesse de mariage. Le tribunal de première instance a condamné Pantaléon à quatre cents livres, parce que la paternité de l'enfant doit lui être attribuée ; n'ayant pas fait appel, il en est légalement convaincu. Le père, les frères, les sœurs, les oncles, les cousins, en un mot tous les parents de Pantaléon le pressèrent d'épouser Gabrielle. A l'époque de la naissance de l'enfant, les deux sœurs de Pantaléon demandèrent qu'on l'appelât Félicie, du nom d'une sœur déjà morte.

Le statut synodal, qui est le principal fondement du jugement dont appel, est sans importance. En effet, les synodes diocésains n'ont pas le pouvoir de modifier le droit commun, ni même pour obvier aux abus.

D'autre part, Pantaléon a pris un avocat. On verra dans le *folium* le résumé de sa plaidoirie.

Deux sentences ont tranché la question: la cause est donc finie, et le second appel n'est pas recevable. Les fiançailles n'ont pas eu lieu suivant les statuts synodaux ; les deux jugements les ont d'ailleurs dissoutes pour le bien commun et pour prévenir les scandales conformément aux dits statuts.

Les fiançailles engagent la liberté naturelle de l'homme et entraînent le mariage indissoluble. Il faut des preuves péremptoires pour admettre la réalité de cet engagement. Le moindre doute suffit pour se prononcer contre l'existence des fiançailles. Or, les témoins entendus dans l'enquête n'ont pas dit mot d'une promesse réciproque de mariage entre Pantaléon et Gabrielle.

Ils attestent de simples velléités et non le consentement décidé et formel. Tous ces témoins étant *singulares*, la preuve légale fait défaut.

Décision. Attendu les jugements de la première instance et de la seconde, la S. Congrégation du Concile décide qu'il n'y a pas lieu d'intervenir. Elle fait écrire à Mgr l'évêque d'Ugento que le statut synodal qui donne à l'Ordinaire le pouvoir de dissoudre les fiançailles contractées sans les formalités, ce statut, disons-nous, n'est pas valide. Rome, 23 mars 1878.

Ugentina. Sponsalium. Die 23 martii 1878. — Cum Pantaleon Ugentinæ diœceseos publica præhabita denunciatione ad matrimonium contrahendum sese pararet cum quadam puella sibi benevisa, obstitit Gabriela ejusdem loci impedimentum sponsalium producens una cum defloratione, et subsecuta prolis succeptione.

Verumtamen Ugentina curia ad quam recursum habuerat præfata mulier, omnibus perpensis, quæ utrinque adducta fuere, sententiam Gabrielæ inimicam protulit sub die 16 novembr. 1875, quam hic referre præstat : « Viso mandato hujus nostræ curiæ, prædictæ Gabrielæ intimato, ut nobis exhibeat sponsalium documentum inter se et præfatum Pantaleonem initorum juxta præscriptiones synodales tenoris sequentis : — Præterea licet sponsalia ut sint valida jure naturæ nulla indigeant solemnitate, attamen ut licite fiant contrahentes præcepto legis conformari debent. Qua de re ad vitanda mala ex sponsalibus clandestinis provenientia, sub gravi præcipimus, non esse licitum in nostra diœcesi sponsalia contrahere nisi sub hisce conditionibus. 1. Ut fiant coram duobus testibus, et publico notario vel coram aliqua persona in dignitate constituta, puta, parocho, sacerdote, magistratu, 2. Ut promissio

et repromissio scripto tradatur, et sit subscripta a testibus et ab illo in cujus præsentia fiant. Contrahentes qui huic mandato obtemperare recusant, subjicientur pœnis interdicti ab ingressu ecclesiæ, et excommunicationis majoris ferendæ sententiæ. Imo si et quatenus ad bonum commune vel ad familiarum concordiam utile judicaverimus, hujusmodi sponsalia illicite contracta in pœnam inobedientiæ nostra auctoritate dissolvemus. Iis vero qui sponsalia clandestina jam contraxerunt præcipimus sub iisdem supradictis pœnis ut infra duos menses illa renovent in scriptis coram testibus et alia persona ut supra. Quod si alteruter sponsorum jus jam acquisitum servare velit contra nolentem ratificare debet infra prædictum duorum mensium spatium illud declarare coram nobis vel vicario nostro generali sive per se, sive per procuratorem, secus juri suo renuntiasse censebitur. — Considerantes quod mox dictum documentum exhiberi nullatenus possit quia minime existit. Considerantes quod lex synodalis in hac parte haud vulneranda sit ad vitanda majora et innumera scandala. Considerantes insuper quod ex assertis et allegatis Pantaleo probabiliter auctor fuerit prægnationis præfatæ Gabrielæ et prolis procreationis jam secutæ . . . . decernimus sponsalia inter præfatos Pantaleonem et Gabrielam minime existere, et si forte extitissent auctoritate nostra dissolvere ad bonum commune, et ad vitanda scandala; quatenus absque solemnitatibus inita fuerunt a synodo diœcesana sub gravi præceptis. Decernimus insuper Pantaleonem ob suam malam consuetudinem cum præfata Gabriela per aliquot annos, ut omnes de Aquarica Capitis tenent, retentam, aliqua poena mulctandum esse, ideoque tenore præsentium eumdem condemnamus ut in favorem Gabrielæ infra sex menses . . . libellas quadringentas solvat. »

Appellatione ex hac sententia a Gabriela interjecta ad metropolitanum judicem Hydruntinum, hic visis de jure videndis die 31 julii 1876 dictam sententiam adprobandam, et retinendam, ac confirmandam judicavit.

Animo haud fracta mulier ab utraque sibi adversa sententia ad S. V. Ordinem appellationem interposuit. Quibus acceptis precibus, atque actis de more completis, in hodierno Em. Patrum conventu causam discutiendam duxi sub dubii formula in calce hujus libelli exscripta. Verum cum nihil ex parte mulieris mihi exhibitum fuerit, nonnulla prius in ejus favorem ex officio animadvertêre putavi, ne indefensa remaneat, et dein summatim referre, quæ in allegatione distribuenda affert Pantaleonis defensor.

Sponsalia quæ natura sua mutuam futuri matrimonii promissionem unice desirant per textum in L. 1 de sponsal. et in can. 3 caus. 30 q. 5 inter eos contractus indubitanter adnumerantur, qui nudo perficiuntur consensu L. 4 ff. de sponsal. Dummodo itaque contrahentium consensus exterius ac sensibiliter quomodocumque manifestetur, nulla alia solemnitas nullaque peculiaris conceptio præscribitur cap. 21 et 28 de Sponsal. Atqui si in themate testium depositiones attente perpendantur, argumenta et conjecturæ haud leves præsto sunt, ex quibus consensus emergere videtur.

Quam conclusionem maxime admittendam existimarem, quia agitur in themate de defloratione una cum prolis susceptione. jamvero tritissimi juris est consensum in sponsalibus non solum verbis, sed etiam signis et nutibus ostendi posse. Devoti *Institut. canon.* § 105 de matrim. Nullum autem factum luculentius ipsa defloratione adduci valet ad evincenda sponsalia, si de mulieris honestate constet. Præsumi enim nullo modo valet puellam cæteroquin honestam, absque spe, et fide oblati connubii tantam pati voluisse honoris jacturam. Reifl. in jus canon. lib. 4, § 5, num. 68, Rota in *Rom.* Sponsal. 26 januarii 1738 coram Nunez, S. Congreg. in *Neritonen.* Sponsal. 26 junii 1869, § *Pro.* Atqui in themate de honestate mulieris ambigendum non est, cum testes utrinque inducti eam talem renuntient. Ergo cum constet de mulieris honestate, cum constet de protractis amoribus et accessibus viri ad domum mulieris, cum constet ex testibus pro eadem fidem facientibus, nec non ex publica voce in illo oppidulo volitante prægnantiæ, auctorem fuisse Pantaleonem haud a sententia curiæ appellasse, ipsum damnante ad solvendas libellas quadringentas, concludendum videretur, quod ipsa reapse sub spe oblati connubii decepta fuit, ideoque sententia Hidruntinæ curiæ esset omnino infirmanda.

Quin aliquid relevet dispositio diœcesanæ synodi super qua sententia potius niti videtur. Nam scitum et ipsis in jure canonico tyronibus est, diœcesanas synodos non posse communi juri derogare, quod unice in summi legislatoris potestate est, S. C. in *Ferentina* capellaniæ 1 martii 1834, § *De legis*; imo numquam permitti episcopis aliquid in suas synodales constitutiones inserere, quod juri communi refragetur, etiamsi illud necessarium reputetur ad evellendas corruptelas, et rerum sacrarum tuendam religionem. Bened. XIV *de Syn.diœc.*lib. 12, cap. 5, n. 12; nec facile Sanctam Sedem solere confirmationem in forma specifica iis statutis concedere, quæ juri communi contraria dignoscuntur. Bened. XIV loc. cit. num. 14.

Contra scribens pro Pantaleone in allegatione distribuenda exceptione rei judicatæ a limine judicii adversariam repellendam contendit. Causa enim sponsalium veluti quælibet alia quæstio duabus sententiis in diverso jurisdictionis gradu definita in rem judicatam transit ac proinde exceptionem ita parit litis finitæ, ut ad trutinam revocari nequeat nisi petita prius, atque obtenta in integrum restitutione. Eo vel magis quia sponsalia ad tramites diœcesanæ synodi celebrata non fuere.

Quidquid autem sit de hac synodi dispositione, causæ meritum aggrediens orator tritissimi juris esse dicit in materia sponsalium, quæ indissolubile matrimonii vinculum secumferunt, quæque nativam cuique adimunt libertatem, omni exceptione majores requiri probationes promissionis seriæ atque deliberatæ utriusque contrahentis, ita ut, si aliqua supersit dubitatio, contra eorumdem existentiam sit judicandum. Atqui si paulisper testium depositiones audias qui a muliere fuerunt inducti neque habetur verbum, neque vola de promissione et repromissione matrimonii. Ergo pro sponsalium inexistentia concludendum esse tenet.

Neque ex passa fornicatione, quæ in casu ex sola fama constituitur, obligationem sponsalitiam enasci posse tuetur orator, cum ipsa aliquando supponat non autem sponsalitium statuat contractum; alias mulieres virum quem sibi benevisum vellent blanditiis alliciendo ad fornicationem patrandam ad matrimonium cogerent. Quod adeo verum esse prosequitur, ut theologi et canonistæ doceant haud facile pro sponsalium existentia concludi posse ubi etiam promissio matrimonii a viro facta præ amore æstuante sponsamque ad copulam sollicitante ipsam copulam præcedat teste Coscio *De spons. filior. famil.* vot. 7, num. 79. Ea potissimum ratione, ut notat dictus auctor, « quia ob rationem seu mentem obtenebratam neque consensus neque voluntas deliberata matrimonium contrahendi ex iis potest desumi » et de facili mulier intelligere poterat eam promissionem ficto procedere et ex vi et luxuriæ impetu proficiscentem Ricc. decis. 13, p. 3, et Rest. in pract. crim. part. 2 Decret. Magnæ Curiæ cap. 1 num. 78. Ex ficta autem promissione licet fuerit sequuta defloratio obligationem sponsalitiam haud oriri tenet cum S. Antonin. part. 3 tit. 1, cap. 19 in princip. Card. de Lugo de just. et jure de restit. ob stuprum disput. 2, sect. 2, n. 19 et 20. Rota in *Majoricen.* censurarum 16 januarii 1715 § *Exulante* cor. Scotto.

Inutile autem foret quæritare præsidium ex præsumptione,

qua docemur mulierem bene moratam haud sui corporis copiam facere nisi sub spe oblati conjugii. Etenim debilem et nulli faciendam esse dicit hujusmodi præsumptionem tam quia in tali casu mulier admitteretur ad testificandum in causa propria quod vetitum est ex censura L. *Nullus* Cod. de Test. quam quia latissimus pateret aditus fraudibus et calumniis, corruptæque mulieres virum facile haberent quem vellent.

Quod si copula ac prægnantia alias habita fuit tamquam præsumptio consensus mulieris ad matrimonium, hoc tantum evenisse ait in casu quo nitide constabat de antecedenti viri promissione deque mulieris integritate et honestate et hac deficiente, licet mulier fuerit deflorata, amittit non solum jus ad matrimonium, sed jus quoque dotationis et reus est absolvendus ceu docet Cosci loc. cit. vot. 7 num. 84 et seqq. cum aliis inibi recitatis. Atqui neque de viri promissione, uti demonstravit, neque de mulieris honestate in themate liquere ait.

Ubi autem sponsalia probarentur in casu, justis ea de causis dissolvenda esse tuetur orator. Notum enim est ad coactionem deveniendum non esse cum adsint justæ causæ sponsalia dissolvendi quia matrimonia coacta infaustos plerumque exitus habere solent, maxime si juramento vallata non fuerint, quo in casu minorem causam requiri tenet. Jam vero præter inimicitias in themate ortas ex lite inter eosdem sponsos, quæ præcipuæ sunt concedendæ dissolutionis causa, habetur reluctantia viri ducendi Gabrielam in uxorem, ita ut decreta coactione ipsam perfacile contemnere posset civile contubernium cum alia sibi benevisa ineundo, necnon promitas mulieris sese viris subjiciendi, ac publicæ murmurationes de ejusmet honestate prouti testes a viro inducti fatentur. Jamvero plus deferendum esse urget testibus a viro inductis probandæ inhonestati mulieris, quam testibus mulieris licet sint numero pauciores et singulares, per simplices quoque præsumptiones mulieris inhonestatem probari, quoties non agitur ad illius punitionem sed solummodo inhonestas adducitur ad defensionem stuprantis, vel ad tollendum impedimentum status liberi per mulierem appositi.

Pro coronide demum adjicit orator haud utrinsque curiæ sententias sustinendas esse in ea parte, qua vir damnatur ad solvendum mulieri 400 libellas. Primo quia nescitur num aliquid mali passa sit a viro. Et si 2° constaret semet illi subjecisse cum antea constuprata fuisset, præmium ex propria libidine haud nancisci deberet. Neque titulo dotis eas Gabrielæ tribuendas esse sustinet quia res judicata de ipsa non loquitur, et quia non constito in themate de mulieris honestate nedum non constat actio stupri, verum etiam, licet mulier fuerit deflorata, amittit non solum jus ad matrimonium, sed jus quoque dotationis, et reus est absolvendus juxta Cosc. vot. 7 num. 86.

Hisce pro utraque parte expositis diluendum proponitur dubium :

An, et quomodo sententia curiæ metropolitanæ Hydruntinæ sit confirmanda vel infirmanda in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : « Attenta re « judicata non esse interloquendum, et ad mentem. Mens est « ut scribatur episcopo non sustineri dispositionem syno- « dalem quoad facultatem ordinario tributam dissolvendi « sponsalia sine solemnitatibus contracta. Romæ, 23 martii « 1878. »

RETRAITE

Chanoines et chapelains. Quarante ans de service. Office nocturne dans l'église métropolitaine de Florence. Usage immémorial d'après lequel les chanoines et les chapelains sont dispensés des matines. Papes qui avaient été chanoines de Florence. Chapelains faisant le service par l'entremise de substituts. Décision de la S. Congrégation du Concile du 23 mars 1878.

Un chanoine de l'église métropolitaine de Florence a fait présenter à la S. Congrégation du Concile la requête suivante : « Le recourant demande la dispense perpétuelle de l'obligation de résider et d'assister au chœur. Il sollicite un indult qui l'autorise à participer à tous les fruits, revenus, provenances, droits, émoluments, distributions quotidiennes tant ordinaires qu'extraordinaires, quelle qu'en soit la nature et la source, et lui appartenant à raison de son canonicat et de sa prébende, absolument comme s'il assistait effectivement au chœur. »

Mgr l'archevêque, consulté *pro informatione et voto*, le chapitre entendu, a répondu ceci : « La demande du chanoine Louis Roti a été favorablement accueillie par le chapitre. Seulement les formules qu'il emploie au sujet de sa pension de retraite sont trop étendues. On consent à lui donner les distributions ordinaires du jour ; quant aux distributions extraordinaires et de présence, il aura seulement celles qu'on donne aux retraités ; mais il n'aura pas les distributions nocturnes, pour lesquelles il n'a pas fait le service compétent, ni les gratifications ou distributions extraordinaires que les statuts et l'usage réservent à ceux qui sont corporellement et véritablement présents. Je joins mon avis à celui du chapitre. S'il est vrai que le chanoine Roti négligea quelque temps le service du chœur il y a quelques années sous prétexte de maladie, il est vrai aussi qu'il compensa ce défaut en servant plus de quarante ans. Les chanoines aptes sont présentement au nombre de quinze ; c'est pourquoi je ne pense pas que le chœur ait à beaucoup souffrir de la retraite d'un de ces messieurs. »

De toute antiquité le service du chœur est divisé en deux : service de nuit et service de jour. Comme l'église métropolitaine est située dans un quartier peu habité, aucun chanoine n'est obligé au service de nuit. Les distributions sont divisées en deux parts, une pour les chanoines de la nuit et la seconde pour le service de jour. Si le chanoine qui demande la retraite a été assidu au service de la nuit, il garde toutes les distributions ; sinon, on lui donne seulement celles qui se rapportent au service du jour. Le chanoine Roti n'a fait le service de la nuit que pendant treize ans ; pendant les autres vingt-sept années, il n'est allé au chœur que le jour. C'est pour cela que le chapitre lui a refusé de participer aux distributions nocturnes.

Les quarante ans de service pour la retraite font 10,880 jours, déduction faite des trois mois de vacances conciliaires. Du 21 mai 1837 au 1er juin 1877, le chanoine Roti a fait 11,135 jours de service.

Décision. La S. Congrégation du Concile juge qu'il y a lieu d'accorder la retraite à M. le chanoine Roti,

aux conditions exprimées par Mgr l'archevêque.

Une demande analogue a été examinée le même jour. Paul Tronci, chapelain de l'église métropolitaine de Florence, a représenté « qu'il commença le 11 juillet 1830 d'assister à l'office quotidien, sans aucune interruption. Parvenu à l'âge de soixante-douze ans et cinq mois, et étant un peu souffrant surtout de la poitrine, il a demandé la retraite. » Le chapitre a consenti unanimement à la retraite, vu le service prêté louablement par Tronci pendant quarante-sept ans.

Le vicaire général écrit : « L'usage immémorial qui dispense les chanoines et plusieurs des chapelains d'assister à matines, autorise en outre les chapelains à se faire remplacer par un substitut que l'ordinaire désigne de concert avec le chapitre, et qui est toujours pris parmi les prêtres étrangers au clergé de la métropole. Ces substituts sont réputés vrais titulaires pour tous effets; sauf la prébende, ils ont tous les avantages et tous les priviléges des chapelains, et par conséquent celui de la retraite, soit que, comme M. l'abbé Tronci, ils soient successivement substituts et chapelains, soit qu'ils passent les quarante ans dans la condition de simples substituts. »

Décision. Comme dans le cas précédent, la S. Congrégation du Concile accorde la retraite. Rome, 23 mars 1878.

Florentina Jubilationis. Die 23 martii 1878. Duos supplices libellos in unum complectimur quia in eadem ipsi versantur materia.

I. Primus illorum est sacerdotis Ludovici Roti metropolitanæ Florentinæ canonici qui expleto quadraginta annorum chorali servitio suppliciter petit, « che venga prosciolto a vita dall' obbligo della residenza, e parimente domanda l'indulto della giubilazione dall' intervenire al coro, e di partecipare di tutti e singoli i frutti, redditi, proventi, diritti ed emolumenti, come pure di tutte le distribuzioni corali, quotidiane, ordinarie e straordinarie in qualunque modo si appellino ed in qualunque cosa consistano e di ogni provenienza che a me si spettino per ragione del mio canonicato e la prebenda come se personalmente come uno degli interessenti canonici al coro della enunciata chiesa metropolitana. »

Requisito de more archiepiscopo pro informatione et voto, audito capitulo, etc. reverendissimus præsul hæc retulit : « L'istanza del canonico Ludovico Roti per la giubilazione è favorita dai suffragi del capitolo, si veramente che le troppo larghe formole della istanza intorno agli emolumenti della sua giubilazione si ristringano a significare le distribuzioni ordinarie diurne, e quanto alle straordinarie e di presenza quelle sole che si concedono ai giubilati, escluse affatto le distribuzioni notturne, per le quali non ha fatto il competente servizio, e quelle mance o distribuzioni straordinarie le quali o per gli statuti o la consuetudine si lucrano da coloro soltanto che sono corporalmente ed effettualmente presenti. Al voto del capitolo unisco il mio, perchè se è vero che il canonico Roti per un pò di tempo anni indietro sotto specie di malsania trascurò il servizio corale, egli è pur vero che cotesto diffetto lo compensò per servizio prestato con lode per tempo più lungo dei quarant' anni che suole essere richiesto. Il numero dei canonici abili è di presente quindici : onde non mi pare che a giubilarne uno il servizio del coro vi abbia a soffrire notevolmente. »

Hisce habitis iterum rescriptum fuit archiepiscopo : qui « magis præcise explicet quomodo hinc constet de continuo « et laudabiliter expleto servitio 40 annorum, inde vero « orator haud perfecerit competens servitium ad effectum « percipiendi distributiones nocturnas. » Ad hæc libentissime reposuit vicarius generalis quod chori servitium usque ab antiquo dividitur in nocturnum et in diurnum. Qui noctu servitium chori præstant dicuntur mattutinanti, quia eo tempore recitatur matutinum, cæteri vero qui die tantum inserviunt dicuntur non mattutinanti. Attenta difficultate accedendi ad metropolitanam ecclesiam, quæ sejuncta est a civitatis frequenti parte incolis, ad primum chori servitium nemo tenetur. Hac de ratione distributionum massæ capitularis fiunt duæ portiones, quarum unam percipiunt noctu choro inservientes, alteram vero ceteri omnes capitulares qui die tantum choro intersunt. Cum unus exinde capitularium jubilationem petat si noctu semper inserviat integras percipere solet distributiones, secus autem partem illam quæ refertur ad inservientes die tantum. Canonicus Roti per tresdecim tantum annos noctu inservivit, in reliquis vero annis usque ad quadraginta, tantum die choro adfuit. Ob hanc causam ne præfatus canonicus participaret de distributionibus nocturnis, capitulum hac in parte instantiæ noluit assentiri.

Post hæc tertio requisitus fuit reverendisssimus archiepiscopus ut referret « quonam titulo vel privilegio capitulares « integræ officiaturæ chorali adesse non teneantur, et an adsit « exemplum aliquod jubilationis concessæ in similibus adjunc- « tis . »

Mandatis hujus S. Ordinis morem gessit archiepiscopus per suum vicarium generalem referens non ex aliquo titulo aut privilegio canonicos et capellanos eximi ab integra chori adsistentia : sed ex consuetudine immemorabili, quæ est melior de mundo titulus. Quoad hanc consuetudinem usque ab anno 1682, uti patet ex memoriis in archivio capitulari adservatis, tentatum fuit penes hanc S. Congregationem quæstionem admovere, sed res ad exitum perducta haud fuit, obsistente consuetudine etiam tunc temporis Immemorabili, quæ conscientiam haud offenderat plurimorum capitularium pietate ac doctrina insignium, imo assensum retulerat saltem tacitum plurium Florentinorum antistitum, qui postea ad Petri Sedem evecti fuere, nec umquam reprobata fuit a Romanis Pontificibus qui Florentiæ commorarunt, ipso non excepto Leone X qui ejusdem metropolitanæ extiterat canonicus. De cætero fere omnes capitulares qui in eadem, qua canonicus Roti conditione, reperiebantur, fuerunt jubilationis rude donati.

Hisce expletis decretum edidi *Per summmaria precum.*

II. Alterum libellum protulit sacerdos Paulus Tronci capellanus in eadem metropolitana exponens Summo Pontifici « come nel 11 luglio 1830 cominciò senza interruzione ad « assistere alla uffiziatura quotidiana nella metropolitana « Fiorentina suddetta, e perciò essendo nella età di anni 72 « e mesi 5, e soggetto a qualche incommodo specialmente di « petto, supplica la bontà della Santità Vostra a concedergli « la giubilazione dal coro. »

Audito de more archiepiscopo pro informatione et voto, ut audito capitulo, inspectisque, etc. referret etiam an capellani munus verum beneficium chorale constituat, an demum ex petita concessione grave detrimentum chori servitio obvenire queat; retulit Rmus præsul capitulum plenis suffragiis annuisse petitioni Pauli Tronci attento laudabili et continuo servitio per quadraginta septem annos ab ipso præstito prius tanquam substituto, dein vero uti possessore capellaniæ a die 5 martii 1839 usque in præsentiarum. Capellanorum autem et substitutorum numerum in præsens esse triginta quinque. Verum cum ex hisce literis deprehenderim ex pervetusta consuetudine capellanos non teneri choro interesse, sed posse per substitutos inservire, hinc mandavi « eidem archiepiscopo qui referat quonam

titulo, vel privilegio capellani inservire queant per substitutum, an substituti valeat sacerdos extraneus et an adsit aliquod jubilationis exemplum quoad hujusmodi capellanos. » Quibus satisfecit Rmus vicarius generalis hæc exponens : « Quella stessa consuetudine immemorabile che dispensa i canonici e molti dei capellani della nostra metropolitana dall' obligo di assistere in coro al mattutino, licenzia questi ultimi a servire ove vogliano, per mezzo di sostituti non però eletti da loro, ma sì dall' ordinario insieme col capitolo, e sempre tra i sacerdoti estranei al clero della metropolitana. E questi sostituti son riguardati a tutti gli effetti come veri titolari, e salvo la prebenda, godono di tutti i vantaggi e privilegi dei capellani, e però anche della giubilazione non solo quando, come il capellano Paolo Tronci, servan' parte in nome di sostituti, e parte con titolo di capellani, ma eziandio se sostituti fossero stati sempre. »

Quibus expletis decretum datum fuit : *Per summaria precum per modum unius cum simili petitione sub num.* 2172/21. Hodiernis igitur in comitiis has duas quæstiunculas proponendas duxi coram amplissimo vestro Senatu nonnullis de more pro meo munere prius animadversis.

Quum jubilationis indulta rationem habere dicantur præmii et remunerationis retribuendæ illi beneficiario qui jugiter et laudabiliter alicui ecclesiæ per quadragenarium chorale servitium expleverit, patet profecto hujusmodi indultum mereri haud debere eum qui tale non præstitit servitium. Monet enim Benedictus XIV *De synod. diœces.* l. 13, cap. 9, n. 15, et ex constanti hujus S. Ordinis praxi docemur quod ut canonicus serviendi finem videat diuturno quadraginta annorum curriculo cum assiduitatis et diligentiæ laude chorum frequentare teneatur. Quod profecto in casu canonici Roti haud verificari videtur; ipse etenim haud integrum onus chorale persolvit, cum per tresdecim tantum annos servitium nocturnum præstiterit, et postea pertæsus per diurnas horas chori servitium expleverit : quandoquidem misit manum suam ad aratrum, et respexit retro. Hac de causa non modo jure meritoque a canonicis eidem Roti distributiones nocturnæ denegantur; verum etiam et indultum jubilationis eidem denegandum videretur. Eo vel magis quia uti testatur Vicarius Generalis, chorale servitium neglexit: « Esso tra il 1866 e il 1870 essendo, o credendosi malaticcio, prima ottenne con pontificio rescritto dispensa di un anno dal coro, poscia se la prese alquanto tempo da se, finchè venne richiamato al dovere. » Talibus autem in adjunctis S. Congregatio semper indultum denegavit, ut pluribus ex ejusdem resolutionibus pa[illegible] nuper ex *Lisuntina* jubilationis 13 maii 1876; sunt namque sua præmia laudi.

Verum ex adverso perpendendum quod si orator Roti per aliquod temporis spatium choro haud interfuit, hanc nihilominus segnitiem posteriori tempore satius reparavit, ita ut dici queat per quadraginta annorum lapsum laudabiliter in choro suum implevisse ministerium. Neque difficultatem facessit servitium partialiter præstitum, notatu enim digna est immemorabilis consuetudo, qua fruuntur canonici Florentini, ut unusquisque possit, quod ei magis libuerit, servitium vel diurnum vel nocturnum, vel partim nocturnum et partim diurnum vel utrumque simul præstare. Distinctas namque habent distributiones pro utroque servitio disjunctim recipiendas. Quod si EE. VV. dignentur oratoris preces benigno excipere favore, videant utrum etiam a residentiæ lege dispensandus sit, quæ de facili relaxari solet a S. C. quando de jubilatis sermo habeatur, prouti continua edocet S. Ordinis praxis.

Quoad alterum libellum Pauli Tronci hæc animadverti queunt : cum enim ipse tamquam substitutus per novem annos choro interfuerit, aperte patet hoc tempus neutiquam cumulari posse cum tempore quo tamquam verus capellanus inservivit. Indulto enim jubilationis donantur beneficiati, qui per semetipsos laudabile et continuum quadraginta annorum servitium explevere. Neque ecclesiæ præfatæ consuetudo eidem suffragari valet quia utpote Tridentino contraria tamquam abusus et corruptela habenda esset, ex qua nullum præsidium sibi conciliare videtur orator Tronci. Legitur enim in cap. 12 sess. XXIV : « Omnes vero divina per se, non per substitutos compellantur obire officia. » Cui conciliari decreto conformia omnino sunt Sacræ Congregationis judicia quibus contraria quælibet consuetudo veri abusus nomine compellatur, et talis declaratur teste Bened. XIV loc. cit. n. 11. Hisce igitur attentis capellanus Tronci a petita gratia arcendus esse videretur.

E contra vero animadverti debet quod capellanus Tronci ab anno 1830 uti substitutus et postea die 5 martii 1839 tamquam capellanus titularis usque in præsentiarum inservivit; quod efficit spatium plus quam septem supra quadraginta annos, quo toto tempore laudabiliter ita se gessit, ut a capitulo plenis suffragiis meruerit commendari ejus petitio. Neque obstare videtur tempus substitutionis; ipsum namque ex immemorabili consuetudine consuevit computari in spatio 40 annorum. Tales porro substituti de consensu ordinarii et approbatione capituli electi jure meritoque comparari posse videntur coadjutoribus dum, excepto præbendæ lucro, iisdem ac titulares juribus et privilegiis potiuntur. Atqui coadjutoribus semper profuisse tempus coadjutoriæ ad vade jubilationis obtinendum doctrina est H. S. Ordinis *Brixien*, 27. martii 1683, *Novarien.* 4 Augusti 1691, et in *Dubia Jubilat.* 17. decemb. 1718, dub. 2. Pari ergo ratione non videtur denegandum jubilationis beneficium taliter substitutis, proindeque oratoris precibus favendum.

Cæterum videant EE. PP. ea qua pollent prudentia et sapientia an et quomodo in oratorum votis sit concedendum.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *Pro gratia jubilationis juxta votum archiepiscopi, et in reliquis cum solitis clausulis.* Romæ, 23 martii 1878.

MARIAGE EN ANGLETERRE

Validité des mariages clandestins dans les pays qui ne sont pas soumis au décret de Trente. Le mariage purement civil est-il sacrement si les parties contractantes, par ignorance et erreur, croient que le mariage religieux ne peut avoir lieu sans l'assistance du curé et des témoins? Le mariage contracté dans l'idée qu'on aura la faculté de divorcer est-il nul? Laps de temps requis pour faire validement un mariage clandestin. Exposé du fait. Plaidoirie des avocats. Décision de la S. Congrégation du Concile du 4 mai 1878.

Deux importantes questions sont engagées dans la cause matrimoniale dont nous rendons compte et qui a été jugée par la S. Congrégation du Concile le 4 mai 1878.

1. Les époux qui, dans l'intention d'éluder le concile de Trente, vont en Angleterre pour y faire un mariage clandestin, doivent-ils avoir l'intention de contracter le mariage chrétien, de façon que, si l'un est persuadé de remplir une pure formalité civile qui ne forme nullement l'engagement indissoluble, le mariage soit nul?

2. Le séjour d'un mois qui est rigoureusement exigé pour la validité du mariage doit-il être sans interruption dans le lieu où, le concile de Trente n'étant pas promulgué, l'union clandestine est valide?

Voici les faits d'après le *folium* de la S. Congréga-

tion que nous publions intégralement plus loin.

Le comte Ferdinand N. du diocèse de Malines, âgé de vingt-cinq ans, s'éprit d'une Française nommée Lucie, qui avait une vingtaine d'années. La mère de Ferdinand, voulant rompre cette relation, qui durait depuis deux ans, fit entrer le jeune homme dans une maison de banque de Londres. A peine arrivé en Angleterre, le 21 mai 1872, Ferdinand appela Lucie, et travailla activement pour se former aux opérations de banque et se rendre indépendant. L'enquête ne précise pas le jour de l'arrivée de Lucie en Angleterre.

Dès que la comtesse fut prévenue de l'arrivée de Lucie à Londres, elle envoya un télégramme à Ferdinand, pour le rappeler en Belgique « pour une affaire urgente de banque ».

Ferdinand partit de Londres, le 29 juin 1872; dès qu'il arriva en Belgique, sa mère lui notifia qu'il ne retournerait pas en Angleterre. Lucie avait suivi le jeune comte ; cette circonstance est importante; si Lucie eût demeuré à Londres, elle aurait acquis plus d'un mois de domicile avant le mariage civil qui eut lieu les premiers jours d'août, et ce mariage aurait été valide, tout au moins au for extérieur, comme je dirai plus loin.

Ferdinand résolut d'épouser Lucie. Afin d'éviter les sommations respectueuses que la loi belge exige, et « pour faire plus vite, » il convint avec Lucie d'aller se marier à Londres. Le 31 juillet 1872, sous prétexte de chercher ses effets laissés en Angleterre, il repartit pour Londres ; Lucie arriva bientôt, et, le 6 août, le mariage fut célébré devant le *Registrer* du gouvernement. La loi anglaise permet de marier les étrangers quinze jours après leur arrivée.

Le jour même du mariage, Ferdinand annonça le fait à sa mère, par l'entremise de son oncle. Les deux jeunes gens demeurèrent en Angleterre jusqu'à la fin du mois d'août. Le jour de leur départ n'est pas indiqué dans l'enquête. S'il était prouvé qu'ils demeurèrent un mois entier, ce serait une présomption pour la validité; car le droit canon déclare que la promesse de mariage *transit in matrimonium* par le seul fait de la cohabitation *affectu maritali*. On présume cet *affectus maritalis*, parce qu'il est presque impossible de constater l'opposé.

Voyant la nécessité d'éloigner Ferdinand, la comtesse le fit nommer attaché d'ambassade à Constantinople. Elle exigea que Ferdinand, passant à Bruxelles, signât, le 15 septembre, une procuration pour entreprendre la cause de nullité du mariage devant le tribunal civil.

A peine arrivé à Constantinople, il adressa à Lucie, le 4 novembre, une protestation contre tout jugement que le tribunal civil pourrait émettre; bientôt, il appela la jeune fille à Constantinople.

Le 21 novembre, le tribunal d'Anvers déclara le mariage nul, pour défaut des publications et de consentement de la mère, conformément au code civil, qui prescrit trois soumissions respectueuses.

Malgré le jugement d'Anvers, Ferdinand, attaché d'ambassade à Constantinople, vécut maritalement avec Lucie pendant neuf mois, jusqu'en septembre 1873. Si le concile de Trente n'obligeait pas les catholiques résidents à Constantinople et dans le faubourg de Péra, on aurait une forte présomption de plus pour la validité du mariage; mais il est certain que le décret de Trente comprend les catholiques de Constantinople. Voir dans les *Analecta* la liste des pays qui n'admettent pas la validité du mariage clandestin (3e série des *Analecta*, col. 1072).

En septembre 1873, Ferdinand, cédant aux instances de sa mère, s'enfuit secrètement de Constantinople. Bientôt Lucie le retrouva à Paris, et demanda une entrevue pour « traiter de la séparation à l'amiable. »

Depuis cette époque, la cohabitation paraît avoir cessé. Au mois de février 1874, le consul belge de Constantinople envoya à Ferdinand, à Bruxelles, les bagages de Lucie. Le comte entretint avec elle un échange de lettres et la vit quelquefois.

Vers le milieu de 1874, Ferdinand apprit que sa mère avait demandé à l'ordinaire de Malines une enquête canonique sur le mariage. Il exposa à Mgr l'archevêque la suite des faits qui avaient précédé et accompagné l'union, et demanda que l'autorité ecclésiastique décidât la question.

Deux jurisconsultes, consultés par l'ordinaire, se prononcèrent pour la nullité du mariage, par défaut de domicile.

L'enquête canonique entendit juridiquement les deux jeunes gens et la comtesse-mère.

Au moment où le jugement allait être rendu, Ferdinand écrivit à Mgr l'archevêque une lettre dans laquelle il exposa les anxiétés de sa conscience au sujet du mariage purement *civil* qu'il avait eu l'intention de contracter ; il exprima la crainte que cette union ne fût indissoluble devant Dieu.

Persuadé que cette lettre changeait entièrement la situation, Mgr l'archevêque, le 9 septembre 1874, prononça par arrêt « qu'il ne constait pas de la nullité du mariage... et par conséquent que le mariage, quoique contracté illicitement, devait être réputé valide. »

J'ai dit plus haut que l'enquête ou tout au moins le *folium* de la S. Congrégation ne précise pas les termes du second séjour de Ferdinand en Angleterre, au mois d'août 1872. On dit simplement qu'il arriva à Londres le 1er du mois et partit vers la fin. C'est pourtant le point capital ; car si Ferdinand arriva à Londres le 1er août, et repartit le 31, on a le mois que prescrit la bulle de Benoît XIV, et le mariage serait valide.

Ce fut seulement en juillet 1875 que Ferdinand interjeta appel à la S. Congrégation du Concile.

Au mois d'avril 1876, Lucie contracta en Belgique un autre mariage civil. Ferdinand partit pour le Brésil, en qualité d'attaché d'ambassade, y fut examiné pour la seconde fois, et, après une retraite, déplora ses erreurs de jeunesse.

Après information de l'archevêque, l'affaire a été inscrite au rôle de la S. Congrégation. Ferdinand a confié sa défense à un habile avocat de Rome. Lucie n'a pas pris d'avocat, et n'a été défendue que par le défenseur d'office. Le *folium* que nous publions plus loin résume les plaidoiries de part et d'autre, et les

allégations pour et contre la validité du mariage au point de vue du consentement et du domicile.

LE CONSENTEMENT.

Plaidoirie de Ferdinand. D'après la doctrine catholique, tout mariage entre chrétiens est en même temps sacrement. Par conséquent les contrats valides sont des sacrements. Toutefois, comme l'acte est réglé par l'intention, le mariage est nul, supposé que le contractant ait voulu séparer le contrat et le sacrement. Sanchez dit fort bien : « Si les époux ont vraiment l'intention de séparer, autant qu'il est en eux, le sacrement et le contrat et de célébrer un contrat purement naturel, il faut dire que le mariage est nul par défaut d'intention. »

Telle fut l'intention de Ferdinand. Le 18 juillet 1874, antérieurement au jugement de l'archevêque, il fit la déposition qui suit : « Je déclare avoir voulu faire un mariage purement civil, le seul que je crusse réalisable sous cette forme. Je croyais que ce mariage ne m'engagerait pas devant Dieu tant que la bénédiction sacerdotale ne viendrait pas nous unir dans la suite ; j'espérais pouvoir l'obtenir. Je croyais que jusqu'à cette bénédiction sacerdotale je pourrais briser facilement l'union par un simple arrêt du tribunal civil, lequel prononcerait la nullité, ou accorderait le divorce. » Dans le second interrogatoire Ferdinand dit : « Le motif qui me décida à contracter cette union ce fut de contrecarrer la détermination de ma mère de me séparer de Lucie ; je pensais poser un obstacle suffisant par le mariage civil selon la loi anglaise, lequel me laissait la faculté de divorcer. » Le serment déféré lors de la célébration du mariage causa des inquiétudes de conscience que Ferdinand manifesta à Mgr l'archevêque par la lettre du 16 août 1874. Après le jugement, qui sembla se baser principalement sur cette lettre, Ferdinand écrivit : « Je déclare que la lettre que j'adressai à Mgr l'archevêque au moment où il m'annonça que le mariage allait être déclaré nul, me fut inspiré par la passion que je sentais pour Lucie. » Dans une autre lettre à Mgr l'archevêque, il dit : « J'aurais refusé de contracter un mariage catholique. Je jure devant Dieu que je n'ai jamais cru prendre un engagement indissoluble. »

C'est une persuasion commune en Belgique que le mariage civil est absolument distinct du mariage religieux devant l'officier civil. « Je n'aurais jamais cru, si on me l'eût dit à cette époque, qu'un mariage entre catholiques pouvait être accompli devant un protestant, qui ne croit pas aux sacrements. »

Lucie déclara qu'elle aurait consenti quand bien même on lui eût dit qu'elle ne pourrait divorcer. En fait, son consentement n'a pas eu ce caractère. Elle dépose : « Ferdinand m'exprimait son regret de n'avoir pu faire le mariage devant l'Eglise, parce que sa mère aurait admis la validité. » En avril 1876, peu de temps avant de contracter son second mariage, elle écrit à Ferdinand : « J'ai écrit à l'archevêque que ma conscience m'obligeait de lui confesser aujourd'hui que je n'ai jamais eu l'intention de faire le mariage religieux avec vous. »

La faculté de divorcer emporte-t-elle la nullité du consentement ? L'avocat de Ferdinand soutient cette thèse. L'engagement conjugal étant perpétuel, toute condition qui en limite la durée est contraire à l'essence du sacrement. Coscius (*De separatione thori*) dit que, étant prouvé que la condition a été posée sans être rétractée avant le mariage, le contrat est nul. Or, Ferdinand dépose : « Je voulais demeurer libre de renvoyer Lucie en cas d'inconduite. Si la loi anglaise ne m'eût réservé la faculté de divorcer, j'aurais demandé à réfléchir deux fois avant de m'engager ; je donnai mon consentement d'après cette conviction. » Plusieurs témoins confirment.

Réplique. Le défenseur d'office. J'ai dit plus haut que la jeune femme a fait défaut en ce que personne n'a été chargé de soutenir sa cause. Le défenseur d'office seul a plaidé la validité de maladie.

En Angleterre comme dans tout autre pays où le concile de Trente n'a pas été encore publié, tout contrat valide est en même temps sacrement. C'est l'autorité de Dieu qui forme le lien.

Ferdinand avait depuis longtemps l'intention d'épouser Lucie. Il écrivait à sa mère son chagrin d'abandonner une femme que pendant deux ans il avait considérée comme sienne, pour en prendre de sang-froid une autre, uniquement parce que l'argent faisait défaut. Il se décida à faire à Londres le mariage civil, le seul qu'il crût réalisable. Quoiqu'il ignorât que le mariage fait en Angleterre revêtait la nature du sacrement, cette erreur ne pouvait enlever à l'union son caractère sacramentel. L'erreur de droit n'annule pas le mariage, tous les canonistes en conviennent, parce qu'elle n'affecte pas le consentement. Avec cette persuasion fausse mais innocente, Ferdinand se maria avec parfaite délibération. Il écrivit à son oncle : « Je l'ai épousée devant la loi anglaise. Je vois toutes les conséquences de mon acte, j'en ai mesuré toute la gravité, et j'accepte avec confiance la vie de privations et de sacrifices qui en sera la suite. Si je pouvais exprimer un vœu, ce serait de partir avec ma femme (elle l'est maintenant) pour un pays éloigné, où son passé ne soit pas connu ; je réponds alors de l'avenir. »

Il est constaté que les formules légales proférées durant la cérémonie du mariage devant le magistrat civil expriment le consentement *de præsenti*. Ferdinand donna sérieusement et loyalement ce consentement, non-seulement de vive voix, mais intérieurement et en réalité. Les formules expriment naturellement l'engagement pour la vie entière. Les contractants ont cru se lier à jamais.

En apprenant le jugement du tribunal d'Anvers, il déclare qu'il ne reconnaît à personne le pouvoir de briser un serment qu'il a fait. Il écrit à Mgr l'archevêque : « Je voyais et je vois encore dans un mariage deux parties distinctes : une, toute de formalités, toute humaine, et qui se présente sous l'aspect matériel, et pour les effets, par exemple pour les enfants ; l'autre partie, beaucoup plus intime, s'identifie avec le ser-

ment que l'on fait. J'ai pris Dieu à témoin. Ce témoin permet-il que je me dégage d'un serment fait en son nom? »

On objecte que le mariage est nul lorsque les contractants prétendent séparer le contrat et le sacrement. Mais cela n'a lieu que lorsqu'ils ont une intention réelle, autant que cela dépend d'eux, en voulant fermement que le contrat matrimonial ne soit pas un sacrement. Or, Ferdinand n'eut pas cette intention; car il accepta le lien conjugal pour toute sa vie, et il prit Dieu à témoin par le sermentt qu'il fit. Il était si éloigné de l'intention opposée, qu'il désirait vivement obtenir la bénédiction sacerdotale.

D'après les jurisconsultes, il y a deux intentions: l'intention légitime de contracter le mariage, comme les fidèles peuvent et font; puis, l'intention erronée de faire simplement un contrat; comme il faut présumer qu'ils veulent contracter validement, et non vivre dans le désordre; cette seconde intention est conditionnelle, et suppose que le contrat peut se séparer du sacrement; elle ne produit aucun effet, parce que l'institution du sacrement, telle que Jésus-Christ l'a faite, s'oppose à la séparation. C'est donc la première intention qui prévaut; du moment qu'elle vise au contrat, elle atteint virtuellement le sacrement.

Ferdinand prit le parti de se marier en Angleterre, pour éluder l'opposition de sa mère. « Je savais, dit-il, que ma présence matérielle en Angleterre suffisait pour rendre mon mariage valide. » Voilà la première et générale intention de contracter mariage. Il croyait fermement qu'il ne pourrait faire en Angleterre qu'un mariage civil : « J'ignorais qu'un mariage pût être considéré comme valide sans l'intervention d'un prêtre catholique. » Dans cette persuasion erronée, ne pouvant se marier sacramentellement, il se maria civilement, parce qu'il crut qu'il n'avait aucun autre moyen d'épouser Lucie. Voilà la seconde intention, erronée, mais subordonnée à la première, et incapable de la détruire. L'empêchement n'existant pas, Ferdinand se maria véritablement et sacramentellement, car il eut l'intention de contracter de la manière que les chrétiens le peuvent.

Quoique la loi britannique permette le divorce, cette circonstance n'entraîne pas la nullité du consentement. La condition n'a été exprimée ni avant ni pendant le mariage. Ferdinand dépose : « Je ne crois pas lui avoir parlé de cela; mais elle connaissait la loi anglaise, qui autorise le divorce. » Le juge d'instruction demande à Lucie : « Ferdinand croyait-il conserver la liberté dont il s'agit? » Elle répond : « Je ne crois pas; il ne m'a jamais exprimé une telle restriction. » La simple connaissance de la faculté de divorcer ne suffit pas pour déduire l'intention de faire de cette faculté la condition essentielle du mariage. Tout acte humain exige la connaissance de l'intelligence et la détermination de la volonté. Le contrat de mariage n'est pas invalidé par une condition quelconque qui s'oppose à la substance du mariage; car il faut que l'intention détermine l'acte de la volonté, de sorte que le contrat dépende essentiellement de la condition préconçue. Si la condition est la fin expresse du contrat, le consentement fait défaut : mais si elle accompagne le consentement comme un simple propos de transgresser l'obligation, le mariage est valide. L'intention de remplir l'engagement n'est pas nécessaire.

LE DOMICILE.

Plaidoirie de Ferdinand. Le débat concernant le consentement et le divorce n'aurait pas, à mon avis, fourni un fondement solide pour faire décider la nullité du mariage, surtout dans le for extérieur.

L'avocat de Ferdinand a cru rencontrer un terrain plus favorable en abordant la question de domicile.

Il est hors de doute que Ferdinand fit le second voyage d'Angleterre dans le seul et unique but de se marier. Il n'est pas moins certain que le mariage est nul si les habitants se transportent au lieu où le concile de Trente n'oblige pas, dans l'unique intention de se marier sans l'assistance du curé et des témoins, à moins qu'ils n'y transfèrent vraiment le domicile. La réponse du pape Urbain VIII à l'archevêque de Goa et la constitution de Benoît XIV *Paucis abhinc* du 19 mars 1758 s'expriment clairement. Pour contracter le domicile, il faut transférer réellement l'habitation et se proposer de demeurer dans le lieu la plus grande partie de l'année. Ferdinand et Lucie n'ayant jamais eu cette intention, le mariage est nul. Ferdinand ne savait pas le temps qu'il demeurerait à Londres, il était si éloigné de vouloir s'y fixer qu'il écrivait à un ami de lui procurer une position à Paris. Sa mère l'avait envoyé à Londres en pénitence, sans abandonner la carrière diplomatique, à l'égard de laquelle on avait demandé un congé. Il suit de là que l'*animus manendi* n'a pu avoir lieu.

L'intention d'habiter ne suffit pas pour acquérir le domicile d'habitation; car l'habitation réelle doit durer au moins un mois, sans interruption, antérieurement au mariage. C'est la règle que donne Benoît XIV, dans la constitution déjà citée : *Paucis abhinc* : « Avant que le mariage soit contracté, celui qui contracte doit avoir habité un mois tout au moins dans le lieu où il se marie. » Ces trente jours doivent être continus. Or, il est prouvé que Ferdinand, de retour à Londres le 1er août, se maria le 6.

Le défenseur du mariage et sa réplique. D'après Urbain VIII, le mariage est valide lorsque, dans la seule intention de contracter, on transfère vraiment le domicile dans un lieu où le concile de Trente n'est pas publié. Quel est le laps exigé pour acquérir le quasi-domicile? Benoît XIV parle simplement d'un mois. Ferdinand passa plus d'un mois à Londres avant son mariage. Voici ce qu'il a déposé : « J'arrivai le 21 mai (1872), je repartis le 29 juin, et j'y retournai le 1er août. J'avais un emploi lucratif et une position assez sûre. » Lorsqu'il partit de Londres, le 29 juin, il y était depuis trente-huit jours, huit de plus que Benoît XIV n'exige pour faire validement un mariage clandestin. Il n'est pas prouvé que la promesse de mariage n'ait pas existé dès cette époque; dès lors la cohabitation *affectu maritali* fait que la promesse *transit in matrimonium*. Il ne paraît pas que Ferdinand et

Lucie aient été interrogés à cet égard. En droit on présume la promesse de mariage et la cohabitation *affectu maritali*, présomption qui ne peut être renversée que par des preuves péremptoires et indéniables.

Il n'est pas certain que le départ, effectué le 29 juin, après le télégramme de la comtesse, ait légalement interrompu le domicile. Ferdinand pensait que son apprentissage de la finance durerait un ou deux ans. Rappelé à Bruxelles pour une importante opération de banque, en partant il avait l'intention de retourner à Londres sous peu de jours et d'y continuer sa résidence. Il conserva son appartement et son emploi dans la maison de banque. Lorsque, arrivé à Bruxelles, il apprit que sa mère ne lui permettait pas de retourner à Londres, il ne renonça pas à son logement ni à son emploi, mais au contraire il fut constamment décidé au retour, parce qu'il voulait se former aux opérations financières pour se mettre en état de prendre la direction d'une banque. Il désirait surtout un emploi lucratif, loin de son pays. Il conserva donc son domicile en Angleterre, quoiqu'il l'eût quitté pendant un mois, ou bien, n'ayant pas de domicile fixe, il pouvait se marier partout.

Lucie n'ayant pas de domicile permanent était *vaga*, dans toute l'acception de ce mot. Elle avait parcouru plusieurs villes de France, Douai, Lille, Wiesbaden, puis Bruxelles, où elle fut actrice, dit-on. Elle était libre de continuer ses pérégrinations, ou de prendre domicile à Londres. Elle ne quitta cette ville que pour quelques jours ; en y retournant, elle pensait continuer d'y séjourner. De deux choses l'une : ou cette femme prit domicile en Angleterre, ou bien on doit la réputer *vaga*, et sans domicile. Dans l'un et l'autre cas, le mariage fut validement contracté.

Il n'est pas certain que le second séjour de Ferdinand et de Lucie en Angleterre pendant le mois d'août, n'ait pas été d'un mois entier. Ferdinand arriva le 1er il l'a déclaré dans l'enquête. Le départ définitif eut lieu les derniers jours du mois, dit-on. Il se peut qu'il ait été effectué le 31. Dans cette hypothèse, le second séjour aurait rempli le mois complet que Benoît XIV requiert. A ce moment, la promesse de mariage est certaine ; car la formalité accomplie le 6 août devant le magistrat civil eut tout au moins la valeur d'une promesse mutuelle. Pour que cette promesse *transierit in matrimonium*, il a suffi qu'il y ait eu, aux derniers moments du séjour sur le sol britannique, la *cohabitatio cum affectu maritali*, conformément aux décrétales qui prescrivent en pareille matière la présomption *juris et de jure*, contre laquelle on ne reçoit pas de preuve contraire. Ainsi fut-il démontré que le mariage clandestin n'exista pas du 21 au 29 juin, serait-il certain que le séjour momentané en Belgique pendant le mois de juillet interrompit le domicile acquis à Londres, tout cela serait-il incontestable, il reste encore la difficulté inhérente au second séjour, durant le mois d'août.

Décision. Par arrêt du 4 mai 1878, la S. Congrégation du Concile a jugé qu'il constait de la nullité du mariage. — L'affaire devra reparaître pour le second arrêt.

Mechlinien. Matrimonii. Die 4 maii 1878. — Comes Ferdinandus N. Mechliniensis diœcesis, annorum circa 25 quadrilustrem vagam mulierem Luciam e Gallia oriundam deperiens, biennio cum ea maritalem vitam duxit Brusellis. Ut juvenem ab impudica consuetudine distraheret comitissa ejus mater, arrepta occasione, quod tirocinium diplomaticum speciminis studiorum ineundi causa interceperat, eumdem collocare sategit in nummularia mensa Lemmè Londini constituta ; in qua porro, cupidus ut erat « d'être indépendant, » acriter incubuit, ut artis argentariæ talem adipisceret peritiam, qua sibi et amasiæ necessariam compararet sustentationem. Et revera maternas curas facile deludens ubi primum in Angliam die 21 maii 1872 pervenit, mox amasiam accersivit ibidem. Quod ut comitissa cognovit, telegraphico nuntio exinde revocari studuit « pour une affaire pressante de banque. » Londino excessit Ferdinandus, Lucia comite, die 29 junii ; sed ubi domum matris pervenit, cognovit ab ea, haud amplius in Angliam fore rediturum.

Consilium tunc iniit puellam ducere in uxorem ; et ne cogeretur juxta regni legem « faire des soumissions respectueuses » (trinos nempe subjectionis actus loco consensus exhibendos), et « pour faire plus vite, » nuptias Londini, ubi jamdudum remeare cogitaverat, celebrare convenit cum Lucia. Ineunte itaque subsequenti augusti mense, sub prætextu reducendi supellectilem in Anglia relictam, iterum profectus est Londinum ; ibidemque mox perveniente Lucia, die 6 ejusdem mensis matrimonium coram civili magistratu, qui audit *Registrer*, celebratum fuit.

Notitiam conjugii per avunculum Carolum, litera eidem ipsa die nuptiarum conscripta, ad matrem pervenire sategit Ferdinandus, dum interea ad finem prædicti mensis augusti Londini commoratus fuit. Tunc longius eumdem transfretare curavit comitissa, destinatione ipsi obtenta ad regiam legationem Constantinopoli residentem. Profectus ab Anglia, atque Brusellas pertransiens, imperante matre, a qua ob propriam sustentationem omnino dependebat, mandatum die 14 septembris subsignavit pro civili judicio nullitatis matrimonii. Ubi tamen Constantinopolim pervenit, primum protestationem die 4 novembris contra judicium nullitatis matrimonii ad Luciam Brusellis commorantem transmisit, deinceps ad novum domicilium eamdem revocavit.

Die 21 prædicti mensis novembris civile tribunal Antverpiæ sedens matrimonium invalidavit ex duplici capite, defectus publicationum, et defectus consensus matris, non interposito trino submissionis actu. Nihilominus Luciam uxorio modo retinuit Constantinopoli Ferdinandus usque ad mensem septembris 1873, in quo, urgentibus maternis sollicitationibus, uxore ibidem relicta clam Lutetiam Parisiorum migravit. Ibi eumdem sequuta mulier invitavit ipsum ad colloquium « dans l'intention de procurer cette séparation avec franchise ». Sed ex eo jam tempore haud amplius cum illa cohabitasse apparet ; hoc uno constante, quod initio mensis februarii subsequentis anni 1874 supellectilis Luciæ a Belgico consule Constantinopoli Brusellas remissa est ad Ferdinandum, atque epistolare commercium cum eadem comes conservavit, et aliquando etiam invisit.

Medio interim cursu ejusdem anni 1874, Ferdinandus cognita matris prece (eminentissimo præsuli Mechliniensi pro instruenda matrimonii disquisitione porrecta) vicissim archiepiscopo exposuerat seriem factorum matrimonium suum præcedentium et concomitantium, postulans ut quæstio proposita definiretur ecclesiastica auctoritate. » Duplicem consultorem requisivit archiepiscopus, R. P. Cœlestinum Capulatorum provincialem et R. P. Piat ; qui pro nullitate matrimonii responderunt ob defectum domicilii. Examini subjecit tum conjuges, tum viri matrem. Dum sententiam erat prolaturus literam a Ferdinando accepit, in qua agitatæ conscientiæ exponebantur

dubia ex eo exorta, quod licet ipse matrimonium *civile* contrahere intendisset, ex juramenti tamen religione interposita, valde pertimescebat, ne coram Deo dissolvi posset connubium. Hac epistola accepta, existimans antistes ex ea fuisse « que la situation était entièrement changée, » sententiam protulit die 9 sept. 1874, in qua declaravit « non constare de invaliditate matrimonii... adeoque idem matrimonium quamvis illicite contractum habendum esse ut validum. »

Nonnisi quam mense julio sequentis anni 1875 ad hunc S. Ordinem reclamavit Ferdinandus a sententia archiepiscopi. Dum autem ad ejusdem petitionem, tum Lucia, tum etiam mater, necnon soror et levir Ferdinandi super novis articulis ab ipso propositis examinabantur, aliud matrimonium civile de mense aprili 1876 Lucia contraxit cum quodam Aloysio in Belgio. Ferdinandus autem ex nova gubernii destinatione ad regiam legationem in Brasiliensi imperio sedentem profectus est, ubi novum subiit examen, atque, spiritualibus peractis exercitiis, juveniles errores deploravit. Accepta exinde ab Emo archiepiscopo informatione, quæstionem EE. VV. submittere decrevi, quæ idcireo hodie mane disceptanda proponitur; et nunc pro meo officio deductiones a Ferdinandi patrono et a matrimonii vindice typis traditas per summa capita recensendas fore duco.

Ex duplici vitio nullitatem matrimonii arguit defensor comitis, ex vitio consensus et ex vitio formæ, seu ex defectu domicilii. Quoad primum animadvertit, quod utcumque in Anglia matrimonium, quod aiunt civile, naturam sacramenti induit ex doctrina a sanctissimo pont. Pio IX in allocutione 27 sept. 1852 tradita « inter fideles matrimonium dari non posse quin uno eodemque tempore sit sacramentum », ita ut propter consensus et sacramenti continentiam civilia connubia eo ipso quod sunt legitimi contractus, sunt etiam sacramenta, nihilominus, ex quo actus agentis ultra illius intentionem non operatur, si intentio contrahentis ea fuerit ut contractum a sacramento sejungeret, matrimonium nullum est ad tradita per Sanchez de matrim. l. 2, disp. 10, n. 6 : « Si ea voluntas sit vera intentio separandi quantum in ipsis est, rationem sacramenti a matrimonio, et celebrandi merum contractum naturalem, dicendum est non esse sacramentum defectu intentionis. »

Hanc fuisse Ferdinandi intentionem deducit ex depositionibus tum ante tum post sententiam archiepiscopi a Ferdinando emissis. Ante sententiam enim die 18 junii 1874 hunc actum elicuit : « Je déclare avoir eu au moment de mon mariage l'intention expresse de ne faire qu'un mariage purement civil, le seul que je croyais réalisable en cette manière; mariage qui ne liait pas devant Dieu tant que la bénédiction du prêtre ne viendrait pas nous unir dans la suite, et j'espérais pouvoir l'obtenir un jour. Je croyais enfin que jusqu'à cette bénédiction il me serait facile de briser cette union par un simple jugement civil, qui prononcerait soit la nullité, soit le divorce. » In secundo examine posthac inito : « Le motif qui me détermina à contracter cette union fut de mettre un obstacle à la volonté qu'avait ma mère de me séparer de Lucie; je croyais trouver suffisamment cet obstacle dans un mariage purement civil suivant la loi anglaise, lequel me permettait de divorcer en certains cas. »

Quum autem existimasset, ideo archiepiscopum validitatis sententiam protulisse, quia deprehenderat ex epistola 16 augusti 1874 ipsum esse stimulis conscientiæ exagitatum ob juramentum in nuptiarum celebratione præstitum, hanc aliam declarationem elicuit : « Je déclare que la lettre que j'ai écrite à l'archevêque de Malines au moment où il m'annonça que le mariage allait être déclaré nul, fut dictée par la passion que je sentais pour Lucie. » Alia deinceps epistola ad Emum præsulem transmissa ita obtestatur : « J'aurais refusé de contracter un mariage catholique si on me l'eût offert... Je jure, devant Dieu qui m'entend, que je n'ai jamais cru contracter un engagement indissoluble. »

Hisce addit defensor hanc esse opinionem in Belgio communem, aliud esse civile matrimonium, aliud ecclesiasticum; et quemadmodum civile in ecclesiastico per sæcularem legem non continetur, ita ecclesiasticum in civili per Ecclesiæ legem non contineri. Hanc autem sequutus opinionem, matrimonium civile Londini contraxit Ferdinandus, quin umquam cogitasset, catholicos ibi etiam religiose contrahere dum coram officiali civili nubunt. « Je n'aurais pas cru, si on me l'eût dit alors, qu'un mariage entre deux catholiques peut être contracté devant un protestant qui ne croit pas aux sacrements. Il y a donc ignorance et volonté contraire. » Ita in declaratione diei 12 februarii 1875. Id porro corroborat testimonio matris Ferdinandi, quæ deponit : « Nous avons à Londres dans une petite paroisse M. Riemans, qui est né à Edeghem, et auquel mon fils aurait pu facilement s'adresser s'il avait cru contracter le moindre engagement religieux. »

Declarationibus Ferdinandi adjungit etiam depositiones Luciæ; quæ a judice ecclesiastico rogata : « Si alors on vous eût dit expressément que vous n'auriez jamais le pouvoir de divorcer, croyez-vous que vous auriez consenti? » ita respondit : « J'aurais également donné mon consentement. » Atque ex hoc deducit, quod dedisset utique consensum, sed in facto non dedit; nam si dederit, hypothesim interrogationis omnino respuisset potius respondens : « Conditio, quæ fingitur, perpetuitatis, non fictio, sed veritas fuit, atque hac lege nupsi ». Idipsum obfirmat dum ita prosequitur : « Il m'exprimait le regret de n'avoir pu faire le mariage devant l'Eglise, parce qu'alors sa mère aurait admis la validité de ce mariage. » Hisce omnibus adjungit apertam declarationem ab eadem muliere tum Ferdinando tum archiepiscopo traditam mense aprilis 1876 : « J'ai écrit à l'archevêque que mon devoir m'oblige de lui avouer aujourd'hui que je n'ai jamais eu l'intention de contracter un mariage religieux avec vous. »

Aliam causam nullitatis ex vitio consensus haurit defensor Ferdinandi a conditione dissolvendi aliquando matrimonium, sub qua ille contraxit. Constat quidem in jure quod in contrahendo matrimonium conditio restringens perpetuum vitæ consortium ad certum vel incertum tempus est contra substantiam sacramenti, atque illud destruit; ita post textum in cap. 7 de condition. app. tradunt Schmalzgrueber l. 4, par. 2, t. 5, n. 6; Reiff. l. 4, t. 5, § 2, n. 48; Gury, *Compend. theol. mor.* cum annot. Ballerini t. 2 de tract. matrim. n. 752. « Quæritur 5 an sit validum matrimonium initum sub conditione turpi. Resp. Negative, si conditio hæc repugnet substantiæ matrimonii, triplici nempe ejusdem bono, 1. bono sacramenti, 2. bono fidei, 3. bono prolis; quod fieret si sponsi contrahendo matrimonium generationem prolis, fidelitatem in conjugio, aut perpetuitatem in matrimonio excludant. » Hanc autem intentionem, omissis scriptorum sententiis quoad necessitatem eamdem exprimendi in actu celebrationis, affirmat, tunc debere exprimi, si nulla præsumptio probationi conditionis faveat; si econtra hæc opituletur præsumptio, tunc conditio in actu poni non debet. Coscius, *De separat. tor.* l, 1, c. 3, n. 14 : « Hoc unum addere juvat, quod in cap. 16 cum auctoritate Rotæ etc. probatur, quod etsi hæc conditio in actu conjugii non manifestatur, probare sufficit quod conjugium præcesserit, nec ante illud fuerit retractata. At eadem Rota inter decis. impressas post Ursayam, etc. aliter sensisse videtur; nam ibi firmat, quod si contrahentes ante matrimonium manifestaverint, se velle contrahere sub hac vel illa conditione, neque deinde coram parocho et testibus in actu contrahendi matrimonium eamdem conditionem expresserint, matrimonium pro puro haberi debet. In hac decisionum varie-

tate censeo, quod hæc posterior opinio procedat quando concurrunt circumstantiæ veram absolutam perfectamque conditionem excludentes; et limitationem recipiat in casu, quo conditio talis ut, est attentis circumstantiis et concludentibus probationibus, de illa matrimonium præcedente dubitari non potest; quibus concurrentibus, non conveniat aut honestati viri, aut pudori mulieris, aut loci sanctitati coram quoque numeroso populo, qui non semel celebrationi matrimonii interesse solet, prædictam publice in eodem actu pandere conditionem, sed tunc eam præcessisse probare sufficiat. »

Ad factum exinde deveniens hanc intentionem dissolvendi aliquando conjugium ostendit in Ferdinando ex ejusdem confessione judici elicita : « Je voulais demeurer libre de la laisser en cas de mauvaise conduite. Si la loi anglaise ne m'eût laissé la faculté de divorcer, j'aurais demandé à réfléchir deux fois avant de m'engager, et je donnai mon consentement dans ce sens. » In secundo autem examine rogatus a judice : « En donnant votre consentement au moment de la cérémonie du mariage, vous êtes-vous réservé intérieurement mais positivement la liberté de rompre le mariage en cas de mauvaise conduite de la part de votre femme? » Ferdinand répond : « Oui, c'est le sens; je me considérais comme devant être libre si elle venait à se mal conduire à mon égard. »

Judiciales depositiones obfirmat Ferdinandus extrajudicialibus declarationibus; ita in epistola diei 16 februarii 1875 ad archiepiscopum : « Je regardais cette condition comme essentielle à cause des antécédents de la personne que j'épousais. J'aurais donc refusé de contracter un mariage catholique si on me l'eût présenté. » Idipsum obtestatur in examine diei 16 martii 1877 : « J'ai annoncé expressément cette intention à Lucie, je la lui ai même écrite, mais je n'ai pu l'exprimer dans le serment que j'ai du faire à Londres. Si j'avais cru ne pouvais divorcer lorsque je voudrais, j'y aurais pensé deux fois avant de faire ce mariage. J'aimais cette femme mais je ne l'estimais pas, je voulais continuer de vivre avec elle, mais seulement à condition de pouvoir divorcer si dans la suite elle me devenait infidèle. »

Depositionibus Ferdinandi adjungitur demum testimonium matris ipsius, obtestantis « que sans la liberté de divorcer il n'aurait jamais épousé une semblable femme. » Superadditur etiam aliud testimonium leviri Ferdinandi, qui percunctatus a judice : « Vous a-t-il jamais dit, ou avez-vous su d'autres personnes qu'un des motifs qui le déterminèrent à se marier civilement en Angleterre c'est que le divorce existe et non la simple séparation et que sans la liberté de divorcer il n'aurait jamais voulu se lier à Lucie? Il répondit : « Il me l'a dit lui-même. »

Ita conditione dissolvendi aliquando matrimonium, eaque sacramentum adversante, ex parte Ferdinandi demonstrata, non magis juvare consensum pure præstitum a muliere, contendit orator auctoritate Coscii innixus, qui tradit de separ. tor. l. 1, c. 16, n. 272 : « Hanc conditionem (non cohabitandi) matrimonii nullitatem inducere docet et D. Thomas etc. Atque adeo hoc etiam procedit in casu, quo alter ex contrahentibus nesciat, alterum sub prædicta conditione matrimonium contrahere; cum enim intentio sub ea conditione contrahentis sit intentio non contrahendi matrimonium verum, sed fictum, nullum proinde reddit ejusdem matrimonii valorem, altero quoque contrahente ignorante, verumque consensum absolute exhibente. » Accedit etiam Sanchez de matr. lib. 5, disp. 13, qui quatuor auctorum exponit sententias; prima est, quæ dicit non irritari matrimonium, nisi ab utroque contrahente conditio apponatur; secunda docet, per ejusmodi conditionem resultare sponsalia, non matrimonium; tertia negat utrumque; quarta admittit matrimonium si subsequatur copula. Ex hisce autem sententiis, primam et quartam tradit esse valde probabiles; tertiam vero cæteris probabiliorem.

Aliud caput post hæc defensionis aggrediens quod in vitio formæ, seu defectu domicilii consistit, præmittit in facto Ferdinandi orator, indubium esse quod hic juvenis in Angliam sese contulerit ad unum scopum contrahendi matrimonium, consentiente in hoc utriusque partis judiciali confessione; Ferdinandus ait : « Lorsque je repartis pour Londres, j'y allai uniquement pour contracter mariage. » Ac rursus in ultimo examine : « Je retournai dans l'intention de me marier à Londres. » Mulier etiam : « Deux ou trois jours après il vint me dire qu'il avait l'intention de m'épouser; que pour cela il devait retourner à Londres afin de faire toutes les démarches nécessaires. Je devais le rejoindre lorsque tout serait prêt pour le mariage. » — In jure autem recolit responsum quod Urbanus VIII archiepiscopo Goano dedit huic tertio quæsito : « Quid si incolæ tam masculi quam feminæ transferant habitationem (in locum ubi Conc. Trid. non fuit promulgatum) « illo solo animo, ut absque parocho et testibus contrahant, » et prælaudatus pontifex respondit : *Nisi domicilium vere transferatur, matrimonium non esse validum;* quod porro responsum nova quoque sanctione communivit Benedictus XIV in sua constitutione quæ incipit *Paucis ab hinc* 19 martii 1758 juxta multiplices decisiones hujus S. Ordinis. Quæstio igitur in hoc uno consistit, num domicilium Londini habuerint contrahentes.

Hoc autem contrahi contendit facto habitationis cum animo permanendi per majorem anni partem, ceu tradunt Engel. *De cland. desp.* n. 12; Barbosa, *Annot. ad conc. Trid.* sess. 24 de ref. c. 1, n. 6, Antoine, *Theol. moral.* de matrim. § 452 not.; et quoniam hunc animum nec Ferdinandus nec Lucia habuit; hinc invalidum fuit eorumdem connubium. De Ferdinando ait, ipsum in Angliam se transtulisse prima vice ab imperio matris adactum : « Ce fut la volonté de ma mère pour me séparer de Lucie... Je suis parti, contraint par ma mère. » Mater ipsius deponit : « Je l'envoyai là en pénitence, pour le détacher de Lucie et l'obliger de gagner sa vie. » Ac deinde : « C'est moi qui l'ai envoyé à Londres : comme il ne pouvait vivre sans argent, il lui était absolument impossible de se passer de moi. » Ipsius autem soror : « Il dépendait de ma mère, parce qu'il n'avait pas d'autres ressources. » Levir autem judici percontanti : « Est-il vrai qu'il avait continuellement besoin des secours de sa mère pour vivre? » respondit: « Oui. » Quum itaque coacte habitaverit Londini, haud aliter judicandus venit, quam qui vinculis ad custodiam detinentur, de quibus aiunt doctores non valere matrimonium in carcere contractum. Monacelli *Form. leg.* suppl. vol. 1, t. 8, n. 36. Ursaya, *Disc. eccl.* t. 2, p. 1, disc. 10, n. 36. Ferraris, bibl. voc. *imped. matr.* art. 2, n. 90. Giraldi, *Expos. jur. pont.* t. 2, sect. 115, n. 7, Cosci *De separ. tor.* l. 1, c. 14, n. 42 : « Matrimonium contractum coram parocho ab eo qui ibi detinebatur accidentaliter ad correctionem seu ad custodiam, est nullum; secus autem si carceratus fuerit ad carcerem in pœnam per aliquod tempus determinatum. »

Accedit quod Ferdinandus ne quidem cognoscebat quo temporis spatio fuisset Londini moraturus. « Je ne savais pas combien de temps je resterais à Londres. » Lucia autem judici roganti : « Avait-il décidé le temps qu'il demeurerait à Londres? » respondit : « Ce n'était pas décidé. » Imo etiam adeo alienus omnino erat a mora in ea civitate protrahenda, ut jam studeret alibi aliam occupationem nancisci, quemadmodum amicus quidam Parisiis commorans respondens litteræ a Ferdinando eidem conscriptæ significavit ante matrimonium : « Je m'occupe de vous trouver une position à Paris; mais la chose est extrêmement difficile en ce moment. Cependant je dois être administrateur de deux affaires qui sont en formation,

je ferai le possible pour vous y procurer une position. » Hoc autem derivabat ex hoc quod Ferdinandus abhorrebat a vita Londini producenda : « Je détestais Londres. J'aurais préféré habiter tout autre pays. » Mater vero ipsius : « Je sais que mon fils n'aimait pas du tout le séjour de Londres. »

Minus vero ab ejus voluntate dependebat habitationem Londini protelare, quia utpote addictus legationi Belgicæ, exercitium interceperat in vim temporaneæ licentiæ, speciminis studiorum dandi causa obtentæ; quemadmodum obtestatur minister belgicus ab externis rationibus : « Le 15 mai 1872 il obtint un congé pour se préparer à l'examen diplomatique et à l'examen de droit. » Numquam at vero ipse abdicavit diplomaticum tirocinium; quapropter voluntatem permanentis domicilii contrahendi haud habere potuit, quippe quod de die ad diem revocari potuisset in officio, quemadmodum reapse revocatus fuit mense septemb. 1872, ut Constantinopolim se conferret. Ex quo porro liquet, quod quum revocatus in patriam Londinum reliquisset, et statim consilium iniisset ibidem revertendi ad unum finem contrahendi matrimonium, haudquaquam habere potuit intentionem constituendi domicilium in ea civitate, quando nec mater hoc consentiebat, et ipse odio habebat eamdem civitatem.

Quod autem quis animum non habuerit constituendi habitationem in aliquo loco, ex eo vel maxime demonstratur, quando primum domicilium non cogitaverit relinquere, ceu tradit Barbosa, vot. decis. l. 2 vot. 10 art. 1 num. 8, Ursaja *Disc. eccl.* l. 2, p. 1 disc. 10 num. 11. Rota Rom. in *Neapolitana* matrimonii 22 junii 1705 § 6 coram Priolo : « Ut enim quis dicatur parochianus alicujus ecclesiæ non sufficit simplex et corporalis habitatio, et ut in jure dicitur, asinina, sed requiritur animus deserendi primum domicilium, et permanendi in secundo, cum quo statim de jure acquiritur..... et sine quo neque per mille annos acquiritur, ut præter allegatos in d. mea decis. firmat Cephal. apud Menoch. etc. » Imo etiam tunc maxime ostenditur defuisse animum novum acquirendi domicilium, quando in eo loco haud quis permansit post matrimonium per congruum temporis spatium, quia si subsecuta sit repentina discessio, contrariam adfuisse voluntatem manifeste demonstratur; id quod non obscure tradit Bened. XIV in *Notif.* 13, tom 2, num. 8 : « Il faut toutefois remarquer que dans les cas susdits les contractants avaient acquis un nouveau quasi-domicile dans le lieu où ils se marièrent, car ils y avaient demeuré quelque temps et ne l'avaient pas quitté pour retourner dans leur pays. » Utrumque autem in casu defuisse clare liquet ex eo quia ante contractum matrimonium domicilium originis numquam Ferdinandus abdicavit; post contractum matrimonium, vix octo aut decem dies permanserunt contrahentes in Anglia : « Je crois (ita mulier) que nous avons laissé Londres huit ou dix jours après. »

Hæc de Ferdinando. De muliere autem nihil aliud quoad domicilium constitui posse contendit defensor, præter hoc unum, quod illa nullum et proprium votum habuerit, nullam propriam voluntatem; quandoquidem præter intentionem sequendi comitem, nihil aliud in ejusdem mente reperiri datum est. Domicilium hujus mulieris nonnisi quam ab habitatione illius desumendum est; quæ alioquin non animo tantummodo, sed animo et facto acquiritur. Sanchez l. 3, disp. 23, num. 2. domicilium habitationis non acquiritur solo animo habitandi, sed animo et facto, nempe habitatione ipsa, ut per l. *Domicilium* ff. ad municipal. Hæc autem habitatio debet ad minus protrahi per mensem ex doctrina Bened. XIV in cit. constit. *Paucis*. « Post hæc necessarium fore censendum « nonnihil adjungere ut in propatulo sit, quidnam requiratur « ad domicilium adipiscendum. Verum hac in re non alio pacto « responderi potest, nisi quod antequam matrimonium contra- « hatur, spatio saltem unius mensis ille qui contrahit habita- « verit in loco ubi matrimonium celebravit. » Hujusmodi autem habitatio debet esse continua ad text. in l. 9 ff de agnosc. lib. « Dies autem triginta continuos accipere debemus ex die divortii, non utiles, » et § 6 instit. de excus : « Qui autem excusare se volunt, non appellant, sed intra dies quadraginta continuos ex quo cognoverunt, excusare se debent. » Quum itaque Bened. XIV constituisset habitationem habendam triginta diebus, *antequam matrimonium contrahatur*, etiam quod hoc continui esse debent dum ipsum contrahebatur.

Controversi conjugii validitatem propugnaturus matrimonii vindex sententiæ defensoris Ferdinandi ex doctrina sanctissimi pont. Pii IX deductæ, quod in Anglia civilia connubia propter consensus et sacramenti continentiam eo ipso quod sunt legitimi contractus, sunt etiam sacramenta, ultro adhæret, ob id potissimum, quod fidelium conjugia non ab auctoritate humana, sed a divina virtute, seu ut ait Tertull. contr. Marcion. l. 4 c. 78, « per figuram sacramenti ab eo præministratam, cujus erat sacramentum, » vim et vinculum recipiunt, ad textum etiam in cap. unic. de vot. 6.

Ad factum deveniens ostendit, jamdiu Ferdinandum animo concepisse Luciæ nubere; quod præ primis comitissæ matri non obscure ille innuit ex Anglia scribens, vehementer angi ex una cogitatione derelinquendi mulierem, « qu'il a considérée pendant deux ans comme sa femme, pour aller de sang froid en chercher une autre parce que l'argent fait défaut. » Quum alioquin Londino prætextu negotii gravissimi revocatus in Belgium deprehendisset a matre præpediri, ne revertens in Britanniam secum duceret puellam, tunc deliberavit matrimonium civile celebrare Londini, non ob aliud quidem, nisi « pour ne point passer par les soumissions respectueuses et pour faire plus vite, » et quia hoc modo dumtaxat eamdem potuisset sibi copulare conjugio, « le seul que je croyais réalisable de cette manière ».

Utcumque vero ignoraret matrimonium ibidem celebratum sacramenti naturam induere, hic tamen error haud efficiebat, quod ipsius conjugium a sacramento desciceretur, edocente communi doctorum sententia, quod error in jure circa impedimentum canonicum, eo quia non minuit consensum, nec etiam inficit sacramentum. Covarruv. tit. de sponsal. p. 2, c. 3, §§ num. 2, et Sanchez de matr. l. 2 disp. 32 num. 1 : « Difficultas hujus quæstionis versatur quando adest error facti, jurisque scientia, quia conjuges falso credebant esse impedimentum, et existimabant, eo stante non posse consistere matrimonium; si enim errarent etiam in jure, fatentur omnes, verum esse matrimonium, quia non defuit consensus. »

In hac erronea sed innocua opinione cum matura deliberatione matrimonium celebravit Ferdinandus certo sibi proponens difficilem conditionem exinde derivantem patienter subiturum; scripsit enim avunculo Carolo eadem die nuptiarum : « Je l'ai épousée devant la loi anglaise. Je connais toutes les conséquences de mon acte, j'en ai mesuré toute la gravité, et j'accepte avec confiance la vie de privations et de sacrifices qui en sera la conséquence. » Et cum probe intellexisset, per totam vitam se matrimonio conjunctum, quod dedecus suæ familiæ afferret, hinc vehementer exoptabat procul a patria proficisci, ne ejusdem connubium ibidem evulgaretur : Je voudrais que mon mariage ne fût pas connu pour ne pas nuire à ma famille. Si je pouvais exprimer un vœu, ce serait de partir avec ma femme (puisqu'elle l'est à présent) pour un pays lointain, pour que son passé ne soit pas public, je réponds alors de l'avenir. » Nulla denique validior probatio dari potest de ejusdem intentione contrahendi verum ac, quantum in ipso erat, legitimum matrimonium, quam ejusdem confessio in primo examine judiciali emissa. Percunctatur enim judex : « Les formules légales prononcées dans

la cérémonie du mariage devant le magistrat civil exprimaient-elles un consentement de mariage entre vous et Lucie? R. Oui, parfaitement. D. Avez-vous donné sérieusement et loyalement ce consentement, non-seulement de vive voix, mais intérieurement et en réalité? R. Oui. D. Le sens de ce consentement dans les formules légales était-il de lier et engager les époux pour toute la vie? R. De sa nature le sens de ce consentement était de lier pour toute la vie. D. Lucie a-t-elle cru que son consentement et le vôtre avaient le sens de vous lier l'un envers l'autre pour toute la vie? R. Oui, elle le croyait. D. En exprimant votre consentement, avez-vous donné à vos paroles un sens différent de celui qu'elles avaient naturellement? R. Non, 'ai donné mon consentement selon le sens des paroles. »

Validius insuper vinculum connubium Ferdinandi accepit etiam ex religione juramenti, in quo, ceu tradit Sanchez, *De matrim.* lib. 1, disp. 21, num 2, ibi : « Ea inest virtus, ut faciat valere actus alias invalidos, eo modo quo valere possunt. » Ita namque comes protestatus est in judicio nullitatis apud civile Antverpiæ tribunal. « Devant Dieu et devant les hommes, je soussigné Ferdinand-Marie comte N. déclare que je n'ai jamais reconnu à un tribunal le pouvoir d'annuler un serment que j'ai fait, ou une parole que j'ai donnée. Ayant appris par une lettre signée Victor Jacobs que le tribunal de première instance d'Anvers a déclaré nul mon mariage, je déclare que l'arrêt du tribunal est comme non-avenu à mes yeux, et par conséquent je considère toujours la dite Lucie comme ma femme et légitime épouse. En conséquence j'ai envoyé la présente déclaration à ma femme légitime devant Dieu. »

Et quoniam fortasse persensit, archiepiscopum in judicio ecclesiastico in eamdem nullitatis sententiam inclinare, tunc stimulis exagitatus conscientiæ hæc eidem conscripsit: « Permettez, Monseigneur, que je vienne vous demander si je puis avoir la conscience entièrement tranquille quant à la nullité de ce mariage. Je suis tourmenté et inquiet à ce sujet. J'ai répondu en toute franchise aux questions qui m'ont été posées dans mes interrogatoires..... Je voyais et je vois encore dans un mariage quelconque deux parties bien distinctes; l'une toute de formalités, tout humaine, et qui se présente sous l'aspect extérieur du mariage, et pour les effets, par exemple pour les enfants qui peuvent venir; l'autre beaucoup plus intime s'identifie avec le serment que l'on prête... J'ai pris Dieu à témoin. Ce témoin permet-il que je puisse me dégager d'un serment fait en son nom? admet-il la nullité, la vanité d'une promesse faite de cette manière? Pour lui et devant lui suis-je bien dégagé de ce serment, ou suis-je lié? »

Ut autem objectioni matrimonii vindex occurrat, quæ proponitur ex doctrina a Sanchez tradita de matr. l. 2. disp. 10 n. 6, quod nimirum contrahentes dum volunt sejungere contractum a sacramento, nullum reddunt utrumque, primo respondet ex eodem auctore, qui tradit, tunc id evenire, quando illi habent « veram intentionem separandi, quantum in ipsis est rationem sacramenti a matrimonio. » Sed Ferdinandus hanc veram intentionem non habuit; in primis ob duplicem antedictam rationem, quod nempe consensit conjugali vinculo subjici « pour toute la vie; » et quod hujusmodi vinculi testimonium ac vindicem per jusjurandum Deum interposuit. Præter hoc tam longe abfuit ab eo hujusmodi contraria intentio, ut potius vehementer exoptaret sacerdotalem consequi benedictionem. Scribebat enim avunculo : « Plus tard peut-être dans un pays éloigné nous pourrons faire bénir notre union par un prêtre catholique. Je le désire beaucoup. » In examine judiciali hæc expromit : « Tant que la bénédiction du prêtre ne viendrait pas dans la suite nous unir : et j'espérais pouvoir l'obtenir un jour. » Mulier autem etiam in judicio retulit : « Après le mariage M. le comte m'exprimait le regret de n'avoir pu le faire devant l'Eglise, parce qu'alors sa mère aurait admis la validité de ce mariage. »

Interpretationem sententiæ Sanchez ita juxta facti elementa enucleatam corroborat sententia Schmalzgrueber, qui utut illi auctori in genere adhæreat, intimius tamen in specie quæstione perspecta, hæc tradit in tit. de spons. et matrim. t. 4, par. 11, tit. 1, num. 304, ibi : « Eo casu duæ concurrunt intentiones in sic contrahentibus, una legitime contrahendi matrimonium, prout a fidelibus contrahi potest, et solet; altera erronea contrahendi illud in ratione solius contractus, quæ, cum merito de contrahentium mente præsumatur, quod velint contrahere valide, et non vivere in perpetua fornicatione, erit conditionata, si scilicet ratio contractus legitimi separari a ratione sacramenti possit; igitur cum separatio isthæc ex institutione Christi fieri nequeat inter fideles, intentio hæc secunda erronea operabitur nihil; consequenter prævalebit prior generalis, quæ hoc ipso virtualiter in rationem sacramenti fertur, quod feratur in rationem contractus legitimi, a quo ratio sacramenti apud fideles separari nequit. »

Ita quippe doctrinam prælaudati scriptoris ad rem applicat. Consilium ineundi in Anglia matrimonium ceperat Ferdinandus, ut evaderet obstacula matris, « parce que je savais que ma seule présence matérielle en Angleterre suffisait pour rendre mon mariage valide. » En prima ac generalis intentio contrahendi matrimonium. Erronea ferebatur opinione, quod tantum civile connubium ibidem contrahi potuisset : « J'ignorais qu'un mariage pût être réputé catholique indépendamment de la présence d'un prêtre catholique. » Ita erronee cogitans, cum non posset sacramentaliter nubere, nupsit civiliter, quia ita solum ducere potuisset Luciam, « le seul que je croyais réalisable de cette manière. » En secunda erronea intentio; quæ cum esset subordinata priori, illam destruere non poterat, utpote prævalentem, ac præ omnibus conceptam. Ast quoniam deerat impedimentum erronee excogitatum, hinc Ferdinanus intelligens contrahere eo modo, quo possunt fideles, vere et sacramentaliter nupsit.

Ex alio capite matrimonium, quo de agitur, impetitur quoad consensum; ex conditione nimirum dissolubilitatis, quæ in vim Anglicæ legis divortium permittentis conjugio inest civili; atque huic etiam exceptioni nunc occurritur. In primis vindex negat suppositum; ait enim hanc conditionem, neque antea, neque in actu nuptiarum, nec verbis expressisse, nec voluntate Ferdinandum firmasse. Non verbis expressit; interrogatus quippe quoad intentionem pro lubitu divertendi a judice : « Lucie savait-elle que vous ne vouliez consentir qu'à cette condition? » Respondit Ferdinandus : » Je ne crois pas lui avoir parlé de cela; mais elle connaissait la loi anglaise, qui permet le divorce. » Rogatus iterum, si alteri hanc pandidisset intentionem, respondit : « Je ne me souviens pas d'en avoir parlé; il est possible que j'en aie parlé à ma mère. » Mater autem ipsius refert quidem, hanc fuisse propriam opinionem, sed nullatenus affirmet hoc audivisse a filio : « Je suis persuadée qu'il n'avait pas l'intention de s'unir pour toute la vie à Lucie. » Hæc denique mulier judici percontanti : « Ferdinand croyait-il conserver la liberté en question? » ita reposuit : « Je ne crois pas : il ne m'a jamais exprimé une telle restriction. »

Nedum autem non expressit; imo nec voluntate intentionem ejusmodi divertendi Ferdinandus firmavit. Ita namque obtestatus est archiepiscopo : « Au moment même de contracter ce mariage, je n'avais pas l'intention de le rompre un jour; mais seulement je connaissais la faculté que me donnait la loi par rapport au divorce. » Haud quidem satis fuit hæc simplex cognitio ad intentionem efformandam, quæ conditionem induceret contra certam ac prædominantem voluntatem contrahendi matrimonii duraturi « pour toute la vie ». Ad actum enim

humanum eliciendum duplex concurrere debet facultas hominis; intellectus et voluntas; et pro duplici facultate in morali actione intercedere debet cognitio et electio. In matrimoni autem contractu non quælibet conditio quoquo modo concepta, utut substantiæ matrimonii contraria, illud inficit; sed ea tantummodo, in qua actus voluntatis ita innititur, si nimirum non aliter contractus fieret quam sub eadem præconcepta conditione; egregie Pontius, *de matrim.* lib. I cap. 20 num. 11, ibi : « Notanter hactenus diximus vitiare eas conditiones mente retentas contractum matrimonii, quando habentur pro fine consensus; eo enim ipso diximus deficere consensum necessarium. At si ea, quæ his conditionibus continentur contrariis bono prolis, et fidei et sacramenti, proponat quis facienda, actu comitante consensum, ita ut consensus matrimonii non nitatur illis, valet etiam matrimonium in foro interno. Quia aliud est non consentire nisi sub ea conditione intenta, et illi expresse niti; aliud vero consentire cum proposito tamen non implendi id quod debetur proli, et fidei et sacramenti; neque enim ad obligationem contractus necessarius est animus adimplendi. »

Postremæ occurrens exceptioni ex defectu domicilii desumptæ, meminit matrimonii vindex decretum Urbani VIII jam a defensore Ferdinandi recitatum, validum nempe esse matrimonium ab eo contractum qui « solo animo contrahendi matrimonii » in eum locum se transtulerit ubi Conc. Trid. non est promulgatum, dummodo ibidem vere transtulerit domicilium. Ad acquirendum vero quasi domicilium regulam recenset a Bened. XIV traditam in const. *Paucis*, quod nempe « spatio saltem unius mensis ille, qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur. » Ad factum inde deveniens ostendit, jamdiu ultra mensem Londini ante nuptias commorasse Ferdinandum : « Je suis arrivé le 21 mai (1872) ; je partis le 29 juin, et j'y retournai le 1er août; j'avais un emploi rétribué et une position d'une certaine stabilité. »

Eo autem ibidem consistebat ut sibi compararet utilem occupationem ad vitam sustentandam; sic enim Brasiliensi judici delegato respondit : « J'aurais accepté tout poste ou tout emploi qui m'aurait donné le nécessaire pour vivre, parce que mon unique désir était d'être indépendant. » Ad hoc examussim ipse amicum Parisiis degentem rogaverat : « Votre lettre (ait amicus ille) me cause de la peine et du plaisir... Je m'occupe déjà de vous procurer une position à Paris, mais c'est difficile en ce moment. » Quo autem utile sibi officium compararet, expertum fieri haud posse agnovit nisi uno vel altero anno exercitationi argentariæ in mensa Lemmè vacaret : « Je pensais que cela pourrait durer un an ou deux, temps nécessaire pour me mettre au courant des affaires, si j'avais voulu poursuivre cette carrière. » Idipsum deponit Lucia : « Il croyait pouvoir y rester au moins un an : il avait l'intention de se mettre au courant de la Banque; et pour cela il lui fallait à peu près le temps indiqué. »

Cum tamen ejus mater eumdem revocari a directore mensæ sategerit hoc prætextu, « pour une importante et urgente affaire de banque ; » tunc ipse Brusellas, nulla mora ferreum iter arripuit, quin tamen nec officium argentarium, nec habitationem dimitteret. Judici namque eumdem percontanti : « Aviez-vous en ce moment l'intention de retourner à Londres et de continuer à y résider? R. Oui, je comptais être de retour sous peu de jours. D. N'avez-vous pas laissé alors votre appartement ou l'emploi à la Banque ? R. Non. D. Lorsqu'à votre arrivée en Belgique vous apprîtes que votre mère ne voulait pas vous laisser retourner à Londres, vous êtes-vous décidé positivement à n'y plus retourner, ou à renoncer actuellement à votre habitation et à votre emploi? R. Non; au contraire, je demeurai décidé à retourner. D. Pendant tout le temps que vous demeurâtes alors en Belgique avant votre mariage, avez-vous jamais pris une semblable décision? R. Non, je restai toujours décidé à y retourner. »

Idipsum obfirmat in tertio examine, in quo a judice requisitus : « Dans une déclaration écrite et signée par vous à Edeghem le 18 juin 1874 vous dites : Lorsque je partis pour Londres le 31 juillet, j'y allai uniquement pour contracter mariage, en me réservant de n'y reprendre séjour qu'après avoir constaté les dispositions de ma famille, lorsqu'elle aurait appris le mariage. Comment expliquez-vous cette phrase? Faut-il l'entendre en ce sens qu'après votre premier départ de Londres, le 29 juin, vous aviez pris la résolution de ne plus retourner dans cette ville? » Ita etiam respondit : « Au contraire, je demeurais toujours décidé à y retourner; mais je n'étais pas décidé à y rester définitivement, et c'est pour cela que je désirais connaître les dispositions de ma famille. » Concordat etiam depositio judicialis a Lucia elicita : D. En partant de Londres le 29 juin, avait-il l'intention d'y retourner et de continuer d'y résider? R. Il avait l'intention d'y retourner dans peu de jours; il n'avait été rappelé que sous prétexte d'une affaire de banque urgente et passagère. D. N'a-t-il pas changé d'intention pendant son séjour en Belgique? Non; il a toujours conservé la même intention, d'après tout ce qu'il me disait. »

Atque in secunda ejusdem inquisitione : « Il m'a répété plusieurs fois qu'il comptait y rester au moins un an; qu'il devait s'initier aux affaires de banque pour prendre la direction d'une nouvelle banque qu'on devait fonder ailleurs. Je suis partie de Londres avec lui jusqu'à Bruxelles, en croyant retourner dans quelques jours. Deux ou trois jours après, il vint me dire qu'il avait l'intention de m'épouser; et que pour cela il allait retourner à Londres pour y faire les démarches nécessaires. Je devais le rejoindre lorsque tout serait prêt. A ce moment nous pensions continuer de résider à Londres. Il avait l'intention de reprendre ses occupations à la banque. »

Duo argumenta ex hisce factis contra exceptionem deducit matrimonii vindex; unum ex parte viri, aliud ex parte mulieris. Ex parte viri, ita ratiocinatur : quum Ferdinandus quammaxime exoptaret lucrosum officium procul a patria nancisci; aut domicilium semper retinuit in Anglia tametsi per mensem illud interceperit juxta leg. 7 Cod. de incol. lib. 10 : « et in « eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi « quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam cons- « tituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet; unde « cum profectus est, peregrinari videtur; quod si rediit pere- « grinari jam destitit ; » atque hoc in casu sua sponte evanescit exceptio. Aut peregrinantem vitam duxisse censendus est juxta leg. ejus § Celsus ff. ad municipal. « Si quis, domicilio relicto, naviget, vel iter faciat, quærens quo se conferat, atque ubi consistat, tunc puto sine domicilio esse; » et tunc validum fuit ejusdem matrimonium, utpote a peregrino contractum. Pontius, *de matrim.* lib. 5. c. 9, num. 2 : « Sciendum est, quod illi qui sunt ex his regionibus oriundi, in quibus conc. Trid. vim obtinet, si alio migrent, ubi non est receptum, possunt valide contrahere clandestine, sive illæ transeant, sive domicilium ibidem collocent. »

Ex parte autem mulieris ita arguit. Utcumque Lucia semper sequeretur Ferdinandum, semper tamen libera erat, ac sui juris persona. Nullam alioquin habuerat permanentem stationem; erat enim *vaga* mulier; quamplures Galliæ urbes peragraverat. Harnes, Laurring, Planque, Douai, Lille, Wiesbaden; at quum Brusellas pervenisset, ibi, teste comitissa vel ipsa, ferebatur in vulgus « qu'elle était actrice et qu'elle circulait dans Bruxelles. » Quid obstabat quominus et ipsa vel peregrinaretur ubique locorum, vel Londini domicilium haberet? « Nihil est impedimento, quominus quis ubi velit « habeat domicilium, quod ei interdictum non sit. » leg. 31 ff.

ad municipal. Atqui constat, eam fuisse ipsius mentem, ut non abscederet ab illa civitate, nisi ad dies brevissimos : « Je revins de Londres avec lui jusqu'à Bruxelles, en croyant retourner quelques jours après. » Ea mens fuit ut redieus in Angliam permanentem habitationem ibidem constitueret : « A ce moment nous pensions continuer de résider à Londres. » Vel igitur ut vaga habenda est Lucia, vel uti in Anglia domicilium habens. Utroque autem casu, quum potuisset ipsa ibidem contrahere matrimonium, valide etiam eidem nupsit Ferdinandus; Reiffenstuel, lib. 4, tit. 3 §. 3, n. 121, ibi : « Quando quis e loco promulgati et recepti concilii Trident. se confert ad locum, ubi promulgatum aut receptum non est, ibique cum incola illius loci matrimonium contrahit, validum est sine præsentia parochi et testium. Caret controversia. Ratio est, quia cum contractus matrimonialis individuus sit, et claudicare non possit, incola vero illius loci sine præsentia parochi et testium valide contrahat, necessario validum quoque erit matrimonium contrahentis cum eodem. »

Hisce ita demonstratis prægreditur ultra defensor vinculi ad nonnulla adminicula refutanda, quæ ex multiplicibus atque non raro contradictoriis Ferdinandi declarationibus Londinense domicilium excludentibus eruuntur; sed quum in fine animadversionum expedite perlegi potest confutatio, ne longius, quam oportet, producatur synopsis, sapienti et prudenti EE. VV. judicio hinc debito cum obsequio remitto insequens dirimere dubium :

An constet de nullitate matrimonii in casu ?

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Affirmative.* Romæ, 4 maii 1878.

CONCOURS

Le canonicat du pénitencier étant vacant, le concours a lieu conformément à la bulle de Benoît XIII. Deux concurrents se présentent et sont écartés par les examinateurs pour la science. Au moment qu'ils ne sont pas admissibles sous le rapport de la doctrine, les examinateurs jugent inutile de s'enquérir des qualités morales. Appel. Le concours est-il nul ? Décision du 4 mai 1878.

Le canonicat du pénitencier étant vacant dans la cathédrale de Viterbe, l'évêché annonça le concours, conformément à la bulle *Pastoralis*, de Benoît XIII, laquelle prescrit de conférer au concours la charge de pénitencier et de théologal. Deux candidats se firent inscrire. L'examen eut lieu le 5 février 1877; les quatre examinateurs pro-synodaux donnèrent neuf questions de morale. Réunis le lendemain en présence du cardinal évêque, ils décidèrent, au scrutin secret, qu'aucun des candidats ne méritait l'approbation. Avant d'examiner les résolutions, ils convinrent que le plus haut degré de l'approbation consisterait à réunir trente-six points, quatre pour chaque question, et que le candidat qui n'obtiendrait pas dix points et demi serait refusé. C'est l'usage à Viterbe de n'examiner les qualités morales que si le candidat est approuvé pour la science. Dans le cas dont il s'agit, un candidat eut neuf points, et l'autre en obtint seize et demi. Ce dernier a fait appel à la S. Congrégation. Il a présenté la question sous l'aspect que voici : » Le 5 février courant, le concours eut lieu, la révision se fit le lendemain. Le recourant ayant demandé communication du résultat, reçut pour réponse que les deux concurrents étaient rejetés. Une communication aussi générale faisant supposer inexacte la relation des examinateurs, lesquels ont d'ailleurs négligé de statuer sur les qualités morales, le recourant prie votre Eminence d'accueillir dans les formes canoniques l'appel *a mala relatione examinatorum*, appel qu'il entend interposer par la présente. »

Mgr l'évêque de Viterbe, consulté selon l'usage, transmit les actes du concours. En ce qui concerne l'omission de l'examen des qualités morales, Son Eminence estime que, sous ce rapport, l'appel est raisonnable.

Un cas identique fut décidé pour Lucques par arrêt du 26 août 1854. C'est pourquoi, ayant entendu un consulteur, la S. Congrégation déclara que l'usage de Viterbe était insoutenable, et que les examinateurs devaient faire une nouvelle relation dans laquelle ils apprécieraient conjointement la valeur scientifique et les qualités morales.

Cette décision a déplu aux examinateurs de Viterbe. Ils ont présenté de courtes observations pour justifier leur manière d'agir et la pratique existante, en protestant que leur conscience leur défendait de changer d'opinion sur l'incapacité des deux candidats. Avertis par Mgr l'évêque que l'affaire serait traitée en pleine congrégation, les examinateurs ont fait défaut.

Ravicini a pris un avocat, lequel a rédigé et fait imprimer sa plaidoirie. On en verra le résumé dans le *folium* que nous publions plus loin. Nous lui empruntons de courtes remarques.

Le jugement des examinateurs doit embrasser *conjunctive et cumulative* la doctrine et les qualités. La constitution *Pastoralis* de Benoît XIII, qui ordonne de conférer au concours la charge de théologal et celle de pénitencier dans les diocèses d'Italie, assimile ce concours à celui que le concile de Trente a prescrit pour les paroisses. On lit dans le concile : « L'examen « étant fait, on proclamera tous ceux que les exami- « nateurs auront jugés capables et propres à gou- « verner la paroisse vacante, par la maturité de leur « âge, leurs bonnes mœurs, leur savoir, leur pru- « dence, et toutes les autres qualités nécessaires à cet « emploi. Et entre eux tous l'évêque choisira celui qu'il « jugera préférable par-dessus tous les autres. » Cette disposition a été confirmée dans la constitution de Benoît XIV, *Cum illud*. Dans le traité *de Synodo*, Benoît XIV s'exprime ainsi : « Les examinateurs doivent non-seulement éprouver la science des concurrents, mais ils doivent surtout prendre en considération la bonne conduite, la prudence, l'âge et les autres qualités nécessaires pour la cure d'âmes. »

Reclusius a fait un traité *ex professo* sur les concours : « La relation des examinateurs sera mauvaise, dit-il, si, s'arrêtant à la science, ils ne portent pas leurs investigations sur les qualités morales. »

Une foule d'arrêts de la S. Congrégation confirment la maxime. C'est, d'ailleurs, la pratique constante du cardinal vicaire pour les paroisses de Rome.

L'avocat entreprend de montrer que son client mérite que la pénitencerie lui soit conférée. Docteur *in utroque*, Ravicini fut approuvé avec les plus grands

éloges lors du concours ouvert en 1868 pour le prieuré de Saint-Luc. Il a rempli *laudabiliter* et *fideliter* (dit l'attestation épiscopale) les fonctions de prédicateur et de confesseur de religieuses. Ces qualités méritent le plus haut degré d'approbation.

Les réponses aux questions ne sont pas mauvaises au point de motiver l'exclusion. Ravicini ne s'est trompé que sur les points accessoires. A la troisième question, il a fait une distinction qui semble indiquer que les chefs suprêmes de la franc-maçonnerie encourent seuls l'excommunication; mais il a bien répondu sur le fond, qui consistait à décider si Simpronius, adepte de la maçonnerie, pouvait être absous; or le concurrent a dit qu'il pouvait être absous par le prêtre qui en aurait le pouvoir. Les examinateurs auraient dû donner sept points. — Sur la neuvième question il a justement décidé que Caia a encouru les censures; il s'est trompé en prétendant que le concile de Trente les a portées, attendu qu'elles dérivent de la constitution *Apostolicæ Sedis*. Pour une si légère méprise, les examinateurs n'ont voulu accorder que cinq points. Si l'on donne à Ravicini les points qu'il mérite pour la science, en y joignant ceux qui lui sont dus pour les qualités, nul doute que la pénitencerie ne doive lui être conférée.

D'autre part, soit que l'usage de Viterbe soit tolérable, soit que le concours soit nul, Ravicini ne peut gagner son procès.

La coutume immémoriale a la valeur d'une loi souveraine. L'homme en possession de cette coutume immémoriale est censé avoir tout ce que le souveraiu pontife peut accorder en justice ou par grâce. Or la pratique de Viterbe est basée sur un usage plus que centenaire, immémorial. D'ailleurs elle ne semble pas en opposition avec le concile de Trente. Les examinateurs doivent, il est vrai, s'enquérir de l'âge, des mœurs, de la doctrine, de la prudence; mais s'il est constaté qu'un concurrent est dépourvu d'une de ces conditions, il semble inutile de s'informer des autres. La pratique de Viterbe n'écarte pas le jugement *cumulatif* de toutes les qualités requises; elle dispense les examinateurs d'entreprendre un labeur inutile.

Si l'on veut condamner l'usage dont il s'agit, le concours a été nul, parce qu'on n'y a pas observé les formalités du concile de Trente et de la bulle *Cum illud*, qui prescrivent la double investigation relative à la doctrine et aux qualités. Reclusius, traité *de concursu*, estime essentielles les formalités indiquées dans l'encyclique de Clément XI du 10 janvier 1721 et dans la bulle de Benoît XIV. « La forme précise et intrinsèque, dit-il, doit être soigneusement gardée jusque dans les moindres dispositions; de sorte que si l'on néglige quelque point, l'acte est nul, *ipso jure*, parce qu'il n'est pas réputé formellement et essentiellement rempli lorsqu'on néglige une chose qui fait manquer le but que la loi a voulu atteindre. »

Fagnan (ad cap. *Eam te*, de ætate et qualitatibus) rapporte une décision d'après laquelle le concours est frappé de nullité lorsque l'évêque seul apprécie les qualités morales; en effet, le concile de Trente confie aux examinateurs réunis la mission de s'enquerir aussi bien des qualités que de la science.

Le concours étant nul dans cette hypothèse, il n'est pas possible de conférer le canonicat à Ravicini.

Décision. La S. Congrégation du Concile a ordonné un nouveau concours dans lequel on devra observer ponctuellement la bulle de Benoît XIV. Rome, 4 mai 1878.

Viterbien. Concursus. Die 4 maii 1878. Vacante præbenda pœnitentiaria ecclesiæ cathedralis Viterbiensis, a curia episcopali indictus fuit concursus ad tramites sacrorum canonum, atque apostolicarum constitutionum. Duo tantum sacerdotes huic periculo subeundo sese obtulerunt, qui exhibitis opportunis requisitis, die 5 februarii superioris anni 1877 operam dedere enodandis novem quæstionibus moralibus per quatuor examinatores prosynodales propositis. Insequenti die examinatores coram eminentissimo episcopo, concurrentium scriptis expensis per secreta suffragia, neminem idoneum judicarunt.

Hic duo sunt animadvertenda: 1. Examinatores antequam datas resolutiones expenderent, inter se statuisse illum e concurrentibus maximum adprobationis et idoneitatis gradum fore assecuturum qui triginta sex meritorum puncta reportaret; illum vero esse rejiciendum et penitus reprobandum qui ne puncta quidem decem et octo cum quadrante attingeret. 2. Consuetudinem vigere in illa curia, vi cujus requisita concurrentium tunc solum examinantur, cum quoad scientiam approbati sint. Quapropter in casu ambo concurrentes veluti rejecti habiti fuerunt, quia unus solummodo novem puncta, alter quatuordecim cum dimidio retulit circa scientiæ merita.

Hic secundus nomine Antonius Ravicini ægre tulit examinatorum judicium, atque ab eorum relatione appellationem interposuit ad hanc Sacram Congregationem.

Relatum libellum Emo episcopo ablegavi, ut super expositis referret, suamque aperiret sententiam. Emus quam citissime transmisit acta concursus, ac, enarrato quod nuper exposui, quoad omissum requisitorum examen, animi sui sensum aperiens, edicit: « Circa hanc partem recursus, et ego appellationem rationabilem censerem. Nihilotamensecius cum ex uno latere consuetudo seu praxis, de qua supra, centenariam excedat, cum ex alio juxta Tridentinum et constitutionem citatam (nempe constit. *Cum illud* s. m. Benedicti XIV) judicium examinatorum videtur esse debere conjunctivum et cumulativum, nempe circa doctrinam et qualitates simul, quod reipsa in casu omissum fuit et cum desideretur quam cito canonicatum conferri... acta concursus uno cum elencho requisitorum... transmitto. »

Hac habita responsione quæstio subjecta fuit examini unius ex consultoribus hujus S. Congregationis, qui votum exaravit, quod typis editum eminentiis vestris distribuitur. Voto consultoris perlecto inhærendo resolutioni hujus S. Ordinis in *Lucana* concursus diei 26 augusti 1854, in qua in casu simillimo repositum est: « Examinatores prosynodales adhibiti in « concursu referant etiam super ceteris qualitatibus sacerdotis « Ceselli ad formam constitutionis Benedicti XIV *Cum illud*, « rescriptum fuit: « Morem examinatorum in decernenda « concurrentium habilitate, prout proponitur, non sustineri, « ideoque in casu de quo agitur, ineundam esse ab examina- « toribus novam relationem, conjunctim expensis reliquis om- « nibus requisitis una cum doctrinæ ornamentis. »

Hujusmodi rescriptum haud paleuit examinatoribus Viterbiensibus, qui breves exhibuerunt deductiones ut defenderent, tum propriam agendi rationem, tum praxim illius curiæ, innix præsertim causæ *Anagnina* concursus dierum 20 julii et 14 decembris 1872, de qua inferius redibit sermo, ac ita conclu-

dunt: « Si in ipso nostri examinis limine persuasum nobis fuisset, etiam cum negativum est, conjunctim et de scientia et de reliquis esse ferendum judicium, aliis profecto criteriis usi fuissemus, non in affirmanda aut neganda idoneitate scientiæ, circa quam idem fuisset judicium, sed in determinandis punctis unicuique ex concurrentibus necessariis, ut simpliciter et absolute, inter approbatos recenserentur. Nunc autem nostra conscientia minime patitur aliquid agere, quo jam latum de idoneitate scientiæ judicium infirmetur: numquam idoneum renunciabimus, quem ex defectu scientiæ non idoneum declaravimus. Hoc, si opus est, videant alii judices. Nobis qui jurati munus nostrum sancte obivimus, ut firmiter credimus, judicium mutare non licet. »

Superius nominatus consultor, perpensis iis quæ ab examinatoribus afferebantur, in sua permansit sententia. Post hæc editum fuit rescriptum *Ponatur in folio* : ac partibus per Emum episcopum notificatum, ut quatenus vellent, sua jura deducerent coram S. Congregatione. Examinatores ab omni defensione abstinuerunt ; Ravicinius vero defensorem adlegit, qui defensionem typis editam exhibuit, cujus summam præstat eminentiis vestris subjicere.

Defensor in duas partes suam orationem dispescit; primam insumit in demonstrando, quod judicium examinatorum *conjunctive* et *cumulative* versari debet tum circa doctrinam tum circa qualitales concurrentium ; in altera sustinet, hac adhibita methodo in casu, pœnitentiariam suo clienti conferendam.

Animadvertit in primis Benedictum XIII f. r. sua constit. *Pastoralis*, pro Italia et insulis adjacentibus pœnitentiariam et theologalem præbendam, quoad modum collationis æquiparasse parochialibus, si unam excipias qualitatem synodalium in examinatoribus. Hinc legem a Tridentino sess. 24 cap. 18 de Reform. pro collatione paræciarum latam quæ judicium *cumulativum* requisitorum et scientiæ jubet, locum sibi vindicare sustinet etiam in collatione pœnitentiariæ.

Contendit orator methodum judicii cumulativi deduci apertissime ex verbis Tridentini mandantis : « Peracto examine « renuntientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint ætate, « moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem « ecclesiam gubernandam opportunis. » Hæc rursus confirmata fuerunt constitutione S. P. Benedicti XIV incip. *Cum illud*; qui eamdem doctrinam tradidit in *Synod. diœc.* lib. 4, cap. 8, num. 3, docens : « Examinatores... non solum experiri debent eorumdem scientiam, sed et præcipuam rationem habere probitatis morum, prudentiæ, ætatis et ceterarum qualitatum, quibus præditum esse oportet cui animarum regimen committitur. »

Quam sententiam tueri subdit, Reclusium dicentem : « Mala pariter erit examinatorum relatio quotiescumque intra doctrinæ limites sese continuerint, de moribus autem, aliisque ad animarum regimen opportunis qualitatibus minime investigaverint. » *De concurs.* p. 1, tit. 5, num. 16 et seq. Antonellium scribentem « si aliquem approbarent quoad solam literaturam talis approbatio non subsisteret. » *De regim. eccl. episc.* lib. 3, cap. 5, num. 1. Massobrium *Prax. hab. conc.* 4, dub. 1, num. 1. Corrad. in *Prax. benef.* lib. 3, cap. 2, num. 25 ; atque hanc S. Congregationem Concilii in *Monopolitana* concursus 28 aprilis 1759; *Salernitana* seu *Caputaquen.* parochialis 9 februarii 1760, etc. Tandem hanc praxim in Urbe observari animadvertit.

Ex his concludit, judicium ab examinatoribus ferendum esse *conjunctive* et *cumulative ;* quod cum neglexerint examinatores in casu, novam relationem inire debent.

Neque opponi posse putat, quod Ravicinium non latuerit falsa methodus Viterbii vigens, illamque acceptaverit. Namque ejus muneris non erat dictam praxim corrigere vel reprobare ; quam praxim nullo modo defendi posse subdit, cum directe opponatur § 10 *Mœrentes* percelebris constitutionis *Cum illud* et dispositioni citati capitis concilii Tridentini.

Nullum vero negotium facessere autumat resolutionem hujus S. Ordinius in *Anagnina* 20 julii et 14 decembris 1872 in qua concursus minime declaratus fuit nullus quamvis recurrens in sola scientia fuerit reprobatus, ceteris omissis requisitis; nam in ea non fuit rescriptum, concursum esse validum, sed tantum *non constare de nullitate concursus* ; quod valde diversum est; quia posito actu, standum est pro ejus validitate, donec contrarium probetur. Adnotat insuper speciem in Anagnina fuisse valde diversam, quia ex septem, duo tantum approbati fuerunt. Unum ex rejectis recursum habuisse ad S. Sedem, postulando nullitatem concursus, quia ceteri, contra prohibitionem episcopi, luminibus usi fuerant. Hinc cum approbati *jus in re* reprobati *jus tantum ad rem* haberent, primum prævaluit secundo, ac non constare de nullitate concursus decisum fuit. In casu vero *Anagnina* minime officere potest, quia duo tantum fuere concurrentes, et nemo approbatus, inspecta tantum scientia. Cum hujusmodi praxis obstet Tridentinis sanctionibus, Ravicinius, altero appellationi valedicente, recurrit a mala examinatorum relatione. Exinde deducit quod præfata resolutio veluti speciei propositæ diversa in exemplum deduci nequeat.

Hisce disputatis gradum facit orator ad secundum suæ defensionis caput, ac contendit pœnitentiariam suo clienti esse conferendam, tum ob requisita, tum ob solutiones propositis quæstionibus datas.

Inter requisita, præter expletum studiorum curriculum ac lauream in utroque jure consecutam, enumerat concursum ad prioratum S. Lucæ Viterbii peractum anno 1868 in quo honorificam retulit approbationem, munus concionatoris, ac munus confessarii etiam monialium, in quo, juxta Emi episcopi testimonium, laudabiliter et fideliter se gessit. His requisitis æqua lance perpensis, atque additis morum probitate ceterisque egregiis animi dotibus, tot puncta conflantur, juxta defensoris sententiam, ut Ravicinius maximum approbationis gradum consequi deberet.

Quod attinet ad datas responsiones quæstionibus propositis, non adeo malas existimat orator, ut suus cliens rejici merere tur. In tertio namque casu asserit Ravicinium errasse circa accidentalia tantum distinctionem inducendo quasi solum primarii sectæ massonicæ sectatores excommunicationem incurrerent ; attamen quoad substantiam bene respondisse ; substantia enim quæstionis erat, an Sempronius adscriptus sectæ massonicæ posset absolvi, et concurrens respondit, posse ab habenti potestatem specialem. Eadem dicit defensor circa conditiones quibus esset absolvendus. Ideoque concludit male examinatores septem favorabilia vota ipsi non tribuisse. In solutione pariter sexti casus, quamvis Ravicinius erraverit asserens delicti impedimentum, tamen cum dubia res videatur, defensor sustinet aliquo suffragio favorabili donari debuisse. Septimi casus solutionem, cum facta fuerit juxta doctrinam S. Alphonsi lib. 3, num. 495, dignam existimat saltem decem suffragiis, cum sex tantum tributa sint. Noni casus solutionem saltem novem puncta mereri autumat, dum Ravicinius recte respondit, dicendo Caiam incurrisse excommunicationem, quamvis erraverit addendo *juxta Tridentinum concilium* dum ex bulla *Cœnæ* et ex constitutione *Apostolicæ Sedis* derivat. Et ob hoc quinque tantum suffragia examinatores dederunt.

Propterea concludit quod si Ravicinio tribuantur omnia puncta quæ ob doctrinam meretur; si addantur quæ ob qualitates et requisita eidem debentur, nullum dubium esse potest quod ipsi pœnitentiaria sit conferenda. Quod si ab hoc beneficio sanationis esset utendum, ipsum implorat ab eminentiis vestris, cum omnino dignum sit ut, qui in servitio Ecclesiæ

vitam transegit, aliquam pii laboris mercedem referat.

Hactenus Ravinicii defensor : cum vero ex altera parte nihil exhibitum fuerit, aliquid ex officio præstat innuere.

Quidquid dicat Ravicinii defensor, proposita quæstio duplici sub respectu considerari posse videtur, nempe vel quatenus possit substineri consuetudo ecclesiæ Viterbiensis, habendi rationem de exhibitis requisitis tantummodo quando concurrens determinata scientiæ merita attigerit, vel quatenus hujusmodi methodus utpote contraria formæ concursus inductæ a lege Tridentina, nullitatem ipsius concursus secumferat; sed unum aut alterum ex his adoptetur, causæ Ravicinii nihil prodesse censerem.

Quod praxis Viterbiensis curiæ non adeo sit improbanda, ex eo præsertim deduci posse videtur, quod innixa reperitur plusquam centenariæ consuetudini quæ immemorabili æquiparatur ceu passim tradit S. Ordo præsertim in *Surentina* processionum 16 april. 1820, § *Enimvero; Asculana* jurium 28 feb. 1871, § *Ad constituendam;* quæque ex se sola habet vim supremæ legis et potestatis, ut notat Trobat. *de effect. immemor.* quæst. 13, art. ult. n. 162. Gratian. *Discept. forens.* cap. 578, n. 11. Rota decis. 29, n. 1 et seqq. part. 7 rec. adeo ut illam pro se habens dicatur habere totum id quod ex justitia vel gratia potest concedere vel imperator vel summus pontifex ad notata per Bald. in l. *De quibus* ff. De reg. jur. Gratianus loc. cit. cap. 378, n. 19. Rota decis. 393, n. 4 et 5 part. 19, recent. Hinc per centenariam et immemorabilem tolli ac moderari ecclesiasticas leges etiamsi ipsæ prohibeant simpliciter ac generaliter ejusdem introductionem tradit Reiffenstuel jur. canon. lib. I, tit. 4, n. 49 et seqq. Atqui teste Viterbiensi præsule de plusquam centenaria consuetudine in curia Viterbiensi hac super re vigente dubitari nequit. Ergo ipsa sustinenda videretur. Eo vel magis qnod sanctioni Concilii Tridentini minime opponi videatur.

Revera concilium jubet examinatores inquirere de ætate, moribus, doctrina, prudentia concurrentium, ut de ipsorum judicent idoneitate ; si igitur aliquis inidoneus reperiatur ob defectum alicujus ex his requisitis, videretur quod de aliis inquirendum non esset ; examen enim videri posset inutile cum concurrens quoad unum ex volitis a lege requisitis jam inidoneus judicatus esset. Quare praxis, de qua est sermo, non videtur rejicere judicium *cumulativum* omnium requisitorum, sed sublevare examinatores ab inutili labore, quando alicui ex concurrentibus aliquod necessarium requisitum deest.

In hoc autem simillimus videtur casus causæ *Anagnina* superius citatæ, nam secundum gravamen erat, quod examinatores prosynodales ejus (recurrentis) requisita non computaverint. Igitur si in *Anagnina* proposito dubio : « An constet de nullitate concursus ad paræciam S. Pancratii in casu » responsum fuit : *Negative*, et examinatorum judicium probatum fuit, etiam in casu præsenti nulla pretiosa ratio suppetere videretur ad reprobandum examinatorum judicium.

Licet autem concedi parumper velit Viterbiensis curiæ consuetudinem ceu corruptelam esse improbandam, non tamen ex hoc Ravicinii causa melior evadere videtur. Revera si concilium Tridentinum, et constitutio *Cum illud* s. m. Benedicti XIV formiter judicium *conjunctivum* seu *cumulativum* scientiæ et requisitorum expostulat, hac forma spreta necesse est ut corruat concursus ipse quia in substantialibus peccatum esset. Quod vero hoc *cumulativum* judicium sit substantiale, apertissime erui videtur ex sæpe citata constitutione *Cum illud*, in qua § *Postquam* jubentur examinatores arcto fœdere consociare doctrinam, honestatem morum, gravitatem, prudentiam, præstita Ecclesiæ obsequia, etc.

Doctores vero unanimiter in hanc sententiam concurrunt. Reclusius, *De concurs.* p. 2, tit. IV, n. 89, ait : « Pro forma substantiali habenda sunt quæ a S. Congregatione Concilii jussu Clementis XI in citatis literis encyclicis 10 januarii 1721 et a Benedicto XIV illas confirmante meliusque explanante in sua constitutione *Cum illud* insuper fuerunt præscripta. » Ac inferius num. 93 subdit : « Forma præcisa et intrinseca accurate in omnibus, in maximo et in minimo ita debet servari, ut si quid omissum fuerit, actus ipso jure nullus et irritus fiat, eo quod non censeatur formiter et essentialiter expletus ille actus, quando omissum quid fuit, ex cujus defectu, obtineri nequit finis propter quem lex et constitutio illud præscripsit. » Concinit Pignatell. cons. 1, n. 35 ; Rota dec. 582, n. 2, p. 3; Dec. 354, n. 12 et 13 par. 11 recent.

Hortana. Concursus. Die 15 junii 1878. — Per obitum reverendi domini præpositi Aloisii Zuppante parochialis ecclesia sub titulo S. Silvestri Hortana in civitate suo mansit viduata pastore. Ut regimini animarum consulere posset Hortanus antistes, sollicitudinis suæ esse duxit per concursus aleam eidem quam primum novum curatorem præficere. Tempore habili in concurrentium albo sese adscripserunt sacerdotes, nimirum Petrus Scarelli canonicus pœnitentiarius in præfatæ civitatis cathedrali ecclesia, Adeodatus canonicus Orlandi parochus ejusdem ecclesiæ cathedralis, et Marianus Santori beneficiatus in cathedrali, et œconomus parochus S. Michaelis Archangeli in territorio Hortano. Tres igitur laudati concurrentes statuta die 23 maii 1877 comparuerunt coram Exemo episcopo tribusque examinatoribus et ad præscriptam normam periculum factum est. Perpensis dein atque excussis candidatorum responsis, necnon laudum testimoniis, morumque probitate, Petrus Scarelli approbationem retulit in primo gradu cum votis 31 supra triginta sex pro scientia et cum decem votis supra duodecim pro requisitis, Adeodatus Orlandi pariter in primo gradu approbatus fuit cum iisdem votis super scientia et 12 pro requisitis, Marianus Santori in secundo gradu approbatus fuit cum votis 29 pro scientia, et novem pro requisitis.

Ægre id tulit Petrus Scarelli, qui ideo intra legitima tempora

appellationem interponens, suas conquestiones adversus examinatorum judicium apud S. V. O. detulit.

Quare audito episcopo, qui interea hac de causa a relaxandis literis commendatitiis Datariæ apostolicæ pro alterutro concurrente abstinere declaravit, acceptis actis concursus, quæ typis impressa fideliter cum originali concordantia seorsim distribuuntur una cum requisito voto consultoris, atque sapientissimum EE. VV. judicium hodie exquiritur super dubiis, quæ in calce transcripta leguntur.

Rectam ac justitiæ consonam fuisse examinatorum relationem ex eo cernitur quod data fuerit ad tramites sacrosancti concilii Tridentini, atque apostolicarum constitutionum. Non modo enim examinatores retulerunt de scientia et doctrina concurrentium, sed et de moribus et prudentia cæterisque ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis, quæ cum doctrinæ merito arcto fœdere consociarunt. Trid. synod. sess. 24, cap. 18. Benedictus XIV constit. *Cum illud*, § 16. Quod si in actis deficiat meritorum epitomes cujusque candidati, quæ per cancellarium scriptis tribuenda foret, haud tamen ex hoc deduci posse videtur quod mala fuit examinatorum relatio. Hoc enim non obstante defectu Sacra Congregatio provisionem sacerdotis Sciacca sustinendam esse tenuit in *Messanen.* concursus die 9 maii 1874; præterquam quod observandum jam ab ipsis concurrentibus concinnata in actis reperiri exhibita requisita, quæque cancellarii auctoritate firmata reperiuntur.

Verum si ad acta parumper vertantur oculi, omne dubium super rectitudine relationis examinatorum evanescere videtur. Non modo enim Orlandi ad quæstiones morales ab examinatoribus propositas pari gradu, quam actor Scarellius censendus videretur, verum etiam suo competitori in tertii casus solutione præcelluisse. Facile enim legenti apparet eumdem distinctionem votorum, uti in primo dicti casus quæsito percontabatur, complete adnumerasse, dum Scarellius tantum præcipuas meminit.

Nec secus de requisitis censendum esse putarem. Siquidem de Orlandio constabat curiæ non solum inter Hortanos cives adnumerari et in quinque concursibus pro cura animarum gerenda probatum extitisse et quidem dupliciter in primo gradu, verum etiam et rhetoricam in publico seminario edocuisse et in prædicatione verbi Dei sedulam operam navasse, et vicarii generalis munus obiisse, necnon parochiæ cathedralis per longum decem annorum spatium maxima cum diligentia præfuisse. Quæ porro ultima prærogativa, si temporum iniquitas spectetur, certe ipsum supra Scarellium elevat, attentis laboribus, conviciis, periculis, et aliis hujusmodi, quæ in sui muneris exercitio perpessus est. Quibus igitur consideratis, videretur, quod pro recta examinatorum relatione esset concludendum.

Contra sed vero perpendendum quod in materia concursus omnia attente ponderanda sunt, quæ tam ad scientiam, quam ad requisita concurrentium spectant. Quare non absolute sed instituta collatione puncta laudum donanda veniunt. Jamvero actis concursus attente ponderatis, et propositarum quæstionum solutione perlecta, videtur quod Scarellius clare ferme semper ac fere ex professo singulis propositis quæsitis responsum dedit, dum Orlandi plura animadvertere omisit. Et quamvis dici debet quod iste singulas votorum divisiones, quæ in tertio casu exquirebantur complete adnumeravit præ Scarellio hic autem principales voti divisiones adnotavit et vota simplicia Papæ reservata etiam animadvertit et de natura voti scientificam explicationem præbuit. Quapropter iis attentis necnon exhibitis actis concursus perfacile evinci putarem Scarellium quoad scientiam suo competitori esse præferendum.

Quoad requisita vero ni superior, saltem æqualis Orlandi dijudicandus erat. Revera ipse Orlandio in ætate præcellit, ad eamdem spectat diœcesim, et pluribus abhinc annis commoratus est, et domicilium posuit in civitate Hortana, assiduam præbet operam in fidelium confessionibus excipiendis, uti suo muneri pœnitentiarii incumbit, grammaticam et rhetoricam in suo seminario edocuit, et edocet nunc metaphysicam, mathesim et ethicam, in tribus concursibus parœciarum probatus fuit et quidem dupliciter in primo gradu, et theologiæ ac juris utriusque laurea donatus est. Quæ munera exercita et laudum testimonia si paulisper expendantur eum ni forte majorem, saltem quoad requisita æqualem Orlandio renuntiant. Maxime vero si iis adjungere placeat alia laudum testimonia penes S. O. producta, quæ neutiquam ignorare valebant examinatores, quæque consistunt 1° in concursu ut inter alumnos seminarii Pii cooptaretur in quo magis dignus reputatus fuit, ibique degens non modo integerrimam vitam duxit, verum etiam et præmia, aliasve honoris significationes assecutus est tam in theologicis, quam in utriusque juris disciplinis; 2° in electione in vicarium capitularem, ac tandem 3° in electione ad examinatoris prosynodalis munus gerendum. Hisce igitur bene ponderatis atque actis æqua lance libratis videretur quod Scarellius Orlandio superior judicandus erat.

De Mariano Santori nihil adnotare censui quia, ut initio animadverti, declaravit « di non volersi costituire parte attiva nel presente giudizio. » Perspectis igitur actis, atque adnotatis requisitis, quæ in magisterii munere in Hortano seminario exercito, in servitio ecclesiæ cathedralis præstito, in prædicatione verbi Dei, in officio œconomi curati, ac in honorifica pro aliis concursibus probatione consistunt, si aliquid, hac super re, etiam decernere velint EE. VV. id facile pro sueta sapientia præstare poterunt sequentia diluendo dubia: I. An constet de mala relatione examinatorum in casu. Et quatenus affirmative, II. An et quomodo providendum sit in casu.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit: Ad I. *Providebitur in secundo.*

Ad II. *Affirmative favore sacerdotis Petri Scarelli.*

Romæ, 15 junii 1878.

Votum consultoris. Acta concursus ad vacantem præbendam parœcialem S. Silvestri papæ in ecclesiam S. Augustini civitatis Hortæ canonice translatam a sacerdotibus Petro Scarelli canonico pœnitentiario ecclesiæ cathedralis ejusdem civitatis, Adeodato Orlandi canonico parocho præfatæ ecclesiæ cathedralis, et a Mariano Santori beneficiato cathedralis, et œconomo parocho S. Michaelis Arcangeli in territorio Hortano die 22 maii 1877 habiti, ad hunc sacrum consessum appellationis causa remittenda curavit dictus Petrus Scarelli cum minus æquum ei videretur examinatorum synodalium judicium; quia in scientia paribus votis fuit comparatus Orlandi; et in idoneitate ad onus sustinendum parœciæ approbatus fuit cum decem votis, Orlandi vero cum plenario idest duodecim votorum numero. Quapropter iis actis ab Illmo ac Rmo hujus S. Ordinis pro-secretario mihi demandatis, accurate, quidquid erat expendendum, perpendam, judiciumque meum, quod obsequentissime incomparabili sapientiæ vestræ subjiciam, hæc præviis observationibus referam.

Acta concursus. Casus primus. Arcadius et Petronius ne ejiciantur a famulatu obedientes domino alter a pharmacopola emit et accepit, alter puellæ prægnanti potionem præbuit ad abortiendum aptam.

Quæritur 1. Quando peccatur vel non cooperando peccatis alienis?

2. Quid dicendum de singulis quatuor, et utrum in censuram inciderint?

Observationes.

Ad primum quæsitum omnes tres concurrentes recte quoad substantiam responderunt. Sed in solutione doctrinali unus alio est præstantior.

Revera Scarelli clare ac fere ex professo, licet breviter, explicavit quando in cooperatione formali adest vel non peccatum tum si actio, quæ ponitur, sit objective mala; tum si indifferens quidem ratione objecti, sed mala ratione finis, vel adjunctorum. Insuper adnotavit et explicavit quando cooperator peccat vel non ponendo actionem suam indifferentem, et sine pravo fine. Tandem animadvertit nexum inter actionem, quam cooperator ponit et effectum malum qui sequitur, nec non utrum bonus effectus actionis malum compenset. Quæ omnia communiter traduntur a theologis ut rectum ferri possit judicium de licita cooperatione, aut de majori vel minori ejus culpa.

Orlandi theoriam generalem libavit, et recensitas notiones specifice non animadvertit.

Santori valde confusam ac implicatam solutionem dedit.

Quare patet Scarelli in hoc aliis præminere.

Ad secundum quæsitum quoad primam suam partem idest « *Quid dicendum de singulis quatuor.* »

Scarelli aliis duobus concurrentibus præcellit. Nam ipse dixit dominum esse præcipuum reum homicidii et ruinæ spiritualis infantis si abortus evenerit; secus reum fuisse homicidii attentati. Hæc solutio est secundum constitutionem Sixti V incip. *Effrenatam*, et secundum omnes theologos.

Orlandi solum dixit dominum patrasse peccatum grave; sed minime innuit speciem peccati.

Insuper Scarelli notionem valde opportunam inscripsit videlicet : « modo non fit distinctio inter fœtum animatum, et inanimatum; juxta enim recentiores medicinæ legalis peritos, statim a conceptione fœtus anima informatur. »

Orlandi id non notavit; et hoc in casu est valde opportuna hujusmodi notio. Ipsemet S. Ligorius lib. 6, num. 124 id animadvertit. Tandem Scarelli resolvit « Arcadium et Petronium fuisse reos ejusdem peccati ac eorum dominus, sed non fuit tam grave, quam illud. » Ita revera est.

Orlandi dixit: « Arcadium excuso a peccato, dummodo actionem peccaminosam domini sui et ipse non intenderit et voluerit, quia tunc efficeretur cooperator formalis, quod tamen in casu minime apparet. » Judicat vero Petronium reum peccati domini sui juxta mensuram concepti timoris.

Heic animadvertendum est EE. PP. quod casus præsentet Arcadium et Petronium in eadem conditione, idest ambo obediunt *ne ejiciantur a famulatu*; ideoque si qua distinctio vel excusatio haberet locum in Arcadio, deberet etiam habere locum in Petronio. Sed ex casu colligitur ambos nempe tam Arcadium, quam Petronium cognovisse actionem illicitam, et finem pravum domini proprii; obedientiam enim præstiterunt propter metum ne ejierentur a famulatu. Ergo ex verbis casus deducitur Arcadium æque ac Petronium scienter et culpabiliter egisse. Erravit itaque Orlandi excusando Arcadium.

Santori ne verbum quidem specifice fecit de hujusmodi prima parte hujus quæsiti.

Constat igitur Petrum Scarelli in hoc præstantiorem esse Adeodato Orlandi, et Mariano Santori.

Quoad secundam partem ejusdem quæsiti omnes tres concurrentes non recte ex parte responderunt. Quia constitutio *Apostolicæ Sedis moderationi* Pii PP. IX afficit tantum procurantes abortum *per se, aut per interpositas personas* ad sensum Sixtinæ constit. incip. *Effrenatam*; et ne verbum quidem facit de aliis, quos ipsa Sixtina const. clare expressit, nimirum de iis, qui consilio, favore, ope, potione, aliave ratione ad abortiendum fœtum cooperantur. Ast ex Salmanticentibus trac. X, c. 1, num. 145 post alios doctores, quos ipsi allegant, censura adversus mandantes et facientes etc. non tenet eos, qui illos recipiunt, aut illis auxilium, consilium, favorem præstant juxta regulum : *Pœnæ non excedunt proprium casum.* Ideoque hodie censura constit. *Apostolicæ Sedis* non comprehendit ope, favore, consilio cooperantes iis, qui procurant abortum.

Nemo ex recensitis tribus concurrentibus hanc censuræ limitationem advertit, ideoque prædictos cooperatores censuram incurrisse dixerunt; ac proinde non recte ex parte responderunt ut supra dixi.

Sed in hac eorum non recta solutione adhuc observandum est quod Orlandi erraverit plus quam Scarelli. Nam Orlandi sic scripsit : « Juxta mensuram igitur cooperationis singuli de quibus in casu excommunicationem incurrunt si effectus sequatur; non incurrunt si minime sequatur. Diximus juxta mensuram cooperationis eo sensu, quod illi tantum censuram incurrunt, qui peccatum formaliter admiserunt. » Hæc doctrina non est generaliter vera; quia potest dari casus, et revera frequenter datur, ut quis concurrat formaliter ad peccatum, et reus fit peccati, quin censuram incurrat: quia vel id facit ob metum gravem, vel quia ignorat ipsam censuram.

Scarelli vero animadvertit hanc distinctionem, et in casu nostro excmit a censura Arcadium et Petronium si in amissione illius famulatus grave subire damnum debuissent.

Hisce præmissis, ac perpensis observationibus censeo Scarelli mereri vota 10 1/2, Orlandi 8 1/2, Santori 7 1/2.

Casus secundus. Titius recogitans in amaritudine animæ suæ annos vitæ præteritæ, recordatur se aliquoties confessum fuisse eliciendo actum amoris non vero doloris; insuper confessus est aliquoties utique cum dolore sed sine proposito; ac tandem non semel confessus est acceptando quidem pœnitentiam sibi a confessario impositam sed sine tanta voluntate eam adimplendi: hinc dubitans nunc de valore suarum confessionum consulit confessarium suum, utrum confessiones suas reiterare teneatur.

Quid respondendum?

Observationes.

Quamvis omnes in responsione substantialiter fere idem dicant, in solutione tamen doctrinali cæteris præminet Scarelli.

Re enim vera ipse (Scarelli) adnotavit quando sit necessaria, quando utilis, quando noxia confessionis reiteratio. Deinde explicavit ad sacramentum pœnitentiæ conficiendum essentialia juxta Tridentinum. In solutione primæ hypothesis clare ac distincte notavit quomodo amor erga Deum contineat in se dolorem de peccatis, et casui adamussim applicavit. In solutione secundæ hypothesis plene eam absolvit distinctione triplicis capitis, quæ distinctio comprehendit diversos modos seu status dispositionis, in quo potuit esse Titius, et scientifice resolvit. In tertia hypothesi data brevi ac clara ratione, per quam essentialiter requiritur in sacramento pœnitentiæ voluntas satisfaciendi, ope distinctionis resolvit ipsam hypothesim.

Orlandi notionem omisit quando debeat reiterari confessio. Hæc notio hoc in casu est valde opportuna. Diversos modos dispositionis seu status in quibus potest esse pœnitens, non animadvertit ope distinctionis, quæ dum pleno ac perfecto modo dictas hypotheses solvit, demonstrat confessarium hac de re perfecta pollere cognitione. Tandem in solutione tertiæ hypothesis ait : « Si vero (sunt ejus verba) aliquam deprehendat negligentiam in confessionibus instituendis, illum hortetur ut majori se diligentia in posterum paret, et de culpis omnibus in anteactæ vitæ confessionibus admissis se se accuset ac doleat; quin illas iterare permittat, dummodo certa culpa ac negligentia illas male peregerit. » Pronomen *illas* Orlandi refert ad confessiones, ut patet. Sed non est qui non novit confessiones male peractas culpa ac negligentia esse iterandas, cum sint vel saltem nullæ. Igitur Orlandi in hoc vel male se expressit, vel erravit formaliter.

Santori sufficientem solutionem uniuscujusque hypothesis præbet: sed videtur dubius in solutione tertiæ hypothesis; ideoque concludit consulendum esse Titium, ut emittat confessionem generalem suorum peccatorum ad animi anxietem tollendam.

Attentis hisce observationibus censeo Scarelli mereri vota 6 1/2; Orlandi vota 5; Santori vota 6.

Casus tertius. Agnes cum duodecimum ætatis annum expleverit occasione suæ primæ communionis votum emisit perpetuæ virginitatis nec consulto suo confessario, alia quacumque persona. Post aliquos annos nihil prorsus cogitans de voto emisso in matrimonium venit, et non recordata fuit hujus voti nisi post matrimonii consummationem. Qua quidem de re gravissimis conscientiæ stimulis fuit perturbata.

Quæritur 1. Quid votum, et quotuplici modo dividitur?

2. Utrum votum Agnetis validum considerandum sit?

3. Quid ab Agnete sit peragendum ut propriæ suæ consulat conscientiæ?

Observationes.

Ad primum quæsitum omnes recte responderunt: et in hoc solum inter eos discrimen est, quod nempe Orlandi complete adnumeravit divisiones voti; sed non dedit explicationem.

Santori præbuit quoque explicationem.

Scarelli tantum principales voti divisiones adnotavit; sed vota simplicia papæ reservata etiam animadvertit, et de natura voti scientificam explicationem præbuit. Quamobrem aliis præstantior judicatur.

Ad secundum quæsitum tam Orlandi quam Scarelli recte responderunt; ac proinde merito pares dici possunt.

Santori distinctionibus usus est, quæ parum, vel nihil ad rem faciunt.

Ad tertium quæsitum Scarelli respondit cum distinctione, et absque ambagibus et dubio quid agendum recte docet.

Orlandi nullam distinctionem fecit, et absolute resolvit votum virginitatis Agnetis non esse reservatum.

Santori inutiles distinctiones fecit, ac confusam solutionem dedit.

Ego censeo in hoc præstantissimum judicandum esse Scarelli ratione distinctionis quam fecit, et ob exactam et claram ejus applicationem voto Agnetis. Nam idem docent Suarez tom. 3 de Relig. tract. de voto in communi, lib. 4, c. 7, n. 6; Sanchez lib. 4 Sum. cap. 40, n. 65. Et præ cæteris placet hic referre verba Salmanticensium, qui et alios doctores allegant tract. XV, cap. 4, pr. 3, n. 31: « Dicimus hoc ex intentione voventis pendere. Si namque fecit votum virginitatis, æquivalens voto continentiæ, seu illud includens, certum est, quod licet per primum venereum actum consummatum virginitatem amittat, manet nihilominus voto castitatis adstrictus, quod semper in futurum obligat quantum potest, etiamsi in præteritum fractum fuerit: si autem intentio voventis solum fuit conservare integrum claustrum virginale, seu non committere primum actum, quo virginitatem amittat, tunc post amissionem illius non manet amplius votum, quod non excedit intentionem voventis. Quæ resolutio ex doctrina D. Th. et Cajet. 2, 2, q. 88 art. 3 ad 2 colligitur; judicandum autem erit votum esse hujus posterioris modi solum, quando id constiterit ex intentione expressa voventis; alioquin vero qui absolute et simpliciter vovit virginitatem, perpetuam castitatem censetur vovere. »

Insuper S. Alphonsus lib. III, n. 201, docet: « Si quis voluerit vovere modo ordinario, quo alii vovent, tunc implicite vult obligationem contrahere. » Sed maxime attendenda est intentio voventis in emittendo voto virginitatis: quia vulgo dicitur votum virginitatis ad significandum votum castitatis. Ergo nequit absolute dici, quod votum Agnetis non sit papæ reservatum; sed necessaria est distinctio videlicet si ipsa expresse intenderit solum virgineum florem conservare; vel intenderit vovere absolute et simpliciter virginitatem, sicut distinguunt Salmanticenses, et sicut distinxit Scarelli.

Hisce omnibus perpensis, judico Scarelli mereri vota 9; Orlandi 8; Santori 6.

CONCIO.

Pro concione assignatum fuit evangelium feriæ III post Pentecosten.

« Secundum Joannem: — In illo tempore dixit Jesus Pharisæis: Amen, amen, dico vobis: qui non intrat per ostium « in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro. « Et reliqua. »

Observationes.

Orlandi præ aliis competitoribus suis evangelicam doctrinam magis ad mores traduxit, et major zelus in exhortando ac in excitandis affectibus in ejus concione elucet: id maxime debet habere locum in concionibus parochi. Ac proinde judicio meo meretur vota 6 1/2; Scarelli 6; Santori 6.

EXPLICATIO.

Pro explicatione assignatum fuit caput XIX e conc. Trid. sess. XXV excerptum.

Monomachia pœnis gravissimis punitur etc.

Observationes.

Nullum, vel saltem notabile discrimen non adest inter unam et aliam explicationem; ac proinde remanet approbandum examinatorum judicium, idest Scarelli vota 3, Orlandi 3, Santori 3.

Resultat igitur:

Scarelli: pro 1 casu. vota 10 1/2, pro 2 casu 6 1/2, pro 3 casu 9, pro concione 6, pro explicatione 3; summa votorum 35.— Orlandi: pro 1 casu vota 8 1/2, pro 2 casu 6, pro 3 casu 7 1/2, pro concione 6 1/2, pro explicatione 3 1/2; summa votorum 31 1/2. — Santori: pro 1 casu vota 7 1/2, pro 2 casu 6, pro 3 casu 6, pro concione 6, pro explicatione 3; summa votorum 28 1/2.

ACTA CONCURSUS.

Super morales qualitates et idoneitatem eorumdem concurrentium.

Observationes.

1. Requisita a tribus candidatis exhibita quoad eam partem, quæ scientiam respiciunt: *Idonei judicati fuerint doctrina*, juxta Tridentinum sess. XXIV, cap. 18, habita ratione ad studia, quibus operam dedit Scarelli, et ad lauream doctoralem in sacra theologia et in jure: perpensis etiam concursibus ad diversas parœcias, quos sustinuit, nullum est dubium quin idem Scarelli aliis suis competitoribus præcellat.

2. Quoad eam partem, quæ qualitates morales respicit: *moribus, prudentia*, ait Tridentinum, nihil venit observandum, quatenus de iis nulla apparet exceptio; proindeque merito pares haberi debent.

3. Quoad alia opportuna *ad vacantem ecclesiam gubernandam*, ut loquitur idem Tridentinum, procedimus cum Benedicto XIV Instit. VII, n. 7, idest « quantum inserviendæ Ecclesiæ, et fidelibus præsertim imbuendis temporis impenderint; quandiu pœnitentiæ sacramentum ministraverint etc. »

Scarelli per aliquod tempus munus vicarii capitularis Hortanæ diœcesis exercuit: jam a sex annis pœnitentiarius per concursum electus hoc munus in præsens exercet: in seminario docuit, ac nunc fere gratis docet metaphysicam, ethicam, arithmeticam, algebram et geometriam.

Orlandi jam a decem annis est parochus ecclesiæ cathedralis civitatis Hortæ : in seminario docuit rhetoricam per octo annorum spatium ; fuit etiam ad breve pro-vicarius generalis : tandem verbi Dei prædicationem in diversis oppidis diœcesis habuit.

Verum omnibus patet quod quanto excellentius sit munus, quod quis in ecclesia exercet, tanto majus est servitium quod ecclesiæ ille præstat. Sed munus vicarii capitularis est excellentius munere parochi, et vicarii generalis; quia parochus habet regimen suæ parœciæ, et vicarius capitularis regimen totius diœcesis. Insuper quoad pœnitentiæ sacramenti administrationem munus pœnitentiarii est etiam magis conspicuum, quia pœnitentiarius est sicut judex casuum conscientiæ cum, juxta Benedictum XIV instit. 102 n. 5, judicio ejus subjiciantur. Insuper in canonicum pœnitentiarium eligi debet qui sit doctor, aut licentiatus in theologia vel in jure canonico: nihil vero de iis requiritur ad munus parochi obeundum.

Ergo ex recensitis requisitis colligitur Scarelli et Orlandi quoad morales qualitates et magisterium merito esse æquales : quoad qualitates scientificas et servitium ecclesiæ Scarelli altero præcedere.

Puto autem examinatores synodales supputasse labores, convicia, pericula, et alia hujusmodi quæ perpessus est Orlandi in exercitio officii parochialis ratione calamitatum temporum nostrorum, et ratione prædicationis verbi Dei ut supra : ideoque cum plenario numero votorum, idest duodecim eum approbarunt. Verum ut servetur debita æquitas, attentis supra expositis, judico Orlandi approbandum esse cum plenario, idest duodecim votorum numero; Scarelli saltem cum undecim ; Santori cum novem.

Simul itaque cumulatis votis tam pro scientia compertis, quam pro idoneitate horum trium concurrentium, salvo meliori judicio, Scarelli remanet approbatus in primo gradu cum votis 46; Orlandi in primo gradu cum votis 43 1/2; Santori in secundo gradu cum votis 37 1/2.

Hisce non obstantibus, sapientissimo judicio vestro EE. PP. si aliter sit, et ego subscribam.

N. N.

DROITS PAROISSIAUX

Chanoines et collégiale de Manduria. — Attributions paroissiales. Obsèques. Droit de porter l'étole et de faire la conduite. Usage portant que le convoi soit présidé par la première dignité du chapitre. Ordonnance épiscopale abrogeant l'usage. Plainte des chanoines. La S. Congrégation du Concile casse l'ordonnance. Décision du 15 juin 1878.

Les paroisses établies dans les églises cathédrales et collégiales donnent parfois lieu à des dissentiments entre les chanoines et les curés relativement aux attributions curiales.

Le chapitre de la collégiale de Manduria, diocèse d'Oria, en Sardaigne, a fait présenter au Saint-Siége la réclamation suivante :

« La cure habituelle réside dans le chapitre. De temps immémorial c'est l'usage que, lorsque le chapitre est invité aux convois, le droit de bénir le défunt et de porter l'étole est réservé à la première dignité ou en son absence aux autres dignitaires et chanoines ; le curé et le vicaire n'ont pas ce droit. La première dignité étant vacante, on a nommé un pro-curé. Par décret extrajudiciaire du 18 novembre 1875, Mgr l'évêque, sans entendre le chapitre, a déclaré abusif tout acte exercé par un prêtre quelconque du clergé de Manduria, et il a ordonné que l'archiprêtre seul, et actuellement le pro-curé ou son délégué, ont le droit de porter l'étole, de donner la bénédiction dans la maison du défunt, conformément au Rituel romain et à la discipline de l'Eglise . Le vicaire forain ayant notifié le décret, le chapitre se réunit et signa un mémoire réfutant les raisons de l'évêché, et concluant que les circonstances actuelles empêchaient seules les chanoines d'insister pour l'exercice de leurs droits, mais qu'ils se réservaient de faire valoir leurs raisons quand ils croiraient. Aujourd'hui le chapitre fait présenter cette humble requête à la S. Congrégation, en demandant la révocation du décret épiscopal et le maintien de l'usage. »

La S. Congregation a consulté Mgr l'évêque conformément à la procédure d'usage. La réponse du prélat est ainsi conçue : « La prétendue coutume immémoriale manque de toute base juridique. Il est entièrement faux que les chanoines de Manduria possèdent la cure habituelle. La cure actuelle a toujours appartenu à l'archiprêtre, première dignité du chapitre ; présentement, la dignité étant vacante, la cure actuelle appartient au pro-curé. Le chapitre ni aucun de ses membres n'ont jamais prêté aucun concours ni coopération personnelle pour la cure, pour l'administration des sacrements et pour toute autre attribution curiale. Le casuel n'a jamais été versé dans la main du chapitre ; il a été constamment perçu par le curé. La coutume dont on parle n'a jamais existé et n'existe pas. Il suit de là que devant la disposition du Rituel romain qui réserve au curé le droit en question, la violation de ce droit serait un abus qu'il ne serait pas possible de tolérer. La paroisse posséderait donc un grand nombre de curés contrairement aux lois de l'Eglise, au Rituel romain, à la jurisprudence de la S. Congrégation des Rites, qui déterminent le règlement des paroisses. Il est faux que le chapitre n'ait pas été entendu avant de porter le décret du 18 novembre 1875; car le contraire est prouvé par une délibération capitulaire en date du 14 octobre. »

Mgr l'évêque ayant nié la coutume et même la cure habituelle en faveur du chapitre, les chanoines se sont placés sur ce terrain.

« La coutume dont il s'agit est-elle condamnée par la raison ? Est-ce l'occasion de quelque péché ou d'un scandale pour la population de Manduria que le chapitre assiste aux obsèques et que le doyen porte l'étole, bénisse le corps et l'accompagne à la paroisse ? Est-ce un usage anormal qu'un des membres d'une église qui sont tous obligés d'enseigner le catéchisme, de diriger les consciences et de coopérer à la cure, remplisse les fonctions de curé en ce qui concerne les obsèques ? Le droit établi par l'usage peut-il être condamné comme un acte illicite, comme une dépravation et comme un abus subversif des lois ecclésiastiques ? Voici ce que vingt témoins attestent par écrit : On a constamment suivi l'usage en question, même durant la vacance de la paroisse ; car c'est la première

dignité et non le pro-curé qui a porté l'étole et béni les corps. Tel est l'usage immémorial ; les témoins attestent que la tradition provient de leurs ancêtres. Il y a un ou deux ans, la population a vu avec surprise le pro curé, qui est un des derniers du chapitre, porter l'étole et occuper la première place de la procession pendant que la première dignité se tenait au dernier rang. Le droit du chapitre se fonde soit sur une réserve qui remonte à la fondation de la paroisse, soit sur une coutume raisonnable et reconnue par le droit canonique. »

La S. Congrégation du Concile a pensé qu'elle ne pouvait en l'état rendre son jugement. Elle a demandé d'autres investigations et d'autres preuves de nature à constater l'usage : *Dilata et coadjuventur probationes.* Rome, 22 septembre 1877.

L'affaire est revenue devant la S. Congrégation du Concile le 15 juin 1878. Nouvelle plaidoirie de l'avocat des chanoines, avec pièces à l'appui. Il s'agit de prouver à la Congrégation que le chapitre possède la cure habituelle de la paroisse.

Au mois de juin 1854, en l'absence de l'archiprêtre-curé, qui était malade, le pro-curé, le même qu'aujourd'hui, demanda au chapitre son traitement. Les chanoines répondirent que cela regardait l'archiprêtre, qui continuait de percevoir, malgré son absence, la portion congrue. Mgr l'évêque décida en faveur du pro-curé. Le 12 juillet, le prélat écrivit au chapitre à ce sujet, et dit, entre autres : « La cure résidant dans le chapitre, qui fournit la portion congrue à l'archiprêtre, j'ai besoin de savoir etc. » Dans une lettre du 5 septembre, concernant la même affaire, le prélat s'exprime comme il suit : « Dans les collégiales dont la première dignité est de même nature (c'est-à-dire, ayant l'exercice actuel), la cure des âmes réside dans le chapitre. Peut-on nier que l'archiprêtre de la collégiale est la première dignité avec cure d'âmes? Il s'ensuit que la cure est habituellement placée dans le chapitre, et que l'archiprêtre en a l'exercice actuel. Conformément au concordat de 1818, la portion congrue du curé de cette collégiale est placée dans la masse commune, dont il reçoit deux parts. Il est certain que, durant la vacance de la dignité, et en cas d'empêchement, on a payé le vicaire sur la portion congrue. C'est ce que le chapitre fit durant la maladie et après la mort de l'archiprêtre Costanzo et pendant celle de l'archiprêtre Micheli. »

Mgr l'évêque nie l'habitualité, parce que, dit-il, « le clergé de la collégiale et aucun de ses membres n'a jamais prêté aucun concours ni aide dans la cure des âmes, pour l'administration des sacrements, et autre office paroissial. » Mais cela regarde le prélat; il aurait dû rappeler les chanoines à leur devoir, conformément à un décret de l'ordinaire du 28 août 1799; ce décret veut que les aspirants aux postes de la collégiale soient au préalable examinés sur leur aptitude à faire le catéchisme et à remplir les autres fonctions paroissiales. L'archiprêtre et son vicaire ont toujours pris des substituts, des auxiliaires. Or c'est le chapitre qui les nomme.

Il n'est pas vrai que l'archiprêtre ou le vicaire supporte les dépenses paroissiales. Les registres constatent, en effet, que les dépenses de la paroisse ont toujours été à la charge du chapitre; particulièrement la solution du cathédratique. Le notaire du pays a compulsé les registres de l'année 1800 jusqu'à ce moment-ci, et déclare avoir vérifié, parmi les dépenses de chaque année, celles-ci, entre autres : « Voiture pour le curé qui va prendre les saintes huiles à la cathédrale : 1 ducat. — Cierges pour toutes les fonctions de la paroisse et de la collégiale : 60 ducats. — Indemnité au vicaire pendant la vacance de l'archipréture : 36 ducats. — Rétribution des messes *pro benefactoribus* appliquées par le vicaire les dimanches et fêtes supprimées, au nombre de 65, pendant la vacance : 13 ducats. — Le registre des recettes présente 36 ducats par an, comme moyenne, pour la quarte funéraire ou droit de cierges que le chapitre reçoit des familles, de temps immémorial, à l'occasion des enterrements. »

L'évêché ne conteste pas l'usage; il en reconnaît l'existence, car il se borne à dire que la coutume est nulle, fût-elle ancienne, attendu qu'elle est en opposition avec les lois écrites. La déclaration des habitants de Manduria, présentée l'an dernier, atteste la coutume. Cette coutume dérive de l'habitualité ; cela la rend *rationabilis.* Si la S. Congrégation estime ces preuves insuffisantes, les chanoines demandent une enquête formelle par un personnage que la S. Congrégation désignera, et qui interrogera le pro-curé et ses auxiliaires, pour déclarer, sous serment, si la coutume dont il s'agit a jamais été contestée, suspendue, ou abolie.

Décision. La S. Congrégation décide que l'ordonnance épiscopale doit être infirmée. Rome, le 15 juin 1878.

Oritana. Jurium parochialium. Die 15 junii 1878. Percontanti mihi in congregatione diei 22 septembris elapsi jam anni : « An decretum curiæ Oritanæ sit confirmandum vel infirmandum in casu,» responsum fuit : *Dilata, et coadjuventur probationes præsertim super asserta cura habituali et consuetudine.*

Utrumque conficere studet orator, qui pro capitulo causam dicit, in nova allegatione cum summario typis exarata et seorsim distribuenda, cujus summam de more exponam. Et ad habitualitatem curæ confirmandam affert nonnulla actualis antistitis documenta, quibus eamdem evincere curat. Volvente sane die 12 junii anni 1854 in absentia archipresbyteri parochi, cujus vices gerebat uti œconomus actualis contradictor in causa Augustinus Guarini, hic mercedem pro suo officio a capitulo expostulavit, quod renuebat ejusdem solutionem contendens ad archipresbyterum spectare qui in absentia quoque congruam percipiebat parochialem. Res per Augustinum ad episcopum delata fuit, qui favore actoris quæstionem diremit, atque literis diei 12 julii illius anni inter alia hæc capitulo scribebat : « Essendo risposta la cura presso codesto capitolo il quale somministra la debita congrua al detto sig. Gatti archipresbytero absenti, mi giova sentire ecc. » Et melius quoque de eamet controversia disserens in altero epistolio diei 5 septembris ejusdem anni habebat — ibi — « Nelle collegiate, ove la prima dignità è di tal natura (cui nempe adnexa est animarum cura) la cura delle anime è riposta nel capitolo. E potrebbe negarsi che l'arciprete di cotesta collegiata sia prima dignità con cura di anime? Dunque è a conchiudersi che abitualmente tal cura sia riposta presso il capitolo in esercizio attualmente dell' arciprete Gatti... non può negarsi che uniformemente al concordato del 1818 la congrua del parroco di cotesta collegiata è riposta nella massa

comune, che gode il medesimo una doppia porzione: che nelle vacanze e ne' casi d' impedimento del parroco si è pagato l'economo sulla congrua. Tali fatti sono stati praticati e consumati dal capitolo nella malattia del fu arciprete Costanzo e dopo la morte dello stesso e dell'arciprete Micheli. »

Nihil autem contra curæ habitualitatem in capitulo residentem evincere pergit episcopi verba referentis : « Costa pienamente per fatto che niuna concorrenza, o personale opera si è mai prestata dal clero o da uno di essi nella cura delle anime, nell' amministrazione de' sagramenti o in alcun dovere parrocchiale. » Siquidem ipsius curæ esse deberet capitulares revocare ad officii sui implementum ad tramites decreti die 28 augusti 1799 ab ordinario lati, præcipientis ut cupientes in participantium numero admitti prævie examinarentur circa eorumdem habilitatem « ad catecheses in ecclesia faciendas aliasque functiones parochiales absolvendas pro conscientiarum directione animarumque salute. « Verumtamen adnotat quod substituti atque adjutores, quos archipresbyter vel œconomus curatus penes se habuit in antecessum et in præsens pro parochialibus officiis absolvendis, ab ipso capitulo eliguntur. Nil mirum proinde si episcopus sollicitus constantissime fuit inquirere an sacerdotes, qui in participantium numero admitti voluissent, idonei necne essent ad catechesim docendam aliasque functiones parochiales explendas pro conscientiarum directione animarumque salute. Quæ si attente perpendantur, indubie demonstrare concludit curam habitualem in capitulo residere.

Nec pariter in facto subsistere prosequitur orator quod ex adverso asseritur, idest expensas parochiales sive ab archipresbytero sive ab œconomo sustentatas fuisse. Ex codicibus quippe administrationis vulgo « di esito e di introito » in capituli tabulario servatis constat annuos pro parœcia sumptus necnon cathedraticum vel ipsum semper sustinuisse capitulum, numquam vero archipresbyterum vel œconomum. Perspectis enim præfatis codicibus a publico tabellione ab anno 1800 « fino a questi ultimi meno alcune piccole differenze, e senza tener conto degli anni precedenti tal epoca » palam fit che annualmente si sono erogati inter alias expensas : « Per carrozza al parroco che va a rilevare gli olei santi dalla cattedrale ducato 1, pari a lire 4, 25. — Per cera per tutte le funzioni sia della parrocchia che della collegiata ducati 60 pari a L. 255. Nella vacanza dell' arcipretura per compenso all' economo ducati trentasei pari a lire 153. — Per elemosina delle messe *pro benefactoribus* celebrate dall'economo curato in tutti i giorni festivi e feste abolite nella vacanza dell' arcipretura n. 65 circa ducati 13, pari a lire 55, 35. » Constat insuper a codicibus ipsis vulgo d'introito « la cifra in media di ducati 36 pari a lire 153, che annualmente di tempo immemorabile il medesimo capitolo ha ritratto dalla così detta quarta funebre o diritto di cera ricevuta dalle famiglie in occasione dei funerali. »

Ad probationes circa consuetudinem adstruendas deveniens orator præmonet ejusdem existentiam quodammodo erui ex ipsius decreti verbis a curia prolati ex quibus palam fit eamdem minime impugnari, sed tantum dici ipsam ecclesiaticæ legi adversam esse.

Verum consuetudinem, de qua quæstio et extitisse et extare ex documento a pluribus Manduriæ civibus obsignatum et in priori causæ propositione relatum probari censet, eamdemque prouti descendentem ex habitualitate curæ in capitulo residenti rationabilem dicit. Quod si in perdita hypothesi ad ipsam statuendam satis non esse quæ adducta fuere existiment EE. VV. nullum aliud sibi præsto esse remedium putat, quam exorare EE. PP. ut dignentur imperare formale examen prævio juramento tam ipsi Guarinio, qui duodecim abhinc annis œconomi officio fungitur quodque alias quoque plures per annos exercuit, quam ipsius substitutis coram persona a S. Ordine deputanda ad hoc ut in propatulo ponatur an consuetudo de qua agitur fuerit unquam controversa vel suspensa vel ablata.

Hisce igitur perpensis nec non aliis quæ in priori causæ propositione deducta fuerunt, rogantur EE. PP. enodare dubium :

An decretum curiæ Oritanæ sit confirmandum vel infirmandum in casu.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Decretum esse infirmandum*. Romæ, 15 junii 1878.

COLLÉGIALE DE SAINT-NICOLAS

Chanoines amovibles. Bref de Sixte IV défendant d'ériger formellement les canonicats et réservant aux fondateurs et à leurs descendants la faculté de révoquer les chanoines. L'église en question est-elle réellement collégiale? Caractères légaux de collégialité. Possession immémoriale. Vente des biens en vertu de la loi de 1875. Les chanoines actuels n'auront pas de successeurs. Réduction de l'office du chœur. Dispense de matines, principales fêtes exceptées. Application de la messe conventuelle pour les bienfaiteurs. Décision de la S. Congregation du Concile du 15 juin 1878.

On remarque à Regio, près Modène, une collégiale sous le vocable de S. Nicolas. Les prêtres qui composent ce collège ont présenté la requête suivante : « En vertu de brefs de Sixte IV des 14 novembre 1480 et 7 février 1481, les trois frères Zoboli instituèrent dans l'église paroissiale de S. Nicolas à Regio une collégiale composée de huit chanoines prêtres et de quatre clercs, dénommés aussi choristes, ayant pour chef le prévôt de cette église revêtue de la qualité *Nullius*. On ne procéda pas à l'érection formelle des prébendes, car les patrons entendirent se réserver la faculté de renvoyer les chanoines lorsqu'ils le jugeraient nécessaire ou utile au service de Dieu et de l'Eglise. L'acte de fondation prescrit l'office quotidien, comme les cathédrales; il permet de dire matines après vêpres, permet aux chanoines d'assister alternativement par moitié au chœur, de semaine en semaine, excepté les grandes fêtes, auxquelles tous doivent se rendre au chœur. Le revenu, qui s'élève à six mille lires d'Italie environ, est entièrement en distributions. Les chanoines prêtres ont deux vingtièmes; les clercs, un vingtième; mais l'usage leur donne en quelque sorte le droit de passer aux postes presbytéraux.

« Les patrons, se prévalant de la loi du 15 août 1867, ont vendu leur droit à une famille israélite, qui a soldé au gouvernement le prix de l'affranchisement, et a pris les biens de la collégiale. Deux membres de l'ordre clérical et deux chanoines sont décédés; un autre chanoine est tombé gravement malade, au point de ne pouvoir célébrer la messe. Ces décès permettent aux acquéreurs de réclamer six vingtièmes du revenu. Les sept chanoines survivants doivent faire le travail de douze; les cinq prêtres ont à leur charge les messes conventuelles, fêtes et vigiles. La condition des clercs n'est pas meilleure; indépendamment des charges communes, ils perdent tout espoir d'occuper un poste presbytéral. C'est pourquoi les recourants demandent

la réduction de l'office choral que la S. Congrégation croira équitable et convenable. »

Mgr l'évêque de Regio, consulté *pro informatione et voto*, a adressé le procès-verbal de l'assemblée capitulaire que les chanoines de la collégiale ont tenue. Ce procès-verbal établit les faits suivants. Les chanoines prêtres reçoivent présentement 609 livres, 35 centimes; les clercs, 304 livres, 71 centimes. Antérieurement à la vente des biens, les charges étaient de 30 messes chantées, et de 637 messes basses. L'ordinaire, en 1875, a réduit ces obligations à 16 messes chantées et à 230 messes basses.

Le prélat propose deux solutions: 1° L'obligation quotidienne du chœur, pour l'office de jour et de nuit, comme elle existe, peut être réduite aux dimanches et fêtes de précepte, doubles de première et de seconde classe, doubles majeurs, vigiles privilégiées, le carême tout entier, suivant la pratique des autres collégiales du diocèse; en toute hypothèse, une seule messe conventuelle. — Ou bien 2. conserver l'obligation de l'office quotidien de jour, dispenser de matines et de la seconde et troisième messe conventuelle. Aux grandes fêtes, tous les chanoines doivent réciter au chœur l'office tout entier. Ces fêtes sont : Pâques, Pentecôte, Noël, Epiphanie, Fête-Dieu et leurs octaves; Ascension, Assomption, Nativité et Conception de la sainte Vierge, S. Joseph, S. Pierre et S. Paul, Toussaint, titulaire et Dédicace de l'Eglise.

En ce qui concerne l'application de la messe pour les bienfaiteurs, le chapitre dit qu'on ne l'a jamais observée, parce que l'église de Saint-Nicolas n'est pas une collégiale proprement dite.

Cette question est examinée dans le *folium* de la S. Congrégation. Le second bref de Sixte IV, en effet, défendit de procéder à l'érection des prébendes, et ordonna de nommer huit prêtres amovibles au gré des patrons. Le prévôt seul obtint l'érection canonique. C'est pourquoi le procès-verbal de la visite épiscopale, en 1776, porte ceci: « La collégiale se compose de douze prêtres; huit se nomment chanoines, mais abusivement, car l'acte de fondation leur donne simplement le titre de prêtres. » D'autre part, l'église a toujours été regardée comme collégiale. C'est le nom qui se trouve *passim* dans les visites épiscopales. Dans un bref que Pie VII écrivit en 1816 à l'évêque François-Marie d'Este, ce pontife dit de mettre, sans délai, le prévôt et le collége des chanoines de S. Nicolas en possession de son église et de ses biens. Le défaut d'érection est surabondamment compensé par la possession immémoriale de la masse commune et des autres insignes de collégialité. Le *folium* relate les maximes communément reçues parmi les canonistes sur les divers caractères qui concourent à montrer qu'une église forme une corporation canoniale; statuts, stalles, offices du chœur, réunions capitulaires, etc.

Décision. La S. Congrégation du Concile a décidé d'accorder la réduction du service du chœur conformément à la seconde proposition de Mgr l'évêque. L'application de la messe conventuelle pour les bienfaiteurs est passée sous silence.

Rome, 15 juin 1878.

Regien. Servitii chori. Die 15 junii 1878. Sacerdotes ecclesiam collegiatam S. Nicolai in oppido Regii componentes, supplici dato libello sub die 13 novembris anni præterlapsi Sacratissimum Principem adiverunt, exponentes: « Nella chiesa parochiale di *S.* Nicolò di Regio nell'Emilia fu fondato sino dall'anno 1484 dalli signori Giacomo, Cristoforo, e Leonello fratelli Zoboli, in virtù dei brevi del Sommo Pontifice Sisto IV in data 29 novembre 1480 e 7 febbraio 1481 una collegiata composta di otto canonici dell'ordine presbiterale e quattro dell'ordine clericale, detti anche coristi, con a capo il prevosto della chiesa stessa insignita dalla qualità di *Nullius*. Ciò però veniva fatto senza erezione di prebende, che anzi rimaneva in facoltà dei patroni, fra i quali trovossi poi anche l'ordinario della diocesi quale erede di Leonello, il rimuovere i componenti ogni qual volta fosse loro sembrato necessario o conveniente al servizio di Dio, ed al decoro della chiesa.

« Le sue leggi di fondazione sin quì, debolmente sì, ma fedelmente eseguite, le impongono l'intera officiatura a norma delle cathedrali, con questa sola differenza, che al mattutino da recitarsi per privilegio dopo i primi vespri, è tenuta la metà soltanto dei collegiati di settimana in settimana alternativamente, meno le principali solennità, nelle quali tutti sono senza distinzione alcuna tenuti.

« La rendita annua è di circa sei mila lire Italiane tutta da percepirsi a moda di distribuzione nel rapporto di due ventesimi per ciascuno dell'ordine presbiterale e di un ventesimo per ciascuno dell'ordine clericale. Questi poi alla vacanza di una sede presbiterale godono per consuetudine di un quasi diritto di promozione alle sede stessa.

« Sopravvenuta l'infausta legge delli 15 agosto 1867 i molti che godevano del giuspatronato vendettero l'azione civile che era a loro consentita dalla citata legge ad una famiglia ebrea, certi NN. i quali s'impadronirono della dote pagandone al governo il prezzo, come suol dirsi di affrancazione.

« Frattanto vennero a morte due membri dell'ordine clericale, e due dell'ordine presbiterale, ed un terzo di questi è reso impotente al segno d'essergli impedita la celebrazione del divin sacrifizio. Questo fatto mentre ha portato i compratori al godimento di sei ventesimi della rendita, ha stremato il numero dei collegiali, che ridotti a soli sette debbono sostenere le parti di dodici, e soverchiamente è il peso dei sacerdoti, a carico esclusivo dei quali sta la celebrazione delle messe conventuali, di ferie e vigilie occorrenti; non è migliore la condizione dei chierici, che oltre all'aggravio comune, veggonsi tolta la speranza di occupare una sede presbiterale, speranza che avea sin quí compensata la tenuità del loro assegno.

« Egli è per questo che si vedono come costretti a rivolgersi alla paterna clemenza della Santità Vostra, perchè avuto riguardo alla tristizia delle circostanze, che andranno man mano aggravandosi, finchè Iddio non faccia risplendere la serenità del suo volto, voglia portare negli oneri di officiatura quella riduzione che crederà equa e conveniente. »

Requisitus de more Regiensis episcopus pro informatione et voto, et præsertim, ut audito capitulo, referat de ejusdem capituli redditibus et oneribus tum ante tum post bonorum direptionem, ac de legitima petitionis causa, illico transmisit authenticum documentum formalis conventus habiti a sacerdotibus collegiatam S. Nicolai componentibus, ex quo dignoscitur, quod redditus ante bonorum direptionem erat libellarum 810, 67 pro unoquoque canonico ordinis presbyteralis, et libellarum 405, 33 pro unoquoque ordinis clericalis; modo autem primi pro unoquoque recipiunt libellas 609, 35, secundi libellas 304, 71. Onera vero ante bonorum direptionem erant missarum 30 cum cantu, et missarum 637 lectarum; post bonorum direptionem canonici onus habent applicandi

quolibet anno missas lectas 230 et missas 16 cum cantu, ita reductas ex decretis ordinarii diœcesani diei 24 maii, et 17 aug. 1875.

De legitima autem petitionis causa episcopus edicens, ita se habet: « Attentis peculiaribus præsentibus circumstantiis collegiatæ, attentoque limitato numero sacerdotum eamdem componentium, quem processu temporis nempe ad mortem cujuslibet eorum imminuet, absque ulla spe substitutionis propter vitalitiam pensionem ipsis ab emptoribus bonorum collegiatæ assignatam, asserere non dubito reapse (causam) subsistere, et in considerationem habendam esse. »

Ad sui autem animi sensum aperiendum deveniens, duplici modo, ei videretur consuli posse precibus oratorum:

9. Hæc omnia in isto reperiebantur statu cum viduatæ Ripanæ ecclesiæ suus pastor restitutus fuit, et tunc ad instantiam postulatoris processus resumptus est; judices adjuncti, promotor fiscalis, subpromotor, notarius, actuarius et cursor confirmati sunt et juramentum iterarunt. Denique, omnibus rite, ut moris est, confectis, cum jam nihil obesset, prolata est ab episcopo sententia, quoad exclusionem cujuslibet vetiti cultus. Tum postulatore instante, ut publicarentur acta, juratis amanuensibus processus originalis transcriptio committitur, qua confecta, factaque insuper coram judicibus et subpromotore collatione, subscriptionibus, legalitatibus, sigillisque appositis, transumptum electo portitori, cui de fidelitate in munere implendo delatum fuit juramentum, traditum est Romam deferendum. (*Proc. a fol.* 102 *usque ad finem.*)

10. Singulis igitur ad stricti juris tramites gestis, commendanda se exhibet PP. EE. Ripani antistitis diligentia, qui cum inquisitionem rite recteque peregisset, eam tuto proferre potuit de obedientia Urbanianis decretis præstita sententiam, de cujus justitia nullum excitari dubium posse ex mox dicendis luculentius apparebit.

DE JUSTITIA SENTENTIÆ.

11. Satis est testium responsa, quæ in summario prostant, perlegere, ut statim innotescat devotionem erga Ven. D. S. privatis solummodo limitibus fuisse adstrictam ideoque judicum sententiam justitiæ prorsus fuisse consentaneam.

12. Revera quod attinet sepulcrum Ven. S. D. nihil prorsus invenias, quod ipsum a ceteris sepulcris distinguat. Etenim sub pavimento cadaver quiescit quin ulla inscriptio aut lapis nomen, memoriam obitusque diem denotans (licet hoc innocuum esset) reperiatur, ut patet ex testibus I, II, IV, V, VI, VII. Erectum fuit aliquando ex privata fidelium devotione rude quoddam monumentum brevissimam inscriptionem et imaginem venerabilis exhibens; verum aliquot post menses confractum illud cecidisse nullumque in præsentiarum de eo remanere vestigium apparet. Frustra etiam circa sepulcrum tabellas, donaria, anathemata atque alia hujusmodi quæreres. Ista enim semper ab eo abfuerunt; et si a quopiam aliquando parvum donarium ad instar cordis voti causa appensum fuit, statim illud, jubente vicario generali, amotum est.

13. Aliquid fortasse adnotandum invenies quoad candelas, quæ ex fidelium devotione super sepulcro Ven. S. D. accensæ fuisse perhibentur. Verum licet hac super re adnimadverti posset eam in Picena provincia inalevisse consuetudinem, ut quibusdam anni diebus revertentibus ex. gr. die Pentecostes, Commemerationis defunctorum et pluribus aliis, fideles super tumulis lumina accendant, quin sacri præsules hujusmodi antiquissimum morem submovendum putent; attamen, ut strictissima obedientia decretis Urbani VIII adamussim præbeatur, ea lata lex est aliquot abhinc mensibus ab episcopo Ripano, qua candelæ omnes de sepulcro Ven S. D. omnino amovendæ sint, et si quæ in posterum inibi forte quacumque occasione reperiantur, statim ab ecclesiæ æditiuo auferri debeant. Hujusmodi vero jussum exequutioni mandatum fuisse et in præsentia mandari episcopus ipse solemniter testatur.

14 Venerabilis imagines cusæ aliquando fuerunt. Nemo tamen in iis signum aliquod vidit, quod cultum redoleret, sive de radiis vel laureolis loquaris, sive de supposito titulo aut inscriptione. Publicæ autem venerationi nunquam istas expositas fuisse declarant Testes, I, III, IV, VIII.

15. Quod attinet reliquias, eas non modo publico fidelium cultui expositas memo unquam vidit, sed quamquam, uti fit, petentibus distribuerentur, tamen scheda non erat, quæ ipsarum authenticitatem comprobaret. Fatendum sane venerabilis memoriam in benedictione esse. Quid tamen? Neque in die anniversaria obitus, neque per annum aliquid fit ad ejus memoriam solemniter celebrandam. Denique uno ore testes affirmant nullum obsequii signum venerabili reddi, quod honores cœlitibus reddi solitos portentat, licet populus magnam de ipsius sanctitate habeat existimationem.

16. Verum ut de istarum rerum omnium veracitate suis oculis certiores fierent judices ad templum accesserunt in quo Ven. S. D. exuviæ reconditæ jacent templumque ipsum, sepulcrum et sacrarium rite diligenterque inspexere; nihil autem omnino reperierunt, quod vetitum cultum saperet.

17. Jure itaque meritoque pro tribunali sedentes sententiam hanc dixerunt: « Visis videndis, consideratis considerandis, « dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac defini- « tive sententiamus nec circa sepulcrum, seu tumulum, nec « alibi circa reliquias, imagines, aliasque memorias dicti servi « Dei Patris Simonis Philippovich reperiri, quod publicum veti- « tumque cultum quoquo modo præseferat, aut quomodocum- « que non sit ad formam dictorum decretorum (Urbani VIII); « sed iisdem fuisse et esse sufficienter paritum et satisfactum,

« ac ita dicimus, declaramus, et definitive sententiamus, non « solum isto sed et omni meliori modo. »

18. Hanc igitur sententiam ut sacer Ordo confirmet, una cum R. P. Bernardino a Cryptis Castri ordinis Minorum Observantium ostulatore generali, oro ac vehementer obsecro. Neque irrita hæc vota fore confido; siquidem argumenta illa luculentissima, quibus prolata innititur sententia, quemlibet a causa Ven. Simonis vetitum cultum excludunt, et ab iis Actis desumpta fuerunt, quæ nullam quoad validitatem patiuntur exceptionem.

Quare etc. — *Dominicus Ferrara.* — Revisa Augustinus adv. Caprara, S. R. C. assessor et S. fidei subpromotor.

II

Responsio ad animadversiones R. P. D. promotoris fidei.

1. Quoniam et ipse R. P. D. fidei promotor, licet mirabili sagacitate, diligentia atque ingenio præstet, unum tantummodo in hac judicii sede quod redargueret, invenit; hinc ea spe recreor atque reficior, quod paucis verbis præsens controversia confici valeat. Eo vel magis, quod unicum istud offendiculum, quod repertum asseritur, nonnisi apparens et labili innixum fundamento primo vel obtutu conspici potest. Et requidem vera id unum carpit cl. censor, quod nempe cum causæ postulator ad repetitionem *terminorum substantialium* juxta morem fuisset admissus, « ei minime a judicibus delatum fuit juramentum, quod suppletorium vocant, et a civili prudentia exigitur. » Ut autem censura ista alicui niteretur fundamento, binas leges in medium protulit.

2. Verum plura in contrarium reponi posse videntur. Etsi enim concedere vellem quod de externa horum actorum forma ad juris communis tramites, uti adversarius contendit, judicium ferri debeat, nunquam tamen concedendum putarem, quod propositio ista *absolute* et *exclusive* intelligi possit ac debeat. Jus enim nostrum suas habere peculiares normas ac leges, is etiam noscit, qui illud vel a limine salutaverit. Revera, ut cætera omittam, ipsum caput 43 lib. II Bened. XIV, cui nempe præstantissimus fidei vindex innititur, hujusce rei peremptorium argumentum præbet, ut cuilibet legenti facillime innotescit. Quare priusquam ad externos fontes confugiamus, nostros adire necesse est : quod si peculiares atque appositas instructiones ab his haurire non possumus, tum tandem, necessitate poscente, ad illos pergere oportebit.

3. At in re, de qua nobis sermo est, necessitas ista, adeundi nempe extraneos fontes, minime verificatur. Jura enim nostra plura agnoscunt juramenta; scilicet juramentum de veritate dicenda, de secreto servando, de munere fideliter implendo, et juramentum calumniæ. Jamvero postremum hoc a causæ postulatore exquirunt, et hoc unico juramento præstito, quiquid a prudentia exigitur perfectum atque expletum fuisse judicant. Neque mirum. Etenim per juramentum *calumniæ*, uti notissimum est, declarant postulatores se ad causam non accedere odio, amore, timore, spe lucri, aut alio quovis motivo, respectu et fine humano, sed solum zelo honoris et gloriæ Dei, qui magnificatur et laudabilis est in sanctis suis; ideoque jurant se non usuros falsis probationibus, non corrupturos judices aut testes, nec quidquam facturos, quod puræ et simplici veritati quomodolibet refragetur. Jamvero hæc si postulatores præstent satis est : Quid enim amplius præter ista jurarent? Cætera quæ spectant ad probationes et argumenta non postulatores, sed testes suppeditant.

4. Hinc de isto juramento suppletorio, quod cl. censor in medium ponit, silet omnino juris nostri summus moderator Bened. XIV, licet prudentiæ leges apprime cognosceret ; de isto juramento ne verbum quidem habent instructiones pro confectione processuum in causis servorum Dei, quas causarum istarum patroni, licet prudentia præditi, huc usque exararunt; denique, quod magis magisque rem conficit, juramentum hoc nec in litteris remissorialibus umquam præscriptum, nec umquam ab hac S. Congregatione, quod ego sciam, exquisitum fuisse videtur. Revera in aliquibus processibus super non cultu, quos consulto evolvi, inveni quidem juramentum *calumniæ* a causæ postulatore exhibitum, numquam autem juramentum istud suppletorium invenire potui : item perlegenti mihi animadversiones R. P. D. promotoris fidei numquam aliqua occurrit animadversio, quæ omissionem hujusce juramenti aliquo pacto respiceret. Juverit nonnulla exempla ad rei veritatem ostendendam in medium afferre. In processu ab episcopo S. Miniatis confecto super cultu numquam exhibito Ven. Theophilo a Corte juramentum hoc suppletorium minime reperitur. Item in Amerina super non cultu ven. Generosi a Præmosello cum causæ procurator ad repetitionem terminorum substantialium fuisset admissus, delatum ei minime fuit, juramentum istud quod *suppletorium* vocant. Num idcirco causæ istæ naufragium passæ sunt? Minime rerum; imo R. P. D. fidei promotor nihil contra hujusmodi omissionem obmussitandum sibi duxit. Quod si de inquisitionibus auctoritate apostolica confectis loqui vellem, exemplum haberem in Vicentina super cultu Ven. Antonio Pagani numquam præstito; nec non in Tudertina de cultu Ven. Raynerio a Burgo S. Sepulcri numquam exhibito, atque in aliis millenis, quas adducere longum esset. Istæ enim inquisitiones, sive litteras remissoriales, quæ normas rerum agendarum præscribunt, inspicias; sive actorum descriptionem legas, de isto juramento suppletorio nullam mentionem faciunt, et tamen favorabili EE. PP. responso absolutæ sunt. Sed exempla supervacanea prorsus videntur, dum ipse amplissimus censor hujusce rei peremptorium argumentum nobis suppeditat. Ipse enim cum ad istius juramenti suppletorii necessitatem aliquo pacto astruendam nec auctoritates a jure nostro desumptas, nec praxim hujusce sacri fori adducere posset, ad antiquas Romanorum leges confugere debuit, ideoque facto suo veritatem nostræ thesis ostendit. Quare concludere merito possumus, juramentum hoc penes forum nostrum minime invaluisse, vel saltem, si amplissimo censori hoc magis arridet, juramentum istud sæpissime fuisse omissum, quin tamen S. Congregatio vel leviter hujusmodi omissionem carperet, multoque minus offendiculum aliquod in ea inveniret.

5. Et quidem sapientissime hoc factum fuisse putandum est. Revera juramentum dicitur suppletorium, ut ait Voet ad Pandectas lib. XII, tit. 2. de jurej. : « Si vel actori deferatur ad supplendas non satis sufficientes intentionis suæ probationes, vel reo ad firmandam suæ exceptionis probationem, per se non modis omnibus planam ac efficacem. » Atqui in jure nostro luce meridiana clariores desiderantur probationes, ita ut si debiles atque inefficaces forte reperiantur, despici certe, minime vero juramento aliquo coadjuvari atque fulciri possunt. Quod quidem magis magisque patet ex eo, quod jusjurandum istud suppletorium viget tantummodo penes jus civile, minime vero penes jus criminale, nisi ad pœnam pecuniariam tendat criminis persecutio. Voet cit. loco; atqui jus nostrum, ut notissimum est, procedit potius juxta criminale, quam juxta civile jus, ac proinde etiam ex hoc capite apparet, juramentum istud a nostris causis omnino alienum habendum esse.

6. Sed abundare in animo est. Sit quidem quod juramentum istud suppletorium apud forum nostrum receptum fuerit atque ad praxim pro rei opportunitate deduci debeat. Quid tamen ex hoc? Num proinde causæ postulatori deferendum foret? Minime rerum. Etenim recolamus paulisper textum

a fidei vindice adductem : in eo asseritur juramentum suppletorium necessarium esse, « tum ex parte judicis, qui tenetur illud actori imponere, tum ex parte ipsius actoris, qui tenetur jurare, nec posset referre.» At vero hisce in causis poteritne strictim ac proprie loquendo actoris titulus ac nomen postulatori tribui? Postulator apud jura nostra nullum aliud officium habet, quam vigili sedulaque diligentia causæ opitulari eamque pro viribus fovere ut ad felicem exitum perduc valeat; unde causæ ipsius veluti patronus ac procurator sæpissime appellatur. Quomodo igitur juramentum suppletorium eidem juxta allatum textum deferri poterit?

7. Idipsum suadent prima ac notissima juris principia. Etenim si quando probationes pro causa definienda non sufficerent, ipsius causæ postulatori juramentum ad eas supplendas deferri oporteret, idem esset ac si judices, dum argumenta a patrocinatore adducta neque plena, neque concludentia inveniuntur, eidem patrocinatori pro re tota conficienda juramentum istud suppletorium deferrent. Hæc autem absurdissima res est, aperteque contradicit juribus nostris, quæ profecto quamlibet probationem a causæ postulatore desumptam prorsus rejiciunt atque excludunt. In hypothesi vero non quævis, sed decisiva probatio, ea nimirum, quæ attestationum inopiam atque defectus omnes suppleret a postulatore desumeretur. Hinc dubitandum non est, quod si forte Ripani judices juramentum hoc postulatori detulissent, statim cl. censor pro ea, qua pollet juris nostri summa ac profundissima scientia, contra novitatem istam, seu potius injustum conatum totis viribus clamare non destitisset.

8. Hisce quoad primum animadversionum caput adnotatis, ruit omnino quod secundo loco opponit cl. censor; nimirum graviorem hujusce juramenti omissionem censendam esse, quia « ex actis luculentius apparebat erga hunc V. Dei famulum adhuc ecclesiastici simulque vetiti cultus aliquas significationes adhiberi. » Etenim si juramentum istud a jure nostro omnino excluditur statim apparet nedum judices redarguendos non esse, quia illud omiserunt, sed imo illud omnino omittere debuisse. Neque mirum : etenim etsi centum juramenta suppletoria detulissent causæ postulatori, attamen vetiti cultus significationes, si quæ adsunt, neque vel minimum obscurare, ipse adversarius id fateatur oportet, umquam potuissent. Alia igitur juris criteria præ oculis habenda sunt, ut difficultas ista a luminum accensione petita, dissolvi queat.

9. Et quidem post ea, quæ in informatione § 13 hac de re dixi, sperabam fore ut cl. censor ab hujusmodi villicatione abstineret. Verum, quia aliter reo accidit, nonnulla breviter addenda sunt, quibus peremptorio modo opposita difficultas exolvatur. Itaque quod aliquando, imo sæpe ad sepulcrum V. Dei famuli lumina incensa fuerint, negare neque possumus. Verum dum factum admittimus contendimus, 1° quod hujus lumina ex privata quidem fidelium cura, minime vero ecclesiastica accedente auctoritate, incensa fuerint. Unde, cæteris omissis, ipse testis III ab adversario citatus Pro. fol. 56, ait : Nella Maddalena non ho visto mai lumi e candele; nel Duomo si tante volte postici dai particolari. 2° Tamquam certum atque exploratum hoc statuimus, nimirum Ripanos fideles non unice ad Simonis, verum etiam ad aliorum defunctorum sepulcra ab antiquissimis temporibus sæpe in anno candelas in ecclesiis incendere consuevisse; ita ut non tanquam aliquod distinctionis cultusque signum erga Simonem nostrum hujusmodi luminum incensio sit habenda, sed potius tamquam generalis atque immemorabilis inibi vigens consuetudo. Revera hujusce consuetudinis existentia, quam oppugnare videtur cl. fidei vindex, probatur 1° ex privata quadam Ripani præsulis epistola Emo relatori ostendenda, in qua nimirum absque ullis ambagibus asseritur, Ripanos fideles nedum in die Commemorationis omnium defunctorum et in die Pentecostes, sed etiam *sæpe* in anno ad mortuorum tumulos lumina incendere; 2° probatur ex eo, quod ecclesiastica loci auctoritas, licet Urbaniana decreta quoad luminum incensionem ignorare non posset (ecquis enim ista ignorat?) attamen ob istam praxim generaliter inibi vigentem minime a Simonis sepulcro candelas submovendas duxit. Neque dici potest id potius negligentiæ quam prætensæ consuetudini tribuendum esse. Etenim ut inquiunt judices (Summ. pag.8). « Est etiam documentum vigilis in ecclesiastica auctoritate zeli ad hujusmodi periculum arcendum, quod cum devotus quidam Nicolaus Maccaroni, tamquam monumentum gratiæ a se post servi Dei invocationem acceptæ donarium subter prædicta ipsius effigie argenteum ad formam cordis malleatum appendisset, reverendissimus canonicus Jo : Bernardinus Mascaretti nuper defunctus, hujusce episcopi tunc temporis pro-vicarius generalis statim atque id novit, jussit ut illico donarium illud inde amoveretur. » 3° Probatur ex eo quod testes omnes, qui de hisce luminibus veluti quotidie ad Simonis tumulum incensis deponunt, ne cogitant quidem, quod ea ad publicum cultum referri possint. Unde interrogati an cultus aliquis publicus atque vetitus Simoni præstitus umquam fuerit, unanimiter negativum subjiciunt responsum, ut ex summario nostro, pag. 16 apprime eruitur. Quid plura? Judices ipsi adeo consuetudinem hanc veluti cordibus insculptam habent, ut candelas ad Simonis sepulcrum incensas ad privatam pietatis significationem revocare minime dubitaverint. Etenim in peragenda ecclesiæ visitatione postquam declaraverint nullum inibi vetiti cultus reperiri indicium, ita pergunt : « Candelæ, quæ sæpe sæpius, et tunc actu supra dictum sepulcrum ardere conspiciuntur, non habendæ videntur uti signum publici cultus, sed privatæ devotionis tantum. » Nulla igitur dubitatio circa præfata consuetudinis existentiam excitari potest.

10. Neque juvat regerere quod Ripani cives solemnioribus tantum statisque diebus ad cæterorum fidelium tumulos candelas incendere soleant, dum e contrario super V. Dei famuli sepulcro sæpe sæpius, quacumque data occasione, hujusmodi morem exerceant. Nam, uti episcopus in sua privata epistola testatur, non statutis tantum diebus, sed sæpe in anno, ides pro fidelium lubitu candelæ super quorumcumque mortuorum tumulis in Ripana civitate accendentur, quin aliquod cultus indicium exinde deducatur. Deinde admisso etiam, quod sæpius ad Simonis, quam ad cæterum defunctorum sepulcra lumina incendantur, attamen cuilibet notum est, quod major vel minor frequentia rei naturam atque speciem minime immutat. Cum igitur in iis locis legitima hæc habeatur consuetudo, antiqua nempe, generalis, numquam damnata, imo b episcoporum silentio veluti recognita, jam pronum est inferre, quod lumina ad Simonis, uti ad cœterorum fidelium tumulos incensa nullum vetiti cultus indicium portendere queant. Etenim vel dicendum foret hoc in casu vetitum cultum ceteris omnibus defunctis exhibitum fuisse; vel concedendum quod stante generali consuetudine, neque Simoni per luminum incensionem alicujus publici cultus significatio reddita fuerit. Primum dicere absurdum est, secundum igitur admittere cogimur. Restat tantummodo, ut damnetur consuetudo ista veluti Urbanianis decretis contraria. Verum difficillimum hoc futurum judico. Etenim ii etiam sciunt, qui nihil scirent, multum quidem concedendum esse loci consuetudini ; imo consuetudinem necessariis qualitatibus præditam, ut ea est de qua agimus legis naturam induere, ipsamque legem abrogare penitusque delere. Hinc factum est, ut Ripani fideles morem suum pacifice prosequuti fuerint, quin de vetito cultu exhibendo, ac de violandis in casu Urbanianis decretis umquam cogitaverint.

11. Et quoniam ad hunc locum pervenimus omittendum

non est quod luminum incensio, re intimius perspecta, neque publicus cultus *per se* dici possit neque *directe* a summis pontificibus prohibita. Revera ita deffinit Baldellius apud Benedict. XIV, lib. II, cap. X, n. 17 : « Ceterum, quamvis hæc ita sint, et dictæ significationes lætitiæ, gloriæ et vitæ per lumina ad sanctos nondum approbatos non sint ex publica institutione vel auctoritate, sed solum ex devotione privata, ex qua optamus et precamur illis lucere lucem æternam et pie credimus jam de facto lucere, et ideo non sint revera cultus publicus; quia tamen exterius hoc non constat, et qui illas vident fieri in ecclesiis, facile possunt decipi, quod fiant « auctoritate publica ; recte potuerunt prohiberi decreto pontificis, et solum permitti pro sanctis canonizatis. » Ratio igitur istius prohibitionis in periculo erroris ac deceptionis ex parte fidelium sita est, ita ut nisi error iste vel deceptio pertimescenda foret, luminum incensio minime a summis pontificibus vetita fuisset. At vero quonam pacto Ripani fideles, qui ex antiquissima consuetudine inibi invecta super defunctorum tumulis passim lumina ex privata cura incendunt, in errorem ac deceptionem istam prolabi possent? quanam ratione quod omnes privati, et quidem pro lubitu, ad quælibet sepulcra defunctorum in signum propriæ devotionis faciunt, id ecclesiasticæ auctoritati tribuendum foret? Impossibile hoc judico. Et revera, licet sæpe sæpius super V. Dei famuli sepulcro lumina incendi testes omnes conspexerint, nemo tamen auctoritate publica hoc fieri; nemo publicum cultum Simoni præstitum fuisse exinde judicavit. Cessat igitur hoc in casu legis causa : cessat quodlibet periculum erroris ac deceptionis, et proinde juxta notissimum principium, quod cessante causa legis, etiam lex ipsa cesset necesse sit arg. l. *Adigere*, § 2 ff. de jurepatr. et cap. *Cum cessante*, 60, de appellat. et l. *Cum ratio*, ff. de bonis damnatorum; dicendum est prohibitivam legem in casu nostro vires suas minime exercere posse.

12. Hisce igitur in tuto positis, ruunt ea omnia, quæ cl. adversarius ad labefactandam episcopalem sententiam in medium posuit ; etenim licet eo tempore, quo sententia illa edita est luminum incensio adhuc perseveraret, et solummodo post solidum transactum triennium episcopus Urbanianis decretis rigidius inhærere volens de istis luminibus amovendis suum ediderit decretum, attamen ex hoc minime sequitur, quod prolata sententia irrita dici queat. Etenim, ipso adversario fatente, nullum aliud indicium vetiti cultus erga Dei famulum reperiebatur præter hanc luminum incensionem, de qua sermonem habemus; atqui ista luminum incensio ob rationes superius allatas uti publicus vetitusque cultus in themate haberi non poterat; ergo optimo meritoque jure sententia illa edici potuit : « nec circa sepulcrum seu tumulum, nec alibi... reperiri, quod publicum vetitumque cultum quoquo modo præseferat etc. » proindeque utpote veritati consona sententia illa suo robore atque vigore consistit, omnesque adversarii exceptiones superat ac repellit.

13. Hæc, quæ cursim adnotavimus pro nostra defensione sufficere posse viderentur. Verum Ripanus episcopus pro eo, quo præditus est summo zelo ac diligentia, ut omnem abrumperet quæstionem causæque nostræ copiosissime consuleret, jussit, ut, qualibet despecta consuetudine, lumina omnia a Simonis sepulchro statim amoverentur, et nemo in posterum eadem inibi incendere auderet. Miror sane quod etiam diligentiam istam, quæ cuilibet abundantissima videri poterat, cl. censor insufficientem et pene inefficacem existimaverit. Verum subtilitatem ac ingenium suum ostendise potius videtur, quam causæ nostræ detrimentum aliquod afferre. Revera ex eo quod die 13 junii Ripanus antistes de amovendis luminibus suum jussum dederit, die autem 22 ejusdem mensis de præstita sibi obedientia fidem fecerit, arguit cl. fidei vindex, quod novem dierum experimentum satis esse nequeat « ad tollendam tam diuturnam atque efrænem consuetudinem » : ac proinde adhuc dubitandum sit utrum ea, qua par est diligentia Urbanianis decretis satisfactum fuerit. Verum præ primis velut obiter adnotandum est quod licet apud Ripanum populum diuturna vigeat consuetudo incendendi lumina super defunctorum sepulchris, minime tamen diuturna sit consuetudo, ut inclytus fidei vindex contendit, eadem lumina comburendi ad sepulcrum V. Dei famuli. Revera ipse testis II ab adversario citatus ait « non passa settimana, che non vedo ardere candele, e ciò avviene da quattro in cinque anni a questa parte. » Deinde perperam supponit cl. censor quod Ripanus antistes in illo novem dierum experimento vim ac remedium collocaverit ad istam consuetudinem de medio tollendam. Optime enim noverat in sua episcopali auctoritate vim totam residere, qua scilicet adactus cathedralis ecclesiæ æditnus amplius non pateretur ad Simonis tumulum lumina incendi. Voluit tamen post aliquot dies a lato decreto nedum per personas fide dignas, sed etiam per seipsum implementum illius visere atque recognoscere. Quid in hujusmodi ratione reprehendendum invenias? Nonne potius summa laude prosequaris necesse est Ripani episcopi eximiam vigilantiam atque pastoralem sollicitudinem? Cæterum si diligentia ista insufficiens dici velit, nescio prorsus quænam alia magis plena atque efficax inveniri queat. Profecto necesse foret, ut donec beatificationis solemnia celebrata non fuerint, singulis annis novi processus de non cultu conficerentur. Quis enim certiores nos faciet post editam sententiam et confirmatam, cultus signa a populo non exhiberi ?

14. Quemcumque igitur timorem expelle, Populus enim, episcopi voluntate cognita, a sua consuetudine certo certius desistet : quod si per absurdissimam hypothesim aliquis foret, qui pristinum morem adhuc sequeretur, nihil interest : episcopi et æditui vigilantiam offendet, atque ita Urbaniana decreta quacumque ratione religiose servabuntur.

15 Ex his, quæ breviter disputavimus tuto colligere possumus : 1° juramenti suppletorii omissionem nullum omnino causæ nostræ damnum afferre ; 2° luminum incensionem, attenta loci consuetudine, ad publicum cultum referri non posse ; 3° licet inter actus vetiti cultus adscribi velit, attamen cum jam episcopi cura et providentia amota fuerit, nullum exinde detrimentum in causam nostram manare posse ad obedientiam quod attinet Urbanianis decretis exhibitam.

16. Et per hæc difficultates ab inclyto fidei vindice objectas prorsus diluisse arbitramur. Restat itaque ut judicium hoc de non cultu benigno ac favorabili responso, EE. PP. absolvatis ; prout cum R. P. Bernardino a Cryptis Castri causarum Ordinis postulatore generali enixe, et humiliter adprecamur justitia et æquitate vestræ maxime confisi.

Quare etc. Dominicus Ferrata. Revisa : Augustinus adv. Caprara, R. C. assessor et S. fidei subpromotor.

Interrompu depuis plusieurs années, l'usage d'allumer des cierges ne pouvait nuire à la cause du vénérable Simon et former un obstacle insurmontable. Il arrive rarement que le culte prématuré arrête la marche de la béatification ; car le plus souvent l'ignorance des prescriptions canoniques amène ces trangressions. L'important est que les actes du culte public cessent lorsqu'on apprend qu'ils sont illicites. En ce moment où les événements de Bosnie attirent l'attention du monde, le Saint-Siége entreprend la canonisation d'un Bosniaque.

ANNULATION DE MARIAGE

Empêchement *impotentiæ*. Informations du vicaire forain. Procès instruit par le consistoire épiscopal. Arrêt déclarant la nullité du mariage. Appel au Saint-Siége en seconde instance. Sentiment du canoniste romain. Décision de la S. Congrégation du Concile du 26 janvier 1878. Seconde sentence conforme en date du 20 janvier 1878.

Nous avons rendu compte de l'affaire dans la précédente livraison des *Analecta* (col. 781). Aux termes de la constitution de Benoît XIV *Dei miseratione*, nul mariage n'est dissous au for extérieur qu'après deux sentences conformes. Il a donc été nécessaire de remettre la cause au rôle de la S. Congrégation du Concile. En effet, on l'a de nouveau traitée dans la séance du 20 juillet 1878. Rappelons brièvement les circonstances.

Deux jeunes gens du diocèse de Coïre, en Suisse, Jean, âgé de vingt-huit ans, et Marie-Christine, qui avait vingt ans à peine, se marièrent le 24 janvier 1875. Dès le premier mois, Christine se plaignit à sa mère ; bientôt elle manifesta à son curé l'impuissance absolue du mari. Celui-ci, appelé par le curé, confirma les allégations de la femme. Deux médecins, consultés, prescrivirent les remèdes les plus énergiques ; mais la curé n'amena pas de changement.

Au mois de juin, les époux se séparèrent, et demandèrent aussitôt que leur union fût dissoute par l'autorité ecclésiastique. Le consistoire épiscopal entreprit le procès canonique, conformément à la constitution de Benoît XIV. Enfin, au mois d'août 1876, le consistoire épiscopal rendit un arrêt portant que le mariage contracté entre Jean et Christine le 24 janvier 1875 est nul et sans valeur, à raison de l'impuissance antécédente et incurable ; que l'expérience triennale que le droit canonique accorde dans les cas douteux était inutile dans l'espèce et qu'il n'y avait pas lieu de la conseiller, ni même de la permettre.

Le défenseur du mariage devant le tribunal épiscopal fit appel au Saint-Siége pour la seconde instance conformément à la bulle de Benoît XIV.

Vu la pauvreté des époux, la S. Congrégation du Concile traita l'affaire *œconomice*, puis prit l'avis d'un théologien et d'un canoniste ; le défenseur formula des *animadversiones*, selon l'usage. Ces divers mémoires furent imprimés et joints au *folium*.

La S. Congrégation du Concile jugea, le 26 janvier 1878, qu'il y avait lieu de confirmer l'arrêt du consistoire épiscopal.

Un trimestre est le plus court délai pour porter en révision une affaire devant la S. Congrégation du Concile. Dans ce cas-ci, près de six mois se sont écoulés entre les deux propositions de la cause, parce que le défenseur d'office du mariage a désiré rédiger de nouvelles *animadversiones* dans le but de s'opposer de toutes ses forces à la dissolution du mariage, comme c'est son ministère et son devoir. Nous publions plus loin les *animadversiones* du défenseur.

Il s'est attaché à montrer que, dans l'affaire dont il s'agit, aucun point n'est légalement et péremptoirement prouvé : *Impotentia, virginitas, inconsummatio*. Il a fait appel aux théologiens, aux canonistes, aux jurisconsultes, au rapport des médecins.

En ce qui concerne les signes de la virginité, on cite d'abord Zacchias, ce Nestor de la médecine légale, lequel s'exprime ainsi : « Quam difficile sit virginitatis « integritatem probare, ex superioribus satis liquet ; « tamen quoquomodo per aliquas notas et conjecturas « deprehendi posse, est a nobis in hac quæstione « aperiendum ; et quia inter potiora signa recensetur, « integritas hymenis, de eo primum peculiarius verba « faciamus. » (*Quæst. medico-legales*, lib. 4, tit. 2).

Teichmeyrus, dans les *Institutiones medicinæ legalis*, donne les mêmes signes : « Dantur omnino certa « quædam signa, ex quorum præsentia ad virgini- « tatem præsentem, et ex quorum deficientia ad « virginitatis ejusdem absentiam argumentari pos- « sumus. »

Tortosa, médecin italien, se range à la doctrine des maîtres. La virginité, dit-il, étant considérée comme être matériel, il semble toujours facile de décider à l'aide de signes propres et constants, quand elle existe et quand elle est perdue. (*Istitutioni di medicina forense*, part. 3).

Mahon décrit les signes caractéristiques et les moins équivoques de la virginité. (*Trattato di medicina legale.*)

Un autre médecin italien, auteur d'un traité de médecine légale, décrit pareillement les signes caractéristiques. (Paccinotti, *Lezioni di medicina legale*). Il met au premier rang la conservation de l'hymen, que l'on retrouve dans neuf cent quatre-vingt-dix-neuf cas sur mille. Cependant, ajoute-t-il, la présence de l'hymen ne prouve pas absolument qu'il n'y a pas eu de tentative matrimoniale.

Le défenseur, appliquant ces théories au cas dont il s'agit, soutient que là non consommation est douteuse, et que par conséquent il n'est pas possible de casser le mariage.

Malgré l'habileté dont le défenseur a fait preuve dans les nouvelles *animadversiones*, la S. Congrégation du Concile a confirmé l'arrêt du 26 janvier 1878. « An sit standum vel recedendum a decisis in casu ? S. Congregatio rescripsit : *In decisis*. Die 20 julii 1878.

Curien. Matrimonii. Die 20 julii 1878. In generalibus comitiis diei 26 januarii volventis anni disceptata fuit hæc causa sub formula dubiorum : 1. « An sententia curiæ episcopalis Curiensis sit confirmanda vel infirmanda in casu ? Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam. 2. An sit consulendum SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu ? Quibus EE. VV. respondere censuerunt : Ad I. *Prævia sanatione actorum affirmative ad primam partem, negative ad secundam*. Ad II. *Provisum in primo*.

Ut sanctissimo munéri sibi concredito satisfaceret Illmus præsul matrimonii vindex, novæ auditionis beneficio obtento novas hac super quæstione animadversiones exhibuit : quapropter rogantur EE. PP. præteritum resumere folium ac sequens enodare dubium :

An sit standum vel recedendum a decisis in casu ?

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *In decisis*. Romæ, 20 julii 1878.

Novæ animadversiones defensoris matrimonii ex officio.

1. Ex duplici capite petitio nullitatis matrimonii inter Joannem Thomam et Mariam Christinam initi, sive etiam dispensationis ejusdem, quatenus nondum consummatum fuisse prætenditur, in generalibus comitiis diei 26 januarii hujusce anni 1878 impugnanda visa est mihi ; ex defectu nimirum regularis processus, atque ex defectu concludentium probationum tam impotentiæ viri, quam inconsummationis matrimonii. Quoad primum caput eloquens exceptionis testimonium præseferebat processus vel ipse ; adeo ut plenaria actorum sanatione opus fuisse amplissimus vester consessus dijudicaverit ; quumque eapropter veniam elargiri EE. VV. placuerit, jam per se patet, infausto omine occubuisse sacramenti causam.

2. In quæstione matrimoniali, quæ arduas, ac salebrosas investigationes impotentiæ virilis, deflorationis mulieris, et inconsummationis matrimonii persequi debuit, quum substantiales defectus in forma judicii occurrentes essent vel in primis explorandi, valde timeo, ne investigationes eædem, quæ intrinsecum causæ meritum respiciunt, omne tulerint punctum, illumque apicem attigerint fulgoris, qui omnino requiritur, quando, ceu in præsens, sacrum illud abscindendum est fœdus, quod Deus conjunxit. Ardua, repetam, atque salebrosa est investigatio impotentiæ, deflorationis et inconsummationis matrimonii; nullaque proinde supervacanea diligentia, nullusque superfluus labor in eadem numeris omnibus absolvenda. Et quum novam obloquendi veniam ab hoc S. Ordine obtinuissem, nunc meo fungar officio, laborem et diligentiam præstiturus. Vestrum erit, ea qua præstatis humanitate et veritatis amore, patientiam exhibere, quo magis ex restaurato jurium et factorum ordine, ac perspicuitate, dijudicare valeatis, validum fuisse ac nullatenus in præsens esse rescindendum prænunciatum matrimonium.

3. Nemo ædepol iverit inficias, quod ad nullitatem conjugii ex capite virilis impotentiæ declarandam, certe et indubie de eadem impotentia ac consequenti inconsummatione matrimonii debeat constare. Quodcumque enim dubium in hac materia, sive præsertim quod impotentia non existat, sive quod non sit irreparabilis, validissimum a priori obstaculum opponeret declarationi nullitatis; quippe quod tum naturæ tum legis præsumptio concurreret ad ipsum dubium substentandum quominus contra matrimonium legitime contractum nihil intentetur. Concurrit præsumptio facti, seu vox naturæ, quæ in homine sano ac robusto potentiam generativam conclamat; concurrit præsumptio juris, seu vox legis, quæ connubium rite initum in sua firmitate consistere dictitat; multiplicibus rationibus id convalidat Sanchez *De matrim.* lib. 7, disp. 203, num. ibi : « Quando non versatur dubium circa antecessionem impotentiæ, sed dubitetur, an vera impotentia sit, et an matrimonium consummatum sit necne, adhibita sufficienti diligentia, id dubium vinci nequit, censeo in hoc dubio præsumi pro matrimonii valore, nec illud semel initum dissolvi posse. Ducor, quia cum quilibet naturaliter præsumatur potens, asserenti veram impotentiam, ubi ea dubia sit, incumbit onus eam probandi; et dum ea non fuerit certo probata, præsumitur pro naturali potentia, ac subinde pro matrimonii valore. Deinde quod in hoc dubio possessio stat pro matrimonii valore; cum id contractum esse constet, et solum dubitetur de ejus impedimento, quod numquam præsumitur. »

4. Hæc in jure præmittere operæ pretium existimavi, quum in casu versemur, in quo præter querimonias mulieris, utut juramento in judicio vallatas, nulla suppeditetur impotentiæ viri certitudo, neque ex judiciali peritia, neque ex ejusdem confessione; id quod procul dubio per se suapte natura satis esset ad petitionem mulieris propulsandam. Pro rei verumtamen veritate, nedum dubitationi subjacent petitionis rationes, sed contrariæ suffragantur probationes consummationis matrimonii: unde oportet inferri, quod vel nulla in Vincentio verificatur impotentia, vel si qua in præsens ipse laborat, non matrimonium antecessisse, sed illud subsequutam fuisse dijudicandum est.

5. Si profecto nec triennio quidem pro experimento carnalis copulæ juxta præscriptum sacrorum canonum expectato, nec ullo etiam apparente impotentiæ vitio ex conformatione membrorum in viro, sed uno tantummodo vel altero mense, quinimo una vel altera hebdomada ab initis nuptiis præterlapsa, edocere potuissent in hac causa periti physici, mulierem nondum a viro fuisse cognitam, atque adhuc honore virginitatis eamdem perfrui, aliqua forsan subesse videretur ratio, ob quam audienda foret hæc mulier, ut a conjugali jugo foret eximenda, si non invaliditatis connubii declaratione (quæ semper in hac rerum conditione esset eliminanda), saltem, dispensationis subsidio a matrimonio rato et non consummato. Sed hoc vere mirum et portentosum accidit in casu, quod nec de impotentia viri nec de integritate mulieris, nec perinde de inconsummatione matrimonii ex cognitorum judicialium relatione certo constat : unde prorsus intempestiva, atque omni ratione ac fundamento penitus destituta per se ipsam exhibetur petitio dissolutionis connubii. Magis autem admiratio et rei novitas excrescit ex hoc, quod dum ex una parte, utut diligentissima adhibita cura et studio, periti physici ex corporali inspectione tam viri, quam mulieris, nec de illius impotentiæ nec de istius integritate certum ferre valentes judicium, subsidium et opem a narrationibus ipsius viri invocare debuerunt; ex alia autem parte vir idem talia enarravit quæ ad consummationem matrimonii affirmandam vehementer adducunt; nihilominus, tametsi qualibet certa inductione super utraque disquisitione abstinuissent periti, hisce haud obstantibus, pro obtinenda conjugalis vincul rescissione eorumdem judicium invocatur. Quid ineptius ? Quid magis absurdum ? Audiantur primum periti; audiemus postea Joannem ; et manifestum mox erit, nedum deesse quamcumque certitudinem quoad istius impotentiam, et quoad integritatem mulieris, imo etiam vehementem subesse præsumptionem, quod matrimonium fuerit consummatum.

6. Ad hoc ut impotentiam ad actum maritalem, antecedentem absolutam atque insanabilem, quæ præsentis judicii fundamentum est, in Joanne adstruerent, duplicem viam, seu duplicem demonstrationis ordinem sequuti sunt cognitores ; *objectivum* scilicet et *inductivum*; illuc in inspectione corporis utriusque conjugis consistentem; istum in examine innitentem rerum et adjunctorum experimenta consummationis matrimonii concomitantium, seu verius in affirmationibus mariti exclusive repositum. Ex primo ordine nullum prorsus impotentiæ testimonium suppeditare valuerunt ; atque id, neque ex parte viri, de quo affirmant « objectivi et indubii defectus in partibus genitalibus Joannis ostendi nequeunt » ; neque ex parte mulieris, de qua referunt « quod ad ejusdem mulieris absolutam virginitatem attinet, ex supra allatis hæc persona virgo intacta utique dici non potest. » Ex alio autem ordine, affirmant quidem adesse in Joanne « impotentiam insanabilem, perpetuam, matrimoniumque præcedentem », sed hoc judicium ipsi efformant dumtaxat « ob relationes a patiente factas. » Perpensis verumtamen judicialibus depositionibus a Joanne post inspectionem corporalem elicitis, nedum nullatenus ejusdem impotentiam confirmatur, sed potius contrarium ferendum erit judicium, unde fundamentum dissolutionis conjugii undequaque dilabitur.

7. Ex *objectivo* corporalis inspectionis ordine nullam impotentiam cognitores deducunt ; aiunt enim, Joannem pollere robusta ac normali conformatione corporis; subjungunt

etiam quod « objectivi et indubii defectus in partibus genitalibus ostendi nequeunt » ; etsi autem aliquantulam diminutionem præ statu normali in iisdem partibus agnoscant, nihilominus haud ambigunt quod « talis defectus secretionem seminis absolute non excludit » ; ex eoque inferunt, quod « inde generatim impotentia præsumi non potest. » En itaque eorumdem relatio : « Corporis conformatio est normalis et robusta ; quoad temperamentum Joannes inter phlegmaticos adnumerari potest. Partes genitales exactissime inspeximus, et inde generatim impotentia præsumi non potest. In specie partes genitales offerunt virgam normalem cum testiculis et glandibus potius parvis ; attamen talis defectus voluminis secretionem seminis absolute non excludit. Etiam genitales, qui externe normales videntur, laborare possunt vitio, sit in obliteratione canalium seminalium, sit in abnormali morbosa structura compagum canales seminales formantium. Patet etiam quod cum genitalibus externe normaliter apparentibus, et sano temperamento adesse potest. » Hucusque, ceu per se patet, nulla exsurgit impotentia. Opinionem tantummodo ex promunt periti de impotentia possibili in normali statu genitalium ; laborare possunt vitio, sit in obliteratione canalium seminalium, sit in abnormali morbosa structura compagum canales seminales formantium. » Sed est pura ac nuda hypothesis, ex qua certe nec ipsi medici, nec quilibet cordatus homo impotentiam affirmabit.

8. Quocumque porro indicio ineptitudinis ad copulam in persona Joannis deficiente, confugiunt periti ad informationes ab hoc eodem exhibitas quoad experimentum commixtionis carnalis ad ipso pertentatum. Sed utcumque omnem fidem illius assertionibus præstantes, impossibilitatem copulæ perfectæ ex remissione genitalis hastæ in actu maritali deduxissent, numne impotentiam insanabilem exinde affirmant ? Nil minus. Quandoquidem prædescriptam hypothesim morbosæ structuræ canalium seminalium ex hac remissione genitalis membri ad conditionem et valorem thesis extollentes, quin de impotentia perpetua consectarium perinde inferant, explicatissime potius enunciant, impotentitiam ejusmodi, si qua subsit, esse indubie reparabilem, « arte medica sanari potest. » Ita prosequitur relatio : « Etiam ex supposito defectu seminis prolifici semierectio penis haberi potest. Quod ad hanc erectionem penis attinet, Joannes asserit, quod talem transeunter et ad valde breve tempus habuerit, ita ut immissio penis possibilis quidem fuit ; attamen quia erectio statim remisit, copula perfecta impossibilis erat. Minus valida et breviter perdurans erectio orta ex infirma constitutione, ex marasthicis causis, ex præcedentibus excessibus venereis, aut ex leviorribus ibi contractis defectibus organorum genitalium, arte medica sanari potest. »

9. Hæc quidem prima pars indaginis, quæ in exploratione corporis viri consistit. Ex ea porro quum nulla resultet impotentia absoluta, et matrimonium antecedens, nec idcirco de invaliditate matrimonii est a priori ex eadem indagine dijudicandum ; atque hoc eo vel magis, quia si aliqua apparens impotentiæ species ex narratione Joannis in eodem verificaretur ea certe non perpetua esset, sed talis, uti dijudicant ipsi periti, quæ « arte medica sanari potest. » Scitum enim est omnibus quod impotentia, quæ salutaris artis remediis reparari valet, impedimentum dirimens non constituit ; Sanchez de matrim. lib. 7, disp. 93, n. 24 : « Adhuc disputandum superest, an consurgente impedimento, non ex peculiari fœminæ arctitudine, præ cæteris fœminis, sed ex sola virginitate ; quia nempe virgo debilis, aut senex est, ut virgineum penetrare nequeat, cum posset corruptæ, censeatur impedimentum perpetuum respectu virginis, ita ut matrimonium cum illa initum dissolvendum sit ? Contingit enim, teste Alberto Magno, 4, d. 34 post solution. ad argumenta, quospiam debilis caloris esse, qui sufficiat ad membrum erigendum, et ad primum impetum ; at cito remittitur, et evaporatur ; quare hi possent corruptam cognoscere, in quo coitu non est resistentia aliqua ob vasi fœminei clausuram ; non autem virginem, prædicta clausura resistente ; nam antequam illa superetur, extinguitur debilis ille calor, ac membrum solvitur. Et quidem quando ope medicinæ juvari posset illa viri imbecillitas, ut virginem cognoscere posset, manifestum est, valere matrimonium : quod impedimentum sit temporale, et absque aliqua virginis læsione reparabile. »

10. Sed si nequit *a priori*, nempe ex causa organicæ imperfectionis certum de Joannis impotentia ferri judicium, quia nullum neque in physica illius constitutione, neque in pudendis ejusdem partibus notabile ineptitudinis indicium ostenditur, non quidem magis validum argumentum de eadem impotentia habetur *a posteriori*, nempe ex effectibus, idest ex consummationis matrimonii defectu, qui tunc ferme ostenderetur, si mulier adhuc suam integritatem servasset. Hoc etiam enim argumentum omnino deficit in casu ; quandoquidem utcumque periti physici diligentissimo studio mulierem investigassent, in hanc nihilominus conclusionem devenire debuerunt, quod Christina « virgo intacta utique dici non potest. » eo quia potissimum « in persona illius non omnia signa virginitatis inveniuntur ». Audiatur, quæso, medicorum relatio : « Partes genitales externæ normaliter formatæ ; plena labia majora clausa, nymphæ (labia minora) inter labia majora parum visibiles ; hymen deest ; introitus in vaginam non præcise arctus, pro digito inquirente facile penetrabilis : in vagina carunculæ et rugæ perceptibiles ; ostium matricis politum (rotundum) sine scissuris aut incisionibus, omnino uti in statu virginali. Ex repertis circa statum genitalium primo cum certitudine eruitur, dictam personam numquam genuisse. Quod autem ejusdem absolutam virginitatem attinet, ex supra allatis hæc persona virgo intacta utique dici non potest, siquidem ipsa per annum circiter in connubio vixerit » (erronee hoc affirmatur quum tribus aut quatuor mensibus condormierint conjuges), et, ut ex confessione utriusque conjugis constat, consummationem matrimonii tentarunt inde genitales aliquatenus alteratæ fuerunt ; et revera ipsarum status in inquirentes tales sensus generat. His positis, subsignati partim propriæ inspectionis et inquisitionis momentis, partim citatis auctoritatibus innixi, sententiam dicere debent, quod in persona inspecta non omnia signa virginitatis inveniuntur, quin tamen eamdem negare audeant. »

11. Si quid adhuc intelligo, ex ipsa nuda ac simplici lectione hujusce relationis manifestissime evincitur, quod nulla vel minima exsurgit certitudo virginitatis Christinæ. Non audent quidem cognitores integritatem negare, sed si in sua arte et professione peregrini et rudes existimari nolint, fateantur oportet, quod præcipuæ ac potissimæ alterationes in corpore mulieris detectæ, illæ sunt examussim, quæ non virginitatis, sed deflorationis, a medicinæ forensis scriptoribus maximæ notæ, tum antiquis tum nostræ ætatis, veluti stigmata designantur. Sunt hæc in specie, laceratio hymenis, existentia carunculorum myrtiformium, et latitudo vaginalis orificii ; quæ porro vestigia quum manifestissima fuerint corpore Christinæ, « hymen deest ; introitus in vaginam facile penetrabilis ; carunculæ et rugæ perceptibiles », valde ideo mirandum atque obstupescendum est, quod ex eorumdem conspectu potuissent judiciales cognitores enunciare « in persona inspecta non omnia signa virginitatis inveniantur, quin tamen eamdem negare audeant. »

12. Atqui hæc indicia altissime commendantur a gravissimis scriptoribus propemodum omnibus medicinæ legalis, quos inter eminet vel in primis ejusdem scientiæ magister et Nestor, Zacchias, qui inter potiora signa eadem accenset in

Quæst. medic. legal. lib. 4, tit. 2, quæst. num. 1, ibi : « Quam difficile sit virginitatis integritatem probare ex superioribus satis liquet; tamen quoquo modo per aliquas notas et conjecturas deprehendi posse, est a nobis in hac quæstione aperiendum; et quia inter potiora signa recensetur integritas hymenis, de eo primum peculiarius verba faciamus etc. » Ipsa quoque certa appellat Teichmeyrus, *Institut. medicin. legal.* cap. 4, quæst. 2, ibi : « Si dicendum quod res est, dantur omnino certa quædam signa, ex quorum præsentia ad virginitatem præsentem, et ex quorum deficientia ad virginitatis ejusdem absentiam argumentari possumus. » Ita etiam veluti « segni proprii e constanti » illa designat Tortosa, *Instituzioni di medicina forense*, part. 3, num. 2 : « Considerata la virginità come un ente tutto materiale, sembra facile il poter sempre conoscere per mezzo di segni propri e costanti quando essa esiste, e quando è perduta. » Nec dissimiliter Mahon illa recenset prouti « meno equivoci » in suo *Tract. di medicina legale*, tit. *Deflorazione* in princ. « Ecco i segni meno equivoci della integrità materiale. » Magis etiam expressim ea veluti « caratteristici » denunciat Puccinotti, *Lezioni di medicina legale*, lez. 2, num. 5 : « Quando si presentano al foro accuse di deflorazioni semplici, i segni caratteristici, ai quali deve porre mente la medicina legale a fine di riconoscere se ebbero luogo, o no, riguardano lo stato dell'imene, la presenza delle carnuncule mirtiformi, ed il cruentismo. »

13. De hymene præsertim, illum aliis omnibus præminere « per dignità ed importanza » scitissime advertit Laura in sua *Medicina forense*, part. 2, sez. 2, § 1, « per dignita'ed importanza primeggia la presenza dell' imene; il quale vario di forme e di estensione, di caratteri fisici, di sodezza ed elasticità, non e pero' mai, che nella immensa maggioranza dei casi manchi nella donna. » Atque vix in uno super mille casibus absque defloratione illum deficere posse, opportune subjungit Devergie, *Medicina legale*, cap. 3, pag. 211 : « Insomma tutto che si riferisce alla deflorazione puo ridursi a ciò, 1. se l'imene esiste la deflorazione non ebbe luogo. 2. se l'imene manca la deflorazione ebbe luogo in novecento novantanove casi sopra mille. 3. L'esistenza dell'imene non prova in modo assoluto che non sieno stati esercitati dei tentativi di stupro. » Quum idcirco præcipua ac magis conspicua isthæc corruptionis indicia in Christina examussim concurrant, opus est concludere, quod ex carnali commixtione, quam procul dubio habuit cum marito, virginitatem amisit, ac per consequens consummatio matrimonii, utut forsan cum quadam difficultate, absoluta fuit perinde.

14. Perperam autem hæc præclara jacturæ virginitatis in Christina testimonia attenuanda opinantur periti, quod deflorationis indicia non ex copula habere potuissent originem, sed quia, ut ipsi aiunt, mulier « per annum circiter in connubio vixerit; et, ut ex confessione utriusque conjugis constat, consummationem matrimonii tentarunt; inde genitales aliquatenus alteratæ fuerunt; et revera ipsarum status in inquirentes tales sensus, seu talem impressionem generant. » Haud enim juxta rei veritatem asserunt ipsi, per anni spatium in connubio conjuges vixisse, quoniam vix quatuor mensibus condormierunt continuo ; et quum cognitores nonnisi post anni effluxum inspexissent mulierem (relatio enim diem præ se fert 30 martii 1876), hinc potius integritatis, quam deflorationis testimonia præ eorumdem oculis debuissent emicare. Scitum est enim quod ex diuturnitate temporis ab inita defloratione transacti muliebria pudenda pristinam cohæsionem et arctitudinem acquirunt, et magis exinde integritatis, quam corruptionis repræsentant imaginem; Zacchias, *Qu. medic. leg.* lib. 4, tit. 2. 3, num. 4 : « Licet enim in primo congressu facta fuerit violatio, et destructio panniculorum et caruncularum simul cohærentium, et ipsorummet laterum uteri, tamen si dehinc a coitu abstinuerit mulier, adeo invicem temporis spatio denuo cohærescunt, ipso quoque sanguine, qui in primo concubitu emanavit, mediante, ut majorem interdum angustiam præseferant, quam ante amissam virginitatem facerent, quod adnotabat Sever. Pinæus, *De not. virginit.* l. 1, c. 7; ita ut hinc deducat ille, posse etiam in muliere, quæ gravida sit, conspicuas virginitatis notas apparere. Ex quo itaque hujusce alterationis pudendorum muliebrium, quam inficiari non potuerunt periti, in eo ratio ab iisdem constituitur, quod conjuges « per annum circiter in connubio vixerunt, et consummare matrimonium tentaverint », ideoque per se manifestum patet, quod hoc ipso deficiente supposito, haud quidem inutilium conatuum frequentiæ attribuenda est earumdem partium alteratio, sed effectivæ commixtioni carnali, quæ in prioribus congressibus locum habuit.

15. Pro defensionis necessitate fateri debeo, Emi Patres, inter hujusmodi haud semper gratas lucubrationes, quamplures sæpe evolvendas mihi esse scriptorum paginas, quæ hanc lubricam materiam illustrant; nullibi cæterum hucusque reperi, quod simplices conatus et tentamina ab impotente inita eo pervenisse dicantur, ut virginis claustrum naturaliter perfodiant quin ipsum virili membro penetretur. Sequi porro poterit irritatio vel etiam inflammatio aliqua pudendorum; at membranarum abscissio, destructio hymenis, myrtoidum apparitio ex illius læsione procedens, dilatatio vaginalis orificii, nullibi, repeto, in diligentissimis prædictæ disciplinæ scriptoribus occurrent; qui profecto si ejusmodi alterationes verificari tradant, virginitatem jam deperditam de unanimi sententia edocent perinde. Contingere quin imo aliquando potest, ut ex aliis causis, vel instrumentis virginalia septa etiam violentur; et in causa *Lycien.* matrimonii superiori anno discussa quoque vidimus, maritum impotentem ad rudem digitis viam sibi sternere molitum fuisse ad consummandum matrimonium; sed aliena causa tunc certa est, et non conatibus naturalibus tribuitur defloratio. Quando ex opposito istiusmodi conatus, prouti in casu, tamquam vera atque unica ratio alterationis pudendorum denunciantur; tunc si alterationes ipsæ ejusmodi naturæ sunt, ut virginalis integritatis jacturam ostendant, non quidem simplices atque inefficaces conatus judicandi sunt, sed vera ac effectiva corporum commixtio dici debent.

16. Non quidem me latet, haudquaquam satis esse ad matrimonii consummationem inducendam, ut fœmineum claustrum penetretur a viro; sed opus esse etiam ut prolificum semen intra illius recessus ipse deponat, prout ex communi theologorum et canonistarum tradit Sanchez, *De matrimonio*, lib. 7, disp. 21, n. 7; et quoniam aperte fatetur Joannes « neque scio, neque umquam scivi quid sit semen virile; nullam habeo cognitionem hujus rei; nunquam sentii aut animadverti, fluxisse aliquid hujusmodi, » hinc, et ipsum Joannem, frigiditate laborare, et nullatenus exinde consummationem matrimonii obtinuisse inferendum esse videretur. Exceptio, haud hoc inficior, est in jure gravissima. Numne talis est etiam in facto? Non ita profecto.

17. Quamplura namque hinc facta recurrunt, quæ aut nullam omnino, aut vix minimam dubitationem admittunt; et quæ si hic momento quidem temporis recolantur, atque insimul conferantur accurate, manifestum reddetur, quod matrimonii inconsummatio haud possit cum necessaria certitudine affirmari. Occurrit præ primis ex una parte, ceu nuper ostendi, corruptio mulieris; quæ violentam genitalium perforationem luculenter ostendit. Occurrunt autem ex alia conjugalis officii actus per tres integros menses exerciti, quin Joannes in hoc temporis spatio animadvertisset, vanam operam in consummando matrimonio impendere, quum nonnisi quam tribus aut quatuor mensibus post nuptias de hoc eidem exortum fuerit dubium; quandonam cognovisti (ita judex percunctatur hunc

juvenem) te non posse consummare matrimonium, et quisnam certiorem te fecit de hac re? Anno elapso (ita Joannes respondit), mense maio; tres ad quatuor menses igitur post nuptias exortum est dubium de hac re, quando uxor mea de matrimonio nostro conquerens, rem totam parocho aperuit, qui me citavit et examinavit, atque de hac re me docuit. »

18. Quin autem suspicio aliqua insurgat, quod isthic juvenis tam hebes ac stupidus fuerit, ut maritale officium in una ac simplici condormitione, tamquam cum lapidea statua consistere putaret, occurrit etiam opportune, quod Joannes carnali copulæ cum uxore pro viribus incubuit. Tentastine (iterum judex percunctatur) consummare matrimonium? Fecisti omne id quod facere potuisti ut matrimonium consummares? Poteras ne erigere membrum tuum virile, aut facere ut erigeretur? — Feci illud omne (en Joannis responsio), quod facere sciebam et poteram. Quibusdam momentis erigere poteram usque ad certum gradum. Occurrit insuper, quod si Joannes non affirmat consummasse matrimonium, neque tamen inficiatur idipsum : « Consummastine matrimonium? — Non audeo id asserere; antea non habebam cognitionem hujus rei. »

19. Hisce omnibus insimul collatis atque perpensis, quomodonam, quæso, pro certo haberi potest, matrimonium non fuisse consummatum? Quid Joannes tamdiu non sensit se non esse virum, ita ut ex aliena tantummodo instructione deprehenderit, incassum in maritali certamine defatigari? Non inficior, hanc esse frigiditatis naturam, ut vel nullatenus voluptuosi sensus excitentur, vel aliquando prolifici seminis deficiat effluxus. Ast quando, admissa erectione virilis membri, vas fœmineum ita violenter perfoditur, ut virginitatis integritas omnino dispareat; quando vir per trium et ultra mensium spatium bona fide carnali copulæ incumbens nullum concipit dubium, se vanam in hoc operam impendere; quando denique plene edoctus de effectibus commixtionis carnalis ad consummandum matrimonium obtinendis, compulsatus a judice, numne matrimonium consummasset, neque affirmat, neque negat, sed hoc unum respondet : « Non audeo id asserere », nec quispiam, ego credo, rationabiliter et cum necessaria certitudine asserere potest, matrimonium non fuisse consummatum, atque eapropter nec de impotentia viri, nec de nullitate matrimonii, et ita nec exinde de ejusdem dispensatione ferri potest judicium.

20. Hæc omnia animadversionibus in superiori causæ disceptatione distributis superaddere necessarium duxi. Neque a priori, neque a posteriori constare de impotentia hujusce juvenis evincitur. Deficit enim probatio imperfectionis physicæ in eodem; deficit in muliere probatio superstitis virginitatis. Ex hac parte præsumptio exurgit pro consummatione. Quid contra eam rem adducitur? Vir neque affirmat, neque negat : « Non audeo id asserere. » Unum opponitur testimonium mulieris, quæ quindecim circiter dies cum matre conquesta est de matrimonio; ad parochum deinceps confugiens, ac postmodum in judicio coram Curiensi consistorio consistens hanc semper querimoniam emisit : « Maritus meus nihil est; non est vir. » Poteritne hæc quærimonia cuilibet juridicæ demonstrationi ac probationi impotentiæ conjugis sufficere, ita ut super ejusdem unico fundamento dissolvendum sit conjugium?

21. Non ita ferme inconsulte ejusmodi querelis summi pontifices facilem aurem præbuerunt, ut nulla mora sacramentum pessumdari permitterent; quin potius demonstrante muliere, adhuc incorruptam esse suam virginitatem, nihilominus triennali carnalis copulæ experimento locum fieri decreverunt, prout in cap. 5 et 7 de frigid. et maleficiat., et quemadmodum constanter tenuit S. hic Ordo, ceu patet ex *Forolivien.* matrimonii 20 septembris 1817, in qua hisce dubiis propositis : « 1. An constet de nullitate matrimonii in casu »; et quatenus negative, 2. An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu. » Responsum datum est. « Ad I et II : *Dilata, et esse locum triennali experimento.* » Quanto magis respuendæ sunt querelæ istiusmodi, quando de integritate non constat, dum corruptionis vestigia post anni decursum manifesto sese protulerunt in corpore mulieris? Res ædepol adeo per se clara et inelucta-bilis ostenditur, ut nulla indigeat probatione. Quid itaque inferendum? Hoc ferme in omnium insilit oculos, quod vel nulla prorsus in Joanne verificatur impotentia; vel si qua subsit, non antecessit quidem matrimonium, sed illud tantummodo subsequuta est; atque utroque in casu quum nullatenus ipsum infecisset, neque idcirco de nullitate dijudicandum neque pro dispensatione illius consulendum est.

Quare. — Flavianus Simoneschi, *adv. defensor matrimonii ex officio.*

MARIAGE EN ANGLETERRE

Validité des mariages clandestins dans les pays qui ne sont pas soumis au décret de Trente. Le mariage purement civil est-il sacrement si les parties contractantes, par ignorance et erreur, croient que le mariage religieux ne peut avoir lieu sans l'assistance du curé et des témoins ? Le mariage contracté dans l'idée qu'on aura la faculté de divorcer est-il nul ? Laps de temps requis pour faire validement un mariage clandestin. Exposé du fait. Plaidoirie des avocats. Décision de la S. Congrégation du Concile du 4 mai 1878. Nouvelle proposition de la cause devant la S. Congrégation le 20 juillet 1878. Animadversions du défenseur. Renvoi à la première séance après les vacances.

Les époux qui, dans l'intention d'éluder le concile de Trente, vont en Angleterre pour y faire un mariage clandestin, doivent-ils avoir l'intention de contracter un mariage chrétien ? si l'un est persuadé de remplir une pure formalité civile qui ne forme nullement l'engagement indissoluble, le mariage est-il nul ?

Le séjour d'un mois, qui est rigoureusement exigé pour la validité du mariage, doit-il être sans interruption dans le lieu où, le concile de Trente n'étant pas promulgué, l'union clandestine est valide ?

Le lecteur est prié de consulter la précédente livraison des *Analecta* (col. 830). Les circonstances de l'affaire y sont rapportées avec tous les détails nécessaires pour apprécier la question.

Le comte Ferdinand N., du diocèse de Malines, âgé de vingt-cinq ans, s'éprit d'une Française nommée Lucie, qui avait une vingtaine d'années. La mère de Ferdinand, voulant rompre cette relation, qui durait depuis deux ans, fit entrer le jeune homme dans une maison de banque de Londres. A peine arrivé en Angleterre, le 21 mai 1872, Ferdinand appela Lucie, et travailla activement pour se former aux opérations de banque et se rendre indépendant.

Dès que la comtesse fut avertie de l'arrivée de Lucie à Londres, elle envoya un télégramme à Ferdinand, pour le rappeler en Belgique « pour une affaire urgente de banque ».

Ferdinand quitta Londres le 29 juin 1872. D'après le décret du pape Urbain VIII, le mariage est valide lorsque, dans la seule intention de contracter, on transfère réellement le domicile dans un lieu où le concile de Trente n'est pas publié. Quel est le laps de temps exigé

pour acquérir le quasi-domicile ? Benoît XIV parle simplement d'un mois. Ferdinand passa plus d'un mois à Londres avant son mariage. Voici ce qu'il a déposé : « J'arrivai le 21 mai (1872), je repartis le 29 juin, et j'y retournai le 1er août. J'avais un emploi lucratif et une position assez sûre. » Lorsqu'il partit de Londres, le 29 juin, il y était depuis trente-huit jours, huit de plus que Benoît XIV n'exige pour faire validement un mariage clandestin. Il n'est pas prouvé que la promesse de mariage n'ait pas été faite dès cette époque ; dès lors par la cohabitation, *affectu maritali*, la promesse *transiit in matrimonium*. Il ne paraît pas que Ferdinand et Lucie aient été interrogés. En droit on présume la promesse de mariage et la cohabitation *affectu maritali*, présomption qui ne peut être renversée que par des preuves péremptoires et indéniables.

Il n'est pas certain que le départ, effectué le 29 juin, après le télégramme de la comtesse, ait légalement interrompu le domicile. Ferdinand pensait que son apprentissage de la finance durerait un ou deux ans. Rappelé à Bruxelles pour une importante opération de banque, en partant il avait l'intention de retourner à Londres sous peu de jours et d'y continuer sa résidence. Il conserva son appartement et son emploi dans la maison de banque. Lorsque, arrivé à Bruxelles, il apprit que sa mère ne lui permettait pas de retourner à Londres, il ne renonça pas à son logement ni à son emploi, mais au contraire il fut constamment décidé au retour, parce qu'il voulait se former aux opérations financières pour se mettre en état de prendre la direction d'une banque. Il désirait surtout un emploi lucratif, loin de son pays. Il conserva donc son domicile en Angleterre, quoiqu'il l'eût quitté pendant un mois, ou bien, n'ayant pas de domicile fixe, il pouvait se marier partout.

Lucie n'ayant pas de domicile permanent était *vaga*, dans toute l'acception de ce mot. Elle avait parcouru plusieurs villes de France, Douai, Lille, Wiesbaden, puis Bruxelles, où elle fut actrice, dit-on. Elle était libre de continuer ses pérégrinations, ou de prendre domicile à Londres. Elle ne quitta cette ville que pour quelques jours ; en y retournant, elle pensait continuer d'y séjourner. De deux choses l'une : ou cette femme prit domicile en Angleterre, ou bien on doit la réputer *vaga*, et sans domicile. Dans l'un et l'autre cas, le mariage fut validement contracté.

Ferdinand partit donc de Londres, le 29 juin 1872 ; dès qu'il arriva en Belgique, sa mère lui notifia qu'il ne retournerait pas en Angleterre. Lucie avait suivi le jeune comte, celui-ci résolut d'épouser Lucie. Afin d'éviter les sommations respectueuses que la loi belge exige, et « pour faire plus vite, » il convint avec Lucie d'aller se marier à Londres. Le 31 juillet 1872, sous prétexte de chercher ses effets laissés en Angleterre, il repartit pour Londres ; Lucie arriva bientôt, et, le 6 août, le mariage fut célébré devant le *Register* du gouvernement.

Le jour même du mariage, Ferdinand en prévint sa mère, par l'entremise de son oncle. Les deux jeunes gens demeurèrent en Angleterre jusqu'à la fin du mois d'août. Le jour de leur départ n'est pas indiqué dans l'enquête. S'il était prouvé qu'ils demeurèrent un mois entier, ce serait une présomption pour la validité, car le droit canon déclare que la promesse de mariage *transit in matrimonium* par le seul fait de la cohabitation *affectu maritali*. On présume cet *affectus maritalis*, parce qu'il est presque impossible de constater l'opposé.

Il n'est pas certain que le second séjour de Ferdinand et de Lucie en Angleterre pendant le mois d'août n'ait pas été d'un mois entier. Ferdinand arriva le 1er, il l'a déclaré dans l'enquête. Le départ définitif eut lieu les derniers jours du mois, dit-on. Il se peut qu'il ait été effectué le 31. Dans cette hypothèse, le second séjour aurait rempli le mois complet que Benoît XIV requiert. A ce moment, la promesse de mariage est certaine ; car la formalité accomplie le 6 août devant le magistrat civil eut tout au moins la valeur d'une promesse mutuelle. Pour que cette promesse *transierit in matrimonium*, il a suffi qu'il y ait eu, aux derniers moments du séjour sur le sol britannique, la *cohabitatio cum affectu maritali*, conformément aux décrétales qui prescrivent en pareille matière la présomption *juris et de jure*, contre laquelle on ne reçoit pas de preuve contraire. Ainsi fût-il démontré que le mariage clandestin n'exista pas du 21 au 29 juin, serait-il certain que le séjour momentané en Belgique pendant le mois de juillet interrompit le domicile acquis à Londres, tout cela serait-il incontestable, il reste encore la difficulté inhérente au second séjour, durant le mois d'août.

Voyant la nécessité d'éloigner Ferdinand, la comtesse le fit nommer attaché d'ambassade à Constantinople. Elle exigea que Ferdinand, passant à Bruxelles, signât, le 15 septembre, une procuration pour entreprendre la cause de nullité du mariage devant le tribunal civil. A peine arrivé à Constantinople, il adressa à Lucie, le 4 novembre, une protestation contre tout jugement que le tribunal civil pourrait émettre ; bientôt, il appela la jeune fille à Constantinople.

Le 21 novembre, le tribunal d'Anvers déclara le mariage nul, par défaut des publications et de consentement de la mère, conformément au code civil, qui prescrit trois soumissions respectueuses. Malgré le jugement d'Anvers, Ferdinand, attaché d'ambassade à Consiantinople, vécut maritalement avec Lucie pendant neuf mois, jusqu'en septembre 1873. Si le concile de Trente n'obligeait pas les catholiques résidant à Constantinople et dans le faubourg de Péra, on aurait une forte présomption de plus pour la validité du mariage ; mais il est certain que le décret de Trente comprend les catholiques de Constantinople.

En septembre 1873, Ferdinand, cédant aux instances de sa mère, s'enfuit secrètement de Constantinople. Bientôt Lucie le retrouva à Paris, et demanda une entrevue pour « traiter de la séparation à l'amiable. »

Vers le milieu de 1874, Ferdinand apprit que sa mère avait demandé à l'ordinaire de Malines une enquête canonique sur le mariage. Il exposa à Mgr l'archevêque la suite des faits qui avaient précédé et accompagné l'union, et demanda que l'autorité ecclésiastique décidât la question. Deux jurisconsultes, consultés par l'ordinaire, se prononcèrent pour la nullité

du mariage, par défaut de domicile. Contrairement à l'avis des canonistes, Mgr l'archevêque, le 9 septembre 1874, prononça par arrêt « qu'il ne constait pas de la nullité du mariage... et par conséquent que le mariage, quoique contracté illicitement, devait être réputé valide. »

J'ai dit plus haut que l'enquête, ou tout au moins le *folium* de la S. Congrégation ne précise pas le terme du second séjour de Ferdinand en Angleterre, au mois d'août 1875. On dit simplement qu'il arriva à Londres le 1er du mois et partit vers la fin. C'est pourtant le point capital; car si Ferdinand arriva à Londres le 1er août, et repartit le 31, on a le mois que prescrit la bulle de Benoît XIV, et le mariage serait valide.

Ce fut seulement en juillet 1875 que Ferdinand interjeta appel à la S. Congrégation du Concile.

Au mois d'avril 1876, Lucie contracta en Belgique un autre mariage civil. Ferdinand partit pour le Brésil, en qualité d'attaché d'ambassade, y fut examiné pour la seconde fois, et, après une retraite, déplora ses erreurs de jeunesse.

Après information de l'archevêque, l'affaire fut inscrite au rôle de la S. Congrégation. Ferdinand confia sa défense à un habile avocat de Rome. Lucie, n'ayant pas pris d'avocat, fut défendue par le défenseur d'office. Le *folium* que nous avons publié dans la précédente livraison des *Analecta* (col. 837 et seqq.) résume les plaidoiries de part et d'autre, et les allégations pour et contre la validité du mariage dont il s'agit.

Le 4 mai 1878, la S. Congrégation du Concile se prononça contre la validité du mariage. « An constet de nullitate matrimonii in casu? S. Congregatio rescripsit : *Affirmative.* » Elle ne reconnut donc pas la nécessité d'un supplément d'enquête.

Conformément aux attributions de sa charge, le défenseur d'office a demandé une nouvelle audience, et composé de nouvelles animadversions. Elles roulent entièrement sur le domicile, parce qu'à l'époque du premier examen de l'affaire, en mai 1878, en informant verbalement les cardinaux, le défenseur apprit que les difficultés relatives au consentement et à l'intention ne faisaient pas d'impression sur les juges. En effet, il n'est guère possible d'en tenir compte dans le for extérieur.

Nouvelles animadversions. Les étudiants et les employés acquièrent le quasi-domicile dans le lieu où ils résident, quoiqu'ils n'aient pas l'intention d'y demeurer toujours; ils peuvent donc se marier devant le curé de leur paroisse. Cette maxime, admise de tous les jurisconsultes, est ainsi formulée dans une décision rotale de 1771, pour Faenza : « Itaque qui doctrinæ causa gymnasia et academias procul a patria frequentant, qui mercaturæ dediti alio concedunt, et qui mercede conducta suas aliis locant operas, tametsi his omnibus minime constitutum sit in eisdem locis perpetuo manere, omnes tamen ibidem quasi-domicilium contrahunt, et tum cæteris in rebus, tum præsertim in contrahendis matrimoniis, subjiciuntur parocho, cujus in parochia diversantur. » Ferdinand acquit domicile à Londres. Il eut en arrivant l'intention d'y passer tout le temps qu'il faudrait pour apprendre à fond les opérations de banque. Il prit un appartement et s'y installa. De l'aveu des canonistes, le transport des bagages montre l'intention d'acquérir le domicile. Ferdinand porta à Londres, avec son linge et ses habillements, une partie de sa bibliothèque. Il se proposait de passer plusieurs années à Londres, tout au moins un an. Il ne changea pas d'intention lorsque sa mère le rappela à Bruxelles, le 29 juin 1872. Quitter un pays pour une cause passagère, *cum animo redeundi*, n'entraîne pas la perte du domicile. Une décision rotale de 1793, par Rimini, porte ceci : « Sufficit adfuisse animum ac voluntatem redeundi, ne domicilium, quod jam contraxerat, amisisse dicendum sit. Ut enim quis civilitatis et incolatus jam contracti beneficium amittat recessisse opus est cum animo non redeundi. » Il est constaté que Ferdinand a maintenu jusqu'au jour du mariage l'intention de retourner à Londres. L'enquête établit pleinement que le jeune homme, appelé à Bruxelles, conserva à Londres son appartement et son emploi et demeura décidé d'y retourner.

Puisque Ferdinand acquit le quasi-domicile à Londres, c'est le cas d'appliquer le décret du pape Urbain VIII, qui déclare le mariage valide lorsque le domicile est vraiment transféré : *Si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum.* La constitution de Benoît XIV, *Paucis*, du 19 mars 1758, exige que le contractant ait demeuré un mois pour le moins dans le lieu où le mariage est célébré. Arrivé à Londres le 21 mai 1872, Ferdinand y demeura jusqu'au 29 juin, c'est-à-dire 38 jours, huit jours de plus que Benoît XIV n'exige. Il y a présomption légale qu'il y eut durant ce laps de temps promesse de mariage et commerce charnel, *affectu maritali*, entre lui et la jeune fille. Cette présomption fait que le mariage n'a pas besoin d'être prouvé autrement; en outre, il faudrait pour la renverser des preuves péremptoires et irréfutables. Tout au moins le tribunal doit ordonner un supplément d'enquête : *Coadjuventur probationes*, sur la promesse mutuelle de mariage et l'*affectus maritalis*. L'Eglise ne peut pas dissoudre le mariage valide.

Décision. La S. Congrégation du Concile a renvoyé l'affaire à la seconde séance : *Ad primam post proximam.* Voici le *folium* du 20 juillet 1878.

Mechlinen. Matrimonii. — Die 20 julii 1878. Alacri studio discussa hac causa in generali conventu die 4 maii hujusce anni 1878 sub assueta dubii formula : « An constet de nullitate matrimonii in casu ? » responsum prodiit : *Affirmative.* Novam obloquendi de more veniam matrimonii vindici concessi; exindeque restauranda venit in præsens controversia; meum nunc erit officium novarum animadversionum, quas idem vindex concinnavit, compendium exponere.

Animadvertit defensor, occasione præcedentis discussionis persensisse inter informandum, quod defectus consensus, de quo a comitis Ferdinandi patrono illius matrimonium cum Lucia Londini contractum præprimis impetebatur, nullatenus ex judicio EE. PP. obsistere videretur validitati nuptiarum: graviorem vero difficultatem ingesserit exceptio a vitio formæ, idest defectus domicilii in secunda parte adversæ orationis objecta. Ad hanc idcirco objectionem confutandam in hoc periculo suum studium intendit, atque insimul obsecrat, ut si aliquis ex EE. PP., nunc primum sedet in hac causa judicatu-

rus, demonstrationem validitatis ex capite consensus in anteactis perlegat animadversionibus, quas ipse vindex exhibere eidem curabit. Hæc itaque disserit de domicilio.

Inter multiplices mansiones, quæ sub nomine domicilii designantur, præcipue distinguuntur domicilium proprie dictum quod perpetuam mansionem vel ex origine, vel ex civilitate prodeuntem designat, et quasi domicilium, quod non perpetuam sed temporaneam utut diuturnam indicat comorationem; atque de hoc, quod præsertim in præsens controvertitur, tradit ex Schmalzgrueber, *Jur. eccl.* p. 1, t. 2, § 2, 8 : « Quasi domicilium sortitur aliquis in loco illo, in quo animo, non perpetuo, sed per annum, vel majorem vel saltem notabilem anni partem commorandi habeat. » Quum autem agitur de casu, in quo quis ad matrimonium contrahendum se contulit in locum, ubi decretum Tridentinum *Tametsi* non est publicatum, suprema norma traditur a responso reddito a pont. Urbano VIII ad archiepiscopum Goanum in tertio dubio, in quo quærebatur : « Quid si iidem incolæ tam masculi quam fœminæ transferant habitationem eo solo animo ut absque parocho et testibus contrahant » ? Rescripsit enim pontifex : « *Nisi domicilium vere transferatur, matrimonium non esse validum.* » Hanc autem regulam posterius obfirmavit Bened. XIV in constitutione *Paucis abhinc hebdomadis.*

Ad quæstionem facti deveniens, ostendit defensor domicilium proprie dictum Ferdinandi esse in vico Edeghem, ubi ejusdem familia suos lares constituit anno 1855, ceu patet ex fide moderatoris illius municipii. Quamplura tamen quasi domicilia successive acquisivit, id quod admittitur in jure, teste Benedicto XIV in cit. constitutione § *Instituerunt* : « Novum non est, neque inusitatum, quod quis domicilium habeat aliquo in loco, et quasi domicilium adipiscatur in alio ; in quo rerum statu si versetur, tunc eidem liberum erit matrimonium contrahere coram illo parocho intra cujus parœciæ fines tunc inhabitat. » Habuit enim Romæ dum stipendia merebat in Legione, quæ appellabatur zouaves pontificaux. Habuit Bruxellis usque ad mensem maii 1872 dum jurisprudentiæ studiis et diplomatico tirocinio operam navabat. Habuit denique Londini dum argentariæ arti conducta vacabat mercede. Nec minus enim est in jure exploratum, quasi domicilium contrahi ab iis, qui vel studii vel alterius generis professionibus incumbunt ; omissis in percognito juris articulo gravissimis in oratione relatis scriptoribus, Rota Rom. in *Faventina* nullitatis matrimonii, 3 junii 1771, § 7 cor. Riminaldo, ibi: « Itaque qui doctrinæ causa gymnasia, et academias procul a patria frequentant, quique mercaturæ dediti alio concedunt, et qui mercede conducta suas aliis locant operas, tametsi his omnibus minime constitutum sit in iisdem locis perpetuo manere, omnes tamen ibidem quasi domicilium contrahunt, et tum cæteris in rebus, tum præsertim in contrahendis matrimoniis subjiciuntur parocho, cujus in parœcia diversantur. »

Quasi domicilium Ferdinandum habuisse Londini demonstratur ex eo quod, postquam ejus mater deliberavit ibidem eumdem transferre « pour le tenir séparé de Lucie et l'obliger de gagner sa vie, » toto animo novæ occupationi ipse se applicuit, ut ex idoneitate, quam adepturum sperabat ad suam substentationem procurandam per peritiam argentariæ artis, penitus a matre independens evaderet; id quod præ omnibus anhelabat; Brasiliensi revera judici delegato percunctanti: « Si illo temporis spatio, quo quiescebas a munere (attaché de légation) invenire potuisses alium vitæ statum, aut munus, aut officium, quo potuisses procurare tibi vitæ necessaria, nonne libenter eum fuisses amplexus? « Ita Ferdinandus reposuit: « J'aurais accepté tout poste et tout emploi qui m'aurait fourni pour vivre, car mon unique désir était d'être indépendant. »

Et reapse, ubi comes pervenit Londinum domum ad inhabitandum ad mensem conduxit cum facultate eamdem retinendi « définitivement » , absque alia conventione; declaravit enim in judiciali primo examine : « J'avais pris l'appartement au mois; je pouvais pourtant y rester définitivement sans prendre de nouveaux engagements ; » atque hoc, tametsi forenses juxta morem civitatis pro habitatione mercedem persolvunt de hebdomada in hebdomadam. In novam habitationem suam contulit supellectilem pro diuturno tempore occursuram testante ejusdem sorore Zoe; clarius autem ejus levir Æmilius; imo partem secum tulit suæ bibliothecæ, cujus quidem tantummodo obtestante matre, « le fond était resté en Belgique : » Patet igitur de domicilio a comite Londini contracto cum nemini sit impervium translatione supellectilis demonstrari translationem domicilii, tradente Rot. Rom. decis. 194, n. 3, cor. Merlino, et *Romana* juris funerandi 8 febr. 1819, § 4, cor. Odescalchi, ibi : « eo vel magis hæc valent, quia sacerdotis demortui supellex omnis erat in ædibus S. Sebastiani, quæ tametsi non multa, non lauta tamen tanta est, ut domicilium ad ædes S. Sebastiani translatum demonstrat. Etenim ibi esse alicujus domicilium, ubi manendi habet animum, et ubi res suas retinet, tradunt Innoc. etc Si enim presbyter in parœcia etiam S. Marci domicilium habuisset, ibi porro res suas servasset; quandoquidem fieri nequit, ut quisquam habeat animum domicilium aliquo in loco statuendi, quin illuc res suas deferat. »

Hæc de facto habitationis; de animo autem discurrens ostendit vindex, quod Ferdinandus non solum per notabilem anni partem, ceu requirit Schmalzgrueber, loc. cit., sed per unum aut alterum annum præstituerat in Londinensi civitate commorari quum stipendiatum officium in mensa Lemmé exerceret. Rogante namque Melchliniensi judice : « Quel emploi aviez-vous dans la banque Lemmé ? ita ipse respondit : « J'avais un emploi rétribué et une fonction d'une certaine stabilité. » Concordat etiam Lucia, quæ deponit : « Il était convenu qu'il prendrait deux cents francs par mois, mais de fait il n'a presque rien pris. Evidemment il avait exprimé l'espérance d'obtenir de l'avancement. » Hoc autem, nihil obstante, quod salarium non accepisset, nam, abscedente e Britannia die 29 junii, nondum mensem expleverat in officio; nihilominus reversus Londinum mercedem repetiit: « Il avait demandé à la banque le paiement de ce qu'il croyait lui appartenir. » Hoc autem exercitium absoluturus erat comes uno aut altero anno, prout oportuisset, ut in argentaria professione efficeretur peritus.

Neque hunc animum dimisit quando die 29 junii 1878 Londino discedens profectus est Bruxellas ubi revocabatur « pour une affaire pressante de banque. » Est enim exploratum in jure, domicilium non amitti ab eo, qui ex temporanea ac precaria causa ab eo discedit *cum animo redeundi;* post textum in l. 7, c. de incol. l. 10, in quo dicitur : « Cum profectus est peregrinari videtur; quod si redierit, peregrinari jam destitit. » In cap. 3 de sepul. 6, unanimiter tradunt DD. Gratianus, *Discept. for.* c. 494, n. 16, Fagnan. in cap. *Significavit* de paroch. Ursill. ad Afflict. dec. 324, n. 5, et constanter tenuit Rota Romana in *Nullius* seu *Senogallien.* bonorum 13 maii 1697, § 122, cor. Muto, ap. Paulut. disc. 62, dec. 2. Dec. 431, n. 1, par. 18, rec. dec. 485, n. 5 cor. Crisp. et dec. *Ariminen.* taxæ quoad secundogenituram 18 febr. 1793, § 6, coram Soderino : « Nihilque detrahit, quod postea marchio Laurentius Romam venerit, ibique mortuus sit. Sufficit namque in eo adfuisse animum ac voluntatem redeundi ne domicilium, quod jam contraxerat, amisisse dicendum sit. Ut enim

quis civilitatis et incolatus jam contracti beneficium amittat, recessisse opus est cum animo non redeundi. »

Hunc alioquin *animum redeundi* Londinum adfuisse in comite usque ad diem matrimonii, manifesto ostenditur ex repetitis tum ipsius, tum Luciæ depositionibus. Mechliniensi namque judici post hanc relationem Ferdinandi, eumdem ita percontanti: « Aviez-vous en ce moment l'intention de retourner à Londres et de continuer à y résider? » respondit Ferdinandus: « Oui, je comptais être de retour sous peu de jours. » Subsumente judice: « N'avez-vous pas quitté alors votre appartement et votre emploi? » reponit: « Non. » Insistit judex: « Lorsque, arrivant en Belgique, vous avez su que votre mère ne voulait pas vous laisser retourner à Londres, vous êtes-vous positivement décidé à n'y pas retourner, ou à quitter actuellement votre habitation et votre emploi à la banque? — Non, au contraire je demeurai décidé à y retourner. »

Plena echu etiam consonat depositio Luciæ ad quæstiones judicis reddita.

Hisce in jure et in facto quoad quasi domicilium a Ferdinando Londini contractum et ad diem usque nuptiarum retentum demonstratis, pergit defensor ad graves diluendas exceptiones. Prima quidem exurgit ex eo quod comes non de sua electione, sed de matris voluntate, atque « en pénitence, » demigravit in Angliam; unde ipse dijudicandus videtur non secus ac illi, qui ad correctionem et custodiam in carcere detinentur; de quibus ait Bened. XIV *Inst. eccl.* 33, n. 12: « Nihil magis expectant, quam, ut solutis vinculis, paternas ædes revisant, » et quorum matrimonium esse nullum tradit Coscius, *De sep. tor.* l. 1, c. 14, n. 42. Præadmonet enim vindex non concedi in jure nec patri nec matri domicilium filiofamilias invito constituere juxta l. 4 ff. ad municip. « Placet etiam filium familias domicilium habere posse, non utique ibi, ubi pater habuit, sed ubicumque ipse domicilium constituerit, » id quod confirmat constanti jurisprudentia, teste Rota Rom. in *Forolivien.* nullitatis sententiæ 20 junii 1856, §. 6, coram Alberghini: « Filium patris originem, non domicilium sequi, eo sensu traditum est, ut non teneatur ipse domicilium servare, ubi naturalem originem duxit; sed suum valeat sibi seorsim a patre ubicumque voluerit, domicilium sua voluntate constituere, aut constitutum retinere. »

Ad theoriam autem Cosci respondet, subobscure auctorem illam exposuisse. Ipsam enim formulavit scriptor ex decisione S. hujus Ordinis in *Farfen.* matrimonii 26 martii 1707, eamdemque desumpsit ab Ursaya qui in ea causa oratoris munere functus fuerat. Sed omnino diversa, imo contraria quoad casum est hujusce auctoris doctrina. In domicilio quippe vel a principe, vel a judice imposito distinctionem vere solidam, de qua etiam Bened. XIV, *Inst. eccl.* 33, num 12, auctorem Ursayam commendat, ille induxit in suis *Discep. for.* t. 2, part. 1, disc. 10, num. 34; nimirum in moram necessariam loco pœnæ; atque in moram necessariam loco custodiæ. Illa intelligitur, quando quis damnatur ad carcerem, vel ad exilium vel ad relegationem ad tempus determinatum aut « ad arbitrium principis vel judicis, et isti dicuntur habere domicilium in loco, ubi carceratus vel relegatus moram facit. » Ista intelligitur quand quis detinetur « loco custodiæ pro eo tempore quo ejus causa non est adhuc terminata sed indecisa pendet coram judice. » De prima affirmat matrimonium coram parocho illius loci contractum esse validum ob contractum domicilium, etiam quia, uti vindex subjungit ex Fagnani doctrina, detentus vel relegatus durante damnatione vel arbitrio judicis, animum accommodavit ad domicilium sibi assignatum. De secunda affirmat esse nullum, quia pendente judicio, atque in expectatione sententiæ, ipse permanet in loco custodiæ tamquam in aliena domo, et suam semper anhelat.

Isthanc distinctionem sua auctoritate obfirmavit S. Ordo in prædicta causa *Farfen.* matrimonii, nec non particularis Congregatio quæ ipsam induxit in statuto cleri urbani, prouti videre est in animadversionibus, quæ fuse Ursayæ doctrinam exponunt in § 28 ad 30. Juxta doctrinam Ursayæ definit etiam Bened. XIV nullum matrimonium in loco custodiæ celebratum: Coscius vel ipse autem validum affirmat matrimonium in loco relegationis prouti auctoritate Barbosæ innixus in casu mulieris, quæ ad submovenda scandala alibi fuerat relegata, « ad arbitrium principis; » tradit *De Separ. tor.* l. 1, c. 14, n. 42, ibi: « Validum fuisse matrimonium contractum a muliere post quartum habitationis mensem coram parocho oppidi, ad quod a civitate, in qua habitabat, jussu principis sæcularis ad submovenda scandala se conferre coacta fuerat sub præcepto non discedendi, donec aliter statutum fuisset, aliis relatis dicit Barbosa etc. » Ad casum itaque Ferdinandi deveniens, ait defensor, pro rei veritate existimare quod neutri ex prædictis casibus collimat domicilium a comite Londini constitutum; atque hoc ea ductus ratione quia comes libera ac sui juris persona erat, nullo criminali judicio impetitus, nulla muletatus damnatione; si nihilominus aliqua ex prædictis casibus norma accipienda est pro quæstione, non aliis quidem comparari posset comes quam relegato; cujus certe domicilium satis est ad validitatem matrimonii; eo potissimum quia, cum habitatio in Londinensi civitate eidem tunc proficeret ad peritiam in argentaria arte acquirendam, et ad liberius cum muliere conversandum, hinc deduci necessarium ostenditur, quod animus ab eodem panditus ibidem demorandi « pour un an, ou deux, » ob effectus ab eodem concupitos satis firmus ac validus fuit ad quasi domicilium nanciscendum.

Minus autem obsistit, quod Ferdinandus præterquam abhorrebat Londinense cœlum, atque novam terram inquirebat ad lucrosum acquirendum officium, dependens insuper a matre ob suam substentationem, et ob suum officium a guberuio potuisset postridie revocari, ac ita ejusdem resolvi domicilium. Conditio enim *si nihil avocet*, quæ per cit. l. 7 cod. de incol. l. 10, unde resolvitur domicilium, numquam deest in animo illum acquirentis; quemadmodum præsertim ostenditur in iis, qui alibi commigrant ex temporanea causa, uti studiorum, militiæ, professionis, mercaturæ, belli vel pestis effugiendæ, quin tamen de hisce negetur quasi domicilium. Imo etiam nec de illius personæ quasi domicilio in aliena parochia inficiatur, in quam concessit cum explicita conditione ibidem commorandi « jusqu'à ce qu'elle trouve à se placer, » pro uti judicavit Rot. Rom. in *Faventina* nullit. matrim. 3 junii 1771, § 8, coram Riminaldo: « Minime interest, eo animo mulierem domicilium quæsivisse quamdiu herum invenisset, quæ sane conditio postridie resolvi poterat. Ex hoc enim quasi domicilio nihil detrahitur; quia nimirum naturalis isthæc conditio, *nisi quid avocet*, numquam non deest animo domicilium acquirentis. Nam et hi, qui alias sibi sedes quærunt, ut ibi perpetue maneant, tamdiu ibidem esse volunt, nisi respublica, officium, munus, negotium, vel aliud quidpiam eos ab electis sedibus avocet; neque minusque domicilium quæsisse dicuntur.

Vindicata ex hisce omnibus in Ferdinando quasi domicilii veritate, sua sponte consequitur aptandum eidem esse in sensu affirmativo ratione contrariorum expressum decretum Urbani VIII: *Si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum*, quin facessat constitutio Benedicti XIV *Paucis*, 19 mart. 1758, dum in § *Post hæc* disponit « quod antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis ille, qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur; » perinde nimirum ac si mensis ille *taxative* requiratur, et

immediate præcedere debeat matrimonium, ut ipsum in loco quasi domicilii dici possit contractum. Huic enim difficultati occurrit defensor auctoritati innixus gravissimorum scriptorum, Emi Tarquini, et Rndi P. Ballerini, qui hanc quæstionem funditus expenderunt; atque ex utroque demonstrat, quod Bened. XIV nec novum jus voluit constituere præscribendo ad quasi domicilium acquirendum habitationem unius mensis; ita ut de animo et voluntate nil ultra inquiri debeat; neque decernere cogitavit, ut si quis animum habeat acquirendi domicilium *non prius* valide contrahat, *quam mensis labatur*. Voluit tantummodo ille pontifex præsumptivam suppeditare probationem, quo magis in casibus dubiis voluntas contrahendi domicilium conjiciatur ex commemoratione unius mensis. Emus Tarquini in voto quod in hoc S. Ordine conscripsit in *Romana* matrim. 1866, et quod in sua responsione pro anteacta discussione distribuit Ferdinandi patronus, hoc præmisso, « Quod a non nemine aliquando audivi, Bened. XIV in const. *Paucis* ad archiep. Goanum ad mensem unum quasi domicilium reduxisse, ita ut jure quodam novo quasi domicilium uno habitationis mense perfecte acquiri ad matrimonium valide contrahendum constituerit, id omnino et a veritate, et a Bened. XIV mente, et a communi omnium opinione alienissimum esse censeo », post validas rationes ibidem enucleatas concludit circa finem : « Mensis igitur, de quo Bened. XIV nihil aliud est, quam probatio quædam præsumptiva in rebus dubiis de vera sinceraque voluntate permanendi per majorem anni partem, cujus proinde voluntatis necessitatem non abrogat sed confirmat; ita ut si non de re dubia agatur sed de re clara et manifesta ejusmodi voluntatem defuisse, certissimum omnino, habitatione unius mensis minime obstante, habendum sit, quasi domicilium nullo modo fuisse quæsitum adeoque matrimonium nullo modo validum. »

Cum itaque Benedictina constitutio ad juris communis normam intelligenda sit, concludit orator ex eadem ratione, quod quando constat de contracto domicilio, eoque retento per animum redeundi, si aliquo illud tempore interruptum est prout constat de Ferdinando; vel constat de voluntate illud contrahendi, dum in eum locum nupturi se conferunt cum animo celebrandi matrimonium, nihil obstat si contrahentes haud fuerint per mensem ibidem commorati. Hoc porro aperte tradit Ballerini in suis adnotationibus ad Gury tract. *de matrim.* num. 839, not. 6, in fin., ibi : « Cæterum tum doctrinæ ab A. traditæ, tum iis, quæ hic suppleta sunt, nihil id officit id quod Bened. XIV habet in cit. epistola ad archiep. Goanum, dum respondet, ad validitatem matrimonii in casu satis videri, quod antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis ille qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur. Neque enim pontifex ibi statuere voluit, aut meram unius mensis sufficere quoad eum, qui animum non habeat acquirendi domicilium, vel quasi domicilium, aut eum, qui hunc animum habeat, prius non posse valide contrahere, quam mensis elabatur. . . sed mere judicium tradere voluit, quo satis præsumi possit, animum acquirendi saltem quasi domicilium contrahenti fuisse, atque adeo, nisi quid secus suadeat, pro validitate matrimonii judicandum esse. »

Rebus sic stantibus, EE. VV. erit juxta assuetam doctrinam et sapientiam infrascriptum dirimere dubium :

An sit standum vel recedendum a decisis in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *Dilata ad primam post proximam.* Romæ, 20 julii 1878.

DROITS PAROISSIAUX

Sépulture. Tout ce qui concerne les obsèques est-il réservé au curé ? Empiètement d'une confrérie et de son chapelain. Coutume. Peut-on prescrire les droits paroissiaux ? Accompagnement d'un mort à un diocèse étranger. Restitution du casuel. Décision de la S. Congrégation du Concile du 20 juillet 1878.

La prescription peut-elle s'établir contre les droits paroissiaux ? Le chapelain d'une confrérie peut-il acquérir, en vertu de la coutume, les attributions que le droit canon réserve aux curés ?

Dans une localité du diocèse de Colle-di-Vald-Elsa, en Toscane, se trouve la confrérie de la Miséricorde, établie en 1869, ayant pour but diverses œuvres de charité et de religion envers les défunts. Elle a bientôt empiété sur la juridiction paroissiale, soit en s'opposant à ce que le curé allât avec sa croix à la maison du défunt, pour bénir le corps avant de l'emporter, soit en voulant, après le service, accompagner le corps au cimetière public, sans le curé.

En 1876 mourut un riche habitant de la paroisse de l'Assomption. Les héritiers ayant décidé de transporter le corps à Sienne, pour l'ensevelir dans le cimetière de l'archiconfrérie de la Miséricorde, le chapelain obtint de la famille d'accompagner le corps, au préjudice du curé, qui d'ailleurs protesta contre cette usurpation de son légitime droit.

Le curé a soumis à la S. Congrégation du Concile les trois questions suivantes : 1. Le chapelain a-t-il violé le droit paroissial en retenant les honoraires que la famille a donnés ? Doit-il restituer ces honoraires ? — 2. Est-ce au curé ou bien au chapelain de la Miséricorde qu'il appartient, suivant le droit, d'accompagner les défunts au cimetière d'un autre diocèse ? — 3. Que le curé soit rétabli dans tous les droits funéraires et qu'il puisse remplir les fonctions que les lois de l'Eglise lui attribuent.

Mgr l'évêque, consulté selon l'usage, atteste que dans son diocèse les curés ont d'une manière exclusive le droit de faire tout ce qui concerne les obsèques et la sépulture des défunts, conformément à la discipline générale de l'Eglise.

Plaidoirie du chapelain. La confrérie de la Miséricorde a toujours agi avec le consentement tacite des curés, lesquels n'ont jamais rien fait pour réserver leurs droits. Le consentement tacite est assimilé à l'adhésion formelle. L'usage donne au chapelain le droit d'accompagner les défunts au cimetière public. Tous les habitants attestent cet usage, lequel est notoire, et, d'ailleurs, existe dans d'autres parties de la Toscane, particulièrement dans le diocèse de Sienne et dans celui de Chiusi.

Dira-t-on que la prescription ne peut s'établir contre les droits paroissiaux ? Mais le simple accompagnement à travers la route est un acte indifférent, le curé n'y exerce aucune juridiction. Bénir le corps, le lever, désigner le parcours du cortège jusqu'à l'église, l'office et la messe, voilà l'essentiel ; la connexion de la procession au cimetière avec les actes paroissiaux

n'opère pas que cette procession soit de même nature, et de caractère paroissial.

Le Rituel romain établit une distinction entre la conduite de la maison du défunt à l'église, et celle qui prend le corps à l'église pour le porter au cimetière ; dans le premier cas, le Rituel exige la présence du curé. Mais pour la conduite au cimetière, tout prêtre peut la faire, sans délégation du curé.

Réplique. Les saints canons réservent au curé tous les actes de juridiction, soit à la maison du défunt, soit à l'église, soit pendant la procession funèbre, jusqu'à la sépulture : le curé, qui administre les sacrements pendant la vie, doit accompagner ses paroissiens à leur demeure dernière. Telle est la discipline qui s'observe dans le monde entier.

En ce qui concerne les empiètements de la confrérie, le curé a subi une pressiou morale, mais il n'a jamais renoncé à son droit. Il est faux que l'archidiacre de la collégiale ait cédé ses droits au chapelain de la confrérie, car il adressa une protestation à l'évêché. En vain le chapelain fait appel à la coutume ; cet usage n'a pas encore dix ans d'existence, attendu que la confrérie remonte à 1869. La S. Congrégation a rejeté la coutume centenaire. Le Rituel romain attribue au curé tout ce qui concerne les funérailles. S'il parle d'un prêtre pour la conduite au cimetière, c'est que les curés sont souvent empêchés par leurs occupations d'y aller en personne.

Décision. La S. Congrégation décide que le droit d'accompagner les corps à l'église et à la sépulture, même hors du diocèse, appartient exclusivement au curé. Le chapelain de la confrérie de la Miséricorde devra par conséquent restituer les émoluments. Rome, 20 juillet 1878.

Ilcinen. Funerum et emolumentorum. Die 20 julii 1878. In oppido S. Quirici diœceseos Ilcinensis in Tuscia usque ab anno 1869 in locum quarumdam confraternitatum laicalium quæ suppresioni subjectæ fuerunt, sodalitium a Misericordia nuncupatum erectum fuit, cujus præcipuum officium erat opera charitatis et religionis, præsertim erga defunctos explere. In hoc tamen obeundo munere tractu temporis parochialem jurisdictionem invadere visum est. Quandoquidem præfata sodalitas non modo prohibuit parochis ne elata cruce ad habitationem defuncti accederent ad benedicendum cadaver antequam de domo levaretur, sed expectarent ante fores parochialis ecclesiæ; verum etiam justis persolutis una cum proprio capellano in consuetudine habuit defunctorum cadavera ad commune cœmeterium efferre absque parochi præsentia. Res ita se habuerunt usque ad annum 1876, quo volvente ad plures abiit dives vir Augustinus Bandi Verdiani nomine parochianus S. Mariæ in cœlum Assumptæ. Expletis de more parentalibus in parochiali ecclesia super ipsius cadaver, cum illud ex hæredum voluntate Senas ad archiconfraternitatis a Misericordia cœmeterium evehendum esset, capellanus sodalitii a Misericordia dicti, nonnullum lapidem movit ut ad hoc munus præ parocho eligeretur, ceu revera, non obstantibus parochi protestationibus, factum est. Ex hac capellani agendi ratione sua jura violata, suamque jurisdictionem pessumdatam esse existimavit parochus Petrus Manetti unde ad hunc S. C. confugit, enixe deprecans, ut EE. PP. sequentia dubia dirimere haud dedignarentur, nempe :

« 1. An capellanus jus parochiale violaverit, usurpans emolumentum a familia datum; et quatenus affirmative, ad restitutionem teneatur?

« 2. An ad parochum vel ad capellanum Misericordiæ competat de jure comitari defunctos ad cœmeterium alterius diœcesis?

« 3. Ut redintegretur parochus in omnibus juribus funerariis, et liber reddatur in functionibus associationum, juxta ritum et præscriptionem Ecclesiæ et adigatur per episcopum capellanus ad desistendum ab injusta invasione. »

Acceptum libellum Ilcinensi episcopo ablegavi pro informatione et voto, atque ut, audito capellano Misericordiæ, referret de bono jure oratoris.

Episcopus vero hujus S. C. imperata faciens, postquam factorem historiam retexerat, quam superius exposui, animi sui sensus hac de re pandens, asseruit in sua diœcesi « ut jus commune postulat, ad unum parochum spectare jus rerum curandarum quæ alicujus cadaveris funus et sepulturam respiciunt » rationes hinc a capellano præposito Joachim Gorellio Tinellio, ad suam agendi rationem cohonestandam adductas, nullo valido juris fundamento fulciri pergit, quemadmodum in altera hujus libelli parte perlegere datum est.

Hisce omnibus itaque rite absolutis, sub die 24 februarii anni nuper effluxi decretum edidi ut causa hæc poneretur in folio atque in hodiernis comitiis eamdem disceptandam proposui sub dubiorum formula in calce hujus libelli exscripta, nonnullis prius tam in jure quam in facto animadversis quæ sive a partibus adducta fuerunt, sive ipsis favere videntur.

Capellanus venerabilis sodalitii vulgo della Misericordia, circa quæstionem delationis cadaverum ad ecclesiam observat quod ab initio fundationis suæ enunciata sodalitas hoc charitativum opus exercuit ex tacito parochorum consensus qui nullum lapidem moverunt ad propria jura protuenda, proindeque injuria queri parochum Manetti de jurium parochialium violatione cum optime noscat consensum tacitum expresso æquiparari. *Cum quid*, ff. Si cert. pet. : quinimo urget consensum ad hoc retulisse parochi ecclesiæ principalis dictæ terræ, qui in favorem confraternitatis suum jus in funeribus abdicavit. Quoad delationem vero cadaverum ad publicum cœmeterium, hoc jus ex consuetudine sibi derivare propugnat. Sane non desunt testes qui hanc observantiam adstruunt; sed in re per totum oppidum S. Quirici tam patula et evulgata, satis sit unicam depositionem adducere Arnaldi Verdiani Bandi in præsentiarum in hac confraternitate gubernatoris oficium exercentis, cujus verba hæc sunt « il capellano della confraternita suddetta fino dal 1869 epoca dell'impianto della confraternita suddetta a tutto il 31 decemb 1876 associò i cadaveri al Campo Santo senza l'intervento del paroco. »

Cæterum hoc jus a consuetudine depromptum nedum ad confraternitatem Misericordiæ oppidi S Quirici, verum etiam ad nonnullas alias confraternitates sub hoc titulo in pluribus Tusciæ locis existentes pertinet. Quæ res quantam vim in themate afferat, quisque ingenio suo facile percipit. Sane card. De Luca de hujusmodi locorum adjacentium observantia loquens in dis. 41, num. 7 *de feudis*, tradit : « Consuetudo autem locorum adjacentium et vicinorum tamquam observantia interpretativa satis attendenda venit. » Concordat Rota in *Forosempronien.* seu *Eugubina* emphyteusis 16 junii 1636 coram Coccino, num. 30 et 32.

Quod autem memorata cadavera ad cœmeterium per Misericordiæ capellanos associandi consuetudo in pluribus Tusciæ locis vigeat, inficiari nullo modo posse videtur, cum de ea relate ad diœcesim Clusinensem deponat Remigius Topini ecclesiæ collegiatæ di Sarteano addictus. Cui concinit canonicus Salvator Benocci relate ad civitatem di Pienza. Tandem Stanislaus Santini præpositus et vicarius foraneus collegiatæ d'Osciano et Bernardinus Nardoni parochus di Percenna in

archidiœcesi Senensi eadem quoad suas diœceses uno ore exhibent. Posita itaque tali consuetudine, capellanus Gorellius cadavera ad publicum cœmeterium associando, jure suo usus est ideoque nullam intulit injuriam parocho Manetti, neque ipsius jura violavit : regula enim juris est : *Quod nullus injuriam patitur cujus jus non violatur.*

Neque regerere fas est consuetudinem non sustineri, eo quod agitur de juribus parochialibus in quibus nulla admittitur præscriptio. Tradunt siquidem DD. simplicem associationem per viam esse actum indifferentem, qui non constituit essentiam funeris et in quo parochus nullam exercet jurisdictionem supra cadaver, sed illud associare dicitur una cum aliis ut probat Barbosa *De offic. et potest. paroch.* cap. 9, n. 11. Nec obesse potest, ait Rota in *Tranen.* præeminent. etc. die 23 junii 1719, cor. Revault. n. 4 et seq. quod associatio sit inseparabiliter connexa cum primis et ultimis actibus perficientibus funus, ad tradita per Pignatel. consult. 47, n. 1, t. 7. De Luca *De regular.* disc. 3, sub n. 53, qui actus dubio procul sunt parochiales, cum in illis parochus proprium munus exerceat, ut est benedicere cadaver, illudque de domo levare, designare vias, per quas processio ducenda sit, ideoque idipsum dicendum sit de associatione. Nam connexio actus processionis cum actibus parochialibus, non operatur quod processio ipsa ejusdem sit naturæ et qualitatis parochialis, quando reipsa ab illis distinguitur, licet improprie etiam pro unico actu ad alium effectum usurpetur. Pignatell. et card. De Luca locis supra cit. passim quippe celebrantur funera absque ullo solemni incessu, non tamen sine psalmis, antiphonis, ceterisque functionibus parochialibus, in quibus substantiatur funus : quo fit ut associatio sit actus simpliciter indifferens. »

Quod magis magisque obfirmari contendit, si ad rubricas in Rituali Romano contentas paulisper vertantur oculi. Rituale enim Romanum de funeribus agens distinguit cadaverum associationem quæ fit de domo ad ecclesiam, ab ea, qua cadavera de ecclesia ad cœmeterium transferuntur. Si agitur de primi ordinis associatione, tunc Rituale Romanum parochi præsentiam requirit : *Deinde cadaver effertur, parochusque de domo procedens, statimque brevi voce intonat etc.* Quod si de secunda associatione sermo fit, sufficit ut quivis sacerdos cadavera comitetur : *Sacerdos cum autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum illud benedicit.* Ex præscriptione itaque Ritualis Romani quivis sacerdos, quin ulla speciali parochi delegatione opus habeat jus habet cadavera de ecclesia ad cœmeterium deferendi, Atqui in themate id profecto evenit. Ergo capellanus utitur jure sibi a Ritualis Romani rubricis indulto; adeoque contra ipsius agendi rationem questus perperam a parocho moventur, cum per hujusmodi associationem nullius jura violata fuerint.

Hisce igitur perpensis pleno veluti alveo fluere tenet ipsi jus fuisse associandi cadaver Augustini Bandi Verdiani ad cœmeterium Senis existens. Maxime vero quia cadaveris ad cœmeterium associatio per ven. sodalitii capellanum, parocho annuente peracta fuerit, uti ex testium omni exceptione majorum depositione aperte clarescit.

Hisce positis, prosequitur quovis fundamento destitutam esse adversæ partis assertionem, qua insinuare satagit, capellanum, ad extinguendam pecuniæ sitim, qua laborare solet, in eo totum fuisse, ut ipse eligeretur ad comitandum Augustini Bandi-Verdiani cadaver ad cœmeterium confraternitatis Misericordiæ quod Senis situm est. Sed ulterius ad hujusmodi culpæ suspicione eum penitus purgant nedum quidam Clemens Sani, qui ex mandato ab agente familiæ Verdiani-Bandi accepto, capellanum Gorelli ad hoc extremum officium defuncto exhibendum invitavit, sed etiam filii superstites ipsius defuncti Augustini Bandi, ut erui datur ex declaratione ab ipsis emissa, quæ in actis prostat.

Re hucusque perducta patet quam inepte a parocho Manetti preces ad hanc S. C. promoveantur pro obtinenda restitutione emolumentorum, quæ in vim peractæ associationis idem capellanus assequutus est. Scitum siquidem in jure est, tunc tantum decerni oportere sive fructuum, sive emolumentorum restitutionem, cum evidentissima mala fides in emolumentorum perceptione interfuerit. Jamvero ex hactenus discursis nemo est qui non videat, nedum evidentissimam, verum etiam quamcumque malam fidem in themate penitus exulare. Præterea ad hujusmodi restitutionem excludendam urget præfatum emolumentum solutum fuisse pro labore et opere, quod cum ab eo impensum et præstitutum fuerit, necessario consequitur, quod conventa merces ipsi debeatur juxta vulgatum illud : *Omnis labor optat præmium.* Gloss. in cap. Christ. 12, q. 2.

Contra sed vero perpendendum quod ex sacrorum canonum dispositione omnes actus jurisdictionales qui sive in domo defuncti, sive per viam, sive intra ecclesiam parochialem explentur, ad parochum privative pertinent, ceu pluries, resolvit Sacra Rituum Congregatio præcipue in *Aversana* 15 septembris 1640, et *Novarien.* 21 septembris 1681, docentque Samuel, *De sepult.* disp. 3, controv. 7, num. 16. Monacell, *Form. legal.* tit. 10, form. 17, num. 4. Quare ad parochi officium spectat benedicere cadaver illudque de domo levare, designare vias per quas processio ducenda est, et illam dirigere ad initio usque ad finem, antiphonas et psalmos intonare, aliaque his similia peragere usque ad cadaveris tumulationem. Barbos. *De paroch.* cap. 26, num. 74; Lezzan. in *Sum. Regul.* verb. *Defunctus,* num. 4. Panimol. decis. 1, adnot. 1, num. 7. Quemadmodum enim ad parochum spectat vivos sacramentis reficere ita ad eumdem pertinet eos in funere efferre, atque humo tradere mortuos ex Clem. *Dudum* de sepult. et S. C. in *Portuen. S. Rufin. et Centumcell.* sepulturæ et emolument. 25 junii 1802, § *Ea.* Decet enim ut parochi sint juxta illud Apostoli *consolationum socii qui fuerunt passionum,* ut habet expresse textus in cap. 1 De sepulturis. Quibus igitur perpensis atque consuetudine in toto orbe vigente haud ambigendum esset circa jus quod parocho assistit peragendi cadaverum associationem a loco habitationis ad ecclesiam et ad sepulturam.

Frustra autem capellanus confugere, pergit parochus, non modo ad tacitum parochorum consensum, quem putat expresso æquiparari, verum etiam ad renuntiationem jurium in funeribus favore dictæ confraternitatis a parocho principalis ecclesiæ dictæ terræ peractam. Quoad enim tacitum consensum observat parochus jurium parochialium violationem ex quadam morali vi usque abhuc pati debuisse. Perspicuum vero in jure est principium firmatum in L. *Filius* fam. 8 ff. de procur. qui tacet, et patitur, consentire non videtur in his, quæ præjudicium afferunt. Ad renuntiationem vero quod attinet jurium in funeribus factam a parocho ecclesiæ principalis, ipsam nihil evincere tenet : 1. quia renuntiantem et non alios obligaret : 2. quia contrarium statuunt verba episcopi in literis informationis S. Ordini exhibitis ubi habet : « Præpositum Gorelli falsitate laborare cum ipse confirmare conatur parochum principalem, idest archidiaconum ecclesiæ collegiatæ S. Quirici hujus meæ diœceseos jura sua adjudicasse in favorem confraternitatis a Misericordia nuncupatæ, quod cum idem parochus videret præpositum Gorellium in initio electionis supermemoratæ confraternitatis jura parochialia invadere, solemniter ipse in curia nostra Ilcinensi contra tantum ausum protestationem emisit. » Quæ cum ita sint, corruit per se et quovis valore destituitur primum Gorelli argumentum ex jurium parochialium abjudicatione, seu ex consensu et approbatione parochorum desumptum.

Post hæc perperam capellanus, in prætensi sui juris sustentationem ad consuetudinem recurrit quæ nondum decennalis est, quæque licet centenaria parochorum jura minime perimeret. Sac. Congr. in *Baren.* jur. par. 28 august. 1786; *Nullius Sublacen.* jur. paroch. 29 jan. 1821. Minusque juvari posset consuetudine quæ in locis Terræ S. Quirici vicinioribus viget. Sane tralatitii juris est consuetudinem in præciso loco esse attendendam. Veruntamen, hoc parumper prætermisso, adsunt quamplurimæ in ipsa Tuscia regiones, in quibus consuetudo diversa ab ea quam capellanus allegavit, in usu est.

Quinam tandem sit ecclesiasticarum rubricarum sensus, qui in Rituali Romano continetur, satis superque esse putat parochus verba referre, quæ hac de re requisitus, protulit episcopus, quæque sic sonant : « Rubrica igitur de sacerdote qui cadaveris comes esse debet, loquens, hæc disponit, quod parochus, induto superpelliceo et stola nigra, ad domum defuncti procedat ; sequatur clerus sæcularis et regularis et *parochus*, præcedente clero. Parochus vero antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta et cætera.

« Hic igitur semper sermo fit de parocho, et si deinceps « sacerdos quicumque memoratur, id perficitur, quia paro- « chus cum nolit, vel nequeat funus deducere usque ad finem, « sacerdotem delegare debeat ad functionem prosequendam. »

Re itaque undequaque perspecta manifesto erumpit rationum momenta a Gorellio adducta quavis juris adsistentia destituta esse, delationemque cadaveris Augustini Bandi-Verdiani ad cœmeterium Senis situm a parocho Manetti peragi debuisse ; delatio enim cadaveris ad sepulturam reputatur tamquam continuatio funeris quod jam in ecclesia expletum est. S. C. in *Camerinen.* elationis cadaverum funerum et sepulturæ dici 8 julii 1876, § *Verum* ; et tunc solummodo expleta funera censentur cum in sepulchrum condita fuisse cadavera comperietur. Monacell. *Formul. legal. practic. for. eccles.* append. post decis. 15, n. 4. Passerin. *de statu homin.* tom. 2, quæst. 187, art. 4, n. 491. Quo posito indubie emolumentorum restitutio demandanda videtur. Constans enim S. Ordinis praxis est emolumentorum funeris restitutionem imperare, quoties dicta emolumenta injuste percepta fuere bona licet concurrente fide, prouti exempla prostant in *Callien.* seu *Urbinaten.* juris tumulandi 30 aug. 1817, ad 2 dub. *Ariminen.* juris tumulandi et funeris 18 dec. 1824 ad 3 dub. Quin portendat Gorellius ex consensu parochi dictam associationem peregisse, excitata enim controversia contrarium suadere videtur.

His pro utraque parte expositis, placeat EE. VV. ea qua solent sapientia et doctrina sequentia dirimere dubia;

I. An et cui competat jus associandi cadavera ad ecclesiam et sepulturam, etiam extra diœcesim in casu? Et quatenus affirmative favore parochi.

II. An sit locus restitutioni emolumentorum in casu?

S. Congregatio Concilii censuit rescribendum :

Ad I. *Affirmative favore parochi, et amplius.*

Ad II. *Affirmative et amplius.*

Romæ, 20 julii 1878.

LE CHAPITRE DE BERGAME

Juridiction ordinaire de l'évêque. Bulles pontificales accordant l'exemption. La protection apostolique exempte-t-elle de l'autorité ordinaire? Visite pastorale. Procédure contre un membre du chapitre. Adjoints. Visite du diocèse faite de concert avec les députés du chapitre. Collation des dignités, canonicats et chapellenies réservée au chapitre. Pouvoir de confesser et de prêcher sans l'autorisation de l'évêque. Confession hebdomadaire. Examinateurs synodaux. Affaire traitée par la S. Congrégation du Concile le 20 juillet 1878.

La S. Congrégation du Concile, le 20 juillet 1878, a commencé l'examen d'une cause fort importante, et qui embrasse un grand nombre de questions distinctes : exemption de l'autorité ordinaire en ce qui concerne la visite ; procédure criminelle ; participation à la visite du diocèse par la désignation de quelques chanoines qui accompagnent Mgr l'évêque ; collation des canonicats ; pouvoir de confesser ; usage de prendre six chanoines comme examinateurs des concours paroissiaux.

On verra dans le *folium* que nous publions plus loin l'histoire de la cathédrale de Bergame depuis les premiers siècles. Au moyen âge, les papes accordèrent des priviléges garantissant la *liberté* des chanoines et les prenant particulièrement sous la protection du Saint-Siége. Après le concile de Trente, Pie V confirma les anciens priviléges. Il paraît que le chapitre de Bergame, par l'usage et la prescription, s'établit en possession de conférer les dignités, canonicats, chapellenies et les autres emplois capitulaires.

En 1855, le concordat entre le Saint-Siége et le gouvernement autrichien attribua à l'empereur la nomination des chanoines et des autres bénéfices. Le chapitre de Bergame courba la tête, il ne fit aucune protestation réservant ses anciens droits. Mais en 1860 les Autrichiens ayant abandonné la Vénétie, les chanoines ont prétendu rentrer en possession de leurs anciennes prérogatives. Ils ont fait présenter à la S. Congrégation du Concile une requête composée de six articles :

« 1. Que Mgr l'évêque ne puisse pas faire la visite canonique, soit en corps soit de chacun des membres du chapitre, par sa seule autorité ordinaire, mais seulement en qualité de délégué apostolique, conformément au concile de Trente, chap. 6 de la session 25.

« 2. Que lorsqu'il y a lieu de procéder contre un membre du chapitre, Mgr l'évêque doive *inquirere cum deputatis a capitulo*, comme c'est prescrit envers les exempts.

« 3. Lorsque Mgr l'évêque veut faire personnellement ou par délégué la visite pastorale du diocèse, que le chapitre désigne deux chanoines co-visiteurs, lesquels assistent et prennent part à tous les actes de la visite.

« 4. Que le chapitre ait la nomination aux dignités, aux canonicats, aux chapellenies, aux emplois capitulaires.

« 5. Que l'on reconnaisse aux chanoines et au cha-

pitre cathédral de Bergame l'ancien privilége immémorial de confesser et de prêcher dans le diocèse en vertu d'un pouvoir habituel, comme ont fait et font encore tous les chanoines des autres cathédrales de la province de Milan, ainsi que tous les curés du diocèse de Bergame, hors de leur paroisse; sous réserve du droit pour l'ordinaire de s'assurer au besoin de l'aptitude de chacun, et de suspendre ceux qui s'en rendraient indignes. Que les chanoines soient déclarés exempts ou soient exemptés de l'obligation qui leur a été récemment imposée de présenter chaque année le certificat écrit de la confession hebdomadaire.

« 6. Enfin, que dans la désignation des examinateurs pro-synodaux on conserve au chapitre la préférence en faveur de ses membres, au nombre de six. »

Les chanoines de Bergame ont confié leur cause à un habile avocat de Rome. D'autre part, l'évêché a pris un savant jurisconsulte.

Les arguments de part et d'autre sont exprimés dans le *folium* de la S. Congrégation que nous publions plus loin. Nous nous bornons à les indiquer en abrégé.

1. *Exemption de la visite ordinaire.* Le chapitre de Bergame est exempt de la juridiction ordinaire de l'évêque. Ce privilége repose sur les diplômes pontificaux et sur la coutume.

Au douzième siècle, le pape Anastase IV prescrit à l'évêque de Bergame de laisser au chapitre son ancienne liberté : « Sancimus, ut Bergomensis episcopus nullum vobis indebitum gravamen et inusitatum imponat, sed vos et ecclesiam vestram in antiquam libertatem dimittat. » Or, la *liberté* et l'exemption, c'est tout un.

Alexandre III, suivant les traces de ses prédécesseurs Innocent II, Lucius II et Adrien IV, prit le chapitre de Bergame sous la tutelle et la protection du Saint-Siége. Ces expressions désignent l'exemption passive de la supériorité de l'évêque.

En 1561, quinze ans après le décret réformateur que le concile de Trente avait rendu dans sa sixième session, Pie IV confirma les priviléges, prérogatives, immunités, libertés, exemptions du chapitre de Bergame.

En ce qui concerne particulièrement la visite pastorale le pape Grégoire X accorda formellement l'exemption, par cet article de sa bulle : « Vos, ecclesiam, et capitulum vestrum sub protectione apostolicæ sedis recipimus, et ab episcopali visitatione eximimus et liberamus. »

Autrefois le chapitre faisait lui-même la visite, et l'évêque s'en abstenait complètement. Dans les mémoires historiques de Ronchetti sur la ville et l'église de Bergame, on lit : « En 1353, l'archidiacre entreprit la visite personnelle pour la réforme de son chapitre, en commençant par l'archipêtre et continuant jusqu'au dernier chanoine. »

Le concile de Trente autorisa les évêques à visiter les exempts, en qualité de délégués apostoliques. C'est ainsi que les évêques de Bergame firent la visite de leur chapitre. En 1624, l'évêque Cornelius ouvrit la visite *tam nostra ordinaria, quam apostolica delegata auctoritate.* Cette formule se trouve dans une infinité de procès-verbaux des visites pastorales, en 1633, 1636, 1658, 1699. Au siècle suivant, Mgr Redetti, qui combattit vivement les priviléges du chapitre, prescrivit, en 1737, la visite *jure ordinario;* mais le chapitre résista, en opposant l'usage et le diplôme de Grégoire X, de sorte que le prélat finit par reconnaître l'exemption; en 1742, il adopta l'ancienne formule : *auctoritate ordinaria, et etiam apostolica ac delegata.* En 1745, le sénat de Venise exprima le désir « que l'évêque fît la visite suivant la pratique générale de ses prédécesseurs, en insérant dans les édits l'un et l'autre pouvoir, c'est-à-dire le pouvoir ordinaire et le pouvoir délégué ». Même formule en 1778.

Que répond l'avocat de l'évêché? Il nie que les diplômes des papes aient jamais accordé l'exemption au chapitre de Bergame. Ils ont défini la tutelle, en disant qu'ils défendaient d'usurper les biens des chanoines, de leur imposer des contributions et des charges. Cela n'a aucun rapport à l'exemption de la juridiction spirituelle.

Comme les chanoines observaient la vie commune, Honorius II défendit à l'archiprêtre de détourner à son propre usage les revenus capitulaires. On remarque dans tous les diplômes pontificaux une clause qui sauvegarde la soumission canonique envers l'évêque : « Salva tamen canonica catholicorum episcoporum Bergomensium reverentia. »

En 1140, à la demande de l'évêque, Innocent II déclara que les diplômes pontificaux n'exemptaient pas les chanoines de la soumission canonique envers l'évêque : «Canonici quoque S. Vincentii tam præsentes quam futuri canonicam et debitam obedientiam tibi tuisque successoribus exhibeant, nec occasione privilegii ab apostolica sede percepti eam subtrahant. » La tutelle et la protection du Saint-Siége ne furent accordées que dans le but de mettre à l'abri de toute spoliation les biens du chapitre qui, à cette époque, vivait en communauté.

Benoît XIV atteste que Vérone et Gênes étaient les seuls chapitres exempts qu'il y eût en Italie (*De Synodo,* lib. 13, c. 9, n. 2.)

Il ajoute que la tutelle et la protection du Saint-Siége n'exemptent pas toujours de la juridiction épiscopale. Il faut que l'exemption soit accordée dans des termes formels, non par la simple énonciation, mais par une disposition expresse : « Necesse omnino est ipsam exemptionem disertis verbis omnino concedi, ecclesiamque illam, seu hominum cœtum de quo agitur, non *enuntiative* aut *relative* seu *suppositive,* ut scribentes in foro loquuntur, sed *dispositive* ab ordinarii jurisdictione immunem, uni autem Ecclesiæ Romanæ subjectum et ad eam nullo medio pertinentem declarari. » La protection du Saint-Siége ne confère pas l'exemption de l'autorité épiscopale ; la décrétale *Ex parte, de privilegiis,* du pape Innocent III, consacre cette maxime. D'ailleurs les papes, en accordant leur protection au chapitre de Bergame, ont réservé la soumission canonique envers l'évêque. Les relations *ad limina* des évêques de Bergame ne parlent pas de la prétendue exemption. Si les évêques ont parfois accompli la visite pastorale *auctoritate ordinaria ac*

delegata, c'est parce que le chapitre renfermait alors certains membres exempts, comme protonotaires, prélats romains, etc. Mais on conserve un très-grand nombre d'ordonnances et de procès-verbaux concernant la visite qui s'appuient uniquement sur la juridiction ordinaire : 1593, 1617, 1658, 1666, 1680, 1688, 1710. En 1737, Mgr Redetti, voulant contenter le sénat de Venise, consentit à exprimer la délégation, pour avoir la paix. En 1835, le chapitre pria instamment Mgr l'évêque d'employer la même formule ; le prélat consentit, afin de prévenir un conflit.

II. *Procédure. Adjoints.* Si le chapitre de Bergame est exempt, comme son avocat le prétend, il y a lieu d'observer le décret du concile de Trente, chap. 6 de la session 25, lequel prescrit que deux *adjuncti* désignés par les chanoines siégent comme assesseurs de l'évêque dans toute procédure criminelle contre un membre de la corporation : « Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex capitulo duos, de quorum consilio et assensu episcopus vel ejus vicarius tam in formando processum quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive... procedere teneatur.» En 1756, Benoît XIV, par bref du 17 mai, reconnut ce droit au chapitre de Vérone. La S. Congrégation du Concile a rendu une décision semblable pour le chapitre de Trévise le 15 juin 1858.

Voici la réponse de l'avocat épiscopal. Le décret du concile de Trente sur les *adjuncti* concerne uniquement les chapitres exempts. Or l'exemption des chanoines de Bergame n'existe pas, on vient de le prouver.

III. *Visite pastorale.* De temps immémorial deux chanoines de la cathédrale ont toujours accompagné Mgr l'évêque dans ses visites pastorales. En 1578, Mgr Ragazzoni prit deux chanoines que le chapitre désigna. Ses successeurs agirent de même pendant plus de cent quarante ans. Un conflit s'éleva en 1727, sous Mgr Redetti ; il fut convenu que le prélat demanderait au chapitre des chanoines co-visiteurs, tout en protestant qu'il entendait réserver ses droits. C'est ce qui s'est continué jusqu'à ce jour.

L'avocat de l'évêché nie que Mgr l'évêque soit obligé de se faire accompagner dans les visites pastorales par deux chanoines que le chapitre désigne. Le concile de Trente, contre lequel aucune prescription n'est admise, confie à l'évêque le droit de visiter les chapitres exempts eux-mêmes, malgré toutes exemptions et priviléges. Le quatrième concile provincial que S. Charles Borromée célébra à Milan en 1576, remit aux évêques le droit de prendre à leur gré les co-visiteurs qu'ils croiraient : « Unum vel duos canonicos, vel alios quoscumque homines ecclesiasticos, quos usui et adjumento sibi fore viderint, prout maluerint, secum in ea visitandi cura adhibeant. » Aussitôt après le concile de Trente, les registres des visites pastorales, de 1561 à 1567, ne disent pas mot des co-visiteurs capitulaires. Si quelques évêques ont toleré la nomination des deux chanoines, ce fut là une chose facultative, laquelle pouvait d'autant moins engager leurs successeurs qu'ils réservèrent expressément les droits épiscopaux. Deux jugements du sénat de Venise rejetèrent la prétention des chanoines.

IV. *Collation des canonicats.* C'est le point capital de la controverse. Le chapitre soutient qu'il est en possession depuis les temps les plus reculés du droit de conférer les dignités et les canonicats. Une bulle du pape Sixte IV reconnaît cette prérogative comme déjà ancienne et comme paisiblement exercée : « Receptio, et admissio, ipsarumque præbendarum dum vacant collatio et provisio, de antiqua et adprobata et hactenus pacifice observata consuetudine. » C'est ce qui fut toujours observé. En 1817, le gouvernement autrichien s'attribua la nomination des chanoines; mais en 1859, après la cession de la Lombardie, le chapitre rentra nécessairement en possession de ses anciennes prérogatives. Depuis, Mgr l'évêque a conféré quelques canonicats, il est vrai, et le Saint-Siége a ratifié la nomination *pro hac vice... salvis cæteroquin capituli juribus.* Mgr l'évêque actuel, nommé chanoine en 1842, demanda et obtint l'institution du chapitre ; après son installation, il a accoutumé de renvoyer tous les chanoines au chapitre, « pour qu'il ait la complaisance de conférer l'institution canonique au sujet nommé, suivant l'usage. » Quoique le concile de Trente réserve à l'évêque l'institution canonique des bénéfices, cette disposition ne comprend pas les canonicats érigés précédemment. En 1856, la S. Congrégation du Concile a sanctionné en faveur du chapitre de Trévise, non-seulement la collation, mais aussi l'institution des prébendes canoniales.

Contrairement aux prétentions des chanoines, l'avocat de l'évêché soutient que les anciennes bulles n'accordent pas le moins du monde le pouvoir de conférer les canonicats sans l'intervention et l'approbation de l'évêque. Au reste, en admettant que la coutume ait autrefois existé, elle a perdu toute valeur par suite du changement opéré dans la situation de la cathédrale, et en vertu de la prescription qui s'est formée depuis ce changement radical. A partir de 1805, le chapitre de Bergame a perdu la nomination des chanoines. En 1817, la chancellerie aulique de Vienne rendit une ordonnance qui décida que la nomination aux dignités et aux canonicats appartiendrait à l'empereur et que l'évêque nommerait les chapelains. Le concordat de 1855 confirma la nomination impériale. Le concordat est encore en vigueur, car le Saint-Siége ne l'a pas révoqué. Dix ans suffisent pour établir la prescription ; depuis 70 ans, le chapitre a perdu la nomination.

Il est vrai que la S. Congrégation du Concile, en 1858, reconnut au chapitre de Vérone le droit de conférer les canonicats ; mais le cas diffère entièrement de celui de Bergame. En effet, le chapitre de Vérone jouissait indubitablement du privilége de l'exemption ; il possédait le droit de patronage ecclésiastique sur les canonicats et les chapellenies ; enfin, à partir de 1805, l'évêque avait toujours traité de concert avec les chanoines la nomination des sujets que le prélat présentait au gouvernement.

Tels sont les principaux articles du procès. Le 20 juillet 1878, la S. Congrégation n'a pas rendu de décision ; l'affaire est donc renvoyée. Voici le *folium* de la S. Congrégation.

Bergomen. Privilegiorum et jurium. — Die 20 julii 1878. In summitate montis vulgo *Borgo Canale* illustris Bergomensis civitatis anno ab Incarnatione Dominica tercentesimo sancta mulier Grata nomine amplissimam construxit ecclesiam, quam sancto Alexandro martyri dedicavit, quæque subinde pro unica cathedrali reputata, et successive trium dignitatum unius supra quadraginta canonicorum collegio decorata fuit. Ad preces Berengarii senioris Italiæ regis anno 9[illegible]8 Adalbertus de Carimalis memoratæ civitatis episcopus aliam ecclesiam in medio civitatis extructam, quæ tunc sanctæ Agneti martyri dicata reperiebatur in honorem sancti Vincentii martyris consecravit, concathedralem declaravit inibi transferendo ab ecclesia S. Alexandri archipresbyterum ac vigintiquatuor canonicos. Exinde plures exortæ lites atque dissidia, in quibus tamen (ut verbis utar Innocentii XI fel. rec.) « pro certo semper et incontroverso habitum fuit ecclesiam cathedralem Bergomen. duabus quidem materialibus ecclesiis, sed unico tamen capitulo constare. »

Ad dictam civitatem magis magisque miniendam a reipublicæ Venetæ moderatoribus anno 1561 prædicta S. Alexandri ecclesia solo æquata venit, exinde necessitate cogente canonici ejusdem servitio addicti ecclesiam S. Vincentii contenderunt inita cum dictæ ecclesiæ canonicis conventione, ut una cum eis in eodem choro residerent ea tamen lege, ut inde discedere et sacra supellectilia secum asportare possent quoties ipsis visum fuisset, ac cum pactis et conditionibus hujusmodi, utriusque cleri impermixto censu manente, non tamen absque continuis discordiis et innumeris litibus continuarunt. Ad quas porro sedandas summo annuente principe Innocentio XI utriusque capituli unio peracta fuit. Rem ita enarrat recitatus pontifex: « Ad omnium bonorum vota, ad canonicorum quietem posita fuit pars supprimendi duas antiquas congregationes, uniendi patrimonium, mobilia omnia, jura capellarum, ac titulorum institutiones, jurapatronatus, privilegia, redditus altarium, et omnium fabricarum, jurisdictiones, et prærogativas et omnes domos canonicales. »

Dominantibus at vero Gallis in hac peninsula sub finem anteacti sæculi et decurrentis initium non modo canonicorum Bergomensium numerus coarctatus fuit, verum etiam prius civili imperante lege et dein ex conventione inter apostolicam majestatem et S. Sedem anno 1855 inita de utriusque potestatis consensu jus quod sibi addicebat capitulum conferendi dignitates, canonicatus, capellanias cæteraque capitularia officia eversum fuit, quin lapidem ullum capitulum moveret. Verum cum anno 1865, ceu quodcumque aliud capitulum, semet ab episcopo censeri persensisset, illico ad S. Ordinem suos detulit clamores, exponens semet expoliari tot juribus tantisque privilegiis, quæ sive ex dispositione Romanorum pontificum, sive ex immemorabili consuetudine jamdiu acquisiverat. Ab eo tamen tempore usque in præsens ob partium silentium siluit et causa, quam resuscitavit capitulum occasione vacationis canonicatus, cujus nominationem in vim privilegiorum sibi ipsum contendebat.

Ne autem EE. VV. graventur onere perlegendi omnia quæ in causa hodie minime deducuntur, heic tantum innuere censui ea jura eaque privilegia super quibus capitulares EE. VV. sapientissimum exquirunt judicium. Declarari enim ipsi efflagitant quod episcopus non valeat visitationem super capitulo exercere « nè in corpo nè nei singoli capitolari colla sola sua ordinaria autorità, ma con l'autorità apostolica delegata ; 2° che il vescovo occorrendo un procedimento contro qualunque capitolare debba a forma di legge per gli esenti *inquirere cum deputatis a capitulo* ; 3° che volendo il vescovo compiere per se o per suoi vicari la visita pastorale della diocesi, il capitolo deputi due canonici convisitatori, i quali assistano e intervengano a tutti gli atti della visita ; 4° quod ad capitulum spectet la nomina alle dignità, ai canonicati, alle cappellanie, agli uffici capitolari ; 5° che sia riconosciuto nei canonici, e nel capitolo cattedrale di Bergamo l'antico privilegio immemorabile di confessare e predicare nella diocesi con facoltà abituale, come si è praticato e si pratica ancora da tutti i canonici delle altre cattedrali della provincia di Milano, non che da tutti i parrochi della diocesi di Bergamo fuori della loro parocchia, salvo all'ordinario il diritto di accertarsi all'uopo della idoneità dei singoli, e di sospendere chi se ne fosse reso indegno, nec non « che lo stesso capitolo e gli stessi canonici siano dichiarati esenti, o altrimenti esentati dall'obbligo recente loro imposto di presentare annualmente il certificato scritto della confessione ottidna ; — demum — 6° che nella nomina degli esaminatori pro-sinodali sia mantenuto il capitolo nella preferenza a favore de' suoi membri, in numero di sei. »

Habitis hisce precibus, actisque de more completis hodiernis in comitiis causam pertractandam duxi sub dubiorum formula in calce hujus libelli relata, quæ ab episcopi patrono in sua allegatione proponuntur, quæque a defensore capituli, me interrogante, accepta fuere, si demas quartum dubium, in quo ipse contendit agere non modo de jure collationis, sed et institutionis circa dignitates etc. favore sui clientis. In tanta quæstionum mole illud ex officio concinnare non volui ; an partes et hanc quæstionem proponere voluissent ; ignorabam ; allegationes cum dubiis jam typis impressæ exhibitæ fuerunt, inutiliter concordiæ studui, quare illud quod in calce prostat amplexi, exorantes EE. VV. ut si etiam de institutione agere velint, etiam in hoc sensu vocabulum *conferendi* explicent, cum vestram sapientiam non lateat aliquoties verbum collatio pro institutione a canonistis usurpari. Reliquum nunc itaque est ut breviter attingam momenta rationum quæ in allegationibus distribuendis utrinque late disputantur.

Antequam ad argumenta ennucleanda quæ pro singulis militant dubiis descendat orator qui pro capitulo causam dicit, animadvertere curat injuria dici, post gallorum irruptionem de anno 1796, solutum fuisse capitulum a sæculari potestate, proptereaque omnia illius jura ac privilegia extincta fuisse, quæ haud ipsum absque specifica mentione recuperare poterat postquam anno 1805 ad vitam revocatum fuerit. Siquidem monet eum Lotterio, *De benef.* lib. 1, quæs. 14, n. 107, seqq. ibi : « Si per tyrannidem vel hostilitatem occupentur bona collegii, non tamen desinit collegium esse. » Collegium enim, quod ecclesiæ auctoritate personam et jura accepit, quidquid sæcularis potestas, aut externa vis quælibet moliatur, numquam juribus aut persona privari potest absque nativa atque legitima Ecclesiæ definitione ad tradita per Bald. in Margar. ad Innocent. loco repertor. in verbo *Civitas* et Piton. *Disc. eccl.* 8, n. 17 : « Præmittenda est distinctio communiter recepta per scribentes quod, vel collegialitas defecit in Ecclesia, et extincta remansit auctoritate superioris, causa cognita, et tunc amplius non durat... vel oppressione hostium et similibus; et tali casu collegialitas, semper durare censetur in habitu, etiamsi non fuerit in actu vel usu per quodcumque longissimum temporis spatium. » Verum in facto animadvertit a veritate alienissimum esse quod anno 1796 capitulum a sæculari potestate vere extinctum fuit. Siquidem die 16 septembris 1803 lata lex venit in conventione inter Pium VII fel. rec. et Italiæ reipublicæ moderatorem inita, in qua disertissimis verbis non restitui, sed capitula servari præceptum fuit, art. 9: « I capitoli delle cattedrali saranno conservati ; » nec unquam auditum fuisse sustinet superiore sæculo exeunte capitula

cathedralia interiisse ita ut hodie nihil ex iis juribus teneant, quibus olim potiebantur.

Quibus animadversis ad primum dubium descendens, orator contendit episcopum non pollere auctoritate visitandi capitulum auctoritate ordinaria, sed apostolica ac delegata in vim concilii Tridentini cap. 4, sess. 6 de Ref., quia capitulum Bergomense gaudet exemptione ab episcopi potestate ordinaria. Quod ut probet, distinguit cum Scarfantonio *Animadvers. ad Ceccoper.* lib. 4, tit. 14, n. 1 et seq. inter exemptionem activam et passivam. Passiva dicitur exemptio quæ subtrahit exemptos ab ordinaria jurisdictione episcopi, quin eis tribuat aliquam jurisdictionem in alios ecclesiæ ministros; activa utrumque concedit. In causa primam tantummodo vindicat, nec ab universa episcopi jurisdictione, sed in certis quibusdam actibus quos sæcularis vel immemorabilis possessio præservavit. Hoc jus, ait, vel privilegio vel consuetudine probari solet: utrumque pro capitulo conspirat.

A privilegiis instituens, recitat orator verba Anastasii IV quibus episcopum vetuit ne capituli libertatem læderet: « Ad hæc quoniam quidam sacerdotum ad exhibendas vobis supradictas fidelitates moras innectunt, et quibusdam subterfugiis eas retardare præsumunt, auctoritate apostolica statuimus et juxta veterem consuetudinem ecclesiæ vestræ incontinenti post susceptos ordines eas vobis exhibeant, et si statim exhibere contempserint, donec exhibeant, a susceptis ordinibus arceantur. Præsenti etiam decreto sancimus, ut Bergomensis episcopus nullum vobis indebitum gravamen et inusitatum imponat, sed « vos et ecclesiam vestram in antiquam libertatem dimittat. »

Libertatem autem in casu exemptionem importare probat verbis Innocentii III in capite 14 de privil. Barbosa *De off. episc.* alleg. 123, num. 10, seqq. et Schmalzgrueber lib. 5, t. 33, num. 268, seq. ibi: « Dub. 1. Quis tenor debeat esse literarum apostolicarum, ut ex iis exemptio colligi et probari possit. Respondetur plures esse ejusmodi formulas.... Talia sunt.... si dicatur in privilegio quod ecclesia talis [Ecclesiæ Romanæ annuum censum solvat in signum et indicium libertatis ab ea perceptæ; *nam libertas et exemptio idem sonant.* » Quibus allegationibus subnectit orator Alexandrum III qui ad Adelardum archidiaconum Bergomensem scribebat: « Ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Innocentii, Lucii et Hadriani.... una cum vestræ congregationis collegio.... sub apostolicæ Sedis tutelam protectionemque suscipimus. » Susceptionem autem sub tutela et protectione S. Sedis importare exemptionem passivam a superioritate episcopi probat auctoritate Scarfanton. ad Ceccop. lib. 1, tit. 9, num. 23. Præterea Pius IV anno 1561 scilicet multo post decretum Trident. in cap. 4, sess. 6 de Ref. sanctionem concessit capitulo « omnium et singulorum privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, libertatum, exemptionum, » quæ Bergomensi Ecclesiæ fuerant « tam apostolica, quam imperiali, regia, ducali et alia quavis auctoritate concessa. » Item Paschalis II rescripsit eidem capitulo: « Nec episcopo autem facultas sit vobis, aut loco vestro gravamen inferre, nec ulli hominum liceat eamdem ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, etc. »

Quæ verba exemptionem importare tenet cum S. hac Congr. quæ in Bergomen. exemptionis 18 decemb. 1858 decrevit ecclesiam sanctæ Mariæ Majoris et sodalitium inibi existens exemptione frui a jurisdictione episcopi in vim apostolicæ bullæ a Nicolao V anno 1453 expeditæ, qua inhibebat « episcopo Bergomensi... ne de ipso consortio aut ejus ecclesiis, capellis, hospitalibus et bonis... se intromittat, aut illa directe vel indirecte... vexare, molestare seu alias quoquo modo perturbare. » Propositis sane dubiis: « 1. An et quomodo constet de exemptione ecclesiæ S. Mariæ Majoris ac sodalitii a Misericordia nuncupati a jurisdictione episcopi in casu? et quatenus affirmative 2. An et quomodo competat episcopo jus visitandi tam ecclesiam quam sodalitium in casu; rescriptum fuit: Ad primum, *Affirmative ex bulla Nicolai V, servatis tamen moderationibus a sacrosancto Concilio decretis.* Ad secundum, *Affirmative jure delegato.* Quod si hoc unum pro minori ecclesia ad plenam exemptionem profuit, a fortiori id cum aliis præsidiis conjunctum pro ecclesia cathedrali sufficere censet, maxime quia capitulum censuum solutiones Ecclesiæ Romanæ rependere consueverit in signum subjectionis et perceptæ libertatis; quod unum exemptionem importare ab ordinariorum jurisdictione probat auctoritate Barbos. *De episcop.* alleg. 123, num. 21.

Quin oggeri valeat exemptionem de qua sermonem habet Paschalis II tantum capituli bona afficere cum eo tempore concessa fuerit ad effrænandam audaciam episcopi Arnulphi qui de bonis ejusdem ecclesiæ faciebat donationes et venditiones. Factum enim quod per quatuor ferme sæcula tum pontifices cum imperatores, et Venetiarum duces Bergomense capitulum honoribus et privilegiis cumularunt haud repetendum tenet ex perbrevi unius invasoris episcopi dominatu: præterquam quod observat formulam a Paschali II adhibitam contrarium edocere per ea verba: *Nec episcopo facultas sit vobis aut loco vestro gravamen inferre.* Minusque officere prosequitur objectionem tam ex eo deductam quod si exemptum esset capitulum ostendere deberet quod caput agnosceret, quam ex plurimorum pontificum literis excerptam in quibus expresse demandatur capitulo *canonica et debita* episcopo *obedientia.* Siquidem passiva exemptio atque immunitatis privilegia solummodo præstant ut in quibusdam actibus exempti omnino liberi censeantur, quamquam in reliquis ordinariæ potestati subjiciantur juxta doctrinam Innocentii III, in cap. 16. Hinc obvio jure fit aliquem et subjectum esse episcopo et ab eodem exemptum juxta rerum adjuncta « sicque compatiuntur ista duo quod aliquis certo respectu sit ab ordinario exemptus, et alia ratione sit eidem subjectus. Rota in *Firmana* jurisdictionis 10 maii 1700, cor. Molines, §. *Non enim.* Cui concinit Rota in decis. 11, n. 15, de offic. ordin. cor. Falconerio. Schmalz. lib. 5, tit. 33, n. 252.

Huc re perducta redit ad visitationem orator a qua episcopum non prohibere declarat, immo libenter excipit, dummodo procedat ut cum exemptis procedendum est, auctoritate apostolica ac delegata.

Plena, ait, antiquitus et absoluta erat exemptio. Vetustissimum hac de re privilegium capituli tabularium exhibet, cujus auctor ignoratur, hisce verbis: « In quibus nullus episcopus Bergomensis injustum vel inhonestum gravamen imponere valeat, nec etiam prætextu episcopalis visitationis, a qua liberi et exempti esse dignoscemini. » Accessit recentior confirmatio Gregorii X qui ita disposuit: « Vestris supplicationibus clementer annuentes, vos, ecclesiam et capitulum vestrum sub protectione apostolicæ sedis recipimus, et ab episcopali visitatione eximimus et liberamus. »

Ne autem horum monumentorum auctoritas in discrimen adduci valeat, describit votum Gratiani a capitulari tabularii magistro editum, quod ita se habet: « Ulterius idem capitulum habet aliud privilegium, quo eidem concessa fuit ab episcopi jurisdictione plenaria exemptio: et illud emanavit biscentum ab hinc annis a papa Gre-

gorio X, et reperis descriptum cum caracteribus antiquis. »

Ad possessionem deinde deveniens, edicit quod initio capitulum per se, uti par erat, suam visitationem peragere solebat, omnino abstinentibus episcopis. Ita anno 1353 teste Ronchetti in suis memoriis historicis civitatem et ecclesiam Bergomensem respicientibus: « L'arcidiacono intraprese la visita personale ad emendazione del suo capitolo cominciendo dall' arciprete e proseguendo ad uno fino all' ultimo dei canonici. E probabile che lo stesso facesse il prevosto coi canonici di S. Alessandro il che praticavasi per essere gli uni e gli altri privilegiati dall' essere personalmente dal vescovo visitati. » Post editum Gregorii privilegium constat canonicos a capitulo delegari consuevisse « ad faciendum et providendum ea omnia quae fuerint necessaria, tam circa visitationem ecclesiæ cathedralis quam capellanorum. » .... Edito Tridentini decreto, unde facultas episcopis data est visitandi exemptos jure delegato, episcopus Cornelius anno 1624 visitationem indixit: « Tam nostra ordinaria, quam apostolica delegata auctoritate. » Anno 1633 episcopus Grimanus: « Auctoritate sua et apostolica. » Ita pariter, triennio post episcopus Justinianus, ita anno 1658 episcopus Barbadicus, ac anno 1699 episcopus Buzzinius. Nec secus exacto sæculo ac deinceps. Nam episcopus Redetti, qui in oppugnandis capituli privilegiis diu atque acerrime dimicavit, visitationem jure ordinario instituit anno 1737; at quia restitit capitulum, et consuetudinem opposuit quam munivit privilegio Gregorii X, tandem recognovit exemptionem capituli, et anno 1742 visitationem peregit « auctoritate ordinaria, et etiam apostolica ac delegata. » Nec aliter se gessit anno 1778 episcopus Delphinus. Quod si prosequitur orator, tercentum annorum spatio tres tantum episcopi jura capituli contempserunt, hæc raritas incredibilis demonstrat brevissimis usurpationibus redintegrationem capituli semper ac diutissime successisse.

Addit tandem uti facti testimonium documentum editum anno 1745 a laica potestate, quo dicitur: « Desiderare il senato, ch' egli (episcopus) faccia la visita suddetta secondo la pratica universale dei vescovi predecessori, inserendo negli editti della visita stessa l'una e l'altra autorità, cioè l'ordinaria e la delegata. »

Ex quibus omnibus concludit consuetudinem adeo antiquam ac tot exemplis confirmatam nativæ capituli exemptioni atque originario de visitatione privilegio respondere, ideoque attenta exemptione quidquid Tridentinum disposuit auctoritate apostolica esse servandum.

Ex hucusque demonstratis plane ad secundi dubii responsum descendere pergit orator. Statuta enim capituli exemptione a jurisdictione ordinaria episcopi ambigi nequit, quominus favore ipsiusmet applicanda sit dispositio Tridentini in cap. 6, sess. 25 de Reform. in quo dicitur licere semper episcopo visitationem et correctionem adversus canonicos, « ita tamen ut cum extra visitationem processit, capitulum initio cujuslibet anni eligat ex capitulo duos de quorum consilio et assensu episcopus vel ejus vicarius tam in formando processum quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive... procedere teneatur. » Quam porro dispositionem locum habere dumtaxat in iis capitulis qui aliqua exemptione præstant sæpe sæpius S. V. Ordo declarasse testatur Benedictus XIV *De synod. diœc.* lib. 13, cap. 9, num. 9; qui ulterius literis apostolicis diei 17 maii 1756, § 8, hoc jus recognoverat in capitulo Veronensi minoribus etiam privilegiis ditato. Quibus addit definitionem cujusdam congregationis particularis, ipso orante, data in causa *Tarvisina* jurium capitularium, die 15 junii 1858, in qua proposito dubio: « An episcopus extra visitationem in criminalibus procedens, teneatur adjunctos canonicos adhibere ad formam S. concilii Tridentini, cap. 6, sess. 25 de Reform responsum fuit: *Affirmative.*

Ad tertium dubium deveniens orator exponit, quod capitulum ante Tridentinum per se visitabat ecclesiam cathedralem; at hoc jure ab œcumenica synodo episcopis privative tributo, pro Bergomensi capitulo invaluit, ut episcopo visitanti saltem duo capituli membra adjungerentur. Sic episcopus Ragazzoni anno 1578 comites in visitatione canonicos a capitulo electos admisit, ac non secus se gesserunt per annos ultra centum quadraginta alii episcopi Bergomenses, nempe: Milani, Emi, Corneli, Augustinus Prioli, Grimani, Barbadico, Giustiniani, Ruzzini, Petrus Prioli et ita usque ad annum 1727, quo lis exarsit, ac decennio producta tandem res ita composita fuit, teste episcopo Redetti, ut episcopus a capitulo petierit canonicos convisitatores, prævia tamen protestatione quod serventur omnia jura sibi (episcopo) competentia. Deinde usque ad nos res eodem modo processerunt, ita ut episcopus Morlacchi professus sit de capitulo: « Che goda il privilegio di deputare due Canonici che assistano nella visita », et episcopus Laudensis Benaglio interrogatus anno 1858 utrum capitulum hoc privilegio polleret, responderit: *Affirmative perantiqua consuetudine.* »

Frusta objicitur, subdit orator, chori officium deperire si duo canonici comitantur episcopum, adsunt enim in cathedrali sedecim canonici et novem beneficiati. Neque obstat Tridentini decretum in cap. 4, sess. 6, de ref. quia ad causam non pertinet, ut cuique legenti videre est, et quia licet pertineret, consuetudinis derogatio respiceret visitationem ipsam, minime vero illius peragendæ modum. Ex quo concludit nihil esse in casu, quod trium sæculorum consuetudinem convisitatoribus oppugnare valeat.

In quarto dubio orator evincit jus ad capitulum spectare conferendi et instituendi non modo ad dignitates et canonicatus, sed et minora beneficia. Ac relate ad dignitates et canonicatus rejicit concessionem episcopi, qui censet hoc privilegium ab initio concessum fuisse capitulo ab episcopo B. Adalberto, ut exinde inferat electionem indigere confirmatione episcopi. De eodem privilegio hoc unum dicit certo sciri auctoritate pontificis Sixti IV, quod canonicorum « receptio, et admissio; ipsarumque præbendarum dum vacant collatio et provisio, de antiqua et adprobata et hactenus pacifice observata consuetudine, » ad capitulum pertinent. Hæc usque ad Sixtum IV; a tempore autem hujus pontificis usque ad gallicam et austriacam in hoc sæculo dominationem capitulum consuevisse collationes peragere pluribus probat documentis in summario adductis. Ex quibus firmatam censet immemorabilem consuetudinem favore capituli ipsius, quæ teste Rota in *Fanen.* canonicatuum 5 maii 1700 coram Caprara, § *At quia*, sufficit ad præscriptionem inducendam in iis quæ sunt jurisdictionis episcopalis; quin etiam seposita pontificiæ confirmationis auctoritate sufficeret centenaria ad jus constituendum. Audiatur sane, ibi: « Collatio canonicatuum et præbendarum potest esse solius capituli vel vigore immemorabilis uti favore capituli Beneventani contra archiepiscopum dictæ civitatis respondit Rota.... vel vigore centenariæ, ut pariter fuit dictum in decis. 124, n. 2, p. 3 rec. »

Neque difficultatem facessit ad confirmationem superioris statuendam quod « Nell'anno 1194 il papa Celestino III mandò a Bergamo Siccardo vescovo di Cremona e Dionisio abbate di Cerreto deputati per sostenere l'elezione del capitolo. » Super electione canonicorum Bergomensis ecclesiæ a canonicis facienda, et ab ipsis episcopo et abbate de mandato domini papæ confirmanda; « exortis enim controversiis inter capitu-

lum et episcopum pontifex dictos prælatos misit ut ipsi capituli electionem sustinerent. Confirmatio autem a Dionysio abbate de mandato pontificis præstanda fuit. Neque pariter quod Sixtus IV non loquatur de collatione *libera;* in jure enim tres solummodo species providendi agnoscuntur : electio, præsentatio et collatio, quæ semper libera est, uti cum admittit favore capituli ipse episcopus quoad cæteros canonicatus excepta theologali et pœnitentiaria, ait enim : « Negari non potest canonicatuum ecclesiæ Bergomensis collationem, exceptis duabus præbendis theologali et pœnitentiaria fuisse jam ab antiquo libere exercitam a Bergomensi capitulo. » Præterea non nocere autumat actualibus canonicis, quod eorum antiqui decessores aliquando invocaverint sæcularis potestatis definitionem, quia « delicta majorum immeritus lues, et quia regula nona cancellariæ quæ post const. Martini V in concilio Constantiæ, auctore Nicolao V certam de reservatione mensium apostolicorum legem dixit, duas pares habet : alteram de reservatione, alteram de arternativa pro episcopis residentibus. In utraque parte contra regulæ violationem pœna indicitur, sed vario discrimine : nam in alternativa pontifex : «Voluit ut si ipsi (episcopi).... in dispositione beneficiorum.... dispositioni suæ et dictæ Sedis alias quomodolibet reservatorum vel affectorum sese intromiserint... usu et beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existant, ac collationes, et aliæ dispositiones de beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris vel momenti. » In reservatione vero aliter se res habet, et nihil aliud præcipitur quam nullitas peractæ collationis. At quidquid sit de antiquis canonicis, quos antiqui episcopi imitati sunt, præsens episcopus nihil habet quod in præsenti capitulo reprehendat.

Posita collationum immemorabili consuetudine, posito privilegii testimonio quod tribus et ultra abhinc sæculis pontificiæ literæ præstiterunt, ad propriora deveniens edicit quod res ita processerunt usque ad edictum regium anni 1817 quo supremus Austriæ princeps nominationes ad canonicatus in italica imperii parte sibi addixit; sed postea in concordato cum Apostolica Sede aliter placuit, donec tandem anno 1859 Austriacus imperator omnibus suis juribus in Longobardorum provincia abdicavit, et collationum ratio jure postliminii in antiquam libertatem rediit : quin objici possint recentes episcopi collationes, quas S. Sedes lite jam pendente indulsit: *pro hac vice, salvis ceteroquin capituli juribus.*

Præter conferendi privilegium, etiam jus instituendi ad capitulum pertinere edicit orator, quod ex diuturna possessione promanat. Neque in dubium revocari potest ab episcopo qui anno 1842 ad canonicatum electus, a capitulo institutionem petiit et accepit, et ad episcopatum evectus omnes canonicos ad capitulum ablegare solebat, « affinchè si compiaccia, giusta la consuetudine, di conferire al nominato la canonica istituzione. »

Canones autem non resistunt quominus jus instituendi capitulo competat ex consuetudine. Sane institutio alia est auctorizabilis quatenus jurisdictionem delegat in cura animarum, alia quæ titulum confert vel possessionem. Prior uti alienissima a canonicatibus præbendis nonnisi jure resistente præscribitur quamvis præscribi valeat, alia etiam sola consuetudine induci potest, uti perbelle docet Fagnanus in cap. *Cum ecclesia*,3 de caus. possess. et propr. num. 28 et seqq., ubi de collativa loquens institutione tradit quod « hæc quamvis de iure spectet ad episcopum tantum ..... canones tamen non resistunt quominus competat ex consuetudine archidiacono, quin imo huic consuetudini assistunt. » Unde episcopus ad tradita in cap. 12, sess. 14 de Reform. instituere quidem valet ad præbendas post Tridentinum erectas, in cæteris vero capituli jura servanda sunt, uti censuit S. Congreg. part. in *Tarvisina* jurium capitularium 28 novemb. 1856.

Hanc consuetudinem immemorabilem everti non posse contendit per tria exempla ab episcopo adducta, quibus sustinet post capituli reintegrationem de anno 1805 institutionem concessam fuisse ab episcopo pro tempore sive ejus vicario generali; quia hæc exempla neoterica veritati minime respondent. Sane anno 1805 archipresbyter qui antea archidiaconus erat, novam institutionem a nemine accepit, et episcopus Delphinus anno 1806 coram sæculari gubernio dilucide protestatus est collationem et institutionem in omnibus præbendis *ad capitulum* pertinere. Verum quod institutio anno 1842 ab episcopo data est, sed ex peculiari conventione et pro ea vice, « per questa volta tanto, » uti episcopus significavit in literis ad capitulum datis. Cæterum actualis præsul capitulo presbyterum Bonaldi proposuit : « affinché si compiaccia giusta la consuetudine, di conferire al nominato la canonica istituzione. »

Quæ de præbendis et dignitatibus in genere disputavit orator, iisdem rationibus aptari censet archipresbytero, theologo et pœnitentiario. Ab archipresbytero incipiens præmittit ipsum habere curam actualem animarum, dum cura habitualis penes capitulum residet, quod pluribus allatis documentis probare satagit. Ex quo sequitur quod archipresbyteralis dignitas semper absque concursu collata sit a capitulo, uti reapse factum est annis 1764, 1793, 1805 et aliis una dempta vice, qua capitulum permisit episcopum ad institutionem procedere, reservatione tamen adjecta quod actus « non debba menomamente essergli di pregiudizio per le successive istituzioni dell'arciprete. » Neque dici potest quodlibet capituli jus ad institutionem evanuisse anno 1805 quando « dopo la riorganizzazione del capitolo.... (fuere) riunite alla cattedrale le parocchie di S. Eufemia, di S. Pancrazio, di S. Cassiano, di S. Michele dell'Arco, e parte di quella del SS. Salvatore, » in quas nullo privilegio præditum erat capitulum; tralatitium enim in jure est quod adjecta beneficia eamdem legem obeunt unde regitur illud cui subjecta sunt.

De theologali et pœnitentiaria meminit orator eas capitulum perpetuo contulisse, ut de prima accidit anno 1797 et 1825, de secunda anno 1770 et 1807. Juribus capituli vindicatis protestatur orator se nullimode contemnere jura S. Sedis circa mensium reservationes ex regula IX, sed revereri « le riserve apostoliche e qualunque diritto della S. Sede. » Subdit tamen Bergomi et in tota Veneta ditione hujusmodi reservationes in desuetudinem abiisse, et contra hoc factum nec apostolica Sedes nec episcopi umquam protestati sunt. Præterea post Gallicam invasionem in conventione diei 16 septembris 1803 artic. 12 legitur : « Sua « Santità accorda ai vescovi il diritto di conferire le paroc- « chie che verranno a vacare in ogni tempo, » et quod de parœciis dicitur, de præbendis in genere tenendum esse censet hac in re de reservatione. Deinceps viguit regium decretum *Præcipiens* in artic. 1 : « La nomina alle dignità e ai canonicati nei capitoli cattedrali ed insigni del nostro regno d'Italia è riservata al re sulla proposizione dei rispettivi ordinarii diocesani, » donec in conventione anni 1855, artic. 22 statutum fuit : « In omnibus metropolitanis, archiepiscopalibus suffraganeisque ecclesiis Sanctitas Sua primam dignitatem conferet, nisi patronatus laicalis privati sit, quo casu secunda substituetur; ad cæteras dignitates et præbendas canonicales majestas sua nominare perget, exceptis permanentibus iis, quæ liberæ collationis episcopalis sunt, vel juri patronatus legitime adquisito subjacent. » Porro in facto esse ait tria ex canonicalibus beneficiis recenter erecta juripatronatus capituli esse obnoxia, ideoque pro his apostolicæ reservationi locus non est ad tradita per Riganti ad reg. IX Cancel. § 2, num. 162 et seqq.; antiqua vero cum fundationum instrumenta deficiant, immunia censet

per centenariam juxta doctrinam Riganti loc. cit. num. 193 et seqq.

Ad minora beneficia descendens orator, edicit quod anno 1817 laicali decreto episcopis collatio data est; hodie vero, recedente Austriaci gubernii potestate, omnia ecclesiarum jura pristinam libertatem recuperarunt, ac propterea capitulo restituenda est eorumdem collatio. Quod ut probet plura in summario adducit documenta, ac inter cætera capitulares constitutiones quibus decernitur « quod ille vel illi ad quem vel ad quos de ipso capitulo pertinet collatio seu institutio alicujus suprascriptorum capellanorum seu mansionariorum suprascriptæ ecclesiæ Pergomensis, in institutione seu collatione per eum facienda teneatur, et debeat deferre sacramentum. » Neque regerere fas est, quod cum episcopus Delphinus, initis cum italico gubernio consiliis, ejusque successores canonicos et capellanos in restitutum capitulum elegerint, ita ut gaudeat episcopus beneficio præscriptionis. Regerere hoc fas non est, quia episcopus Delphinus nil aliud fecit quam executioni demandare quoddam decretum laicæ potestatis quo cautum fuit ut coarctato choralium numero canonici qui antiquitatis jure præstabant sedes occuparent, atque a gubernio stipendia reciperent habitis cæteris uti honorariis. Capellanos quod attinet unus antiquis fuit adjectus regia delegatione. Exinde patet quod Delphinus neque valuit electiones excogitare. Quod si in posterum episcopi capellanos nominarunt, id factum fuit laica præcipiente potestate quin nec pontifex nec Bergomense capitulum hanc facultatem gubernio concesserint. Nec præscriptio invocari potest in casu, quia deest bona fides, et quia contra non valentem agere non currit præscriptio. Impedimento igitur sublato, jure postliminii omnia redeunt ad legitimam consuetudinem capituli, quod in jure dicitur ordinarius collator, quamvis jurisdictione careat. Riganti in reg. 2, § 3 cancell. num. 54. Rebuff. ad tit. de nominat. quæs. 8, num. 2. Gonzales ad reg. 8 cancell. Glos. 21, num. 34. Rota in *Palentina* canonicatus 6 februarii 1696, § *Minus*, coram Dell'Olmo, et in *Tirasonen.* portionis 7 maii 1703, § *Idque procedit*, coram Molines.

Quintum dubium aggrediens orator invocat favore capituli consuetudinem immemorabilem, quæ, ait, originem ducit a Tridentino cap. 15 sess. 23 de Reform. Capitulum enim Bergomense habet parochiale beneficium, quia gaudet habituali cura animarum. Hinc si in causa *Aliphana curæ animarum et collationis canonicatuum* die 16 martii 1856, in qua agebatur de capitulo collegiatæ curam per vicarium gerente ad dubium: « An canonici manutenendi sint in exercitio facultatis excipiendi confessiones in districtu parœciæ in casu, » S. Congreg. respondit: *Affirmative, salvo jure episcopi, uti erga cæteros parochos ad formam sacrorum canonum, et amplius*; paritate rationis idem in themate de Bergomensi capitulo dicendum esset, cui imminet habitualis animarum cura, quæ num unum vel alterum beneficium, sed integrum afficit capitulum. Quidquid tamen de jure sit, ad immemorabilem consuetudinem appellat orator quam evincit testimonio Rmi Benaglio Laudensis episcopi jamdiu ante canonici in Bergomensi capitulo, qui ait: « Questa era una consuetudine praticata generalmente verso tutti i membri capitolari: » necnon ipsius episcopi contendentis fide, qui ipsam inficiari non audet. Verumtamen adnotat ipsum non dimicare de augenda vel conservanda dignitate, sed potius de dedecore non obeundo, cum eodem jure polleant omnia cathedralium ecclesiarum capitula in tota Insubriæ provincia: Cremonense, Mantuanum, Mediolanense, Brixiense, Pavense, Laudense, Comense, Cremense, ideoque « salvo all'ordinario il diritto di accertarsi all'uopo della idoneità dei singoli, e di sospendere chi se ne fosse reso indegno » consuetudinem immemorialem servandam esse concludit, qua statuitur facultates ad conciones habendas et ad excipiendas confessiones pro singulis canonicis quotannis renovari non debere.

Demum ad dubium sextum allegat orator avore capituli consuetudinem trium et amplius sæculorum, quam neque episcopus negat, sed eam contrariam Tridentino traducit in cap. 18, sess. 24 de reformat. deducens duo consectaria: alterum quod censorum electio in ordinarii arbitrio posita esse debet: alterum quod idcirco in aliquot canonicos huc usque semper cecidit, quia erga illos placuit episcopis suam facultatem exercere. At ad primam animadversionem reponit orator concilium in casu consuetudini non derogare, præsertim cum non agatur de præscribendo contra mentem legis, sed potius de illius pleniori exequutione. Sane antistes qui non sui senatus sed externa consilia adhibuerat, reprehenditur in cap. *Novit*, 3, De his quæ fiunt a prælatis etc. Cap. *Quanto*, 5, eod. tit. et ratio est, quia capitulum ecclesiæ cathedralis dicitur a Trident. *Ecclesiæ senatus*, qui opera et officio episcopo opem ferre debet. Hoc autem a fortiori procedit si extra synodum examinatores eligi debeant cum in iis eligendis exquiri debeat votum capituli. Absit propterea quod tercentenaria consuetudo nec moribus nec legi contraria infirmari possit. Neque ad evertendam hanc tercentenariam consuetudinem ad actus facultativos episcoporum confugiendum esse pergit, in quibus præscriptio non inducitur nisi probetur patientem quandoque restitisse, et nihilominus adquiescere debuisse. Cum enim agatur de consuetudine ter centenaria, quæ adhibetur non ad præscriptionem, sed ad interpretationem, facultativa actuum natura objici nequit teste Rota in *Privernen.* molendinorum sup. manut. 20 januarii 1802, § 12, coram Serlupi, in *Imolen.* decimarum 15 junii 1782, coram Litta, § 9. S. Rotæ auditor. in decis. 34, post Scarfant. part. 2, n. 72, ac in decis. 420, num. 2, seqq. coram Caprara: « Ex adeo longæva possessione et actuum multiplicitate, actus possessorii dici non possunt facultativi. » Tandem orator declarat nil metuendum uti timet episcopus, circa ejus liberam agendi rationem et animarum salutem, si hæc consuetudo servetur: vice versa timendum si evanesceret.

Contra sed vero qui Bergomensis episcopi jura tuetur, nonnulla in facto recolit quibus aliquid in jure adjicit, quod cum causæ meritum afficiat heic breviter adnotare censui. Constitutionis itaque capituli historiam retexens narrat initio sæculi XII cum Bergomensis ecclesia dire vexaretur ab Arnulpho intruso episcopo qui bona ejusdem ecclesiæ susque deque vertere conabatur, S. Vincentii martyris capitulum a Paschale II ad bonorum dispersionem vitandam sub protectione et tutela apostolicæ Sedis positum fuit; ita enim habetur in literis memorati pontificis archipresbytero et canonicis S. Vincentii datis anno 1101: « Congregationis vestræ collegium sub tutelam apostolicæ sedis accipimus, » ita ut nemini fas esset « ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, in proprios usus convertere, sive in beneficium aliis dare, salva canonica catholicorum episcoporum Bergomensium reverentia. » Idem summus pontifex in alia bulla anni 1109 ad canonicos S. Alexandri eadem repetiit confirmando quamdam decimarum donationem illis canonicis ab episcopo tunc temporis Adalberto factam. Ex hac factorum historia prono veluti alveo fluere tenet summum pontificem prædictis dispositionibus nil aliud voluisse quam sub tutela et protectione apostolicæ sedis præfatas ecclesias distinctis temporibus constituere, ut illas a vexationibus episcopi Arnulphi liberaret, non vero exemptionem concedere capitulo ab ordinaria episcopi jurisdictione, secus enim sequeretur absurdum quod unico manente capitulo quamvis in duas partes diviso uti declaraverat

Innocentius XI, pars ejusdem capituli jam ab anno 1101 exempta fuisset, altera vero nonnisi anno 1109 hujusmodi privilegio munita.

Quod fortius obfirmari contendit ex eo quod tam in literis Paschalis II et in posterioribus Honorii II in quibus etiam archipresbytero vetitum fuit ne canonicorum bona qui vitam adhuc communem agebant posset in proprios usus convertere vel alienare vel in beneficium aliis dare, semper habetur clausula « salva tamen canonica catholicorum episcoporum Bergomensium reverentia. » Hanc autem reverentiam quam exigebant pontifices a capitulo erga episcopum idem esse ac subjectionem ordinariæ illius potestati deducit ex facto sequenti. Anno 1129 canonici S. Alexandri sibi duos clericos aggregarunt inscio episcopo, similiter aliis duobus episcopus clericalem tonsuram contulit, eosque ad illam ecclesiam adscripsit inconsulto capitulo. Quintum quoque capitulum aggregare exigebat absque episcopi licentia. Ex hoc factum fuit quod episcopus interdicti pœna animadvertit in canonicos si quintum aggregarent. Re ad Honorium II delata per canonicos, hic postquam præceperat ut interdictum quiesceret atque probaverat concordiam inter partes initam pro duobus clericis a capitulo sine licentia episcopi, et aliis ab episcopo sine licentia capituli servitio ecclesiæ admissis subdidit : « De tertio vero... pro bono pacis ut eum pro caritate nostra ibi constitueres rogavimus. » Age si ecclesia cathedralis ab episcopi juridictione exempta fuisset, neque episcopus ausus esset contra canonicos interdictum ferre, neque pontifex illud relaxasset, neque episcopi consensus requirebatur ut canonici quosdam clericos sibi aggregarent, neque pontifex episcopum rogavisset ad quintum clericum adscribendum.

Eodem sensu loquebatur Innocentius II in suis literis anno 1132 et subsequutivis anni 1140 capitulo datis sive per adjectivam clausulam, a salva in eis diœcesani episcopi reverentia, » sive per aliam « salva catholicorum episcoporum Bergomensium reverentia. » Quod adeo verum esse propugnat ut anno 1141 idem pontifex ad preces episcopi Bergomensis exemptionis illius privilegii declarationem expostulantis respondit : « Canonici quoque sancti Vincentii tam præsentes quam futuri canonicam et debitam obedientiam tibi tuisque successoribus exhibeant, nec occasione privilegii ab Apostolica Sede percepti eam subtrahant. » Quam clausulam adhibuit et Anastasius IV anno 1153 quando Gherardo episcopo declarabat capitulo sine episcopi licentia licitum non esse bona suæ ecclesiæ alienare. Et licet anno insequenti idem pontifex sanciverit ut Bergomenis episcopus nullum « indebitum gravamen et inusitatum » canonicis imponeret, ex hoc tamen minime descendere pergit voluisse capitulum ab ordinaria jurisdictione sui præsulis subtrahere; prohibitio enim imponendi onera inusitata et indebita, haud secumfert interdictum imponendi onera usitata et debita. Nec aliter dicendum tenet tam de literis Adriani IV anno 1156 quibus capitulum suscipiebat sub « tutela et protectione S. Sedis, » quam de aliis ab Alexandro III datis anno 1169 quibus pariter « sub Apostolicæ Sedis tutelam protectionemque suscipiebat capitulum. » Hæc enim statuta fuere a laudatis summis pontificibus tantum ne canonicis vitam communem agentibus auferrentur bona quæcumque, vel quomodocumque et quolibet sub prætextu « quamdiu in canonicæ disciplinæ observantia » permansissent : firma sed vero in reliquis remanente jurisdictione episcopi in Alexandri canonicos.

Revera Benedictus XIV, *De synodo diœcesana* lib. 13, cap. 9, num. 2, postquam animadvertit duo tantum capitula in Italia exemptionis privilegio sibi contendisse, Genuense nempe et Veronense, quorum primum solemni S. C. judicio causa cecidit, sub num. 3 ait quod tutela et protectio S. Sedis non semper privilegiatos ab episcopi jurisdictione omnino subtrahant. « Sed necesse omnino est sunt verba laudati pontificis) ipsam exemptionem disertis verbis omnino concedi, ecclesiamque illam, seu hominum cœtum de quo agitur, non *enunciative* aut *relative* seu *suppositive*, ut scribentes in foro loquuntur, sed *dispositive* ab ordinarii jurisdictione immunem uni autem Ecclesiæ Romanæ subjectum et ad eam nullo medio pertinentem declarari. » Et optimo quidem jure, nam juxta regulas juris, « cum assistentia militet pro jurisdictione ordinaria, profecto si quis ab ea exemptum se esse contendat, evincere id debet argumentis et probationibus a jure canonico præscriptis, iisque minime dubiis sed omnino certis ac manifestis. Habentur etiam nunc formulæ exemptionis plenariæ, quæ conceptæ sunt his verbis sub jurisdictione Sedis Apostolicæ et nullius alterius ecclesiæ jurisdictionibus submittatur : Ita Bened. XIV in constit. 40 causar. palat. apost. qui insuper adnotat : « In duabus constitutionibus Honorii una, et Gregorii altera... Illud accipitur *sub beatri Petri et nostra*, hoc est Romanorum pontificum protectione. At vero hinc argui certe nequit exemptio ab auctoritate episcopali ut diserte respondit Innocentius III in cap. *Ex parte*, 18 de privileg. » Jam vero Bergomense capitulum privilegium in ea formula a Benedicto XIV conceptum exhibere non valet. Ergo pro subjectione ordinariæ episcopi potestati est concludendum, maxime 1° quia pontifices ponendo dictum capitulum sub tutela et protectione S. Sedis jugiter repetiere formulam, « salva canonica catholicorum episcoporum reverentia » ; 2. quia episcopi ipso non excepto S. Carolo Borromæo in triennali relatione de statu Ecclesiæ numquam declararunt capitulum suæ cathedralis exemptionis privilegio frui.

Hisce in genere adnotatis primum impetens dubium, orator tenet neque in jure neque in facto consistere quod capitulum visitari debeat ab episcopo jurisdictione apostolica delegata. Non in jure : ex doctrina enim Benedicti XIV nuper relata exemptio non præsumitur, sed necesse est titulum afferre disertis verbis ipsam concedentem, quo deficiente nequit ipsa concipi. Atqui Bergomense capitulum hoc titulo destitutum manet. Ergo prætensa exemptio in tenues auras abit, proindeque episcopus valet capitulum auctoritate ordinaria visitare. Non in facto : quia episcopi Bergomenses capitulum visitarunt auctoritate ordinaria. Ita ante Tridentinum episcopus Lanfrancus visitationem cathedralis capituli peregit « secundum juris traditam nobis formam ; » post vero Tridentinam synodum nonnulli ex episcopis vel expresse declararunt se visitare cathedrale capitulum auctoritate ordinaria, uti Gregorius Barbadicus anno 1658, Daniel Justinianus anno 1666 et 1680. Aloysius Rupinus anno 1698, Petrus Priolus anno 1710, vel saltem significarunt auctoritate apostolica non indigere, uti episcopus Milanus anno 1593, et episcopus Emus anno 1617. Quod si aliquis declaravit visitare capitulum auctoritate ordinaria et apostolica, id factum fuisse dicit quia aderant tunc temporis in capitulo quædam ipsiusmet membra personali exemptionis privilegio gaudentia. Hoc autem statui contendit ex tertia synodo ab episcopo Justiniani anno 1687 celebrata, in qua in primo capite agendo de prælatis, et canonicis cathedralis ecclesiæ, nulla mentio fit de auctoritate apostolica ex vi concilii Tridentini delegata, dum in altero ubi sermo instituitur de capellanis et ministris ejusdem ecclesiæ dictæ apostolicæ auctoritatis explicita fit mentio : hoc autem ex alio evenire non posse sustinet quam quia inter capellanos et ministros aliqui aderant qui personali exemptionis privilegio fruebantur.

Ad episcopum vero Redetti quod attinet, quem capitulum in sui favorem invocat, animadvertit orator quod hic anno 1737 indixit « visitationem ecclesiæ cathedralis auctoritate ordinaria et prout de jure. » Capitulum vero cupiens mentionem fieri etiam de auctoritate apostolica delegata recursum

habuit ad Venetum senatum qui desiderium expressit ut episcopus mentionem faceret utriusque jurisdictionis. Ex quo facto nil aliud deduci posse tuetur orator quam episcopum optime noscere capitulum exemptum a sua jurisdictione ordinaria non esse quemadmodum declararunt ejus antecessores Rufini et Priolo, senatum autem Venetum non legem imposuisse, sed pro bono pacis illud desiderium pandidisse, et voti compotem factum. Item et pro bono pacis id peractum fuisse ab episcopo Delfino anno 1778, et ab antistite Morlacchio anno 1835 ambigendam non esse tenet orator, si attendatur quod ille adjecit clausulam auctoritate « ordinaria ac etiam delegata, » hic vero ad preces capituli ut poneret « la clausola di stile che sia fatta » (visitatio nempe) auctoritate ordinaria ac etiam delegata, ad controversias avertendas ipsam habuit accepta.

Inutiliter autem ad præscriptionem confugerent capitulares: 1. quia ipsimet anno 1835 fassi sunt semet ab ordinaria episcopi potestate exemptos non esse: scribebant enim visitationem fieri « con la clausola di stile auctoritave, nempe ordinaria ac etiam delegata. 2. Quia omnibus perspectum est « episcopalia jura a subditis adversus episcopos numquam præscribi posse juxta sanctionem Innocentii III in cap. 16 de præscript. teste Bened. XIV, *De syn. diœc.* lib. 5, cap. 7, num. 63. Quia post dispositionem Tridentini in cap. 4, sess .6, præcipientis episcopos visitare posse capitula jurisdictione prorsus ordinaria, *juxta canonicas sanctiones*, ac *etiam* apostolica amplius hujusmodi præscriptioni locus esse potest.

Post hæc ad secundum dubium procedens orator contendit episcopum extra visitationem procedentem contra aliquem de canonicis non teneri adjunctos canonicos adhibere. Hanc enim juris formam observandam esse tantummodo tenet pro capitulis exemptis teste Benedicto XIV loc. cit. lib. 13, cap. 9, n. 9, ibi: « Tarraconensi capitulo contendente non posse episcopum contra canonicos agere extra visitationem, nisi duos sibi adjunctos assumeret juxta præscriptum constitutionis Benedicti XII et concilii Tridentini in cit. cap. 6, sess. 25, contra ipsum capitulum judicium fertur, propterea quod allegata quidem constitutio ad casum de quo tunc quærebatur, nequaquam pertinere visa est: Tridentinum vero decretum locum habere non potest, nisi capitulum aliunde probetur exemptum, quod de Tarraconensi capitulo tunc dici posse Rota non censuit. Et quidem ipsa etiam Congregatio Concilii Tridentini interpres in ea semper fuit opinione non esse locum decreto de adjunctis, quod legitur in cit. cap. 6, sess. 25, de reformat. nisi cum et agitur de capitulo ab episcopi jurisdictione exempto, et episcopus contra canonicum procedere intendit extra visitationem, sicuti colligitur ex iis ejusdem congregationis responsionibus ad postulata episcoporum. » Atqui ex demonstratis censet orator statim apparere Bergomense capitulum exemptum non esse. Ergo extra controversiam positum esse concludit quod episcopus extra visitationem contra canonicos procedens non teneatur binos canonicos adjunctos adhibere.

Ad tertium dubium descendens probare contendit episcopum pro diœcesis visitatione minime adstringi obligatione assumendi tamquam convisitatores duos canonicos ab eodem capitulo electos. Jure enim Tridentini episcopi in actu sacræ visitationis etiam contra capitula exempta procedere possunt, « vel per ipsos solum vel illis quibus sibi videtur adjunctis, » minime obstantibus exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, et concordiis, quemadmodum disertis verbis agendo de capitulis minime exemptis edocet præfata synodus in cap. 4, sess. 6: quod caput etiam observari mandat quando et de exemptis capitulis sermo sit; ita enim habetur in cap. 4, sess, 25 de reform. ubi sermonem instituens de capitulis exemptis ait: « Statuit sancta synodus ut in omnibus « ecclesiis cathedralibus et collegiatis decretum sub fel. rec. « Pauli III quod incipit *Capitula cathedralium* (cap. 4, sess. 6) « observetur non solum quando episcopus visitaverit, sed « quoties ex officio vel ad petitionem alicujus contra aliquem « ex contentis in dicto decreto procedat, ita tamen ut cum « extra visitationem processerit infrascripta omnia locum ha- « beant. »

Quin objici valeat præscriptio favore capituli: 1. Quia episcopalia jura ex subditorum parte impræscriptibilia sunt. 2. Quia vel agitur de præscriptione Tridentinum præcedente et ipsam destruxit constitutio Pii IV, cujus initium *In principis apostolorum*, quæ ad monitum Benedicti XIV In *Instit. Eccles.* 60, num. 7, singula concilii capita complectitur, quæque consuetudinem et præscriptionem quamcumque concilio Tridentino contrariam nullam et irritam declaravit: vel de præscriptione Tridentino subsequuta, et ipsi obstaret decretum irritans qua prædicta constitutio munitur. Cujus decreti vis tanta est ut obstaculum ponat ne novæ nascantur consuetudines vel præscriptiones ob defectum taciti et omnino necessarii concensus Romani pontificis, qui numquam consentire præsumitur in iis, quæ adversantur constitutionibus clausula irritanti munitis ex De luca, *De jurisdic.* disc. 95, num. 7 et 8. Pignatel. consult. 134, num. 16, tom. 1. Piton. *De controv. patron.* alleg. 5, num. 6; *Discept. eccles.* 23, n. 16, seqq. Ferraris, *Bibliot. can.* v. *Consuetudo*, n. 37.

Decretis et legibus Tridentinis accedit concilium provinciale IV Mediolanense a S. Carolo Borromæo habitum anno 1576, paulo post quam Tridentina synodus celebrata fuerat, in quo disponitur: « Quum visitationis munus ipsi (episcopi) per se obeunt, vel unum vel duos canonicos, vel alios quoscumque homines ecclesiasticos, quos usui et adjumento sibi fore viderint prout maluerint, secum in ea visitandi cura adhibeant. » Accedit quod teste Bergomensi cancellario anno 1727 « in voluminibus visitationum civitatis et diœcesis Bergomensis habitarum ab anno 1591 usque ad annum 1567 inclusive a q. Illmo et Rmo D. Friderico Cornelio Seniore episcopo Bergomen. primo executore sacri concilii Tridentini, nulla reperitur mentio visitatorum a Rmo capitulo ecclesiæ cathedralis electorum, sed nominantur variæ tum ecclesiasticæ, tum sæculares personæ cujuscumque gradus ipsi Illmo episcopo inservientes eumque associantes absque ulla expressione ingerentiæ deputationis vel electionis ab ipso capitulo factarum. » Accedunt demum tribunalium sententiæ. Una enim vel altera vice hoc jus experiri voluit capitulum, at causa semper cecidit uti videre est in sententia die 13 julii 1733 lata in summario judicio penes Venetum gubernium peractum. Quod si postea causa reproposita fuit servata juris forma et modo ordinario, numquam tamen prodiit definitiva sententia uti apparet ex actis visitationis episcopi Redetti ad S. Ordinem transmissis anno 1736.

Neque captandum præsidium ex eo quod episcopi Redetti et dein Delfini de anno 1778 canonicis nominationem et electionem adjunctorum permiserunt: 1° Quia in themate agitur de re mere facultativa. 2° Quia dictam electionem permiserunt, « cum præservatione tamen jurium episcopalium, » prouti ex iisdem actis colligitur. Minusque juvari posse capitulares pergit orator ex facto episcopi Morlacchi, qui duos canonicos convisitatores petiit a capitulo absque prædicta jurium reservatione. 1° Quia id dependebat a pleno episcopi arbitrio, qui visitationem instituere potest sibi adjunctis quos maluerit. 2° Quia in cap. 4 sess. 5 de Reform. Tridentini expresse statutum legitur quod factum vel concordia unius episcopi « tantum suos obligent auctores non etiam successores. » Nec præterit animadvertere quod hodie nimis onerosum esset episcopo duos convisitatores capitulares secumferre tam quia parochi ferme omnes egestate laborant, quam quia ex duorum canoni-

corum absentia non parum detrimenti passurum esset chori servitium in cathedrali ecclesia.

Deteriori etiam consilio pergit orator sibi adsciscere capitulum quod in quarto dubio exquiritur, jus nempe nominandi ad dignitates, canomeatus, capellanias, aliaque officia ad capitulum pertinentia. Etenim de privilegio conferendi dignitates ac præbendas disserens orator tenet hoc jus repetendum esse ab episcopo beato Adalberto qui exeunte sæculo IX illam regebat ecclesiam quique canonicis vitam communem agentibus indulsit ut communi omnium suffragio suum præpositum eligerent, et alios quos in suum collegium vellent cooptare, reservata tamen sibi confirmatione. Quod ut evincat, meminit factum jam in priori dubio expositum quod accidit anno 1129 sub pontificatu Honorii II, ex quo apparet episcopum interdicti pœna animadvertisse in canonicos qui postquam adscripserant ad præfatum collegium duos canonicos, tertium cupiebant ordinari ad titulum mensæ communis inconsulto episcopo. Canonicis at vero ad Honorium provocantibus, hic episcopum exoravit ad quæstionem finiendam ut pro sua charitate canonicum nominaret. Et revera quod confirmatio penderet ab episcopo colligi pergit ex quadam epistola in episcopali archivio adhuc servata ubi legitur, ibi : « Nell'anno 1194 il papa Celestino III mandò a Bergamo Siccardo vescovo di Cremona, e Dionisio abbate di Cerreto deputati per sostenere l'elezione del capitolo. » Quibus verbis evidenter apparere tenet quod vacante Bergomensi ecclesia eo anno summus pontifex illuc misit episcopum Cremenensem et Dionysium abbatem Cerreti facultatibus præditos ad electionem a canonicis peractam confirmandam; secus enim nulla haberetur pretiosa ratio cur pontifex eo præfatos misisset prælatos.

Exinde mirum esse non debet si anno 1462 Sixtus IV declaraverit, ibi: « Ipsa præbendarum cum vacant collatio et provisio de antiqua et probata, et hactenus observata pacifica consuetudine ad capitulum pertinet. » Subintelligendum enim esse sustinet sub dependentia et confirmatione episcopi quemadmodum Honorius II et Cœlestinus III declaraverant : cum repugnet in jure quod capitulum independenter ab episcopo in vim consuetudinis jus habeat conferendi canonicatus cathedralis ecclesiæ.

Quod si in perdita hypothesi consuetudo de qua sermo statui velit, ipsam tamen omne robur amisisse sustinet et ex mutatione status ecclesiæ et ex contraria præscriptione. Et ad mutationem status ecclesiæ quod attinet, meminit quod anno 1805 sub Gallica dominatione utraque consentiente potestate statutum fuit, ut relicta dignitate et officiis pœnitentiarii ac theologi canonicorum numerus coactaretur ad decem tantum, et cæteri tamquam honorarii habendi essent, cum jure tamen succedendi in futuris vacationibus. Ab hoc anno et futuris temporibus capitulum jus nominandi haud amplius exercuit. Gallis enim Austriaca dominatio successit et per aulicam commissionem literis anni 1817 decretum fuit « che la nomina alle dignità, ed ai canonicati si appartenesse al sovrano, e quelle delle capellanie spettasse al vescovo ; » ita tamen ut episcopus nominandos plures gubernio proponeret quod unum ex propositis nominabat. Anno dein 1855 inter sanctam Sedem et apostolicam majestatem inita conventio fuit, qua imperatori jus datum est tum canonicos tum etiam dignitates capitulares nominandi, excepta tantum prima vel secunda si prima juripatronatus laicorum obnoxia foret. Verum quidem est quod toto hoc tempore capitulum nominatos a gubernio pro forma subjiciebat capitulari scrutinio, hoc tamen erat in comœdiam traducere cum indubie nominatus erat instituendus. Cum igitur anno 1805 capitulum extinctum fuit et revixit substantialiter immutatum, cum præsentationes instituendorum gubernio ab episcopo peractæ fuerint, atque concordatum cum Apostolica Sede adhuc sit in vigore quæ ipsius rescissionem numquam approbavit, cumque capitulum neque contra gubernium neque contra concordatum reclamaverit, colligit orator consuetudinem super qua capitulum innititur ex status mutatione destructam fuisse. Maxime quia episcopus nominando per sexaginta annorum spatio indubie contra ipsam consuetudinem præscripsit cum notum in jure sit spatium decem annorum satis esse episcopo ad præscribendum contra aliam consuetudinem ut rem ad normam juris reducat. Quin æquitas valeat invocari, dum hodie canonici nec vitam communem ducunt quam ob rationem ab Adalberto ipsis permissa fuit canonicorum electio, nec episcopus amplius mediis potitur quibus valeat remunerari presbyteros, qui in Ecclesia Dei adlaborarunt.

Circa vero beneficia, capellanias aliaque capitularia officia observat orator quod si excipias ducales literas anni 1769, in quibus capitulo datur facultas eligendi et conferendi quocumque mense « gli altri benefizi ed uffizi di sua elezione e collazione, » nullum aliud ad hoc documentum exhiberi. Necesse hinc foret ut capitulum indigitaret quænam tunc temporis essent beneficia et capellaniæ aliaque officia liberæ collationis capitularis. Præterquamquod sciendum quod ab episcopo Delfini usque ad recens tempus episcopum capellanos nominasse, nisi obsistebant fundationis tabulæ; quare tam longo temporis decursu hæc omnia et præscriptioni favore episcopi subjecta esse concludit.

Resolutionem autem hujus S. Ordinis in Veronensi dierum 30 januarii 1858 et 24 aprilis 1859, ad quam appellant capitulares toto cœlo distare orator prosequitur a nostro themate. Siquidem : 1. Capitulum Veronense exemptionis fruebatur privilegio teste Bened. XIV *De syn. diœc.* lib. 13, cap. 9, num. 2; et in constit. *Regis pacifici,* quo Bergomense minime frui dicit. 2. Capitulum Veronense super canonicatus, beneficia et capellanias pollebat jure patronatus ecclesiastico, quo Bergomense destitutum est. 3. Capitulum Veronense ab anno 1805 et in posterum tenet ab episcopo admissum fuisse ad nominationem eorum quos dein episcopus gubernio præsentabat, Bergomense vero nunquam. 4. Capitulum Veronense post initam conventionem illico reclamavit, e contra capitulum Bergomi acquievit.

Procedendo ad quintum dubium propugnat orator, canonicos elapso anno habilitationis ad excipiendas fidelium confessiones teneri sicut cæteri de clero tam ad facultatum prorogationem obtinendam, quam ad exibendum testimonium octiduæ frequentatæ confessionis. Et circa facultatum prorogationem, præmonito quod si sacerdos ordinaria vel delegata jurisdictione careat, nulla et irrita esset sacramenti pœnitentiæ administratio, concipi non posse pergit quomodo canonici exigant frui prædicta jurisdictionis prorogatione invito episcopo, qui neque expresse neque tacite consentire videtur. Neque juvari possunt capitulares ex præsidio curæ animarum quam dicunt inesse capitulo. Contra enim tenendum edocent : 1. Capitularia statuta de anno 1857, ubi legitur : « Ad officium domini archipresbyteri pertinet habere curam animarum. 2. Cœremoniale anni 1564 ubi habetur : « Magni plane ponderis est munus archipresbyteri in cura gerenda animarum atque sacramentis administrandis.... neque.... canonicum decet administrare sacramenta et se pro archipresbytero gerere. 3. Synodus Cornelii I in cap. 28 ubi habetur : « Nullus presbyter sæcularis cujusvis gradus vel dignitatis existat (exceptis parochialium ecclesiarum rectoribus) quorumvis etiam sacerdotum ac prælatorum confessiones vel reconciliationes audire præsumat, nisi prius a nobis ad id fuerit admissus, et licentiam in scriptis pariter obtinuerit. « 4. Collationes factæ archipresbyteris de anno 1829 et 1842, in quibus legitur prædictam dignitatem cui annexa est cura animarum tibi conferimus. 5. Ipsa ratio, tam quia præfato tempore archipresbyteralis præ-

benda collata fuit indicto publico concursu, qui in collatione canonicatuum minime requiritur, quam quia et ipsi fatentur canonici quod pro primo anno approbatione indigent; quod secus esset si canonicalibus inesset actualis animarum curæ exercitium, habitualis enim nihil prodesset cum ipsa non penes singulos, sed penes capitulum maneret.

Multoque minus ad consuetudinem confugere valent, vigentem penes capitula vicinarum diœcesum. Hæc enim consuetudo tantum fundamentum habere posset in tacita approbatione, qua corruente tamquam corruptela habenda foret. Ulterius animadvertit ipsam invocari nullimode posse obsistente constitutione Urbani VIII *Romanus pontifex*, qua cautum fuit omnia quæcumque et qualiacumque jurisdictioni immunitati ac libertati ecclesiasticæ, quomodolibet præjudicialia non modo nulla et invalida declarari, sed et nullum præjudicium eisdem inferri posse ex quocumque temporis cursu. »

Canonicos pariter teneri ad exhibendum episcopo quotannis octiduæ frequentatæ confessionis testimonium evincit ex eo quod omnes de clero, vel per vicarium foraneum, vel per proprium parochum ad episcopalem curiam quotannis dictam attestationem mittebant, idque ut ostenderent ab ipsis observari dispositionem tum synodi provincialis tum diœcesanæ mandatis « ut sacerdotes saltem singulis hebdomadis peccata sua confiteantur. » Collapsam hanc ecclesiasticam disciplinam ut restitueret præsul decretum edidit, ut omnes de clero nulla facta exceptione præfatas scriptas attestationes quotannis exhiberent. A qua tamen lege prætextu consuetudinis haud semet eximere valent canonici. 1. Quia ipsa impedire nequit ut novum episcopus decretum condere possit. 2. Quia consuetudo quæ obviat sacris institutis ac patribus decretis et abusum introducit contra disciplinam Ecclesiæ non sustinetur. Reiff. lib. 1, tit. 4, num. 59.

Tandem ad ultimum deveniens dubium statuit consuetudinem quam invocat capitulum de sex canonicis ab episcopo proponendis inter examinatores prosynodales esse prorsus irrationabilem. Quod conficit ex eo quia Trid. synodus in sess. 24, cap. 18, jubens ut sex ad minus examinatores synodales quotannis in diœcesana synodo eligantur, voluit ut ii essent « magistri, seu doctores aut licentiati in theologia aut jure canonico vel alii clerici seu regulares qui ad id videbuntur magis idonei. » Jamvero Bened. XIV *De syn. diœc.* lib. 4, cap. 7, num. 4, perbelle docet Tridentinum desiderasse, « ut deputandi ad ejusmodi munus gradum aliquem in sacra theologia vel in jure canonico sint consecuti ; attamen arbitrio episcopi permittit etiam qui nullo gradu est condecoratus proponere : ex quo fit, ut etiamsi plures in diœcesi reperiantur doctoratus laurea insigniti, si nihilominus episcopus eos minus peritos existimet, poterit cum synodi approbatione aliis. . . examinatoris officium committere quod a sacra Congregatione decisum refert Fagnanus. » Cum igitur Tridentini patres voluerint examinatores synodales idoneos esse eligendos, et de canonicis cathedralis neque verbum neque volam habuerint, sed arbitrio episcopi reliquerint synodo proponere quos in Domino magis expedire judicaverit, inutiliter canonici ad consuetudinem confugerent, nam attenta personali idoneitate alias canonici ad hoc munus assumpti fuere ceu testantur diœcesanæ synodi Corneliæ ab anno 1564 et deinceps. Cæterum quod personalis idoneitas et non aliud requiratur ex eo colligitur quod antecessoribus demortuis examinatoris munus in successores non transit ceu definitum fuisse a S. C. in una *Toletana* anni 1594 testatur Garzia *De benef.* relata a Bened. XIV loc. cit. num. 5. Addit demum quod si prædicta consuetudo subsisteret, irrationabilis esset quia vergeret in animarum ruinam, impediret, nempe quominus episcopus ad parochos examinandos constitueret examinatores magis idoneos ; dum ob limitatum hodie capitularium numerum, haud facile est inter ipsos sex examinatores magis idoneos invenire.

Quibus utrinque perpensis sapientissimo EE. PP. judicio relinquuntur diluenda dubia :

I. An constet de jure episcopi visitandi capitulum auctoritate ordinaria, seu potius visitatio expleri debeat auctoritate apostolica atque delegata in vim concilii Tridentini in casu ?

II. An episcopus extra visitationem in criminalibus procedens contra aliquem de capitulo teneatur adjunctos canonicos adhibere in casu ?

III. An episcopus in sacra diœcesis visitatione teneatur binos convisitatores accipere nominatos e gremio ipsius capituli in casu ?

IV. An præfatum capitulum jus habeat conferendi dignitates, canonicatus, capellanias, aliaque officia ad capitulum pertinentia in casu ?

V. An canonici cathedralis, elapso anno habilitationis ad excipiendas fidelium confessiones, teneantur obtinere litteras patentes prorogationis facultatum, et exhibere quotannis episcopo testimonium octiduæ frequentatæ confessionis in casu ?

VI. An consuetudo servanda sit de sex canonicis ab episcopo proponendis inter examinatores prosynodales in casu ?

S. Congregatio censuit : *Dilata, etcoad juventur probationes tam super transitu capituli Bergomensis a forma regulari ad sæcularem, quam super authenticitate adsertæ bullæ Gregorii X.* Romæ, 20 julii 1878.

EXIL POLITIQUE.

Chanoines poursuivis pour cause politique et réfugiés dans les pays occupés par les carlistes. Rentrés en Espagne après l'amnistie, ils réclament les distributions quotidiennes pour le temps de l'absence. Décision de la S. Congrégation du Concile du 20 juillet 1878.

Deux chanoines espagnols, se voyant poursuivis par les révolutionnaires et menacés d'exil de la part du gouvernement, se réfugièrent dans les pays occupés par l'armée carliste. Après la fin de la guerre, ils entrèrent en France et y demeurèrent jusqu'à la proclamation de l'amnistie. Pendant leur absence le gouvernement retint les deux tiers de leur traitement, et alloua le surplus au chapitre pour les distributions et l'acquittement des charges affectées aux deux prébendes. Les chanoines dès leur retour, demandèrent au chapitre la somme payée par le gouvernement, en déduisant les charges. Mais le chapitre n'accueillit pas la demande, parce que la cause de l'absence ne lui fut communiquée ni officiellement ni officieusement; puis, parce que les deux chanoines sont demeurés volontairement absents plus d'un an après la fin de la guerre carliste.

La S. Congrégation a été priée de décider si les deux recourants ont droit au tiers de leur revenu pour tout le temps de leur absence; l'absence, ayant été involontaire, était légitime. Que la S. Congrégation décide que les deux chanoines ont droit aux distributions; et le chapitre s'empressera de les donner.

D'après les renseignements que Mgr l'évêque a fournis, ce n'est pas sans raison que les chanoines redoutèrent l'exil. L'un d'eux était déjà inscrit sur la liste : l'autre fut secrètement averti par un officier qu'il

serait incessamment condamné à la déportation. — Le prélat confirme que le chapitre remettra volontiers les distributions si la S. Congrégation décide que c'est permis.

Les saints canons admettent trois causes légitimes d'absence pour les chanoines : 1. La maladie. 2. Une nécessité corporelle juste et raisonnable. 3. L'utilité évidente de l'Eglise.

Les inimitiés et la crainte du gouvernement temporel sont rangées dans la seconde catégorie. La S. Congrégation a maintes fois accordé les distributions aux chanoines qui avaient pour ces motifs quitté leur résidence. La privation des distributions est une punition pour ceux qui négligent volontairement la résidence : mais il serait injuste de punir ceux qui sont dans l'impossibilité de résider.

On objecte que les deux chanoines auraient dû demander à l'évêque et au chapitre la permission de s'absenter; mais, d'après le concile de Trente, cette autorisation, nécessaire aux évêques et aux curés qui ont charge d'âmes, ne l'est pas pour des chanoines qui ont un motif légitime admis par le droit. Dans le cas actuel, le motif étant public, notoire, urgent, nul besoin d'obtenir l'autorisation ni de réserver les droits capitulaires par une protestation.

Après la proclamation de l'amnistie, les deux chanoines sont restés en France plus d'un an. C'eût été une folie de se fier à l'amnistie. Elle n'a pas empêché de déporter une foule de gens et des enfants eux-mêmes, exilés pour cause publique.

Décision. La S. Congrégation accorde les distributions aux chanoines pour tout le temps de leur absence, excepté les rétributions de messe et autres charges.

Palentina. Distributionum. Die 20 julii 1878.— Paucis ab hinc annis civili sæviente bello in Hispaniis canonici cathedralis ecclesiæ Palentinæ Cæcilius Aguado et Joseph Mate ad avertendas graves factiosorum minas qui dum effrenes tyranni sunt sese libertatis amatores esse jactitant vulgo liberali; necnon ad vitandum exilium quod jam ipsis impendebat ex parte gubernii, castra et dominia Caroli VII contenderunt. Confecto bello Gallicas petere regiones coacti sunt, ibique permansere usquedum obtento indulto in patriam remeare valuerint.

Interea gubernium dictos canonicos omnibus præbendarum suarum fructibus privavit soluta tantum tertia parte capitulo pro oneribus satisfaciendis, quotidianisque distributionibus solvendis. Portionem, quæ ex tertia fructuum parte supererat, deductis oneribus, inutili labore a capitulo dicti repetierunt canonici : quandoquidem duplici de ratione capitulum obsistebat 1. Quia absentiæ causa neque ex officio neque officiose eidem fuit patefacta; 2. Quia pro integro anno et ultra voluntarie absentes fuere cum, bello confecto, haud illico in Palentinam civitatem reversi fuerunt, sed a prima die januarii 1875 usque ad primam martii subsequentis anni extra residentiæ locum perduraverint.

Cum nimis ex capituli deliberatione semet pergravatos persensissent sub die 22 martii 1877 dicti canonici S. Ordinem adierunt declarari efflagitantes : An oratores jus habeant ad tertiam suæ præbendæ partem, oneribus sublevatis, toto suæ absentiæ, utpote invite atque proinde legitima ex causa provenientis tempore? adnotantes tamen in libello : 1. Quod capitulum libentiori animo propriam sententiam reformaret, si S. C. declaret reclamantes in præsenti casu quotidianas lucrari distributiones, 2. Si secus esset, ipsi omnem amitterent præbendam, nam partes a gubernio retentas recuperare non possent.

Remissis de more hisce precibus Palentino episcopo pro informatione et voto, hic datis litteris diei 30 aprilis 1877 retulit : « Canonici Matè et Aguado haud temere, ut mihi videtur, exilium metuebant; nam canonicus Aguado inscriptus erat inter exilio mulctatos, quod non fuit executioni demandatum, quia ipse a civitate absens erat. Canonicus Matè monitus fuit secreto a quodam præfecto militiæ ut se caveret a deportatione quæ ipsi imminebat. Ad exilium vitandum in territorium a militibus D. Caroli discesserunt... » Concludit tandem quod ipse rem ita componere studuerit, ut deducto stipendio pro missis et aliis oneribus, residuum oratoribus tribueretur; sed non omnibus capitularibus hoc placuit consilium; cæterum « Capitulum distributiones libenter illis tribueret, si id licere S. Congregatio declaraverit. »

Quibus habitis atque edito rescripto ut causa poneretur in folio, rem in hodiernis comitiis pertractandam duxi sub dubii formula in hujus libelli calce relata, nonnullis prius, uti moris est, utrinque in jure animadversis.

Præfatis canonicis quotidianarum distributionum lucrum denegandum suadet principium sæpius in jure firmatum, quo statuitur distributiones præsentibus atque interessentibus divinis officiis solum deberi. Celeberrimum hac de re est Bonifacii VIII decretum in cap. unic. de cleric. non resid. in 6 : « Statuimus ut distributiones ipsæ quotidianæ, in qui-« cumque rebus consistant, canonicis ac aliis beneficiatis « ecclesiarum ipsarum, qui eisdem adfuerint, tribuantur. » Quod Bonifacii VIII decretum in usum revocavit Tridentina synodus et observari mandavit non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus in cap. 12, sess. 24 de reform. Exinde et ex S. Ordinis constanti praxi, et ex unanimi doctorum sententia habetur distributiones clericis deberi ratione servitii, non autem respectu tituli, nec dari tamquam canonico sed tamquam inservienti divinis officiis. Bened. XIV, *Inst.* 107 n. 58, Piton. *Discept. eccles.* 1, num. 35. Rota decis. 689, n. 7, part. 3 rec. Atqui in facto est præfatos canonicos toto absentiæ tempore haud servitiam præstitisse ecclesiæ cui erant addicti. Ergo minime de quotidianis distributionibus participes fieri posse putarem.

Neque ab hac juris dispositione semet eximere valent prætextu legitimæ absentiæ causæ : 1. Quia et ipsa adstante quotidianæ distributiones haud lucrari posse videntur, quoniam pro earum lucro præcise interessentia cum actuali servitio requiritur, neque illæ causæ quæ a residentia excusant, pro distributionum lucro sufficiunt; De-Luca *Ad not. ad conc. Trid.* discept. 15, num. 3. Unde optime S. Congregatio agendo de canonico ob studiorum causa absente, decrevit eumdem quotidianas amittere distributiones, uti videre est in *Arianen.* 18 aug. 1731, *Nullius Farfen.* 20 dec. 1738 ad primum et secundum dub. *Camerinen.* 6 jul. 1726. 2. Quia adstante etiam canonica causa ad eas lucrandas, adhuc in themate deficeret licentia episcopi et capituli quæ necessario requiri videtur ad hoc ut absens ex legitima causa distributionum lucro frui valeat. Gloss. in cap. *Relatum V. Prælatorum* de cler. non. resid. Abb. in cap. *Inter quatuor*, n. 4, eod. tit. Felin. in cap. fin. lim. 6. de mag. Rot. decis. 468, n. 3. et decis. 608, n. 1, in fin. par. 1, recent. Adeo quod nec sufficiat quidem licentia tacita, sed debeat esse expressa. Add. ad Greg. decis 154, n. 8. Audiatur sane Pignatell. consult. 36, n. 2, tom. 3. « De justa vero causa est textus ad d. cap. un. de cleric. non resid. post med., ibi : « exceptis illis, quos infirmitas, seu justa et rationabilis corporis necessitas aut evidens ecclesiæ utilitas excusaret » quod in usum revocavit

Tridentinum dicta sess. 24, cap. 12, ac declaravit Sacra Congregatio Episcoporum in *Lancianem*. 4 april. 1607, inquiens, quod causa justa debet approbari non solum a capitulo, sed etiam ab ordinario. »

Inutile autem foret ad gratiam confugere ut prædicta emolumenta lucrari possent, quia princeps non rescribit in præjudicium tertii cap. *Dudum*, de privil. cap. *Quamvis* in fin. de rescript. in 6, firmantque Lambertin. *De jurepat.* lib. 2, p. 3, q. 9. Rebuff. in reg. de non toll. gloss. 6, n. 11, seqq. De præjudicio autem constat nedum respectu ecclesiæ quæ privatur quorumdam servitio, sed etiam respectu aliorum participantium quibus de jure dictæ distributiones accrescere deberent. Gloss. in Clem. 2. ut pars dimidia de ætat. et qual. S. Concil. Trid. sess 21, cap. 3, de reform. *Pignatell.* consult. 134, n. 7, tom. 1.

Verum etsi in perdita hypothesi statui velit quod tempus urgeret, nec poterat hæc dispensatio impetrari, hoc tamen valere posset pro tempore quo abfuerunt sæviente bello, non vero tempore posteriori. Cum enim jam indultum a gubernio promulgatum fuerit, optime valuissent Palentiam venire. Hoc autem cum non peregissent, dicendum saltem pro eo tempore legitima causa destitutos extra residentiam mansisse, proindeque haud pro dicto tempore de distributionibus quotidianis participes fieri posse arbitrarer.

Contra sed vero animadvertendum occurrit tres dari in jure causas, quibus extantibus non modo absentes lucrantur suæ præbendæ fructus, sed et distributiones quotidianas. Quas causas recenset ipsemet Bonifacius VIII in decreto superius citato, suntque infirmitas, justa et rationabilis corporis necessitas, et evidens Ecclesiæ utilitas. Inter porro causam rationabilis corporis necessitatis et illam recenseri de qua in themate agitur, haud in dubium revocari posse censerem exemplo ducto a S. Ordine qui in *Fundana* dici 3 julii 1734, et in *Carpen* 17 sept. 1616 tenuit canonico absenti ex causa inimicitiarum, vel propter metum principis temporalis utpote « absenti ex justa causa » deberi distributiones quotidianas et fructus ad normam absentium ex causa infirmitatis. Et optimo sane jure. Mens enim pontificis, ut optime perpendit Rota cor. Molines dec. 808, n. 8, seqq. in dicto capite unico « fuit excludere ab istis distributionibus negligentes vel contemnentes residere, non autem impotentes, et impotentia dicitur quando absentia non est voluntaria, sed ab aliquo facto causatur ita ut non stet per beneficiatum quominus resideat. »

Quin juvari valeant capitulares defectu sive licentiæ, quæ ab episcopo et capitulo petenda erat ut distributionibus frui possent, vel saltem protestationis antea faciendæ, uti tradunt. Prætermisso, quod in re multæ prudentiæ caute agendum erat, et quod, ut oratores exponunt, erat res in civitate adeo pervulgata, et omnibus nota, huic difficultati tamen occurrit Pignatell. loc. cit. n. 4 : « Verum quoad licentiam obtinendam ab episcopo et capitulo requisitam ex d. cap. *Relatum*, de cler. non resid. atque ex concilio Tridentino cap. 1. sess. 23, de reform. dicendum est solum esse necessarium in episcopis et curatis, non autem canonicis non exercentibus curam animarum, sed habentibus legitimam absentiæ causam de jure permissam ex Barthol. de S. Faust. *De hor. canon.* lib. 3, quæst. 9. Ricc. in *Collectan.* decis. 2437, par. 6, et pluribus aliis tradit Barbos. *De canon. et dignit.* cap. 4, sub n. 26... Quare, ut distributiones quotidianæ debeantur canonico absenti ex justa causa, satis est quod faciat suas protestationes, saltem si causa non est notoria, secus autem quando est notoria. Rota apud Farinac. part. 2, tom. 1, decis. 244, n. 1. »

Minusque juvari possunt capitulares altera objectione ex eo petita quod ipsi post promulgationem indulti in Gallia ultra annum remansere ad denegandum iisdem saltem pro eo tempore distributionum lucrum. Illi enim indulto illico fidem præstare stultum indubitanter fuisset. Vidimus enim quot vexationibus, quot injuriis et pœnis afflictati fuerint, qui facile tantæ clementiæ fidem habuerunt. Vidimus quod indulti promulgatione minime obstante et feminæ et ipsi pueri ob causam, ut aiunt politicam, deportationi fuerint subjecti. Quid autem expectare debuerint præfati canonici, qui Caroli VII castra petierunt si illico Palentiam advolassent facillime EE. VV. coarguere valent.

Hisce igitur æqua lance libratis rogantur EE. PP. pro sucta prudentia, et in juris canonici peritia enodare dubium :

An et quomodo jus competat absentibus canonicis participandi distributionibus in casu.

S. Congregatio respondendum censuit :

Affirmative pro toto absentiæ tempore, deductis expensis pro stipendiis missarum, aliisque oneribus. Romæ, 20 julii 1878.

IRRÉGULARITÉ

Apoplexie. Paralysie de la main droite. Nécessité de prendre un prêtre assistant pour la messe. Indult accordé à un curé du diocèse de Rovigo. Décision du 4 mai 1878.

Le curé de Gavazzano, diocèse de Rovigo, a eu une attaque d'apoplexie qui le prive de l'usage de la main droite. Il demande l'autorisation de se servir de la main gauche dans toutes les cérémonies qu'il lui est impossible de faire autrement. Il espère recouvrer avec le temps un peu de vigueur dans la partie frappée. Mgr l'évêque accompagne de ses instances personnelles la demande du recourant. Le maître des cérémonies atteste que, bien que le digne curé ne puisse faire toutes les cérémonies de la messe, il y supplée en employant la main gauche. Il a besoin d'un prêtre assistant, particulièrement pour la communion du calice, parce qu'il faut tenir la patène sous le calice.

Décision. La S. Congrégation du Concile est d'avis de donner l'indult *ad triennium*, supposé que la maladie ne s'aggrave pas. Le curé devra se faire assister d'un prêtre. Rome, 4 mai 1878.

Adrien. Dispensationis ab irregularitate. Die 4 maii 1878. Petrus Baldo, sacerdos et parochus loci Gavazzano Adriensis diœcesis, apopletico morbo correptus usu manus dexteræ ita impeditus fuit ut sacras missæ cæremonias cum ipsa peragendas diligenter explere nequeat, etsi omnes sacrificii actiones commode sinistra peragere valeat.

Hoc itaque infortunio percussus sacratissimum principem humiliter exoravit « che gli sia benignamente concesso di supplire colla sinistra a tutti quegli atti pei quali mal si apprestereble la destra ; e ciò almeno precariamente in quantoché spera che col progredire del tempo gli sia pur dato di acquistare maggior vigoria nella parte lesa ».

Adriensis episcopus in supplici libello pro parocho oblato precibus oratoris suas addere non dubitavit.

His acceptis die 30 maii 1877 rescripsi : Eidem episcopo qui prævio experimento cæremoniarum magistri referat, an sacerdos de quo in precibus missæ actiones rite explere queat, ac transmisso medici testimonio significet, an idem sacerdos in dextero brachio convalescere ulterius valeat.

Verumtatem sede episcopali vacata datis mandatis obtemperatum fuit a vicario capitulari, qui transmissis tum medici tum cæremoniarum magistri documentis (de quibus inferius) addidit in suis literis diei 17 decembris 1877 quod Petrus

Baldo « deficiente usu perfecto brachii dexteri, celebrationem quatuor jam abhinc mensibus circiter cum adsistentia sacerdotis peragit. »

Quibus acceptis rescriptum dedi *Per summaria precum*. Præstat itaque aliquid pro uci muneris ratione innuere.

Dispensatio ab irregularitatis defectu largienda non est, ubi sacræ cæremoniæ fieri non valent absque irreverentia rei sacræ et scandalo vel admiratione fidelium. Hac de re S. Ordo sæpe gratiam denegavit, aut tantum in sacello privato, vel hora qua minus frequens concursus populi foret, celebrare permisit ut in *Abellinen.* irregularit. 28 julii 1770 confirmata 4 maii 1771 et in *Geruntina* 28 maii 1788. Atqui vix legenti attestationem magistri cæremoniarum patet ex tali dispensatione et oriri populi admirationem sacrasque aspernari cæremonias. « Ex prævio experimento... testor Petrum Baldo, deficiente usu perfecto brachii dexteri omnes missæ actiones rite explere nequire: id tamen præstare posset adjuvante ipsum brachium et supplente manu sinistra, adhibito quoque ad supponendam calici patenam in sumptione sanguinis ministro, quem sacerdotem assistentem aliunde ipsa cautela poscit. » Ergo petita gratia deneganda videretur.

Verumtamen cum agatur de jam promoto, et non promovendo, et cum absque culpa irregularis evaserit facilius tunc solet hæc S. C. dispensare uti docent *Comen.* irreg. 6 maii 1775 et 11 julii 1776. *Baionen.* 20 martii 1824. *Astoricen.* dispensationis ab irregularitate 27 februarii 1869 inter *Summ. prec.* relata, aliæque quamplurimæ, præcise vero dispensationem fuisse concessam cuidam regulari, cui ob morbum manus erat impedita, ut celebrare posset cum alterius sacerdotis assistentia referunt Henriquez, lib. 14, cap. 8, num. 4, lib. 9, Leander. *Oper. Moral.* part. 5, tract. 2, de irregul. quæst. 89, qui ulterius quæst. 90 subdit posse a S. pontifice dispensari cum sacerdote utraque manu carente, ita tamen ut per manum alterius sacerdotis hostiam elevet, frangat, et sumat. In una *Consentina* agebatur de sacerdote, qui brachii dextri flexibilitatem amiserat, ita ut nec illud elevare posset, nec se signo crucis signare nisi intercedente distantia unius circiter palmi a fronte, a pectore, ab utroque humero, et ab ore, nec in celebratione missæ sacram hostiam, et sanguinem sumere poterat, nisi ope brachii, et manus sinistræ, licet cæteras missæ cæremonias rite adimpleret. Propositis tamen dubiis : I. An sacerdos sit irregularis. II An eidem sit concedenda dispensatio, ut missam celebrare possit in casu. » S. Congregratio die 13 julii 1725 respondit : « Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Arbritrio novi archiepiscopi.* Similis quoque dispensatio in similibus fere casibus concessa fuit in *Placentina* relat. die 1 februarii 1766, et in *Lunen-Sarzanen.* 19 decembris 1769, et in cit. *Acen.* In *Goritien.* dispensationis ab irregularitate diei 17 januarii 1872 inter supplices libellos relata cum petita esset facultas a sacerdote Joanne Cerù apopletico morbo correpto sinistra manu exequendi omnes sacrificii actiones quas dextera perficere non valebat, responsum fuit : « *Pro gratia dispensationis et rehabilitationis arbitrio et conscientiæ archiepiscopi dummodo celebret cum adsistentia alterius sacerdotis ad triennium et quatenus interea morbus non ingravescat, facto verbo cum SSmo.* Quibus ponderatis perfacile dignosci valet oratori petitam gratiam non esse denegandam. Maxime vero quia teste episcopo eamdem parochus expetit « a proprio spirituale conforto e dei fedeli alle sue cure affidati » quo in casu utilitatis Ecclesiæ facilius rigor canonum remittitur, uti docet *Florent.* 19 aprilis 1823, *Hydrunt.* 21 februarii 1824, et quia impedimentum haud videtur esse perpetuum, cum spes effulgeat progressu temporis oratorem posse recuperare salutem ceu ex medici testimonio constat — ibi — « in progresso di tempo potrà ristabilirsi nel suo destro braccio. »

Quibus breviter perpensis videant EE. W. quonam responso oratoris preces sint dimittendæ.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii censuit rescribendum : « Prævia « absolutione quoad præteritum, pro gratia dispensationis et « rehabitationis, arbitrio et conscientiæ episcopi, dummodo « celebret cum adsistentia alterius sacerdotis ad triennium, « et quatenus interea morbus non ingravescat, facto verbo « cum SSmo. Romæ, 4 maii 1878. »

ANNATE

Fabrique de la cathédrale. La bulle de Benoît XIII ordonne que la moitié du revenu de l'année qui suit l'installation des chanoines appartienne à la fabrique. Les distributions sont-elles comprises? Décision de la S. Congrégation du Concile du 20 juillet 1878.

Benoît XIII, par la bulle *Pius et misericors*, a prescrit que les chanoines remettent à la fabrique de la cathédrale la mi-annate, c'est-à-dire la moitié de la première année du revenu. Les distributions quotidiennes sont-elles comprises dans cette contribution ? La question est examinée dans l'affaire suivante, que la S. Congrégation du Concile a traitée le 20 juillet 1878.

La constitution de Benoît XIII n'est pas une loi générale, car elle concerne seulement les diocèses d'Italie.

Æsina. Mediæ annatæ. Die 20 julii 1878. Controversia isthæc, cujus facti speciem habent EE. VV. in folio pro congregatione diei 2 septembris anni 1876 proposita fuit sub dubiorum formula : « I. An inter beneficii reditus computandæ sint distributiones chorales, etsi a præbenda non distinctæ in casu. II. An et quæ onera etiam de facto existentia detrahenda sint in solutione mediæ annatæ in casu, » et E E. VV. respondere censuerunt : *Dilata.* Postquam autem in causæ repropositione, quæ accidit die 3 martii elapsi jam anni ob causarum gravitatem rescripto : *Non proposita*, dimissa fuit, in insequenti congregratione diei 21 aprilis iterum comperendinata venit rescripto : *Dilata.*

Hoc accepto responso ut posset tuto incedi pede hac in definienda controversia episcopo scribere mandavi ut referret an in præteritum pro solutione mediæ annatæ super beneficiis et canonicatibus cathedralis inter beneficii aut canonicatus reditus computari consueverint distributiones chorales tametsi a præbenda non distinctæ. Qui acceptis morem gerens præceptis retulit : « In basim famigeratæ constitutionis Benedicti XIII, quæ incipit : *Pius et misericors*, media annata persolvenda a est a canonicatibus et beneficiis, cujuscumque valoris existant. Ideoque et ut non imminuatur providentia pontificis favore cathedralium, et quia raro mediæ annatæ verificetur exactio, ex eo quod raro etiam expeditiones ab episcopis fiunt ; hinc factum est, ut exactio perficiatur super integros medios fructus primi anni sine detractione distributionum, quæ penes nos a præbendis non sunt distinctæ sed tantum onera per administrationem persoluta detrahuntur, ita ut provisus eodem in statu se habeat ac si provisionem post sex menses haberet, et per antea tamquam administrator agnoscatur. Hoc cautum fuit ut providentia pontificis pro cathedrali conservetur, ut in defectu ejusdem omni dote carente prospiciatur. » Quibus habitis causam hodiernis in comitiis reproponendam duxi nonnulla addendo disputatis in folio pro

congregatione septembris 1876 distributo, et ex sucta benignitate resumendo.

Et ad primum dubium quod attinet observandum venit distributiones quotidianas nomine fructuum stricto sensu non venire, cap. *Licet*, de præb. licet de fructibus persolvantur Achil. decis. 8, num. 2 de pension. Atqui media annata ex fructibus beneficii solvenda esse videtur. Audiatur sane Rota coram Mazanedo decis. 842, num. 2 :

« Media annata debet solvi ex fructibus, seu reditibus beneficii, ut clare dicunt verba rescripti, et dispositum est etiam de jure, ut tradunt Coras, *De benef.* p. 4, c. 4, num. 14. Monet. *De distrib. quotid.* p. 3, q. 9, num. 27. Burs. cons. 126, num. 83, lib. 2. » In computatione ergo solutionis mediæ annatæ distributiones detrahendæ viderentur.

Quam conclusionem magis atque magis obtinere arbitrarer exemplo ducto ex stylo Datariæ apostolicæ, ubi in solutione annatæ distributiones quotidianæ haud computari solent. Et si universi beneficii fructus in solis distributionibus consisterent, annatæ solutio cessaret ad tradita per Pitonium in Addit. 18 ad *Discept. eccl.* n. 15 : « Si universi fructus beneficii consisterent in solis distributionibus . . . cessaret solutio annatæ, ut observant Monet. *De distrib.* quæst. 9, num, 25 et 29. Gonzal. ad reg. 8 Canc. § 7 proœm. num 166 et seqq. Paris. de resignat. lib. 10, quæst. 2, num. 63. » Exinde cum major pro ecclesia cathedrali, quam pro Sede apostolica militare non debeat ratio et favor, dicendum videretur quod inter beneficii reditus pro solutione mediæ annatæ computandæ non essent distributiones quotidianæ, etsi a præbenda non distinctæ.

Ex adverso vero perpendi potest quod tanta fuit sollicitudo Benedicti XIII consulendi ecclesiarum tam cathedralium quam collegiatarum restaurationi, ut voluerit tantum excipere a dicta solutione parochialia beneficia annuum valorem centum scutatorum non excedentia computatis incertis, quæ titulo parochiali tantum obveniant, Si igitur computanda esse edixit in beneficiis parochialibus emolumenta etiam incerta, a fortiori dici posse videretur quod laudatus pontifex in choralibus beneficiis voluerit distributiones comprehendere. Maxime quia ad ecclesiæ manutentionem de jure tenentur canonici ex distributionibus contribuere. Frances. *de eccl. cathed.* cap. 13, num. 42. Rot. in *Cadicen.* distribut. 21 octob. 1577 relat. in part. 2 rec. decis. 325. Unde optime Rota coram Mazanedo loc. cit. num. 14 : « Non obstat quod reditus hujus clericatus consistant in fructibus, qui solum debentur præsentibus et interessentibus, et sic assimilentur distributionibus quotidianis ut per Riccium cum isti reditus pro rata remanere deberent ratione mediæ annatæ penes sacristiam. » Et S. C. in *Realina* mediæ annatæ diei 12 maii 1770 ad 2 dub. tenuit canonicos, beneficiatos et clericos beneficiatos ejusdem ecclesiæ, nullam licet habentes propriam præbendam, nullosque reditus peculiares, sed quotidianas tantum lucrantes distributiones in futurum teneri ad mediæ annatæ solutionem ad formam Benedictinæ constitutionis. Proposito sane secundo dubio : « An ad solutiones ejusdem mediæ annatæ in futurum teneantur canonici, beneficiati et clerici beneficiati ejusdem ecclesiæ cathedralis in casu? responsum prodiit : Ad II. *Affirmative ad formam constitutionis Benedictinæ et amplius.* Quæ porro quæstio cum fuisset die 10 maii 1789 reagitata sub dubio : « An sit standum vel recedendum a decisis sub die 12 maii 1770 quoad secundum dubium? » consultissimo fuit dimissa responso : *In decisis et amplius.*

Nec alia hac super re deesse videntur exempla ceu legitur in cit. Reat .de anno 1770, § *Circa*, ubi ex officio præ ceteris animadvertebatur : « In *Camerinen.* et Anagnina mediæ annatæ 2 maii 1733 contendebant canonici et beneficiati collegiatæ ecclesiæ terræ Apiri sub diœcesi Camerinen. existentis, se minime in dicta constitutione comprehendi, tum quia reditus, qui ab iis percipiebantur, in distributionibus tantum consistebant, tum etiam quia reparationi ecclesiæ satis prospectum fuerat, quemadmodum episcopus et vicarius foraneus testabantur. Idipsum quoque iisdem innixi rationibus contendebant canonici et beneficiati cathedralis Anagninæ ; sed nihilominus Sacra Congregatio ad solutionem mediæ annatæ utrosque censuit adigendos, ut habetur in Thesaur. resol. tom. 6. » Quibus igitur attentis videretur quod distributiones chorales etsi a præbenda non distinctæ computandæ forent in mediæ annatæ solutione.

Neque regeras ex Reatina citata deprehendi quod olim beneficiati specialibus gaudebant præbendis, quæ in posterum in quotidianas distributiones conversæ fuerunt. Reat. cit. anno 1770, § *Neque.* Siquidem in facto est quod tempore motæ litis de distributionibus quotidianis sermo erat, et de iis sacer Ordo præcepit solutionem faciendam esse ad formam Benedictinæ constitutionis, quin aliqua fieret pro distributionibus quotidianis detractio in computatione peragendæ solutionis.

Multoque minus apostolicæ Datariæ stylus circa annatæ solutionem officere videtur. Inter annatæ enim et mediæ annatæ solutionem maxima videtur discrepantia vigere, ut observat Lotter. *De re benef.* lib. 3, quæst. 20, n. 1. Quæ porro discrepantia ictu oculi clarescere videtur, si observare placeat primo quod annata non solvitur, nisi de beneficiis annuum superantibus valorem 24 ducatorum aureorum, quos vocant de Camera. Devoti, *Instit can.* lib. 1, tit. 5, sec. 3, § 41, et contra ad solutionem mediæ annatæ tenetur beneficia cujuscumque valoris existant. Bened. XIII constit. cit. Secundo si paru per attendas quod mediæ annatæ solutio fit pro cathedralium et collegiatarum restauratione, dum e contra annata solvitur pontifici loco decimarum. Fagnan. in cap. *Præterea*, tit. Ne prælati vices suas, num. 18, et 25. Piton. in Addit. ad *Discept.* 18, n. 4. Rigant. in Reg. 5 cancell. 71 et 91 ad num. exemplum legis veteris, qua levitæ summo sacerdoti decimas decimarum solvere jubebantur. Num 18 ; idque ut consulere possit decenti tuitioni sui, et in obsequium primatus, quem habet in universa Ecclesia. Pallavic. Hist. concil. Trid. lib. 2 cap. 8, num. 4. D. Thom. 2, 2 q. 87, a. 4. Baron. ad an. 1156, num. 19, pag. 105, tom. 19. Ed. Lucæ.

Quæ porro discrepantia magis atque magis elucescit si perpendas quod talis objectio producta fuit ab episcopo in *Realina ann.* 1770 superius citata, § *Hæc*, ubi habetur : « Hac de causa (nempe quia reditus omnes beneficiatorum in quotidianas distributiones redacti fuere) capitulum exemptum fuit ab onere solvendi mediam annatam Datariæ apostolicæ in collatione beneficiorum, » et tamen S. C. tenuit ad formam Benedictinæ constitutionis ab iis beneficiatis esse solvendum.

Ad secundum dubium deveniens tantum referre duxi, quæ adnotat De Albertis *De sacris utensilibus*, cap. 12, num. 314 : « Et quoniam sermo incidit de media annata hic addere juvat quod ante solutionem illius detrahenda sunt onera omnia certa et realia, inter quæ veniunt etiam expensæ pro utensilibus quemadmodum habemus ex resolutione S. Congr. Concilii excerpta ab appendice synodi Septempedanæ episcopi Pieragostini ex prænobili Camerini familia, pag. 113, his verbis concepta :

« *Maceraten. Mediæ annatæ.* Cum hæc S. Congr. die 17 junii 1727 in *Tudertina* declaraverit mediam annatam præscriptam in Romano concilio favore fabricæ cathedralis deberi ex fructibus percipiendis post adeptam possessionem, detractis oneribus, nempe solutionibus pensionum, livellorum, collectarum cameralium et etiam missarum juxta legem fundationis beneficii celebrandarum, Bernardinus Tozzi, prior sanctæ Mariæ de Porta, supplicat pro declaratione, an inter dicta onera detrahenda comprehensæ sint expensæ, quas annuatim subire tenetur

pro manutentione ecclesiæ sacrarii, domorum prioralium; et an fructus nonnullarum capellarum cum onere missarum, dicto prioratui annexarum utpote laicalium et collectis cameralibus subjectarum, debeant comprehendi inter fructus dicti prioratus; ita ut sint computandi in media annata ? Die 28 januarii 1730 Sacra Congregatio Emorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum, attenta relatione episcopi Maceratensis censuit mediam annatam deberi etiam ex fructibus legatorum piorum cum onere missarum, dummodo legata sint unita prioratui, detractis tamen prius oneribus missarum et expensis pro manutentione ecclesiæ, sacrarii et domorum. » Et consonat altera resolutio ipsiusmet Sacræ Congregationis *Tiburtina* mediæ annatæ 4 maii 1754, in qua decretum fuit : Mediam annatam esse solvendam ex fructibus percipiendis, deductis oneribus fixis et realibus, non vero personalibus, ut patet in *Thesaur. resolut.* tom. 18, pag. 29 et 32. »

Hisce igitur attentis aliisque in præterito folio deductis EE. PP. enodare deprecantur dubia :

I. An inter beneficii reditus computandæ sint distributiones chorales etsi a præbenda non distinctæ in casu ?

II. An et quæ onera etiam de facto existentia detrahenda sint in solutione mediæ annatæ in casu ?

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative, et amplius.*

Ad II. *Detrahenda esse onera fixa, et realia, non vero personalia, et amplius, et scribatur episcopo ad mentem.*

Romæ, 20 julii 1878.

DECRETS INEDITS

DE LA S. CONGRÉGATION DES ÉVÊQUES ET RÉGULIERS (1).

(Suite.)

Chartreux. Deux ans de noviciat. — Cisterciens. Belgique. Paroisses. — Procès caméral. — Bénédictins. — Espagne. Couvents de religieuses placés sous la juridiction des ordinaires. — Bénédictins. Ordination. Consécration des calices. — Franciscains. Chapitre général. — Bénédictins de France. Erection canonique du monastère de Ligugé. — Division des provinces des réguliers. — Définiteurs généraux de l'ordre franciscain. — Créance portant intérêt. — Capucins. Fondation canonique du couvent de Périgueux. — Pensionnat. Augustins. — Bénédictins du Brésil. — Clarisses de Naples. Confesseurs. — Circulaire. Couvents de Pologne et de Russie. — Chartreux. Clôture. — Religieux allant à Rome sans permission. Censures. — Franciscains de Croatie et de Carniole. — Capucins. Couvent de Toulouse. — Bénédictins de Bavière. — Profession solennelle. Dispense refusée. — Instruction publique. Conventuels. — Belgique. Union de monastère bénédictin à la province de Subiac. — Mexique. Vente des biens des couvents. — Mercédistes de Cordova. Aliénation. — Minimes de Marseille. — Trappistes. Dispense des vœux. — Trappistes. Départ arbitraire. — Dominicains. Chapitre provincial. — Bénédictins de France. Union à la province de Subiac.

1881. Super novitiatu.

Cardinali secretario status. — Nella udienza del giorno 2 del corrente mese, fu umiliata relazione alla S. di N. S. della istanza che il P. priore della Certosa di Firenze presentava alla S. Sede, per mezzo di quella nunziatura ad effetto di poter ammettere alla solenne professione religiosa tre giovan novij, sebbene i medesimi non abbiano ancora esaurito il tempo di prova stabilito dall'ultimo capitolo generale del succennato ordine.

S. Santità per altro, inteso il voto della religione, non ha creduto espediente concedere l'implorata dispensa per il residuo di tempo di prova, che viene prescritto in una delle ordinazioni emanate dall'ultimo capitolo generale ed approvate dalla S. Sede, affine di avere maggiori e più sicure prove della vocazione de' giovani novizj.

Romæ, 5 decembris 1855.

1882. Cisterciensium belgii.

Cardinali archiepiscopo Mechlinen. — Non latet eminentiam tuam a monachis Cisterciensibus abbatiæ B. M. V. loci S. Bernardi in Bornhem dubium, quod transcribitur huic S. C. negotiis EE. et RR. propositum fuisse; scilicet : An abbatia B. M. V. loci S. Bernardi Cisterciensis ordinis jus præsentandi monachos ad parœcias Lapellen et Lænout in Mechlinensi diœcesi sitas, quod a pluribus sæculis pacifice possederat, post concordatum anni 1801, aut bullas illud concomitantes amiserit, an autem etiamnum hæc jura conservet? Ad idem dubium, uti par erat, rite dirimendum, Emi Patres Cardinales hujus S. Consilii rem sedulo diligenterque perpenderunt, audita relatione a te transmissa, et rationibus a Cisterciensibus deductis. Quibus præhabitis, in generali conventu habito in palatio apostolico Vaticano, die 14 decembris elapsi anni 1855, referente Emo Brunelli, ad propositum dubium rescripserunt : *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.* Et quidem hanc resolutionem ad Em. tuam communicandam voluerunt, pro certo habentes benevolentiam tuam ob motam quæstionem minime imminutam esse erga Cisterciensium ordinem, qui a priscis temporibus semper spectabilis, deque catholica religione optime meritus fuit. Hæc significanda erant E. T. cui manus humillime osculor.

Romæ, 7 januarii 1856.

1883. Super processu camerali.

Vigore specialium facultatum S. C. facultatem benigne tribuit abbati ordinariæ SSmo Trinitatis Caven conficiendi processum, ut ajunt cameralem, cum summaria descriptione criminum et sufficiente defensione, ac omissis aliis solemnitatibus, una cum quatuor senioribus monachis seligendis ex

(1) Voir la livraison cinquante-deuxième.

(1881). *Chartreux. Deux ans de noviciat.* Plusieurs années avant la publication du décret qui oblige les religieux d'émettre des vœux simples pendant trois ans, avant la profession solennelle, plusieurs instituts reconnurent la nécessité de prolonger le noviciat. Le chapitre général des Chartreux fit un statut qui prescrivit deux années de noviciat, sous peine de nullité de la profession. Le Saint-Siége confirma ce statut. Voici ce que la S. Congrégation des évêques et réguliers écrit au cardinal secrétaire d'Etat : « On a référé au Saint-Père dans l'audience du 2 courant la demande que fait le prieur de la Chartreuse de Florence par l'entremise de l'internonce, pour être autorisée à recevoir à la profession religieuse trois jeunes novices qui n'ont pas encore terminé le temps d'épreuve que le dernier chapitre général a ordonné. Le Saint-Père n'a pas cru utile d'accorder la dispense du reste du noviciat, car il importe d'avoir des preuves plus grandes et plus sûres de la vocation des novices. Rome, 5 décembre 1855. »

(1882) *Cisterciens. Belgique. Paroisses.* Les cisterciens de Bornhen avaient jadis quelques paroisses desservies par des religieux qui étaient nommés par la communauté. Le concordat de 1801 et la bulle de confirmation ayant aboli les églises de France et de Belgique, ainsi que tous leurs priviléges et prérogatives, et tout leur ancien état, on s'est demandé si le monastère conservait le droit dont elle était en possession depuis plusieurs siècles ? La S. Congrégation décide que le droit en question est perdu. Rome, 7 janvier 1856.

(1883). *Procès caméral.* Nous avons plusieurs fois eu l'occasion de faire connaître la nature de la procédure extrajudiciaire que les supérieurs réguliers emploient quelquefois contre les religieux dont l'expulsion est reconnue nécessaire. Le présent indult autorise l'abbé du monastère Bénédictin de la Cava, dans le royaume de Naples, à dresser cette enquête, en se faisant assister de quatre autres moines, pour expulser deux religieux incorrigibles. Rome, 29 janvier 1856.

abbatibus, prioribus et decanis monasterii Caven. vel monasterii S. Severini ; sive ab utroque, prout ipse abbas existimaverit procedendi ad sententiam expulsionis duorum monachorum de quibus in precibus, si ita in Domino judicaverint.

Romæ, 29 januarii 1856.

1884. Ordinis s. benedicti.

Archiepiscopo Senonensi. — Superior monasterii S. Mariæ de la *Pierre-qui-vire*, in ista diœcesi positi, ab hac S. Congregatione postulavit approbationem constitutionum peculiarium instituti nuper erecti sub titulo regularium S. Benedicti, in quo ferventius mortificationi et animarum saluti religiosi vacarent. Sacra hæc Congregatio, antequam aliquid super hoc negotio decernat, opportunum duxit amplitudini tuæ committere, ut referas de origine, et progressu enunciati instituti, de ædibus in quibus religiosi inhabitant, an etiam in aliis diœcesibus monasteria habeant, de eorum numero, vitæ ratione, qualitate votorum, de cibis quibus utuntur, de mediis subsistentiæ, nec non a quo et quando constitutiones efformatæ fuerint, an usu et experientia comprobatæ reperiantur, super quibus omnibus eadem amplitudo sententiam aperiat.

Romæ, 4 martii 1856.

1885. Super rebus hispaniæ epistola circularis.

Peculiaribus inspectis circumstantiis in quibus monasteria sanctimonialium virginum superioribus regularibus subjecta, nec non religiosi viri a claustris ejecti in Hispanica ditione in præsens reperiuntur, SSmus D. N. existimavit eis speciali apostolicæ Sedis providentia consulendum esse. Idcirco Sanctitas Sua prædicta monasteria sanctimonialium virginum, quæ præsidibus regularibus subsunt ac insuper præfatos religiosos viros extra claustra degentes in Hispaniarum regno, jurisdictioni antistitum, seu ordinariorum locorum in quibus eadem monasteria respective reperiuntur, et memorati religiosi commorantur, apostolica auctoritate ad annum a die proximi futuri mensis martii computandum, nisi interim a S. Sede aliter provideatur, subjecti et subjecta et subjectos esse decernit : quin tamen impediantur, quominus enunciati religiosi viri libere confugere possint ad suos præsides seu superiores regulares, quibus quando agitur de rebus conscientiam respicientibus quæ ad votorum observantiam et ad obligationes a religiosa professione promanantes referantur: quod vero spectat ad monasteria, de quibus agitur, S. S. declarat admodum congruum et expediens esse, ut ordinarii in deputandis eorumdem monasteriorum vicariis, confessariis, moderatoribus, deligant religiosos ejusdem ordinis, quatenus illi scientia, vitæ probitate, prudentia, cæterisque qualitatibus ad eadem respectiva officia rite obeunda necessariis præditi reperiantur. Hæc quidem ex S. S. mandato communicamus ut delegata superius jurisdictione pro ea, qua præstas prudentia in ista diœcesi utaris, facta tamen in singulis actis expressa mentione hujus specialis apostolicæ delegationis. Teque simul monitum volumus ut si in earumdem facultatum usu dubitatio, vel difficultas exoriatur, eam ad eamdem S. C. negociis etc. præpositam solvendam proponas.

Romæ, 20 februarii 1856.

1886. De usu pontificalium.

Abbati Ordinis S. Benedicti Catanlæ. — È stato riferito alla Santità di N. S. l'equivoco avvenuto nel credersi V. P. abilitata a conferire in genere gli ordini minori a' suoi chierici professi ed a consagrare i calici e le patene, mentre nel rescritto di questa S. C. la prima facoltà si limitava a due soli chierici e si escludeva la seconda. Il S. Padre penetrato dalle circostanze del fatto, mentre a cautela assolve e dispensa V. P. da qualunque censura e pena ecclesiastica che avesse potuto incorrere e contrarre, per aver Ella conferito gli ordini minori ad un terzo chierico, e per aver consagrati due calici con due patene, l'autorizza nuovamente a conferire al chierico medesimo gli ordini minori, dandole a tal effetto tutte le opportune e necessarie facoltà, ed ha concessa una benigna sanatoria sulle consecrazioni di calici e patene. A togliere per altro ogni motivo di ammirazione, è opportuno ch'Ella proceda alla ordinazione colla possibile riserva e cautela.

Romæ, martii 1856.

1887. Super capitulo generali.

Generali Observantium. — La Santita di N. S. nello speciale interesse da cui è animata pel capitolo generale di cotesto ordine, il quale deve in breve celebrarsi, ha creduto nella sua alta sapienza deputare una speciale commissione, la quale mossa da vero spirito di bene per l'ordine medesimo, si occupi senza dilazione e con tutto l'impegno sotto la presidenza di V. P. Rma degli oggetti che in appresso saranno indicati. Si è degnata pertanto nominare per la sudetta commissione gl'infrascritti religiosi. La V. P. Rma; 2. il R. P. Fulgentio da Torino, procuratore degli osservanti; 3° P. Venanzio da Celano, procuratore de' riformati; 4° P. Luigi da Lucca, definitore generale degli Osservanti; 5° il P. Giuseppe da Vallepietra provinciale della provincia romana, osservante ; 6° il P. Giuseppe da Velletri, ex-provinciale della sudetta provincia ; 7° P. Salvatore da Roma, provinciale della provincia romana riformata. Tale commissione è incaricata 1° di rivedere e proporre le modificazioni che si credono introdurre alle costituzioni ; 2° di presentare le opportune osservazioni sul piano degli studii da adottarsi definitivamente; 3° di proporre le questioni di massima che si volessero presentare al capitolo. E mente poi del S. Padre che la commissione medesima rediga una

(1884). *Bénédictins.* Le supérieur du monastère de la Pierre-qui-Vire ayant demandé l'approbation de ses constitutions, la S. Congrégation demande des renseignements à Mgr l'archevêque de Sens sur l'origine de l'institut, son état actuel, le nombre de religieux, le genre de vie, l'abstinence, les moyens d'existence, etc. Rome, 4 mars 1856.

(1885). *Espagne. Couvents de religieuses placés sous la juridiction des ordinaires.* L'Espagne renferme des couvents de femmes qui dépendaient autrefois des supérieurs réguliers. Après la suppression des religieux, les couvents de femmes ont été remis à la juridiction des ordinaires. En outre, les religieux dispersés sont également placés sous la juridiction des évêques. La S. Congrégotion recommande de choisir de préférence les religieux comme supérieurs ou confesseurs des couvents de femmes. Rome, 20 février 1856.

(1886). *Bénédictins. Ordination. Consécration des calices.* L'abbé de Catane ayant demandé l'autorisation de donner les ordres mineurs à ses religieux et de consacrer les calices et les patènes, la S. Congrégation permit d'ordonner deux religieux et refusa la permission de consacrer les calices et les patènes. L'abbé conféra les ordres mineurs à trois religieux ; il consacra deux calices et deux patènes. La S. Congrégation accorde l'absolution à l'abbé, et ordonne de conférer de nouveau les ordres mineurs au troisième religieux dans le plus grand secret. En outre, en ce qui concerne la consécration des calices et des patènes, l'acte est ratifié. Rome, mars 1856.

(1887). *Franciscains. Chapitre général.* La S. Congrégation ordonne la formation d'une commission de sept religieux en préparation du chapitre général. Revoir les constitutions et proposer les changements qui paraissent nécessaires; examiner le plan d'études qui sera définitivement adopté ; proposer les questions de principe qu'on croira utile de soumettre au chapitre général, tel est l'objet de la commission spéciale. Rome, mars 1856.

relazione di quanto avrà operato, e la trasmetta a questa S. C. affinchè si possano dare dalla S. Sede le opportune istruzioni. V. P. darà sollecita partecipazione ai religiosi soprascritti della espressa volontà del S. Padre, e nel zelo che la distingue, procurerà l'esatto adempimento di tal pontificia disposizione.

Romæ, martii 1856.

1888. Ordinis s. benedicti galliarum.

Ex audientia SSmi 28 martii 1856. Sanctitas Sua, attento voto abbatis superioris generalis congregationis Galliæ, erectionem præfati monasterii a S. Martino nuncupandi Locogiaci (Ligugé) in diœcesi Pictaviensi existentis, apostolica auctoritate confirmavit sub regula S. Benedicti et uti monasterium memoratæ Gallicæ congregationis, illudque abbatiæ titulo condecoravit, ea tamen lege ut dicti monasterii superior nomine et gradu abbatis non fruatur, donec extantibus in eodem saltem 12 monachis, episcopo Pictaviensi et abbate superiore generali in unum convenientibus, rebusque mature perpensis, mutuo consensu decernant opportunum esse ut de abbate provideatur, et tunc abbas superior generalis ad præscriptum constitutionum memoratæ Gallicæ congregationis pro prima vice monachum ad abbatis gradum promovendum designabit et instituet; ac deinceps electio ad tramites earumdem constitutionum pariter fiat. Insuper Sanctitas Sua cessionem favore ejusdem monasterii ab antistite Pictaviensi propositam, scilicet ædificiorum, horti, cæterarum ædium, fundorum et dotationis nec non presbyterii et chori ecclesiæ S. Martini quæ ad hunc finem immensis episcopi recens constructa sunt, ratam habuit, ac etiam curam parochialem animarum ecclesiæ Locogiacensis eidem monasterio unitam adnexamque esse indulsit, ita ut eamdem curam exerceat unus ex monachis S. Martini qui alium monachum in partem muneris parochialis vicarii titulo recipiat, et uterque in præsens a superiore generali, deinde vero ab abbate monasterii S. Martini episcopo præsentabuntur pro approbatione, institutione, ceterisque ad formam sacrorum canonum et constitutionis Benedicti XIV pro parochiis regularibus incipien. *Firmandis*; ac episcopus ipse enunciatam in precibus conventionem circa parochiale servitium perficiat. Tandem Sanctitas Sua præsentis decreti executionem episcopo Pictaviensi et abbati superiori generali commisit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ, etc.

1889. Super divisione provinciæ.

Ex audientia SSmi die 14 martii 1856. Sanctitas Sua, accepta relatione Emi cardinalis Scitowski, visitatoris apostolici præfatæ provinciæ, divisionem ratam habuit, eidemque facultatem tribuit deputandi usque ad capitula provincialis celebrationem vicarium provincialem et definitores provinciæ ab Immaculata Virgine Deipara nuncupatæ, ac insuper suprascriptas conditiones, regulas et statuta approbavit; donec quoad eadem statuta et regulas aliter a S. Sede decernatur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ, etc.

1890. Super residentia definitorum.

Decretum. — SSmus D. N. probe noscens ad rectam inclyti ordinis Minorum Observantium et Reformatorum S. Francisci administrationem valde expedire definitores generales in Urbe commorari, ut ministro generali in ordinis regimine adjutricem operam præstent, hujus decreti tenore statuit, decernit atque constituit, ut definitores generales ejusdem ordinis Romæ permanere ibique residentiam habere teneantur, quin possit minister generalis b hujusmodi obligatione dispensare ac definitores generales alio transferre. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ, 12 aprilis 1856.

1891. Super credito fructifero.

Cardinali archiepiscopo Bononien. — In seguito di quanto sua curia riferiva sulla istanza di cotesti Agostiniani diretta a potere rinvestire in crediti fruttiferi gli scudi sei mila ricevuti da Giuseppe Desideri di Offida per fondi vendutigli, mi occorre significare all'E. V. che questa S. C. non permette rinvestimento di tal sorte. Ella pertanto si compiacerà persuadere alle parti che formino un censo a norma della bolla di S. Pio V, quante volte però non si trovasse un utile rinvestimento in stabili, lo che non sembra difficile, trattandosi di una somma ben considerevole.

Romæ, 16 junii 1856.

1892. Ordinis capucinorum.

Ex audientia SSmi diei 20 junii 1856. Sanctitas Sua, audito voto P. procuratoris generalis, benigne annuit, ac propterea mandavit committi episcopo Petrocoren ut veris existentibus narratis, et accedente consensu P. ministri generalis et provincialis, ad erectionem enunciati conventus pro suo arbitrio et conscientia devenire possit ac valeat, ea tamen lege ut perfecta vita communis in ipso servetur, et sufficiens religiosorum numerus constituatur. Contrariis, etc.

Romæ, etc.

(1888). *Bénédictins de France. Erection canonique du monastère de Ligugé.* La S. Congrégation confirme la fondation de cette maison, aux conditions suivantes : Le supérieur ne prendra le titre d'abbé que lorsque la communauté aura douze profès. La cession de l'église Saint-Martin, du presbytère et des biens est ratifiée. On approuve aussi l'union de la paroisse et de la cure au monastère. Rome, 28 mars 1856.

(1889). *Division des provinces des réguliers.* Le cardinal Scitowski, archevêque de Gran, visiteur apostolique des couvents de Hongrie, ayant décidé la division d'une province, la S. Congrégation ratifie la mesure et autorise le visiteur à désigner un vicaire provincial et les définiteurs intérimaires, jusqu'à la célébration du prochain chapitre provincial. La discipline traditionnelle des grands ordres veut que les supérieurs soient établis par l'élection. Rome, 14 mars 1856.

(1890). *Définiteurs généraux de l'ordre franciscain.* Les définiteurs étant les conseillers du général doivent naturellement résider à Rome. Le présent décret défend au général de les envoyer hors de la capitale. Rome, 12 avril 1856.

(1891). *Créance portant intérêt.* Le Saint-Siége ne permet pas aux communautés religieuses de placer à intérêt. Depuis 1815, la Pénitencerie romaine, sans se prononcer sur la question, tolère que les confesseurs n'inquiètent pas les fidèles qui prennent l'intérêt autorisé par la loi civile, pourvu qu'ils soient disposés à se soumettre aux futures décisions de l'Eglise. Cette tolérance ne s'étend pas aux communautés. La S. Congrégation écrit au cardinal archevêque de Bologne : « Les Augustins demandent d'employer en créances productives d'intérêt les six mille écus qu'ils ont reçus de Joseph Desideri d'Offida pour la vente de biens. Je dois notifier à votre éminence que la S. Congrégation ne permet pas un placement de ce genre. Il faudra suggérer aux Augustins de créer un cens (rente perpétuelle), conformément à la bulle de S. Pie V, supposé qu'ils ne puissent acheter des immeubles. Rome, 16 juin 1856.

(1892). *Capucins. Fondation canonique du couvent de Périgueux.* Le rescrit de la S. Congrégation donne commission à Mgr l'évêque de Périgueux pour, du consentement du général et du provincial de l'institut, procéder à l'érection du couvent de cette ville. Rome, 20 juin 1856.

1893. Super educandatu.

(1923). *Eloquence sacrée.* La S. Congrégation écrit au général des Franciscains de l'Observance : « En approuvant par décret spécial le règlement d'études que votre paternité révérendissime a présenté, le saint-père a ordonné à cette S. Congrégation d'appeler votre attention sur l'étude de l'éloquence sacrée. Les jeunes gens doivent se garder de l'exemple que donnent certains prédicateurs de notre époque, lesquels, au lieu d'annoncer la parole de Dieu, comme doit l'être pour enseigner aux peuples les maximes de notre sainte religion, et convertir les pécheurs, se prêchent eux-mêmes, empruntent leurs arguments aux sources profanes. Ce genre d'éloquence charme peut-être l'oreille, mais elle ne descend pas dans les cœurs pour les porter à quitter le vice et à suivre le sentier des vertus chrétiennes Votre paternité sait fort bien que cela provient de l'esprit de nouveauté qui s'est introduit dans la prédication de certains personnages, et de ce qu'on abandonne les principales sources de l'éloquence sacrée, c'est-à-dire l'Ecriture sainte et les pères. Ainsi votre paternité mettra tous ses soins à ne pas laisser introduire dans son ordre un si grand abus, de sorte que les jeunes gens y soient formés à l'éloquence qui est en rapport avec le saint ministère et correspond au but que la sainte Eglise se propose. Rome, 5 décembre 1858. »

(1924). *Indults de sécularisation.* Lorsque le saint-siége accorde aux religieux sécularisés la permission de disposer de leurs biens, cela s'entend des biens légitimement acquis postérieurement à l'exécution de l'indult de sécularisation. Les acquisitions antérieures ne sont pas comprises, sauf le cas où il en est fait mention expresse Rome, 6 décembre 1858.

dell' indulto, questa S. C. suole apporre nei rescritti la sanatoria degli acquisti gia fatti, ed estendere espressamente anche a questi la facolta di disporre.

Romæ, 6 decembris 1858.

1925. Ordinis s. benedicti in bohemia.

Cardinali archiepiscopo pragen. — Relata sunt ad Ssmum D. N. reclamationes monachorum monasterii Lambacensis ordinis S. Benedicti contra decreta et electiones ab E. T factas in enunciato monasterio, nec non rationum momenta quibus tu motus es ad illa emittenda. Sanctitas sua, cum in votis semper habeat ut monastica disciplina in regularibus familias non restituatur modo, sed magis magisque ad populi christiani ædificationem et ad propriam alumnorum religiosorum ordinum sanctificationem augeatur, decreta a te lata pro dicto monasterio electionesque factas, utpote quæ ad memoratum finem tendunt, executioni demandandas existimavit, hac tantum limitatione apposita, quod abbas a te electus in suo munere ad nutum S. Sedis permaneat. Confidit vero Sanctitas sua monachos pro ea quam erga apostolicam sedem profitentur obedientiam, reverentiam et obsequium prompto animo Sanctitatis suæ voluntati obsequuturos ceterisque ejusdem ordinis alumnis exemplo futuros.

Romæ, 13 decembris 1858.

1926. Ordinis prædicatorum.

Ex audientia 3 decembris 1858. Sanctitas sua benigne annuit pro dispensatione a præfatis litteris apostolicis in forma brevis S. M. Gregorii XVI, et concessione dictarum ædium et bonorum juxta preces favore ordinis Prædicatorum nec non commisit Dno episcopo Secovien.restitutionem dicti conventus (Gracensis) et bonorum. Insuper P. magistro generali facultatem tribuit constituendi in eodem conventu novitiatum, quatenus habeatur locus pro novitiis separatus, ac reliqua omnia quæ de jure requiruntur, et præsertim servetur regularis disciplina ac perfecta vita communis introducatur. Contrariis etc.

1927. Super recursu ad judicem civilem.

Generali Observantium. — La S. C. dei VV. e RR. è stata informata che il P. Guardiano di S. Francesco del convento di Lima, nulla questione insorta tra lui ed il seminario della metropolitana, ha ricorso al giudice civile del luogo, mentre pendea la decisione della questione stessa presso la S. Sede. Il giudice civile pero,a premura di Monsignore delegato apostolico sospese la decisione non ostante la insistenza del religioso. Fu scritto officiosamente al medesimo dal detto monsignor delegato, perchè desistesse dal processo, restituendo le cose nello stato in cui erano prima della questione; ma inutilmente, anzi si conosce che il guardiano stesso ha assicurato che non obbedirebbe alla S. Sede a meno che la decisione de sua Santita gli fosse annunciata per mezzo del P. Generale dell' Ordine. Riferito tuttocio al S. Padre, ha egli ordinato di renderne informata la paternita vostra acciocchè ammonica gravamente il detto P. guardiano, ordinandogli di aspettare quanto la Santita sua credera decidere e di disporre sullo vertenza di cui si tratta. Ragguagliera in seguito la P. V. la S. C. affinche se ne facia relazione a sua Santita.

Romæ, 22 decembris 1858.

1928. Ordinis s. benedicti in gallia.

Abbati Solesmens. — Quæstio valde diuturna inter te ac monachum N. ob domum in loco Acey emptam, gravem admirationem afferre potest, nisi ei aliquo modo finis imponatur. Ipse enim prout ex libello typis impresso apparet, asserit causam offensionis ex eo repetendam esse, quod partem pecuniæ pro ea domo emenda ab ipso collectæ velles impendere in solvenda ingentia debita, quibus gravaris, seque petitionibus tuis ex conscientia acquiescere non potuisse; ad probandum nonnullas tuas litteras exhibuit quæ respondent litteris typis impressis. Ipse certe male se gessit in edendo suo libello, et in hanc urbem petendo; verum ex mandato hujus S. C. spiritualibus exercitiis vacavit et a censuris ecclesiasticis absolutus fuit. Expediret profecto ut res componatur, et ut illum benigne reciperes Hæc tibi significanda erant, et Deus te sospitem servet.

Romæ, 19 aprilis 1858.

1929. Dubia secularizationis.

Il fine principale di una supplica presentata alla Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, ed esaminata da molti rispettabilissimi soggetti claustrali, si fu di ottenere una regola costante sull' ammettere, o rigettare le istanze de religiosi, che vivono nel secolo con pontificio indulto, e chieggono di rientrare nei loro ordini.

Siccome però tale materia portava seco alcune circostanze intrinseche, ed estrinseche all' esecuzione, perciò utile cosa sembrò all' estensore della supplica di proporre molti dubbi, li quali furone seriamente esaminati dai padri procuratori generali degl' ordini regolari, intese le loro consulte, e definitori generali.

La discussione, e risoluzione di alcuni dei proposti dubbi sembrarono alla Sagra Congregazione meritevoli della mag-

(1925). *Bénédictins de Bohême.* Après le concordat autrichien de 1855, le cardinal archevêque de Prague fut établi visiteur apostolique des communautés religieuses de l'empire. La S.Congrégation approuve les décrets et les nominations que le visiteur apostolique a faites dans le monastère bénédictin de Lambach, et qui tendent au rétablissement de la discipline monastique. Rome, 13 décembre 1858.

(1926). *Dominicains.* La S. Congrégation permet le rétablissement d'un couvent en Autriche, et l'ouverture d'un noviciat dans cette maison. Rome, 3 décembre 1858.

(1927). *Franciscains de Lima. Tribunal civil.* Le supérieur des Franciscains de Lima a fait un procès au séminaire devant le tribunal civil. Voici ce que l'on écrit au général de l'institut: « La S. Congrégation a été informée que le P. gardien de Lima a fait recours au juge civil pour la controverse qui s'est élevée entre lui et le séminaire de l'église métropolitaine, quoique cette même affaire fût pendante auprès du saint-siége. A la demande de Mgr le délégué apostolique, le juge a renvoyé la décision de l'affaire; mais le religieux a renouvelé son instance. Mgr le délégué lui a écrit officieusement de se désister et de remettre les choses en l'état où elles étaient avant le conflit. Tout cela n'a servi de rien. On sait que le gardien a déclaré qu'il ne se soumettrait au saint-siége que si la décision du saint-père lui était notifiée par l'entremise du général de l'ordre. Tout cela ayant été rapporté au saint-père, il a ordonné d'en informer votre paternité, afin qu'elle adresse une sévère remontrance au dit gardien, et lui ordonne d'attendre ce que Sa Sainteté croira devoir décider et prescrire. Rome, 22 décembre 1858. »

(1928). *Bénédictins.* Cette lettre se rapporte à une affaire dont il a été parlé ci-dessus, num. 898.

(1929). *Sécularisation des religieux.* Comme l'indult de sécularisation n'annulle pas la profession, les religieux qui retournent au cloître ne sont pas obligés de renouveler le noviciat et la profession. Il se peut toutefois que l'usage légitimement prescrit exige ce renouvellement. Les supérieurs peuvent demander cependant les documents attestant la bonne conduite des religieux pendant qu'ils ont vécu dans le monde, et les obliger de faire les exercices spirituels.

giore sollecitudine, e perciò quattro ne furono sottoposti al più maturo, e diligente esame del tenore seguente :

1. Se appartenga alla sola Sagra Congregazione dei Vescovi, e regolari il giudicare, e dichiarare, in caso di dubbio sulla validità, o invalidità dei rescritti apostolici di secolarizzazione, accordati ai regolari di qualunque ordine, ad esclusione di qualsivoglia altro superiore ecclesiastico inferiore.

2. Se dai superiori regolari si debbano riguardare per validi, o come invalidi i medesimi rescritti di secolarizzazione, fino a tanto che taluno di essi non sia stato dalla medesima sagra congregazione dichiarato invalido, e nullo.

3. Se nel caso, che alcun religioso secolarizzato richiedesse di rientrare nel suo ordine, et il di lui rescritto di secolarizzazione venisse dalla Sagra Congregazione riconosciuto, e giudicato valido, sia tenuto il medesimo religioso postulante fare nuovo noviziato, e nuova professione solenne, per essere legittimamente, e canonicamente incorporato al suo ordine, come vero religioso, espressamente professo; e se da un tal peso possa il suddetto secolarizato religioso dai soli superiori regolari esentarsi, o dispensarsi.

4. Se sia espediente, ed anco necessario di prescrivere che niuno dei regolari secolarizzatti possa essere riammesso, e rientrare nel suo rispettivo istituto *inaudita sacra congregatione episcoporum, et regularium*, e se prima da essa non sia stato riconosciuto il di lui rescritto, o dichiarato valido, o invalido, e nullo.

Sacra Congregatio eminentissimorum et reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negociis et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita, referente Emo cardinali Bertazzoli ponente, sic respondendum censuit :

Ad primum. *Referendum SSmo tam pro rescriptis quæ a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium emanarunt, quam pro reliquis etc.*

Ad secundum. *Affirmative.*

Ad tertium. *Professionem religiosam non infirmari per rescripta, de quibus agitur, ac proinde non teneri indultarios professionem et novitiatum reiterare, quando petunt ad claustra redire : salva tamen consuetudine legitime introducta, atque præscripta singulorum ordinum regularium. Posse tamen per superiores religiosos exquiri congrua documenta anteactæ vitæ, et morum, dum in sæculo versabantur, et obligari ad spiritualia exercitia peragenda.*

Ad quartum : *Negative.*

Et ad Dom. secretarium cum SSmo. Romæ 30 januarii 1824.

Et facta de præmissis relatione SSmo Domino nostro per infrascriptum D. secretarium in audientia diei 15 februarii ejusdem anni ; eadem Sanctitas Sua præfatas resolutiones Sacræ Congregationis ad quatuor prædicta dubia in omnibus et per omnia benigne approbavit, et confirmavit ; voluitque relate ad primum dubium, indulta adhuc concessa, a quacumque auctoritate, vel imposterum concedenda, posse dumtaxat reformari et revocari, servatis servandis, ab hac Sacra Congregatione : in casibus vero particularibus sub præmissis dubiis non comprehensis, instantes recurrant ad eamdem Sacram Congregationem. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romæ etc.

1930. Super regimine monialium.

Nuntio Parisien. — Il santo Padre venuto in cognizione di quanto hanno operato i carmelitani scalzi in Francia circa le monache Carmelitane col suscitare nelle medesime dei dubbi perche da loro non dispendono, e col procurare di prenderne la direzione, commette a V. S. di ammonire il P. Provinciale, acciochè egli ed i religiosi si astenga da simili cose.

Ha conosciuto inoltre Sua Santità la imprudente condotta del P. Herman, e percio incarica V. S. a chiamarlo, et ad ammonirlo gravemente, intimandogli che se non si emenda, si adotteranno forti misure.

Ella poi dara relazione a questa S. C. dei VV. e RR. di quanto avra operato. In atteso di chi etc. Roma 23 settembre 1857.

Vicario Generali Ordinis. — Il santo Padre ha ricevuto dei forti reclami circa il Carmelitani scalzi di Francia, che compromettono non solo il loro Ordine, ma anche gli altri collo spargere dubbi nelle Monache carmelitane perchè da loro non dispendono, e col procurare di prenderne la direzione, ed in modo particolare, si sono fatti dei rimarchi a carico del P. Herman per la sua imprudente condotta, che ha richiamato anche l'attenzione dell'autorità governativa. Ad impedirne le tristi conseguenze si sono date le conveniente istruzioni a Monsignor Nunzio.

In tanto si avverte V. P. per sua norma, ed accioche tanto V. P. quanto i suoi religiosi non s'immischino negli affari di quelle religiose, le quali debbono rimanere unicamente sotto la dipendenza degli Ordinarii. Tanto etc.

Roma, 23 settembre 1857.

(1930). *Direction des religieuses.* Les monastères des religieuses sont placés sous la juridiction ordinaire des évêques, sauf les priviléges spéciaux que le saint-siége accorde.

MÉLANGES

Irrégularité. Escabeau. — Livres chinois. Vestiges des dogmes chrétiens. — Indulgences collectives accordées par les évêques. Evêques auxiliaires. Indulgences données pour chaque mot d'une prière.

Irrégularité. Rhumatisme. Permission de s'appuyer de temps en temps sur un escabeau que les habits sacerdotaux peuvent cacher. Indult accordé par la S. Congrégation du Concile le 20 juillet 1878.

Mimaten. Dispensationis ab irregularitate. Die 20 julii 1878. — Sacerdos Joseph Petrus Poulalhou, diœcesis Mimatensis, doloribus rheumaticis identidem afflictatus per majorem anni partem in lectulo cubare coactus est. Crisi autem finita tanta nervorum debilitate premitur, ut ei impossibile sit toto celebrationis tempore suis consistere pedibus : propterea Summum Principem adiens suppliciter expostulat : « Qu'on lui accorde, non la permission de s'asseoir, mais celle de s'appuyer de temps en temps sur une chaise, ou escabeau placé derrière lui et que pourraient aussi dissimuler au besoin les vêtements sacerdotaux, » animadvertens quod ex pontificis benignitate jam privilegio gaudet oratorii privati, « et qu'un enfant qui sert de clerc assisterait seul à la messe. » Duas dein adducit causas ad gratiam obtinendam : 1. la consolation qu'il éprouverait de pouvoir dire la messe, vu que l'infirmité le prive du bonheur d'aller à l'église et d'assister même le dimanche à la messe ; 2. le secours qu'il trouverait dans l'honoraire de la messe, secours indispensable pour assurer sa subsistance. »

Acceptis hisce precibus ad episcopum Mimatensem scriptum fuit die 14 martii nuper effluxi pro informatione et voto prævio experimento coram cæremoniarum magistro referret an et quomodo orator omnes missæ actiones explere queat.

Mandatis obsequens S. Congregationis vicarius generalis pro episcopo impedito literis diei 12 decursi aprilis relationem magistri cæremoniarum mox enucleandam transmisit, subdens « quod oratoris preces dignæ sunt ut benigne excipiantur; quod orator omni re caret, et quod missarum stipendia illi omnino necessaria sunt ad vitæ tam infelicis sustentationem. »

Porro magister cæremoniarum ab episcopo deputatus postquam descripsit fulcrum cui orator in sacris peragendis incumberet, habet : « A mon avis, cette manière de célébrer est sans inconvénients; elle permet de faire facilement toutes les cérémonies prescrites. Il n'y a que deux choses qui ne pourraient être exactement accomplies : 1. les génuflexions jusqu'à terre; 2. le tour complet à l'*Orate fratres* et à la bénédiction de la fin. Les génuflexions seraient remplacées par une profonde inclination, en pliant un peu la jambe droite. Quant au demi-tour pour dire *Dominus vobiscum*, il se ferait à peu près comme prescrit la rubrique aux messes célébrées devant le Saint-Sacrement exposé. Il n'y aurait aucun danger de profanation ni scandale, car le recourant célébrerait tout seul, en présence de l'enfant qui sert la messe. »

Quibus habitis rescripsi : *Per summaria precum*, et cum hodie hic expendendus proponatur libellus, nonnulla utrinque de more adjiciam in jure.

Veram irregularitatem in casu adesse difficili probatione demonstrandum haud est, cum ex sola rerum, quæ hucusque adductæ sunt, expositione nemo non videat applicandum esse caput *Presbyt.* de cleric. ægrot. quo universim irregularis dicitur qui non secure propter debilitatem, vel non sine scandalo propter deformitatem ministrare potest. In specie autem orator non modo fulcro indiget ut missam celebrare valeat, verum etiam nequit totaliter se ad populum convertere, et genuflexionum tantummodo signum præbere valet caput demittens et dexterum parumper flectens pedem. Ex quibus defectibus manifestum erumpere putarem, ipsum ea irregularitate detineri, quæ suadet gratiæ denegationem cum in hoc lacrymabili statu sacrificium peragens indubie scandalum et admirationem excitaret in populo. Quo in casu summus pontifex, « cum corpore vitiatis ob reverentiam sacramenti, ut non facile solet dispensare : » ita Reiffenst. tit. de corpore vitiat. num. 36 ; cui concinit Pirbing, num. 15, et Schmaz. num. 16 eod. tit. S. C. in *Abellinen.* die 28 julii 1770, confirmata 4 maii 1771, in *Augustana* irregul. 19 decembris 1772.

Attamen cum agatur de jam promoto et non promovendo et cum absque culpa irregularis evaserit, facilius canonum rigores remitti solent, ne afflicto addatur afflictio, prouti docent resolutiones S. O. *Senogallien.* Dispensationis ab irregularitate 7 maii 1785. et *Portugallen.* et *Lamecen.* 14 augusti 1824; aliæque quamplurimæ. Nec desunt exempla hujus dispensationis ab hoc S. O. indultæ in simili et fere identico casu, prout videri potest, præsertim in *Januen.* dispensationis die 29 novembris 1862 inter supplices libellos relata. Ibi agebatur de parocho Joanne Augustino Raggio, qui tibiarum debilitate perculsus, scipionibus innixus cogebatur ad altare accedere, et sacrificii tempore neque ad populum perfecte se vertere valebat, neque profundam genuflexionem peragere, sed eam tantummodo indicare, pedem scilicet retrahendo et caput humerosque inclinando, et tamen hic S. O. rescripsit : « Pro gratia dispensationis dummodo celebret in oratorio « privato, vel etiam in ecclesia, hora tamen a populo minus « frequentata, et cum assistentia alterius sacerdotis vel saltem « diaconi, facto verbo cum SSmo. »

Neque casui nostro obstare viderentur resolutiones superius citatæ in *Abellinen.* et *Augustana.* In prima enim agebatur de sacerdote qui apoplectico morbo correptus talem in sinistro brachio passus fuit læsionem, ut ejus ministerio in sacro peragendo ad sustinendum calicem dum attollitur et cœlestem hostiam frangendam uti nequibat, quare periculum aderat effusionis sanguinis. In altera vero sermo erat de parocho qui facultatem expostulavit celebrandi ope digitorum argenteorum. Cessat præterea in themate ratio scandali cum orator efflagitet gratiam celebrandi in privato oratorio, ubi « un enfant qui sert de clerc assisterait seul à la messe. » Cessat profanationis periculum, quia teste cæremoniarum magistro gratiam impertiendo, « cette manière de célébrer n'offre aucun inconvénient et tout péril de profanation serait éloigné. »

Hisce breviter expositis quid consilii sit in themate amplectendum erit EE. PP. prudentiæ et sapientiæ decernere.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit : *Pro gratia dispensationis, arbitrio et conscientiæ episcopi ad effectum celebrandi in oratorio privato usquedum non ingravescat morbus, facto verbo cum SSmo.* Romæ, 20 julii 1878.

Livres chinois. Vestiges des dogmes chrétiens. Lettre de N. S. Père le pape Léon XIII.

Notre saint-père le pape a daigné adresser la lettre suivante à MM. Bonnetty et Perny à l'occasion de la publication de leur ouvrage intitulé : *Vestiges des principaux dogmes chrétiens tirés des anciens livres chinois*, par le P. de Premare :

A nos chers fils le chevalier Bonnetty, directeur des Annales de philosophie chrétienne, *et Paul Perny, prêtre, ancien missionnaire en Chine.*

LEON XIII, PAPE.

Chers fils, salut et bénédiction apostolique,

On ne doit point s'étonner, chers fils, que le peuple fier jusqu'à l'excès de son antiquité et très-conservateur de cette gloire dans ses doctrines et ses mœurs, ait en mépris les nations modernes et leur sagesse; et, comme il ignore que la vraie religion a été révélée par Dieu au premier père des hommes, qu'il ait en dédain la religion catholique, qu'il n'estime pas être une explication plus grande de la religion antique, mais une invention de la sagesse moderne. Celui donc qui s'attache, par des preuves convaincantes, à dissiper cette erreur dont les esprits sont imbus, accomplit certainement une œuvre excellente, en faisant disparaître un grand obstacle à la propagatien de l'Evangile.

C'est pourquoi nous vous félicitons, chers fils, vous qui vous aidant des doctes recherches faites au siècle passé par un des pères de la Société de Jésus, remplissant les fonctions de missionnaires dans ces régions, vous êtes attachés avec une nouvelle diligence à étudier les livres sacrés des Chinois et les ouvrages des sages antiques, et en avez extrait les vestiges très-clairs des dogmes et des traditions de notre très-sainte religion, lesquels vestiges prouvent qu'elle a été depuis longtemps annoncée dans ces régions, et que, par son antiquité, elle précède de beaucoup les écrits des sages, d'où les Chinois tirent la règle et l'enseignement de leur religion. Que Dieu favorise votre but et vos études, lesquels si, par le secours de la lumière céleste, ils pénétraient dans les esprits des sages, ouvriraient certainement une voie royale à la vérité et procureraient le salut d'âmes innombrables.

C'est ce que nous vous souhaitons de tout notre cœur, et en même temps, comme présage de la faveur divine, et gage

de notre bienveillance paternelle, nous vous donnons avec amour, chers fils, notre bénédiction apostolique.

Donné à Rome, auprès de Saint-Pierre, le 12 du mois d'août 1878, au 1er de notre pontificat.

LEON XIII, PAPE.

Voici le texte latin de ce document :

Dilectis filiis equiti Bonnetty, rectori Annalium philosophiæ christianæ, *ac Paulo Perny, sacerdoti jam missionnario in Sinis, Lutetiæ Parisiorum.*

LEO PP. XIII

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Mirum profecto videri non debet, dilecti filii, quod populus antiquitatis suæ ad miraculum ostentator, hujusque gloriæ in doctrinis moribusque retinentissimus, despectui habeat recentiores nationes earumque sapientiam. Et cum ignoret, veram religionem ipsi hominum protoparenti revelatam a Deo fuisse catholicam aversetur religionem, quam non antiquæ pleniorem explicationem arbitratur, sed recentis sapientiæ commentum. Qui igitur insitum hunc mentibus errorem perspicuis argumentis depellere studeat egregiam profecto confert operam submovendo gravissimo obstaculo Evangelii propagationi objecto.

Gratulamur idcirco vobis, dilecti filii, qui usi doctis disquisitionibus præterito sæculo institutis ab altero e Patribus Societatis Jesu missionariorum munere functis iis in regionibus, novaque diligentia versatis sacris Sinarum libris vetustorumque sapientum operibus, clara ex ipsis vestigia duxistis dogmatum et traditionum religionis nostræ sanctissimæ; quæ doceant, eam jamdiu nunciatam fuisse illis regionibus et antiquitate sua longe excedere scripta sapientum, e quibus Sinæ religionis suæ normam ducunt et documentum. Obsecundet Deus proposito studiisque vestris; quæ si, superno affulgente lumine, sapientum mentes illustraverint, regiam profecto sternent veritati viam, innumerarumque animarum saluti prospicient.

Id toto corde vobis ominamur, dum divini favoris auspicem nostræque paternæ benevolentiæ pignus bpostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, perpamanter impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die 12 augusti 1878, pontificatus nostri anno primo.

LEO PP. XIII.

Indulgences. Si un évêque peut accorder des indulgences aux associations qui en ont obtenu du Saint-Siége; ainsi qu'aux croix, couronnes et pieuses images. Si un évêque peut accorder des indulgences aux fidèles d'un autre diocèse, l'ordinaire du lieu consentant. — Si l'évêque peut appliquer de nouvelles indulgences à l'objet ou à l'acte de piété que son prédécesseur a indulgenciés. — Si l'évêque in partibus coadjuteur de l'ordinaire diocésain a le pouvoir d'accorder quarante jours d'indulgence comme l'évêque diocésain lui-même. S'il est permis de diviser en plusieurs parties un acte de piété, par exemple appliquer quarante jours d'indulgence à chaque mot de la Salutation angélique. — Si le délégué apostolique a le pouvoir de donner des indulgences conjointement avec les évêques des pays compris dans la délégation. — Concessions collectives. Décret de la S. Congrégation des Indulgences.

Dubiorum super accessione et accumulatione indulgentiarum. Decretum. Romani pontifices in concedendis indulgentiis moderamen semper consueverunt observare, ne per indiscretas et superfluas indulgentias et claves Ecclesiæ contemnantur et pœnitentiæ satisfactio enervetur cap. *Cum ex eo.* 14, de pœnit. et remiss. Eodemque consilio ducti haud unquam omisere indulgentias, quas moderaminis fines excessisse perspexerunt intra eosdem cohibere. Sacrosancta item Tridentina synodus sess. 25 decret. *de indulg.* veteri et probatæ Ecclesiæ consuetudini inhærens, moderationem in indulgentiarum concessione enixe inculcat, *ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur.* Abusus vero qui in indulgentias irrepserint *emendatos et correptos cupiens* episcopis mandat, ut eas ecclesiæ suæ diligenter quisque colligat, et ad *summum Romanum pontificem* deferat, *cujus auctoritate et prudentia, quod universali Ecclesiæ expediet, statuatur.* Quæ auctoritas a Romanis pontificibus per Sacram Indulgentiarum Congregationem post ipsius institutionem solet exerceri.

Quare varii abusus, quos in nonnullis regionibus adversus adeo salutarem Ecclesiæ disciplinam inolevisse compertum est, propositi fuerunt in congregatione generali habita in palatio apostolico Vaticano die 14 decembris 1877 sub forma sequentium dubiorum:

1. Potestne episcopus vel alius quicumque prælatus eidem actui pietatis sive eidem pio sodalitio, cui a Romano pontifice jam indulgentiæ sive plenariæ sive partiales concessæ sunt, alias indulgentias adjungere? Potestne crucibus, coronis, sacris imaginibus a papa vel sacerdote legitima facultate munito benedictis, novas adnectere indulgentias?

2. Potestne episcopus fidelibus diœcesis non suæ indulgentias concedere si Ordinarius loci consentit? Potestne tolerari hujusmodi praxis si nihil aliud intenditur, nisi ut per majorem numerum prælatorum indulgentias concedentium summa dierum indulgentiarum eidem actui devoto adnexarum multiplicetur?

3. Potestne episcopus eidem rei vel eidem actui pietatis, cui jam antecessor indulgentias adnexuit, novas indulgentias applicare?

4. Potestne episcopus in partibus infidel. quamvis auxiliaris ordinarii alicujus diœcesis indulgentiam quadraginta dierum concedere sicut diœcesanus?

5. Potestne episcopus quin limites sui juris excedat ad augendas indulgentias eumdem actum pietatis in partes dividere et ex. gr. pro omni verbo salutationis angelicæ quadraginta dies indulgentiarum concedere?

6. Potestne delegatus apostolicus virtute facultatum quas a summo pontifice accepit in concedendis indulgentiis concurrere cum uno vel altero epsecopis territorii delegationis suæ ut idem objectum vel eumdem actum pietatis indulgentiis ditet?

7. Prælati, quibus privilegio apostolico data est facultas concedendi in quibusdam solemnibus festivitatibus per annum indulgentias plenarias, debetne hac facultate uti per modum actus toties quoties talis solemnitas occurrit, an vero possunt unica concessione eamdem indulgentiam extendere ad omnes solemnitates periodo annorum recurrentium aut in perpetuum?

Sacra Congregatio respondendum edixit ut infra :

Ad primum: *Negative nisi novæ conditiones adimplendæ prescribantur.*

Ad secundum : *Negative ad utrumque.*

Ad tertium : *Negative.*

Ad quartum : *Negative.*

Ad quintum : *Negative.*

Ad sextum : *Consultius se abstineat.*

Ad septimum : *Affirmative ad partem primam. Negative ad secundam.*

Facta autem per infrascriptum Sac. Congregationis secretarium sanctissimo domino nostro Pio papæ IX relatione in audientia habita die 12 januarii 1878, Sanctitas Sua prædictas responsiones probavit et publicari mandavit.

Datum Romæ ex secretaria Sac. Congregationis die 12 januarii 1878. — Al. card. Oreglia S. Stephano præf. *A. Panici*, *secretarius*.

Consultoris votum. Jam a die 8 maii 1874 proposita et resoluta fuerant dubia hæc. Quoad primam partem secundi dubii tamen S. Congregatio exquisivit votum consultoris: qui sic se habuit. Pro certo tenendum est, episcopum extra suam diœcesim nullam jurisdictionem tamquam propriam exercere posse. Attamen si episcopus alienæ diœcesis consentit, tunc videndum esset quomodo intelligendus sit consensus iste.

Non potest episcopus consentire ut alienus episcopus in diœcesi non sua jurisdictionem, tanquam sibi propriam, exerceat; nam talem jurisdictionem non habet, et esset contra bonum ordinem hierarchiæ. Si vero consentire idem est ac delegare, tunc utique dico posse episcopum in aliena diœcesi ex delegatione ordinarii, jurisdictionem exercere, indulgentias concedere. Si, exempli gratia, episcopus propter infirmitatem vel aliud impedimentum ecclesiam non potest consecrare, nec clericos ordinare, nec confirmationis sacramentum conferre vel alias functiones sacras peragere, tunc utique sive episcopum auxiliarem, sive ordinarium alterius diœcesis ad faciendas illas functiones invitare, eique facultatem publicandi indulgentias competentes et sibi benevisas delegare potest. Igitur in hoc casu delegationis fidelibus diœcesis non suæ indulgentias concedere potest intra limites juris, scilicet usque ad 40 dies.

Animadversiones ex officio. Animadversum fuit cum Bened. XIV *de Synod. diœces.* lib. 13, cap. 18, § 2 : « Periculosum nonnullis videtur hoc rerum genus (inquirere nempe an abusus invecti sint quoad alicujus loci, aut rei, vel acti pii indulgentias) nimis diligenter scrutari et excutere, propterea quod si hinc urget necessitas exposcendi opportuna remedia ne christifidelibus imponantur, inde obstat timor ne detecto per ipsos indulgentiarum insubsistentia, quæ antea eos latuerat, nec eis denuntiata fuerit ab eis, qui rerum veritatem ipsis sine fuco demonstrare debebant, turbentur illi, offendantur, indeque occasionem arripiant obloquendi in eos qui ecclesiastici regiminis veluti habenas moderantur. »

Exposito periculo ab ablatione abusuum, quoad indulgentias, derivanti, opportunum pontifex suggerit remedium, ita prosequendo: « Verum haud ita difficile et arduum est viam adinvenire, per quam ex hoc impedito, ut isti putant, labyrintho evadatur. Si enim in indulgentiarum discussione, quam in sua diœcesi instituit episcopus, aliquas repererit quæ dubiæ fidei sibi videantur, non negligat eas iem recensere in relatione status suæ ecclesiæ; quod cum præstiterit, opus erit Congregationis Concilii hujusce rei notionem remittere ad alteram Congregationem Indulgentiarum. Quoties autem examine facto hujusmodi indulgentias apocryphas declarari contigerit, si rogetur pontifex ut indulgentiis apocryphis veras canonicasque indulgentias subrogare velit et (uti sperandum est) consonum votis rescriptum obtineatur; non solum hac ratione incommodis omnibus cumulate consultum erit, sed insuper fideli populo spiritualis veræque lætitiæ occasio exhibebitur. »

Remedium hujusmodi ab ipso Benedicto XIV adhibitum fuit die 6 martii 1756 quoad indulgentias quæ vulgo dicebantur concessæ coronæ B Joannæ Valesiæ. Quod cum suggestum fuerit S. Congregationi a consultore in *Mexicana* diei 30 martii 1856, S. Congregatio post declaratas apocryphas indulgentias et privilegia de quibus agebatur, curavit ut a summo pontifice nova concederentur, ceu concessa fuerunt sub die 14 aprilis 1856.

Relate ad indulgentias, de quibus pertractatur relata etiam fuit praxis quæ viget apud Hispanos episcopos. Etenim episcopi juxta hanc praxim, quam antiquissimam autumant, vel concedere solent, indulgentias intra diœcesim suam, et metropolitani intra provinciam suam, vel concedunt indulgentias in diœcesi sua pro non diœcesanis ad ipsorum petitionem, vel concedunt indulgentias extra diœcesim pro non diœcesanis ad horum petitionem. In primo casu eas concedunt jure suo in forma Ecclesiæ consueta. In altero jure suo quoad concessionem, at vero quoad lucrationem, operumque præscriptorum approbationem juxta voluntatem proprii ordinarii his verbis: *Habito prius beneplacito ordinarii pro lucratione et executione.* In tertio cum duplici beneplacito ordinarii proprii sub iis verbis: « supposito beneplacito prælati diœcesani pro concessione et lucratione. » Petierunt, ceu relatum est, ut S. Congr. dignetur de validitate indulgentiarum concessarum vel concedendarum ab eisdem episcopis et juxta consuetudinem ejusmodi decerneret. Verumtamen nullum extat vestigium apud S. Congregationis acta tum suppositæ consultationis, quam responsionis.

Quibus aliisque prænotatis S. C. Indulgentiarum septem propositis dubiis præbuit responsa jam relata.

L'administrateur-gérant :

Palmé.

Paris. — Jules Le Clere et Cie, Imprimeurs de N. S. P. le Pape et de l'Archevêché, rue Cassette, 17.

ANALECTA JURIS PONTIFICII.

CENT CINQUANTE-CINQUIÈME LIVRAISON.

LE VENERABLE JOSEPH COTTOLENGO

Biographie du vénérable serviteur de Dieu d'après le procès juridique et l'information présentée à la S. Congrégation des Rites. Petite-Maison de la divine Providence. Instituts fondés par le vénérable Cottolengo. Dons surnaturels. Supplique des princes de la maison royale de Savoie au Saint-Siége pour obtenir l'introduction de la cause.

La S. Congrégation des Rites a publié récemment un décret autorisant l'introduction de la cause de béatification et de canonisation du vénérable Joseph Cottolengo, chanoine de la collégiale du Saint-Sacrement à Turin, et fondateur de la *Petite-Maison de la divine Providence*, sous les auspices de saint Vincent de Paul.

Nous publions plus loin la biographie du vénérable Cottolengo d'après l'*Informatio* qui a été présentée à la S. Congrégation des Rites. Nous avons puisé à la même source ce qui concerne les dons surnaturels du vénérable serviteur de Dieu, les circonstances de sa mort, la réputation de sainteté qui s'attache à sa mémoire et les guérisons miraculeuses obtenues par son intercession.

Le vénérable Cottolengo prit pour modèle saint Vincent de Paul, et plaça sous la protection spéciale de cet admirable serviteur et ami des malheureux la Petite-Maison de la divine Providence, qui abrite deux mille malades et orphelins. Il commença son œuvre en 1828, n'ayant pour toute ressource que sa ferme confiance en la divine Providence. Elle ne lui fit jamais défaut; nous rapporterons plus loin des traits vraiment merveilleux des secours extraordinaires par lesquels Dieu soutint constamment cet établissement.

Pour la direction des œuvres de charité qu'il entreprit, le vénérable Cottolengo fonda huit nouveaux instituts religieux, qui encore aujourd'hui sont en pleine prospérité : 1. Les sœurs de S. Vincent de Paul (*Vincenzine*) pour le service des hôpitaux et pour garder gratuitement les malades à domicile. 2. Les Frères de la Petite-Maison, chargés de garder et élever les orphelins, sourds-muets, etc., auxquels ils enseignent divers métiers. 3. Les prêtres séculiers de la Très-Sainte Trinité, pour le ministère spirituel de l'hôpital et des œuvres annexes. 4. Les Ermites sous le vocable de saint Romuald, établis près de Gassino ; ils observent un genre de vie extrêmement austère. 5. Communauté de pénitentes sous le vocable de sainte Thaïs (*Taidine*). 6. Monastère du Suffrage, où se retirent les sœurs de S. Vincent de Paul qui désirent achever leurs jours dans la retraite et la pénitence. 7. Carmélites de Cavoretto; rigoureuse clôture, office de la nuit, adoration perpétuelle etc. 8. Sœurs des écoles pour l'instruction des pauvres filles des campagnes, sous le vocable de la *Divina Pastora*. Ainsi s'accomplit la prédiction d'un saint prêtre de l'Oratoire, que Cottolengo consulta jadis sur son dessein d'entrer dans cet institut et qui l'en détourna en lui annonçant qu'il était appelé à devenir le père de plusieurs nations, *pater multarum gentium*, comme le patriarche Abraham.

Trente et un témoins, qui ont tous connu le vénérable Cottolengo (mort en 1842), ont été entendus dans l'enquête juridique de l'archevêché de Turin. Les dépositions, extraites textuellement de l'enquête, ont été imprimées, comme c'est l'usage, pour la commodité des consulteurs et des cardinaux de la S. Congrégation des Rites. Ce *summarium* forme un volume in-4° de 534 pages.

La principale déposition est celle de M. l'abbé Anglesio, successeur du vénérable Cottolengo à la direction de la Petite-Maison et des œuvres annexes, camérier honoraire du saint-père, âgé de 67 ans lors de l'enquête.

Comme l'*Informatio* que nous publions traite très-succinctement des dons surnaturels du vénérable Cottolengo, nous croyons devoir rapporter ici quelques témoignages de l'enquête juridique.

Premier témoin : « J'ai pu constater que le serviteur de Dieu était doué d'une très-grande facilité pour expliquer la parole de Dieu sur des sujets variés qu'on lui proposait à l'improviste. Me trouvant avec lui chez les Carmélites de Cavoretto, assis devant l'autel pour prêcher, il me demanda un sujet ; je lui suggérai le texte : *In silentio et spe erit fortitudo vestra.* Je fus émerveillé de la fécondité et de la force avec laquelle il développa ce sujet. »

Cinquième témoin, médecin de la maison : « Je soignais sœur Massima, qui était épileptique. Cottolengo, l'ayant fait appeler, lui fit des reproches du trouble qu'elle jetait dans la maison, et lui ordonna au nom de la sainte obéissance de ne plus renouveler ces embarras, en recommandant la confiance en la divine Providence. Le fait est que les atteintes d'épilepsie ne reparurent jamais, j'en ai été témoin oculaire. »

« L'abbé Peretti, théologal, s'étant retiré fort âgé à la Petite-Maison, et atteint de la goutte, gardait le lit depuis un mois ; on avait besoin d'un prêtre pour dire la messe dans la maison, un dimanche. Le serviteur de

Dieu lui fit dire par sœur Rufina de se lever et de dire la messe à la communauté. Le bon vieux répondit: *Obéissons, obéissons*. Il essaya de se lever et y parvint, alla à la chapelle et célébra avec une grande joie la sainte messe. La goutte disparut. J'ai été témoin oculaire, je visitais ce malade. »

« En 1833, sœur Charles, gravement malade, reçut l'extrême-onction. Je la visitais avec le docteur Rossi; nous la croyions perdue. Le serviteur de Dieu lui dit: « Vous ne mourrez pas, vous irez sur de hautes montagnes pour faire du bien. » Peu de jours après, sœur Charles fut entièrement rétablie. L'année suivante, le serviteur de Dieu l'envoya à Utelle, dans les montagnes de Nice, pour desservir l'hôpital et faire l'école. Dans la suite elle jouit d'une excellente santé; elle n'est morte que depuis quelques années; je l'ai toujours connue et lui ai parlé bien souvent. La maladie qui la tourmentait était une affection pulmonaire lente qui passa à l'état aigu, cela la rendit extrêmement dangereuse. »

Septième témoin : « Plusieurs fois, certaines personnes exprimant leur surprise des agrandissements de la Petite-Maison, le serviteur de Dieu répondit (j'étais présent) que ce n'était rien encore ; que la Petite-Maison étendrait avec le temps ses contructions et ses possessions jusqu'au fleuve Dora et au bourg du Pallone... En effet, la maison occupe actuellement les limites annoncées par le serviteur de Dieu ; c'est une surface de près de huit hectares. »

Huitième témoin: « Un soir de l'automne, en 1839, je crois, me trouvant dans la chambre du serviteur de Dieu, je lui fis part des besoins extrêmes de la Petite-Maison ; quelques divisions manquaient des choses les plus nécessaires. Le serviteur de Dieu interrompit sa lecture, et se tournant vers une image de la Vierge accrochée au mur, dit : « Ma mère, secourez la Petite-Maison, autrement nous serons obligés de renouveler l'acte héroïque de S. Hyacinthe, c'est-à-dire de nous mettre sur la fenêtre. » Il me dit de prendre la lumière et d'aller visiter avec lui le tronc des offrandes. Je lui fis observer qu'on venait d'ouvrir le tronc et que certainement, avec cette pluie battante, personne n'était venu. Malgré cela, il voulut aller ; or le tronc se trouva rempli de pièces d'or, quatre à cinq mille francs, en pièces de trente-six francs. Quoiqu'il fût fort tard, il m'envoya, le même jour, porter de l'argent à trois créanciers. Le lendemain, il fit un grand nombre d'autres payements. »

Dixième témoin : « M. Henry, négociant de Turin, donna mille francs au serviteur de Dieu à l'époque de son départ pour Utelle où il allait établir quelques sœurs. En recevant la somme, le serviteur de Dieu dit : « Rappelez-vous, M. Henry, cinquante pour un. » La même année, M. Henry gagna le gros lot d'une extraction, lequel fut de cinquante mille francs.

Vingt-deuxième témoin : « A la fin de 1838, les provisions de la Petite-Maison s'épuisèrent. Deux jours consécutifs nous eûmes pour tout dîner une tranche de pain et quelques pommes de terre ; avec cela, nous ne fûmes pas tourmentés de la faim. Vers deux heures de l'après-midi, on vit arriver à l'improviste une grosse charrette de provisions de tout genre, des sacs de farine, de riz, de pâtes, et autres denrées. Je vis cette charrette, et je me souviens que mes compagnes disaient : « Dieu nous laisse manquer quelques moments, puis il nous envoie en abondance. Il faut toujours avoir confiance. Nous rendîmes grâces au Seigneur. »

M. l'abbé Anglesio, successeur du vénérable Cottolengo : « Me trouvant gravement atteint de fièvre typhoïde dans la Petite-Maison, l'année de la mort du serviteur de Dieu, et déjà muni du saint viatique, je lui proposai de faire le sacrifice de ma vie. Il me répondit d'un ton franc et décidé : « Non, cela ne doit pas être. » Étant sorti de ma chambre, il dit à son compagnon : « Notre chanoine ne mourra pas ; il devra servir la divine Providence dans une foule d'œuvres. » Cette seconde partie de la prédiction me fut rapportée par quelqu'un de la maison. — On était généralement persuadé que le saint homme tenait en quelque sorte dans ses mains les clés de la divine Providence. On le vit un jour, avec un panier de cerises, en distribuer à toutes les personnes de la maison. »

Vingt-cinquième témoin ; « J'ai vu plusieurs fois le serviteur de Dieu en extase, élevé à un pied au-dessus du sol, devant le crucifix, ou une image de la sainte Vierge. D'autres personnes l'ont vu dans cet état. Alors il n'entendait pas ce qu'on lui disait. »

Cottolengo était vénéré comme un saint. Le roi Charles-Albert envoya ses deux fils lui porter la décoration de Saint-Maurice. Le comte et la comtesse della Margherita visitaient fréquemment la Petite-Maison. De même, la marquise de Barolo vénérait Cottolengo et l'invitait à bénir ses établissements.

Cette grande réputation de sainteté, loin de s'affaiblir, n'a fait qu'augmenter avec les années.

L'enquête rapporte un assez grand nombre de guérisons miraculeuses qui ont été obtenues par l'intercession du vénérable Cottolengo. Voici ce que le cinquième témoin a déposé : « Je sais qu'à Nice, comme à Turin, un grand nombre de malades se sont recommandés à l'intercession du vénérable serviteur de Dieu avec succès. En 1863, la comtesse Dsyanziska, polonaise, était à Nice, atteinte d'une expectoration purulente que trois médecins déclarèrent incurable. D'après mon avis, elle fit une neuvaine, pria le serviteur de Dieu, et continua de réciter un *Pater* et *Ave* tous les jours pour sa guérison. Un mois après, elle repartit pour Paris, parfaitement guérie; le crachement de sang avait disparu ; je l'ai su par une lettre de la comtesse. »

On relate aussi des conversions extraordinaires opérées par l'invocation du vénérable Cottolengo; une juive, un protestant, etc.

A la suite du *Summarium* se lisent les lettres des évêques et autres personnages ecclésiastiques et séculiers qui ont demandé au saint-siége la canonisation du vénérable Cottolengo. Les princes de la famille royale ont signé une supplique ainsi conçue :

« Très saint-Père, parmi les personnages les mieux méritants de la société et les plus insignes par leurs vertus et surtout par la charité envers les malheureux qui ont dans les cinquante dernières années illustré

notre catholique Turin, le nom qui attire de plus en plus les sympathies, c'est celui du serviteur de Dieu le chanoine Joseph Cottolengo, fondateur de la Petite Maison de la divine Providence, sous les auspices de S. Vincent de Paul, décédé en avril 1842 en renom de sainteté.

« Ce bienheureux serviteur de Dieu, qui employa et sacrifia parmi nous presque toute sa vie sacerdotale, gagna nécessairement les cœurs de tous ceux qui le connurent, par ses éminentes vertus, par sa bonté extraordinaire, par la simplicité qui dominait en lui. Vrai père des pauvres, pour lesquels il se dévoua complétement, il parvint, par le seul mérite de sa foi en la divine Providence, à fonder ce prodigieux monument, qu'il voulut appeler « Petite Maison de la divine Providence, » vrai refuge de presque toutes les infirmités humaines, asile de toute sorte de misérables, dont le nombre dépasse actuellement deux mille. Monument perpétuel de la Providence divine et de la foi et confiance héroïque de son fidèle serviteur et ministre.

« Nous avons eu, plusieurs de nous, la consolation de le connaître et même de traiter familièrement avec lui. Nous pouvons attester par conséquent que la renommée qui de jour en jour se répand davantage, n'est pas exagérée. C'est pourquoi, ayant appris avec une consolation inexprimable que l'enquête pour la cause de sa canonisation a été commencée par S. E. révérendisime notre très-zélé archevêque Mgr Laurent Gastaldi, nous ne pouvons que joindre nos très-humbles prières aux vœux de notre très-vénéré pasteur ; nous déposons nos prières aux pieds de Votre Sainteté, et formons les vœux les plus sincères, afin qu'il plaise à la divine Providence de couronner cette entreprise du plus heureux succès ; et cela, non tant pour notre dévotion particulière envers le serviteur de Dieu que par la ferme confiance d'expérimenter dans la suite sa puissante protection sur notre patrie et sur nos familles dans les dangers présents et futurs dont sont évidemment menacés notre très sainte religion et la société civile dans leurs intérêts publics et particuliers les plus vitaux.

Signé : *Les princes royaux de Savoie.*
Amédée de Savoie.
Marie-Victoire de Savoie.
Marie-Clotilde.

. . . . . .

Dans une prochaine livraison nous ferons connaitre les animadversions du promoteur de la foi sur les faits qui lui ont paru au premier aspect ne pouvoir se concilier avec la pratique héroïque des vertus.

Voici, d'après l'*Informatio* : 1. La biographie du vénérable Cottolengo. 2. Les dons surnaturels. 3. Réputation de sainteté durant la vie. 4. Mort du saint homme. 5. Réputation de sainteté après sa mort. 6. Guérisons miraculeuses.

TAURINEN. BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI JOSEPHI BENEDICTI COTTOLENGO, SACERDOTIS SÆCULARIS, FUNDATORIS INSTITUTI TAURINEN. PARVÆ DOMUS DIVINÆ PROVIDENTIÆ. — Informatio super dubio : An sit signanda commissio introductionis causæ in casu, et ad effectum de quo agitur?

Si cui unquam Italiæ fines peragrare, et Pedemontanam præsertim regionem invisere contigerit, is profecto Taurinensis instituti Parvæ Domus divinæ Providentiæ, ejusque fundatoris, Josephi Benedicti Cottolengo, non perituram admirationem et nomen secumtulit. In ea siquidem splendidum christianæ charitatis theatrum, dulce omnium humanitatis malorum levamen, certum miserorum omnium perfugium, perpetuum divinæ Providentiæ miraculum conspicere ipsi est datum. Licet duo millia et quadrigenti hospites in eadem versentur; tamen omnia pacem, jucunditatem, orationem redolent. Et si Parvæ Domus divinæ Providentiæ nomen ipsi a fundatore fuerit tributum, quia inexhausta Dei Providentia est, omniaque mundi portenta præ ea magna dici non valent, quanquam re ipsa civitatis bene constitutæ speciem præseferat ; nihilominus ex hoc uno radio multiplicem et magnificum illius solis splendorem miseris mortalibus procul spectare conceditur.

Quod si ipsa divina Sapientia de suis asseclis prædicaverit : *ex fructibus eorum cognoscetis eos*, jam Parvæ Domus divinæ Providentiæ fundator nosci valet. Ejus opera heroicæ, perfectæque virtutes fuerunt, ejus vita miraculum. In ipso fulgidissimum cœli signum apparuit, ex ortu ad occasum usque beneficum, et divinæ Providentiæ prodigium extitit. Hinc absque ulla temeritate, sed cum judicio et modo, quemadmodum testes in processu aperte ostendunt, quæ in DD. Vincentio a Paulo, Cajetano Thienæo, Philippo Nerio apparuerunt portenta, ea omnio in hoc uno servo suo mirabilem Deum hac præsertim sophistarum et libere cogitantium ætate compleri voluisse censendum est, ita ut cum Isaia dici valeat Deum dedisse hunc servum suum *in signum et in portentum Israel.*

Ne autem plus dicere videar, quam facta demonstrant, ipso sub initio Romanorum pontificum oraculis hujusmodi causam optimum omen præseferre, et Parvam Domum Deique servum suis titulis fuisse cohonestatos asserere operæ pretium est. Etenim, cum Taurini, et Romæ obitus S. D. uti publicum damnum ab omnibus judicaretur, pontifex Gregorius XVI fel. rec. episcopo Montis Regalis : « J'apprends qu'à Turin est mort un saint. » Summus autem pontifex Pius IX, quem Deus diu sospitem servet, Parvam Domum appellavit « la maison du miracle », et D. S. sanctum sæpe dixit. Hinc plurimorum episcoporum, regalium Pedemontii principum, sacerdotum sæcularium et regularium, totius præsertim Pedemontanæ regionis vota benigno vultu excepta esse in ipso causæ limine jure, meritoque dici valet. Ut autem de more procedat disquisitio, iis, quæ in hac judicii sede sunt exponenda, manus admoveam. Sit itaque.

I

VITÆ S. D. COMMENTARIUS.

Die tertia maii, anno millesimo septingentesimo octagesimo sexto Barderate, Pedemontanæ regionis urbe, ortum suum duxit D. S. Josephus Benedictus Cottolengo. Parentibus honesto loco natis, optimis, pientissimis est usus ; quorum uni Josephi Antonii Cottolengo, alteri Benedictæ Chiarotti nomen fuit. Ut statim sacro fonte levaretur, et, data occasione. confirmationis sacramento roboraretur, curarunt diligenter. Ipsi pietate præstantes filios omnes inter preces et eleemosynas educabant, peccata fugere in teneros ipsorum animos solliciti insinuabant, deque pia et christiana ipsis institutione impertienda ea cura et fructu invicem sese consulebant, ut qui ex ipsorum erant familia omnibus christianis virtutibus præfulserint, et piissimi fuerunt habiti. Mater autem præsertim Josephum Benedictum Deo obtulit, et cum lacte ejus timorem ipsi instillare cordi habuit.

Pueritiam et adolescentiam domi transegit D. S., et publicas scholas celebravit. A puero pietate bonisque moribus inclaruit, et singularis pietatis specimina exhibuit. Solitarius, pius, devotus ad sanctitatem maxime ferebatur. Matutinas et vespertinas preces sua sponte et pie fundebat; in domus angulis sæpe orabat; altariola extruere in deliciis ipsi erat, et fratribus atque sociis ante ea invitatis sacras oratiunculas omnium accurrentium admiratione habebat. Virginem Mariam tenero amore amavit, ipsamque matris nomine veluti extaticus vocabat, eumdemque amorem in alios effundere studebat. Pauperes summopere dilexit, et cum ipsis cibum dividebat; eoque divino ardore in ipsos ferebatur, ut quinque annos natus, veluti inspiratus ad quot pauperum lectos caperent experiendum cubicula metiretur.

Ab adolescentia vero summæ virtutis indicia præbuit, et omnes de ipso optime vaticinabantur. Super domus parietibus Deum ubique esse præsentem, in scholasticis libris, et scriptis sanctum Deo adjuvante effici velle scripserat. Sacro quotidie cum interesset, et in ecclesia oraret, eximiam devotionem et modestiam præseferebat. Modestus erat in vestitu, gravis in incessu, et puritatem maxime diligebat, cumque sororibus etiam caute loquebatur. Pii erant ejus sermones, hymnos atque laudes sacras sæpe canebat, matremque precabatur, ut, si bene oraret, ipsa dignosceret. Nummos, qui a parentibus ei dono dabantur, in Ecclesiæ vel pauperum utilitatem erogabat. Semel in hebdomada sacro pœnitentiæ lavacro se mundabat, et nonum agens annum decimoquinto quoque die sacra synaxi moderatorum venia se reficiebat, licet in more esset positum semel, aut bis in anno id permitti. Erga Deiparam summa devotione atque amore ferebatur, et sabbato ejusque festorum vigiliis jejunia servabat, unde sui eum sequuti sabbato cœnam domi non parabant. Qui cum aliquando jentaculum inconsiderate sumpsisset, prandium consulto reliquit. Aliis etiam pœnitentiis corpus afflictabat, et diu vino abstinuit, donec, præcipiente confessario, et medico, parce admodum sumpsit. Numquam de cibis querebatur, quæque ipsi apponebantur comedebat.

Parentes et moderatores humili obsequio, et obedientia coluit, eorumque dicta spernere gravem culpam usque reputavit. Diligentia et docilitate in schola eluebat, easque virtutes in condiscipulos effundere peramabat. Ideo summa in studiis diligentia ingenii duritiem vicit, et vel asper præceptor in ipsum nunquam animadvertit. Ex quo etiam factum est, ut in virtutes quotidie cresceret, tantumque inter scholam et ecclesiam tempus omne impenderet; cumque studio et solitudine eniteret, et pietate bonisque moribus inclaresceret, condiscipulis in exemplum subjiceretur. Ipse autem ita suas omnes actiones inter hilaritatem et dignitatem componebat, ut vel fratres ipsum venerarentur, et sucii, cum inter se eum aspicerent, sermones et actus parum castos abrumperent: quod amore et veneratione erga D. S. cum senes essent meminerant. Ita tandem a pueritia et adolescentia cœlestis gaudii voluptatem prægustavit, ut ea omnia ederet quibus illa ad sanctitatem informari solet, ista in eamdem succrescere: ideoque religiosus et optime moratus adolescens in vulgus probabatur, et Angelus totius domus dicebatur et erat.

A prima ætate ecclesiastici status capessendi voluntatem aperte demonstravit, et omnia, quæ ecclesiasticum virum decent, et prænuntiant ab adolescentia servavit. A juventute vero tanquam Aaron fuisse vocatum clare operibus ostendit. Cum autem nil grave nisi confessario duce perageret, eumdem de sua vocatione consuluit, eoque annuente sacræ militiæ nomen dare constituit. Cum esset natu major, parentes ipsius desiderio morem gerere nullimode volebant; at, eodem parocho et confessario Dei servum patrem alterius familiæ prænuntiante, ægro licet animo, tandem annuerunt.

A Deo spiritualibus exercitiis lumine impetrato, ecclesiastico habitu sese induit, quæque jam dicta sunt meliori ratione servavit, et Angeli nomen iterum est adeptus. Hinc jejunia, orationem, puritatem, studium magis magisque dilexit. Summo mane oraturus, et ecclesiam petiturus surgebat, divinas laudes persolvebat, et ad eucharistiæ sacramentum adorandum in diem etiam frequenter accedebat. Ad studium dein incumbebat, sanctorum vitas præsertim, et sacram Scripturam perlegens, quam summatim perstringebat, ut memoria retineret; et sic tota die vel studio, vel orationi vacabat. A juvenilibus ludis et spectaculis erat alienus, et solitarius nonnisi necessitate cogente domo egrediebatur. Clericos vel sacerdotes sibi tantum comites cum deambulatum iret per loca remotiora adsciscebat, et de spiritualibus et scientificis rebus, deque status ecclesiastici dignitate et muneribus cum iisdem sermones habebat. Nunquam parentibus vel moderatoribus in se animadvertendi occasionem præbuit, et fratres ipsum venerabantur, patrisque loco habebant.

Barderate philosophiæ, et duos annos theologiæ studuit. Vespertinas horas usque ad nonan in rerum theologicarum et spiritualium colloquiis cum socio insumebat. Dein dato signo suos et vicinos ad simul orandum vocabat, preces insimul fundebant, et ipse postea nescios ad christianam disciplinam instituebat. Rudiores autem domi libenti animo et alacriter catechismum edocebat, et sæpe cibis sustentabat. Anno demum millesimo octingentesimoquinto in seminarium Astæ Pompeiæ ad theologica studia explenda se contulit. Plurimum usque studiis et pietate profecit; ceteros condiscipulos præminebat, omniumque virtutum erat exemplar; ita ut futuræ sanctimoniæ signa in eo cuncti intuerentur, et sanctitatis famam fuerit adeptus, licet totus in eo esset ut opera sua hominibus absconderet. Inde ortas inter Barderatis, et Astæ Pompeiæ clericos contentiones auctoritate meritis quæsita composuit, et animos reconciliavit. Inde etiam, cum rectoribus seminarii Astæ Pompeiæ ob pietatem et studium esset carissimus, iidem ad sacros ordines ipsum promoveri curarunt, ad quos suscipiendos sanctis vitæ operibus se paravit. Tandem die festo sanctissimæ Trinitas primum intenta animi devotione summoque concivium suorum lætitia divinis est operatus. In morali autem theologia ita erat versatus, ut confessionibus excipiendis statim idoneus habitus sit.

Suscepto sacerdotio domum revisit, duosque annos inibi degit, piique sacerdotis munia summa cura et sollicitudine obivit. Quotidie altaris sacrificium summa pietate celebrabat, ni populus commoditatem ex alia hora perciperet. Post consecrationem ejus vultus rubore suffundebatur, pectus anhelabat, oculi lacrymas dabant. Divinum officium flexis genibus recitabat, et omnibus sacris solemniis civium admiratione adstabat. Animarum tantum spirituale bonum adamabat, et pueros christianæ doctrinæ rudimenta edocebat. Vespere fratres, cum in lecto decumberent, invisebat, et paternum in modum diurnos errores in ipsorum memoriam revocans Deo meliori modo inservire hortabatur. Cum omnibus suavis, et mitis sacramentales confessiones excipiebat, deque peccati tantum horrore, et virtutis pulchritudine loquebatur, tantoque fervore et bonitate, ut quidquid vellet obtineret. Ita puellam de humanarum rerum vanitate efficaciter compellavit, et ipsa S. D. verba cum se vestibus indueret usque recolebat. Portentosum suum opus jam meditans, domi, veluti qui magno negotio intendit, cogitabundus aliquando cernebatur, et fraternam in proximos charitatem acclamationibus significabat. In pauperibus Christum ipsum venerabatur, et quidquid possideret ipsorum erat, cumque e domo exiret ab ipsis circumdatus incedebat. Mendacem fratrem acriter monuit, et a paupere, cui eleemosynam denegaverat, veniam petere jussit. Domi rectus consiliarius, dulcis consolator, et in ipsis morbis

hilaris usque erat, ita ut missus a Deo jam ex hoc tempore appareret.

Percrebescente itaque ejus virtutum fama plures parochi eumdem sibi auxiliatorem expetiverunt, et tandem Corneolani parochi desideriis suorum dolore annuit. Cum eo in oppido vices parochi fungeretur, nulli labori parcebat, omnibus præsto erat, ut incolas pie et sancte institueret. Prudens et rectus confessarius continuo confessiones audiebat, et antequam pro tribunali sederet Deum devotissime exorabat. Frequentem ad pœnitentiæ et eucharistiæ sacramenta accessum fovit, provexit, utque suo ministerio vacaret insomnes etiam ducebat noctes. Genitrix filium suum ab hujusmodi sancto proposito dimovere inutiliter tentavit. Eo temporis miraculo omnibus noto morti est ereptus. Nam cum quidam ignea ballista, quam plumbeis globis expertem credebat, sed reapse ipsis erat repleta, cum jocose collineaverit, et ictum explodere usitata arte tentaverit, instrumentum ictum non dedit, quod ab omnibus uti prodigium est habitum. Ita per annum inibi moratus civium omnium benevolentiam et observantiam sibi captavit, ejusque nomen adeo erat benedictum, ut Angeli titulo, præsertim cum oraret et sacrificium faceret, iterum decoraretur. Post annum, moderatore duce, hujusmodi oppidum derelinquere decrevit, et ne nimium civibus dolorem afferret artificiose, et noctu ab ipso secessit. Senex parochus ei lacrymis valedixit, et cuncti magnum damnum in eo factum esse clamabant. Eam autem sui memoriam et desiderium reliquit, eumque civium amorem et grati animi sensus secumtulit, ut quadraginta post annos illo in loco ipsius recordatio sit in benedictione.

Peculiari postmodum Dei providentia, nam neque opportuna ipsi suppeditabant media, neque mater eum discedere unquam sivisset, ad doctoris titulum in sacra theologia consequendum Taurinum est profectus. Ibi in provinciarum collegio studio et modestia longe alios excelluit, omnibusque fuit venerationi et exemplo. Dum consodales sese recreabant, ipse genuflexus in cubiculo orabat : in studiis autem ita profecit, ut post annum doctor peculiari laudum præconio fuerit renunciatus.

Barderatem reversus, studio et sacerdotali ministerio totus se addixit. Dignitatem sibi collatam respuit : sed parochis omnibus absque ulla retributione promptum auxilium ferebat, et vices ipsorum omnium gerere dicebatur. Summam charitatem præcipue cum pedicularis morbus per civitatem grassaretur exercuit, et medicamina etiam ære suo suppeditavit. Matri ipsum a nimiis laboribus, et periculis avocanti, milites belli tempore nosci respondebat. Interea ob singularia virtutis et scientiæ merita, ob splendidum in laurea consequenda examen inter canonicos collegiatæ ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis, et socios congregationis theologorum Corporis Domini Taurini, adversus ejusdem statuta, eo quod Taurinensium tantum jus erat, sodalium omnium plausu, veluti gemma fuit adlectus. In ipsa autem congregatione, quæ sui muneris non erant vitans, tantum canonici atque parochi officia, collegas etiam adjuvans, magna sollicitudine et zelo explevit, summoque animarum fructu, quarum saluti sedulo prospexit. Bene mane sacrum eximia pietate faciebat, et dein usque ad meridiem pœnitentiæ tribunali adstabat, pluribusque tum ex canonicis, cum ex civibus erat a confessionibus. Oratoria arte et elegantia posthabita in propria et in externa ecclesia ex corde concionesæpissime habebat, quibus major quam sociorum concionibus numerus audientium aderat, et cœlestis regni incola, cum diceret, ferebatur. Quadragesimæ tempore catechismum rudiores filias edocebat, easque donis vel stipe ad illum discendum incitabat. Pauperes et ægros domi invisebat et juvabat, eorumque auxiliator dicebatur. Nihili se habens a piis et doctis viris consilia expetebat, et in controversiis, atque familiaribus sermonibus simplex et festivus dubia solvebat, socios delectabat. Hinc cuncti eum amabant, et venerabantur, summisque laudibus attollebant. Suavitate sua omnes alliciebat, et canonici Boni, sacerdotis vitæ integri et charitate pleni, Sancti nominibus dignus fuit qui appellaretur.

Hac autem tempestate, dum merita meritis, virtutes virtutibus superadderet, plenum earum omnium splendorem, perfectæ cumulatæque suæ sanctitatis lumen mundo ostendendi occasio D. S. se præbuit. Cum congregationi Oratorii D. Philippi Nerii nomen dare cuperet, confessarius ipsum a proposito dimovit, et patrem multarum gentium futurum prædixit. Quo factum est, ut veluti informatum, anticipatumque menti suæ tantum opus, de quo erit sermo, videretur; et rector congregationis Corporis Domini, cum hanc cogitationem Dei servum occupare conspiceret, vitam S. Vincentii à Paulo ipsi legendam traderet. Interim ut Lugdunensi mulieri gravi morbo laboranti, et ab omnibus nosocomiis rejectæ suprema religionis solamina afferret Dei servus fuit advocatus. In hoc summopere commotus statim in quoddam cubiculum, ut a piis christifidelibus curaretur, duci jussit. Inde vehemens in ipso desiderium aperiendi hospitium exarsit, in quo ægri ab omnibus derelicti exciperentur. Cum vero nulli operi manum unquam admoveret, quin cœli auxilium antea impetrasset, hinc Virginis Gratiarum intercessionem veluti inspiratus extraordinaria ratione ante ejus altare imploravit. De collata gratia certus ab illo recedens collegis canonicis suum aperit propositum, ipsique eum operi incundo præficiunt. Mane, nempe die decimaseptima januarii anno millesimo octingentesimo vigesimo octavo D. Antonio abbati sacra, collegis canonicis, plaudentibus, duo cubicula conduxit, et quatuor inibi ægros collocavit. Die principes parœciæ mulieres, nocte ipsarum ancillæ illis ministrabant. Paulo post alia addere cubicula necesse fuit, et novem reapse eodem in loco pretio utenda cepit, in iisque vigintiseptem ægrotis locum fecit, quos sponatanea fidelium stipe sustentabat. Dein, uti Vincentius a Paulo, novum sororum a charitate institutum meditans, validas et bene moratas ex agris præsertim juvenes, licet nil possiderent, collegit; sanctis vitæ regulis ditavit; et sub viduæ Mariannæ Nasi-Pullini, uti alteri Chantal, regimine posuit. Ab eadem vero ad ægrorum curationem, ad religionem a servo Dei instruebantur, qui ipsis salutaria præcepta dedit; statutas preces indixit; et sanctissimum altaris sacramentum adorare præsertim præcepit. Et has interno et externo habitu sorores a S. Vincentio dixit. Cum insuper periclitantes etiam puellas hospitio exciperet, eæque in numerosam familiam evasissent, in duas classes est dispertitus. et majores D. Ursulæ, minores D. Genuephæ nuncupavit. Antequam vero illas inter sorores admitteret, utrum se ipsas contemnere didicissent humilibus et publicis experimentis comperire cupiebat. Sorores insuper, cum in charitatis spiritu essent firmatæ, etiam per urbis cœnacula ad pauperes ægros invisendos, et cibariis juvandos parochis poscentibus mittebat. In diem divina Providentia Dei servus et sui vivebant, quæ etiam piissimum medicæ artis peritum, cujus gratuita et mirabili opera uterentur, atque optimum et pietate insignem pharmacopolam, qui ipsis medicamenta donaret, inexhausta bonitate suppeditavit.

Omnia etiam nunc prospere, feliciterque Dei servo et instituto suo cedebant. Verum, quoniam divinæ Providentiæ et Sapientiæ lege opera Dei obstacula quærunt, ut vim suam exerceant, contradictionibus obviam eunt, ut propriam lucem et innatam veritatem effundant, ideo Dei servus, ejusque institutum ærumnis probatur. Qui beneficiis parvum nosocomium complectebantur, contumeliis, injuriis et minis acerbe De servum sunt insectati; quia uni tantum Providentiæ fideret eorumque dubitationibus ipsam lædi affirmaret. Vicini adversus nosocomium querelas gubernii rectoribus detulerunt, qui etiam ob choleræ metum in aliam, et remotam urbis partem,

laudibus alioquin opus attollentes, hospitium transvehi jusserunt.

Eo nuntio Dei servus divinæ Providentiæ hilariter benedixit et novum institutum est meditatus. Hæsitantibus collegis canonicis festivis et intrepidis dictis animum addit D. S.; et tandem hujus propositum sunt sequuti, dummodo pauperibus parœciæ Corporis Domini hospitium præ ceteris daret. Interim parvi nosocomii filiæ penes dominam Nasi permanserunt, et pauperes labore manuum suarum levabant, iisque infirmis per tuguria subveniebant.

Septem post menses, die nempe vigesima septima aprilis, novum D. S. excitavit nosocomium, quod *parva domus Divinæ Providentiæ*, auspice D. Vincentio a Paulo ab eo dictum est vexilloque instructum verbis illis D. Pauli *charitas Christi urget nos*. Oratorium ad missæ sacrificium celebrandum paravit, et sanctissimum sacramentum aliquod post tempus in ipso asservare ei datum est. Novum nosocomium brevi ad exitum omnino est perductum, et in immensum excrevit, ægrisque recipiendis et curandis angustum evasit. Cum insuper novis necessitatibus novis occureret institutionibus, post mensem alteras domus ægrotis, orphanis, invalidis, contagiosis morbis affectis reserat. Addidit et alias tres, quibus Domus Dei, Fidei, Spei nomen imposuit, et in ipsis multas collegit gentes, et primam præsertim pro mulierum nosocomio assignavit.

Eo temporis Deus iterum servi sui fidem tentavit. Obii, namque domina Nasi, quæ validum erat operum suorum sustentaculum. Omnes ideo ejus desideria et cogitationes posthac in irritum cessura putarunt; sed ipse voluntati Dei benedicens in fidem mirifice crevit. Hinc juvenes, quæ penes matronam morabantur, ab eaque regebantur parva domo recepit, in qua opus suum sunt prosequutæ. Quin, cum in diem instituti hospites excrescerent, magnum nosocomium et ecclesiam extruendam curavit. Hanc mense octobri anno millesimo octingentesimo trigesimo quarto die Virgini a Rosario sacro benedixit, et D. Vincentio a Paulo dicavit; illud vero veluti ordinatam morborum omnium collectionem reddidit. Dum tamen extruebantur, ne ægri rejicerentur, vicina cubicula conduxit, prioresque inquilinos, ut recederent, abunde rependit, et in anteriori parvo nosocomio pueros et puellas perclitantes collegit. Dextra lævaque domus, cui a Spe nomen, duas alias domus deinde addidit. Tertia tandem domo alias conjunxit, et porticu ad ecclesiam aditum aperuit. Officinas quoque, ut qui valerent artem aliquam exercere possent circumstruxit, et porticum rebus lintearis exsiccandis accomodatum superaddidit. Post hæc alia est meditatus, Parvæque Domus ingentem dilatationem prædixit, uti post ejus mortem factum est.

Ægros pauperes et derelictos Parva Domo excipere primum D. S. statuit, eorumque veluti patrimonium ipsam efformare; sed postea omnibus humanis infortuniis in eadem mederi ardenter concupivit. Hinc hebetibus, fatuis, surdis et mutis, invalidis, epilepticis, puellis a parentibus derelictis locum in ipsa aperuit. His autem omnibus christianam, et civilem institutionem mirum in modum est impertitus, ægrorumque curationi sedulo studuit. Ex hoc tempore institutum a gubernio, fuit recognitum, et Dei servus eques SS. Mauritii et Lazari est renunciatus, quo titulo tunc tantum viri eximiæ virtutis decorabantur.

Spiritualem hospitum omnium curam, quorumdam sacerdotum auxilio, ita attente agebat D. S., ut nemo ex ipsis absque sacramentorum solamine obierit. De æterna ipsorum salute magis sollicitus, totus in eo erat, ut infirmi cum in nosocomia introirent, ab iisque exirent sacramentis sese reficerent. Qui possent missæ sacrificio adesse quotidie præcepit, et postquam ipse divinis esset operatus illis concionem de sancto, cujus dies festus celebrabatur, habebat, et sanctissimo sacramento benedicebat. Ad sacram synaxim quolibet die eosdem accedere peramabat, et exemplo atque hortationibus incitabat. Perpetuam Sanctissimi Sacramenti adorationem constituit, quæ ab ipso *Laus perennis* est nuncupata; et ita preces inter omnes familias distribuit, ut unoquoque temporis momento Parva in Domo laudes Deo attollerentur. Aliquibus tantum diei horis inter canonicos congregationis Corporis Domini versabatur, reliquas Parva in Domo insumebat, in qua etiam lectum posuerat, ut noctu ægris præsto esset. Congregationem postmodum omnino dereliquere statuerat; sed ejus collegæ noluerunt; ideoque quidam ex ipsis munera illi commissa sibi sumpserunt. Tandem vero, necessitate cogente, Parvam in Domum se recepit, et ex presbyteris, qui in eadem ministrabant, congregationem presbyterorum a Sanctissima Trinitate ad pauperes inserviendos constituit, qui communem mensam haberent. In ea autem ita est versatus, et animarum saluti studuit, ut quatuor supremis vitæ annis in lecto amplius non decumberet ad morientibus promptum auxilium ferendum.

Quod si corporalem ægrorum curam respicias, nil ipsis deerat, nihilque quod ad magnum et bene compositum nosocomium pertinet in valetudinariis desiderabatur. Plures, atque eximii salutaris artis periti illis erant a curatione, et necessaria quæque instrumenta Parva in Domo asservabantur. Sorores ipsorum curam agebant, et in quoque valetudinario ex ipsis aliqua jugiter adstabat. Cum ipsæ peculiares ob rationes non possent, fratres a D. Vincentio eisdem præsto erant Medicus chirurgiæ minoris rudimenta sororibus dabat, quæ illius exercendæ facultatem, rege permittente, summa cum laude obtinebant. Officinam medicamentariam instruxit, et usitata pharmaca ægris sorores apponebant. Quidquid tandem ad casus vitæ et morborum necessarios expeteretur aderat, vel statim parabatur.

Ceteris Parvæ Domus hospitibus varie pro varia conditione, ætate, sexu prospexit. Fratres et sorores a D. Vincentio Dei servus ad infirmis præsertim inserviendum formavit. Sed et uni orphanos et surdos-mutos institnebant, vel, et ipsi artem aliquam profitentes, pueris in ipsis erudiendis erant præpositi; aliæ autem pauperes puellas, quæ ipsarum erant conditionis edocebant. Ut sorores insuper in spiritu charitatis efformaret, probandas, ex quibus ipsæ desumerentur, instituit. Utrinsque sexus orphanos collegit, et fœminas nuncupavit : *Orfanelle*; masculos vero vulgo appellavit *Fratini*, qui res sacras atque profanas parvis in oppidis edocerent, ex quibus etiam aliquos pietate et ingenio claros eligebat, ut studiis vacarent, eosque a D. Thoma dixit *Tomassini*. Aliquibus ex ipsis, qui sua sponte peterent, et ad solitariam vitam maxime ferrentur, eremum sub D. Romualdi patrocinium aperuit, ut preces et duram vitam agerent, terramque colerent. Qua de re puellarum scholam, quam inibi instituerat, in urbem transtulit.

Fœminarum insuper monasteria fundavit. Ex sororibus enim a D. Vincentio quasdam juxta casus, et de ipsarum voluntate selegit, atque ex ipsis *Suffragii Monasterium* composuit ad defunctos statutis precibus levandos. Simili modo ex familiis quæ Parva in Domo versabantur *Filias Pietatis* desumpsit, ut Christi Domini passionem, et Virginis Dolores venerarentur. *Carmelitarum* etiam familiam juxta D. Theresiæ regulas composuit. Ægris pauperibus christiana doctrina instituendis quasdam filias præfecit, et in religiosam societatem coegit sub titulo *Divina Pastora*. Deviis puellis ex tempore monasterium rigidæ observantiæ patefecit, et a S. Taide ipsarum nomen desumpsit. Omnia autem monasteria educandas puellas habebant; omnesque Parvæ Domus familias et cœtus, uti peculiaribus operibus et finibus addixerat, ita proprio vestitu instruxit.

Verum hæc omnia servi Dei charitatem nullo modo extinguere valuerunt: sed stimulos magis magisque addiderunt.

Hinc alias etiam per urbes et oppida beneficos ejusdem effectus expandit, suosque juxta uniuscujusque familiæ fines ad pueros, puellasque instituendas, ad nosocomiis inserviendum immisit. Hos autem eadem quæ Parva in Domo servare præcipiebat, et alicujus religiosæ domus, vel proprii parochi curæ committebat, ipsorumque regimen sibi reservabat. Religiosis mendicantibus, externis etiam pauperibus eleemosynas elargiebatur, Parvæque Domus janitrici præceperat, ut qui ipsam subsidia petituri adirent vel in victu, vel in pecunia secumferret. Providit insuper ut externi pauperes calida diversoria hieme haberent, et ut, dum ipsis panem et jusculum daretur, fidei veritatibus et pietate perficerentur. Primum Dei servus Taurini infantiæ asyla juxta religionis dictamina pandidit. Malorum tandem erat veluti arbiter, cunctis necessitatibus succurrebat, ægros et pauperes omnes una tantum Dei Providentia levabat, ita ut nec modus, nec terminus ejus charitatis concipi valeat. Ideo humanitatis benefactor proprio jure fuit appellatus, et a Gallica societate Monthion et Franck-lin aureo numismate donatus. Ipse autem unus omnia ea prudentia regebat, omnibusque rebus prospiciebat, ut inter tot tantasque gentes perfectus esset ordo, nihilque unquam contra bonos mores fuerit admissum.

Dispersa tamen dicta ad fundationis ordinem et vicissitudines prope conspiciendas recolligens, manifestum apertumque omnibus esse tuto asseram, Dei servum hominem a Deo missum extitisse, ut sublimia manuum suarum opera mortalibus universis patefaceret. Quod divino, æternoque consilio hac nostra præsertim ætate factum esse lætamur, quo supremi Numinis, ejusque Providentiæ existentiam materialistæ atque Epicurei modo occulte sese tegentes, modo aperte sese prodentes perversarum opinionum systematibus, impiisque conatibus de medio tollere pertentant. Ut eos igitur omnipotens Deus confunderet, et Ecclesiam suam juveni atque florentissima semper vita vivere demonstraret, servum suum Josephum Benedictum selegit, qui mirabilia sua Parva in Domo divinæ Providentiæ universo terrarum orbi ineffabili charitate reseraret. In ea siquidem licet disparatas, variasque operum institutiones est cernere: tamen omnes mirabili harmonia et consonantia, supernaque significatione eo redeunt, ut Dei sapientiam, bonitatem, providentiam, eisque pro sua quemque facultate inservire posse aperte demonstrent. Dei servus enim ita apte unamquamque familiam pro varia ætate et conditione disposuit, ut Deo omni temporis momento gloriam et honorem præberent; et qui non valerent operibus et laboribus, cordis saltem holocaustis ipsi uni qua possent ratione placerent. Cuique ideo peculiarem finem, et habilitatem aliquam a Deo fuisse concreditam, et unumquumque humanæ societati juxta æternas divinæ Providentiæ leges utilem esse posse ostendit. Quamobrem a Platone illo, quem veteres ethnici summum philosophum dixere, et de quo ipse Cicero ait; « Errare mehercule malo cum Platone, quam cum aliis vera « sentire (1), » maxime diversus civitatem sanctam constituit, in qua etiam hebetes, mutili atque deformes, et ab omnibus derelicti locum suum haberent, Deique Providentiæ benedicerent; utpote unius Patris filii, eodemque divino Sanguine copiosa redemptione redempti.

Dei servus vero inter tot tantasque familias, quæ arcto inter se fœdere precibus et supremo fine copulabantur, tanquam bonus pastor versabatur; et Deus ejusdem labores sibi maxime esse acceptos continuo Providentiæ miraculo significabat. Ideirco tanta erat Parva in Domo erga divinam Providentiam fiducia, ut testis XXIII, postquam multa enarraverit portenta, et insperata subsidia, addat: « Quelques-unes de mes compagnes me disaient que de semblables secours extraordinaires arrivaient très-fréquemment dans la Petite Maison; c'est pourquoi elles ne s'en étonnaient pas, et disaient que la Providence nous fait toucher par la main que nous étions ses filles, et que Dieu récompensait ainsi la confiance de son fidèle serviteur. » Hinc ipse Dei servus quæ in Pedemontano regno, et Taurini præsertim erant eventura prænuntians, Parvam Domum spiritualem Taurini arcem dixit, ceu refert testis XX, narrans: « Je me souviens que lorsqu'on faisait des prières en Piémont pour la conservation de la foi en Espagne, il disait qu'il viendrait une époque où il serait nécessaire de prier pour la conservation de la foi dans le Piémont; il ajoutait que la Petite Maison avait été créée par la divine Providence afin d'obtenir par les prières des pauvres gens la conservation de la foi en Piémont. Il appelait la Petite Maison la forteresse spirituelle de Turin. »

Ut tandem bonum reapse pastorem sese ostenderet, Dei servus, et de ipso jure prædicari posset: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*, contagiosus typhi morbus Parvam Domum invasit, pluresque presbyteros et sorores de medio sustulit. Deficientibus itaque sibi in sacro ministerio adjutoribus improbos sustulit labores, ægrisque omnibus adstitit. Defatigatus ideo eumdem in morbum incidit. De sua morte certus, quippe jam et locum et tempus aperte prænuntiaverat; utque etiam atque etiam ab una divina Providentia Parvam Domum regi usque ad exitum ostenderet, gravi morbo affectus Cherium petiit. Ibi die trigesima aprilis anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo meritis et virtutibus, donisque supernaturalibus clarus, uti vixerat, sancte occubuit. Dei servi obitus uti publicum infortunium habitum est, et sanctum fuisse mortuum omnes clamabant. Ejus corpus Taurinum, habita venia, est translatum, ubi præsertim Parvæ Domus alumni inenarrabili dolore exceperunt; et parentalibus persolutis in ejusdem ecclesia tumulatum est. Post obitum pluribus etiam miraculis claruit, et Parvam Domum suo patrocinio mirabiliter sustentavit. Sed de hisce separatim est pertractandum.

II

DE DONIS SUPERNATURALIBUS.

Ad unamquamque ex virtutibus confirmandam dona etiam supernaturalia, seu gratiæ gratis datæ, quæ cuique cohærerent, allatæ sunt. In judicio enim beatificationis et canonizationis ipsarum ratio tunc est habenda, cum præter illas constet de virtutibus in gradu heroico, et de innocentia vitæ. « *Quia*, docent Salmanticenses, *negari non potest virtutes valde disponere et juvare ad collationem prædictarum gratiarum; et ideo ut plurimum non peccatoribus, sed justis conferuntur, et in sanctorum canonizatione habent secundum locum post virtutes* » (1). Pauca ideo referenda nunc superessent, cum in summario præsertim omnes per species tradantur. Tantum quæ conglobatim in processu testes enarrarunt, et ad parv æ domus ædificationem atque conservationem omnino erant necessaria referre juvat.

Si spiritualia alumnorum omnium negotia præ oculis habeantur D. S. spirituum discretionis, suum cuique locum tribuendi, occulta et futura revelandi doni fuisse a Deo illustratum testes conclamant. XIII reapse habet: « C'était un sentiment et une voix commune dans la Petite-Maison, que le serviteur de Dieu pénétrait dans les secrets du cœur et qu'il devinait ce qui se passait dans l'intérieur de chacun; par exemple, les souffrances qu'il endurait, les fautes commises; quand il voyait que quelqu'un était pensif, il l'appelait, et devinait aussitôt le motif de son affliction ou la faute qu'il avait commise. »

(1) Cic. 1. Tuscul. c. 17.

(1) Tom. 3. Curs. theologic. arbore prædicamentali, §17, n. 164.

Et testis XIV illico prosequitur: « On remarquait que le serviteur de Dieu avait généralement un très-particulier discernement des esprits et des inclinations; aussi savait-il parfaitement choisir les emplois qui convenaient à chacun. »

Si insuper corporalia et temporalia respiciantur divinæ Providentiæ thesauros tractare videbatur. Re enim vera testis V qui ipso sub initio summa pietate et charitate ægris per D. S. excepti a curatione jugiter fuit, postquam varia descripserit portenta : « Il m'arriva plusieurs fois d'ordonner des saignées et d'autres remèdes à quelque sœur, suivant que je le croyais nécessaire, et le serviteur de Dieu, ou en ma présene, ou plus tard, ordonnait au malade d'aller au sanctuaire de la Consolata et d'y réciter un *Salve Regina*, et de rentrer à la maison, pour reprendre son travail : or je voyais que la guérison avait lieu. » Ex ipsius insuper sermonibus ægrotantium sanationem vel mortem sorores præsertim a S. Vincentio deducebant : « Les sœurs étaient très-attentives lorsque le serviteur de Dieu visitait les malades en danger : elles observaient son maintien et les paroles qu'il proférait, et savaient par là si le malade guérirait ou non. Si le serviteur de Dieu disait, par exemple, que le malade devait encore voyager, ou faire certains travaux, ou aller cueillir des violettes, on était assuré de sa guérison; si, au contraire, il disait : Paradis! beau Paradis! c'était le signe que le malade mourrait; et généralement le résultat confirmait le sentiment du serviteur de Dieu; je ne crois pas, en ce qui me concerne, que la chose ait jamais varié. » Inde etiam veluti morborum dominator erat. C'était bien connu dans la Petite-Maison que lorsque le serviteur de Dieu disait aux sœurs malades qu'elles seraient guéries, et qu'il leur ordonnait de se lever, la guérison était complète. » Pecunia et cibi inter ejus manus multiplicabantur. « On était généralement persuadé que le serviteur de Dieu possédait pour ainsi dire les clefs de la Providence; on était convaincu que l'argent se multipliait dans le tronc ainsi que les vivres qu'il distribuait. »

III

DE PRETIOSO S. D. OBITU.

Cum mors juxta vetus adagium sit vitæ echo, jam Dei servi obitum pretiosum in conspectu Domini futurum ex ipso vitæ commentario, et virtutum omnium declaratione conjici poterat. Uti vivens operosæ charitatis fuit exemplum, ita moriens ejusdem fuit victima. In capite enim de charitate erga proximos vidimus D. S. tanquam bonum pastorem animam suam dedisse pro ovibus suis. Continuis quippe fractus laboribus, pene unus contagioso typhi morbo correptis ministrans in eumdem incidit, ex quo mortis causa enata est.

Cupiens dissolvi et esse cum Christo, paradisum tantum anhelans, obitus sui tempus præscivit et prænuntiavit. Duodecim ante ipsum annis lectum fratri suo in quo ipse erat moriturus, uti superna contigit dispositione, misit; pluries suæ mortis locum testibus ostendit; paullo ante quam Cherium peteret suis omnibus manifeste declaravit. Quod quidem inter notas et signa sanctitatis Scaccus enumerat docens : « *His animi prædictionibus subindicatur servos Dei æternorum desiderio jam multo ante teneri ac proinde Deum enixe rogasse ut hinc ipsis abire liceret, Deumque ad servorum suorum consolationem id eis revelasse. Quapropter certi de die, gaudio gestientes mortem appetunt, de morte loquuntur, mortis non solum diem sed horum prædicunt* (1).

Typho itaque pediculari morbo conjuncto laborans, ut etiam atque etiam se nil, omnia divinam Providentiam Parva in Domo peragere ostenderet, Cherium moribundum petere constituit. Medico testi V ipsi ut lecto acquiesceret suadenti, responsum dedit : « Plus tard, car je veux auparavant aller à Chieri pour changer quelques sœurs. » Il me pria de l'accompagner, mais je ne pus étant occupé aux consultations. Il me dit : « Venez m'accompagner à Chieri; après je me constituerai malade, et je suivrai toutes vos prescriptions. Mais sachez que tout est inutile. — Levant le doigt en haut, il ajouta : Je suis appelé. » Cum e Parva Domo discederet, clamabat :

« Voyez, la bête ne veut plus marcher, ne veut plus tirer, elle veut attirer la compassion. Elle ne veut plus porter le fardeau; allons. » Chierii Fratris sui, cui lectulum duodecim ante annis mutuum dederat, domo se recepit, cumque hanc adventasset, illi de ejus salute sollicito, eidemque dicenti : « Joseph, que vous êtes fatigué! Eh bien, répondit-il, que voulez-vous dire? Pensez-vous qu'une chose quiconque m'attache encore au monde? Levant les yeux et les bras au ciel, il s'écria : Mon Dieu, si vous me voulez, je suis ici et suis à vous. »

Ita ad Dei voluntatem se omnino conformans, ipsique benedicens novem ante mortem diebus lectum suum Cherii petit. Quæ sanctorum sunt omni, quo ægrotavit, tempore peregit. Jaculatorias preces, sacrarum concionum frusta ipso etiam in morboso delirio recitabat. Missæ sacrificium celebrare cum ardenter optaret, marchio, quin de hoc fuerit efflagitatus, veluti a Deo impulsus ipsi gentilitium oratorium fratris domui proximum obtulit; sed D. S. ob diri morbi effectus omnino divinis operari non valuit. Usque etiam obitum corpori sui commodis inservire recusavit, et cuncta a lecto removit, quæ ipsi commoditatem aliquam afferre possent. Nullum unquam, licet plagis onustus et excruciatus, questum edidit, sed virtutum specimina jugiter exhibuit juxta medici ipsus confessionem. Sacramentis omnibus peculiari devoti animi sensu, summaque exultatione fuit roboratus. De ejus salute omnes Cherii cives erant anxii, sanctissimum viaticum cleri atque populi multitudo est comitata, deque sancto morituro sermones habebat. Ipso suæ mortis die concionem de Dei bonitate et providentia dixit, fratrique eum quiescere jubenti obediit dicens : *Tu autem, Domine, miserere nobis.* Suprema tandem ejus verba fuerunt. Marie, ma mère : « *In te Domine speravi, non confundar in æternum. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Te Deum etc.* Paradis! ».

« Il expira avec le sourire du juste. Son visage devint blanc comme la neige, toutes les traces des souffrances disparurent. »

Neque in ejus morte portenta defuerunt. Pridie quam e vita migraret pluries igneus globus varios in iridis modum repræsentans colores super Parvæ Domus tecto, et aperte super subsellii loco, quod D. S., cum divinas horas persolveret, tenebat, apparuit. Ipso insuper temporis momento quo animam Deo reddidit, dum bona et tranquilla esset tempestas in atrio monialium a suffragio arbor radicitus evulsa fuit et excidit; sed tres post dies iterum sata uberibus eo ipso anno fructibus gravidavit. Hujusmodi prodigia servi Domini mortem clare innuisse testes dixerunt arboremque Parvæ Domui compararunt, quæ licet concuti aliquandiu posset, tamen ad magis magisque in diem florendum Deus ipse prædestinaverat.

D. S. autem mors ita a pia Pedemontana ephemeride est divulgata : « Nous annonçons avec un profond regret la mort du chanoine Cottolengo. Ce vénérable ecclésiastique, cet admirable modèle de charité, dont la vie entière fut partagée entre l'exercice incessant de cette céleste vertu et la confiance illimitée en la Providence, qui la lui rendait possible par un continuel prodige, cet homme de Dieu nous a laissés dans la soirée de samedi dernier. » Re siquidem vera D. S. obitus publicum infortunium existimatum est, omnesque sanctum esse mortuum ferebant.

(1) De not. et sign. sanct. sect. V, c. VI, pag. 369.

IV

DE FUNERE ET SEPULTURA.

Vix D. S. animam exhalavit testis V qui ei salutaris artis remedia præstiterat, Taurinum rediit, ut regi, Parvæque Domui ejus obitus nuncium afferret. Cum clerici atque canonici congregationis Corporis Domini, Parvæque Domus moderator et hospites de servi Dei corpore in propria ecclesia sepeliendo contenderent, rex ipse Carolus Albertus eumdem testem V ad suum in regno ministrum, quem gratiis elargiendis et justitiæ administrandæ præposuerat, misit, ut ab eo præstitutam cadaveris Taurinum transferendi, atque in Parva Domo tumulandi veniam referret. Statim ac Parvæ Domus alumni de S. D. morte certiores sunt facti, tot tantosque gemitus dederunt, ut longinquæ stationis milites causam cogniturí illam adierint.

Cherii interim solemni pompa, triumpho simili, mortalia spolia ad ecclesiam fuerunt perducta. Cherienses ipsi notatu dignum invenerunt pluribus ante S. D. mortem diebus aerem pluvium fuisse; sed cum funebris comitatus est progressus, solem ad vesperam usque apparuisse. Biduo S. D. corpus Cherium habuit. Sub media diei 3 maii noctem plurimis ex Cheriensibus adstantibus feretrum Taurinum versus translatum est. Quarta hora matutina diei 4 huc summa omnium exspectatione adventavit. Cuncti vehementi dolore correpti gemitus et planctus dabant. Ea ipsa hora qua D. S. ecclesiam mane deprecaturus ingrediebatur, eadem ista mortuum excepit. Parentalia demum ipsa in ecclesia ei fuerunt persoluta, et rex ipse Carolus Albertus presbyterum qui sibi erat ab eleemosynis ad sacrificium præsente cadavere celebrandum misit. Ut maxime dolentes alumnos omnes præsertim solaretur, eisque animum adderet sermonem texit Savonensis episcopus, postmodum Taurinensium archiepiscopus. Commune hospitum omnium desiderium et vota S. D. successor excipiens, ipsius corpus detegi et recognosci jussit. Is autem fuit ad manus osculandas et reliquias habendas concursus, ut iterum operiri necesse fuerit. Sub ara tandem Virginis Perdolentis, ubi sepulturam presbyterorum omnium Parvæ Domus constituerat, mortuaria tantum super tumulo inscriptione superimposita, ejus corpus reconditum est.

Cum trigesimo ab obitu die justa solemnia pro D. S. peragerentur, vix concionator eum nominavit omnes in questus et lacrimas mirandum in modum eruperunt, et nonnulli etiam animi deliquio sunt correpti. Die insuper 10 junii canonici congregationis Corporis Domini solemne S. D. funus concelebrarunt, et testis episcopus funebres laudationes persolvit. Ingens fuit cleri populique concursus, omnesque sancta commotione replebantur. Etenim non funeri adstare, sed sancti triumphum celebrare sibi persuaserant.

V

DE FAMA SANCTITATIS IN VITA ET POST OBITUM.

D. S. veram gloriam fuisse adeptum in conversatione gentium ex eo vel maxime apparet, quod nullus est in processu testis, qui illum vel dum vitam ageret, vel postquam animam factori suo reddidit sancti nomine non appellet. Ipsa siquidem ejus opera, spes præsertim et charitas, ejus sanctitatem vel ipsis catholicæ religionis hostibus luce meridiana clarius omni tempore demonstrant. Plurimi inde episcopi atque præstantes ecclesiastici viri, Carolus Albertus rex, ejusque duo filii, regni administri atque proceres, incolæque omnes erga eum summa veneratione ferebantur, uti sanctum colebant, et verbis externisque significationibus animi sui sensus aperiebant. Insuper et longe lateque ejus nominis et sanctitatis famaparvæque domus miraculum sese diffuserat, cum exterarum nationum coloni Augustam Taurinorum invisentes non poterant, quin splendidum institutum sanctumque institutorem cognoscendum adirent. Quo factum est ut Gallia præsertim per societatem Monthion-Francklin humanitatis benefactorem ipsum renunciaverit. Quid plura? Ipso sub informationis initio quid de D. S. deque Parvæ Domo senserint duo Romani pontifices, quos inter beatissimus Pater Pius nonus, quatenus illum sanctum, hanc miraculi domum nuncupavit. Quæ sanctitatis fama post mortem usque augetur et dilatatur, et inter ipsos S. R. E. cardinales sancta regnat impatientia et ardor, ut hujusmodi judicium et causa finem suum feliciter attingat, uti videre est in summario, cujus partes referre non juvat, cum omnes testes mira consonantia eadem enarrent.

Hujusmodi autem sanctitatis fama non falsis vulgi rumoribus, sed perseveranti usque ab obitum heroicarum virtutum exercitio innititur, donisque supernaturalibus, atque miraculis confirmatur, de quibus supremis loquendi sua sponte locus factus est.

VI

DE MIRACULIS POST OBITUM.

Plurima tum in processu cum in summario describuntur miracula S. D. intercessione patrata, quæ brevitatis studio sub hoc capite repetere non præstat. Innuere tantum sufficiat eam Parvæ Domus alumnos, et extraneos in S. D. intercessione fiduciam collocare, et ita efficaciter, ut ejus imaginum benedictionem fere semper vel salutis æternæ consecutio, vel morborum sanatio, vel tandem ab ipsis levamen subsequantur. Medicus testis V, postquam plura, quæ ipse viderat et probaverat miracula enarraverit, subdit : « J'ai appris qu'à Turin et jusqu'à Nice une foule de personnes malades ont invoqué avec succès l'intercession du serviteur de Dieu. Dans la Petite-Maison les malades demandent la bénédiction avec l'image du vénérable fondateur ; après l'avoir reçue, ils se sentent soulagés, et quelques-uns ont été radicalement guéris. On a vu s'opérer par cette bénédiction des conversions extraordinaires de personnes qui ne voulaient pas entendre parler des sacrements. » Quæ sane omnia veram S. D. sanctitatem demonstrant, docente Matthæuccio : « Post mortem vero nequeunt vera miracula fieri ad intercessionem et preces, vel meritum illius qui non sit Deo carus et acceptus. Deus enim cum sit summe verax, non potest miraculis confirmare falsam doctrinam, sic nec falsam sanctitatem illis contestari. »

Ideo quum D. S. virtutum et miraculorum fama clarissime appareat, certa spe confidimus, Sacrum hunc ordinem juxta complurium Pedemontanæ præsertim regionis episcoporum vota, et solertissimi causæ postulatoris R. P. Amadei ab Urbeveteri preces proposito dubio, *Affirmative* esse responsurum.

Quare etc. GUILLELMUS PANICI.

PAROISSE

Démembrement. Causes canoniques qui permettent de démembrer les paroisses. Consentement du curé. La municipalité prend l'engagement de servir le traitement du nouveau recteur. Controverse relative à l'incorporation d'un hameau de deux cents habitants. (Décision de la S. Congrégation du Concile du 14 septembre 1878.

Le droit canonique considère le démembrement des paroisses comme une sorte d'aliénation. En effet, l'église démembrée perd une partie de son territoire; et les fidèles sont arrachés du sein de leur mère. C'est

donc une mesure subsidiaire et extraordinaire à laquelle on ne doit recourir que par nécessité, et lorsqu'il est avéré que l'établissement d'une chapelle annexe desservie par un simple vicaire ne peut subvenir aux besoins des fidèles.

Cependant le concile de Trente autorise les évêques à établir de nouvelles paroisses, conformément à la décrétale *Ad audientiam* du pape Alexandre III, lorsque, soit à raison de la distance, soit à cause des mauvais chemins, les paroissiens ne peuvent sans une grave incommodité fréquenter l'église paroissiale. L'éloignement, les mauvaises routes, voilà deux causes qui permettent d'en venir au démembrement. Deux milles (trois kilomètres) sont réputés une distance légitime. On ne peut fixer de règle absolue ; le démembrement est surtout une question de fait, qui doit être décidée d'après les circonstances particulières de chaque cas.

La S. Congrégation du Concile a permis le démembrement dans les circonstances suivantes.

Le village Spessa, dans le diocèse de Pavie, dépend de la paroisse Saint-Zénon, qui est éloignée de plusieurs kilomètres. Entre les deux localités se trouve, à mi-chemin le domaine de Cascina Spéziana, qui renferme environ deux cents cultivateurs et fait partie de la commune de Spessa pour les choses civiles. En 1873, la municipalité de Spessa demanda à Mgr l'évêque de Pavie d'ériger en paroisse la chapelle publique sous le vocable de S. Augustin, laquelle est au centre du pays. Le prélat accueillit favorablement la demande ; toutefois il mit pour condition que la municipalité agrandît l'oratoire par l'adjonction de deux chapelles latérales ; qu'elle prît l'engagement de faire au nouveau curé le traitement annuel d'au moins six cents livres ; de fournir le presbytère et les ornements sacrés, et de créer un fonds pour les dépenses de la fabrique ; d'obtenir l'approbation du gouvernement et de déclarer que la paroisse serait de libre collation épiscopale.

Les paroissiens se cotisèrent et la chapelle fut agrandie. La municipalité tint deux séances dans lesquelles elle prit à sa charge le traitement du curé. Cette délibération fut ratifiée par le conseil du département. En outre, le gouvernement donna son approbation à l'érection de la nouvelle paroisse.

Le curé de Saint-Zénon étant mort à ce moment, Mgr l'évêque de Pavie obligea le successeur à consentir au démembrement. En outre le prélat établit à Spessa un vicaire entièrement indépendant de Saint-Zénon et lui donna toute la juridiction paroissiale sur les habitants et sur le hameau de Cascina.

Au moment où l'affaire paraissait terminée, Mgr l'évêque de Pavie fut transféré à l'archevêché de Bologne. Le nouvel évêque crut devoir revenir sur la question.

Quoique le curé de Saint-Zénon eût précédemment consenti au démembrement, on le consulta de nouveau : or, il ne prêta son consentement qu'à la condition de conserver dans sa paroisse le domaine de Cascina Speziana. Le prélat demanda à la municipalité si cette restriction lui plaisait. Loin d'acquiescer à la prétention, la municipalité a porté plainte à la S. Congrégation du Concile.

Elle a demandé que la prétention de détacher de la nouvelle paroisse le hameau de Cascina Speziana soit rejetée, et que le souverain pontife érige lui-même la nouvelle paroisse.

Le *folium* de la Congrégation expose les raisons et les allégations de part et d'autre. Mgr l'archevêque de Bologne, qu'on a cru devoir consulter sur une affaire à laquelle il a pris une si grande part, a opiné en faveur de la municipalité, parce que le hameau fait partie de la commune de Spessa et que les habitants doivent y aller fréquemment pour les affaires civiles. D'ailleurs il est à craindre que la municipalité révoque l'engagement qu'elle a pris relativement au traitement du curé.

Décision. La S. Congrégation décide que le hameau dont il s'agit sera compris dans la nouvelle paroisse. Rome, 14 septembre 1878.

Papien. Dismembrationis parœciæ. Die 14 septembris 1878. Oppidum Spessæ Papiensis diœcesis plusquam mille capitibus frequens, plura per chilometra distat a parœciali, cui subest, ecclesia in loco S. Zenonis de Pado exurgente. Medio ferme inter unum, alterumve oppidum itinere extat quædam villa biscentum circiter animarum Cascina Speziana nomine, similiter parocho S. Zenonis in spiritualibus subjecta, quæque in maxima parte intra fines loci Spessæ fundata reperitur, unde pro actis civilibus habitatores illuc convenire debent. Jam ab anno 1873 municipes loci Spessæ, obsecundantes incolarum votis, supplici libello antistitem Papiensem adierunt expostulantes, ut publicum oratorium D. Augustino dicatum in centro dicti oppidi manens in parœciam erigeretur.

Verumtamen Papiensis antistes, licet benigno favore ipsorum preces excepisset, attamen ut in re tanti momenti caute procederet, nonnulla a municipio requisivit, antequam dismembrationis decretum emanaret, et præcipue 1° ut dictum oratorium ad ampliorem formam redigeretur « par l'ouverture de deux chapelles latérales ; » 2° ut annua congrua saltem sexcentum libellarum pro novo parocho assignaretur, « assurée contre toutes les vicissitudes qui pourront se produire dans la commune ; » 3° ut nova parœcia tam de domo parochiali quam de sacra supellectili provisa foret constituto etiam fundo « pour la fabrique, pour les dépenses de la nouvelle paroisse; » 4° ut municipes opus proprium impenderent ad obtinendam a gubernio approbationem simulque declararent parœciam esse liberæ collationis.

Per spontaneas fidelium oblationes protinus appositis conditionibus provisum fuit, si demas congruam pro parochi substentatione, quæ in duabus sessionibus, a consilio provinciali probatis, statuta venit ab eodem municipum collegio, quod etiam gubernii approbationem pro novæ parœciæ erectione reportaret sategit. Interea tamen temporis sciendum est, quod parochus S. Zenonis inter plures abiit, hinc providus Papiensis antistes non modo sollicitus fuit ab ejus successore præsentato a legitimo patrono obtinere consensum pro dicta dismembratione, de quo tamen nullum verbum in literis institutionis, verum etiam coadjutorem a parocho prorsus independentem statuit in dicto pago cum omnibus juribus et officiis parochialibus, cui etiam regendos tradiderat fideles villæ *Cascina Speziana*.

Cum autem omnia jam ad exitum perducta viderentur, ita ut nulla interjecta mora ad dismembrationis decretum nemine reclamante devenire posset, accidit ut Papiensis antistes ad

cathedram Bononiensem evectus fuerit, hinc provisa sede de novo pastore, qui rem ad examen revocare putavit, atque obtento parochi S. Zenonis consensu de nova erigenda parœcia, sub conditione tamen ut villa *Cascina Speziana* sub ipsius jurisdictione maneret, rem detulit ad municipes loci *Spessa*, a quibus antequam ipse dismembrationis decretum ederet, expetiit « s'il consent à ce que la section de Cascina Speziana demeure incorporée à la paroisse de S. Zénon au Po. »

Talis conditio haud municipalibus arrisit, qui præterea notitia perculsi, quod si secus fieret, præsul statutum a suo prædecessore coadjutorem revocasset, sub die 22 decembris 1877 ad S. V. Ordinem confugerunt enixe postulantes: « 1. Qu'il soit notifié à Mgr l'évêque de Pavie de ne rien innover. 2. Que l'on rejette la prétention de détacher de la nouvelle paroisse la section de Cascina Speziana. 3. Que le souverain pontife, de sa pleine autorité, érige lui-même la paroisse selon le vœu des habitants. »

Hunc acceptum libellum illico episcopo remisi pro informatione et voto, auditis in scriptis interesse habentibus, utque referret de legitima dismembrationis causa, ac interim nihil innovaretur : imo ut caute hac super re procedi posset, etiam informationem et votum requisivi ab eminentissimo archiepiscopo Bononiensi. Nondum autem ad manus Papiensis antistitis pervenerat dictus libellus, cum ipse decretum edidit, vi cujus villam Cascina Speziana jurisdictioni parochi S. Zenonis restituit. Exinde novæ municipum querelæ ad hoc ut, pendente apud S. V. O. recursu, res in pristinum restituerentur.

In tali rerum statu tum Emi Bononiensis archiepiscopi, tum Papiensis præsulis pervenerunt literæ, quibus acceptis obsecundabant mandatis. Archiepiscopus itaque Bononiensis sub die 23 februarii 1878, postquam animadvertit preces municipum loci Spessæ consonas esse veritati ait : « Quoad quæstionem in se sumptam magni equidem momenti visa est ratio a municipibus adducta, videlicet quod locus Speziana nuncupatus ad communitatem Spessæ pertineat, quo loci illius incolæ ad acta civilia, ut aiunt, convenire debent. Accedit necessitas illinc transeundi, ut pietatis officia in ecclesia parochiali S. Zenonis de Pado a Spezianæ habitatoribus impleantur. Porro jure meritoque timendum est, ut utriusque loci incolæ, manibus inter se consertis, ad jurgia ruant. Quare opportunum arbitrarer, votis municipum annuere, eisque parochiam decernere sibi propriam ab unis municipii terminis circumscriptam. »

Contrarium sed vero statuere conatur Papiensis antistes literis diei 23 aprilis 1878, quas fidelibus EE. VV. oculis subjicere præstat : « Mon projet d'ériger la nouvelle paroisse sans adjoindre le quartier de Speziana, satisfait le patron du bénéfice de S. Zénon, le propriétaire du domaine Speziana et les habitants au nombre de 140.

« Speziana est presque à mi-chemin de S. Zénon et de Spessa; il y a une bonne route pour aller à S. Zénon, dont l'église est beaucoup plus grande que la chapelle de Spessa, mieux pourvue et possède un bénéfice pour le vicaire. Le curé actuel de S. Zénon consent au démembrement, pourvu que Speziana lui soit laissé. Les habitants de ce quartier désirent demeurer dans leur ancienne paroisse; de quel droit les obligera-t-on de s'en détacher? Il est vrai que les limites de la paroisse ne seraient pas les mêmes que la circonscription de la commune, tout au moins pour la plus grande partie. Mais il en est ainsi dans la plupart des pays du diocèse. »

Neque demum præterit animadvertere nullimode simultates et jurgia esse pertimescenda, quia ablata ex jam lato decreto a coadjutoris jurisdictione Cascina Speziana, publica quies minime excussa fuit.

Quibus habitis, actisque de more completis causa hodie discutienda proponitur sub dubio in hujus libelli calce relato, nonnullis tamen prius utrinque de more animadversis.

Et præprimis animadvertendum occurrit quod dismembratio parœciarum veluti alienationem sapiens odiosa in jure reputatur, card. De Luca, *De paroch.* disc. 35, num. 6. Reclus. *De re parochial.* p. 1, tit. 12, num. 38. Sacra Congregatio in *Bononien.* dismembrationis 30 maii 1835, §. *Parœciam*; *Fesulana* dismembrationis et erectionis parœciæ 30 aprilis 1836, § *Recolere ; Asculana* dismembr. 30 julii 1859, § *Admissis. Laquedionen.* dismembrationis parœciæ 16 decembr; 1876, § *Hisce*, quia ecclesia privatur territorio, et fideles e matris veluti gremio abstrahuntur, Sac. Congregatio in *Bononien.* loc. cit. Hinc parœciarum dismembratio semper habita fuit tamquam remedium subsidiarium et extraordinarium, quemadmodum docet Reclus. loc. cit. num. 66, Rota decis. 484, num. 4, p. 1, decis. 223, num. 11, part. 6 recent. decis. 24, num. 10, coram Falconer. in Miscell. Sac. Congregatio in *Cassanen.* dismembrat. 17 decemb. 1740, et *Aquilana* dismembrat. 8 februarii 1744, adeo ut ipsa denegetur, quoties parochianorum necessitatibus subveniri potest per coadjutorem seu vicarium juxta ea quæ tradit Rota in decis. 178, num. 4, et seq. part. 19, tom. 2 recent., *Leodien.* dismembrat. 1 februarii 1712, § *Nec in totum*, coram Falconerio, confirmata 3 julii 1713, § *Medio itaque*, coram Crispo, et 22 junii 1714, § *Præsens itaque*, et 25 januarii 1715, § *Ita pariter*, coram Lancetta. Imo quoties incolarum spirituali indigentiæ consultum jam fuerit per delegationem vicarii, dismembrationem parœciæ denegavit S. hic Ordo uti acciditin *Sedunen.* dismembrationis 11 junii 1718. Porro plurimis abhinc annis in loco Spessæ constitutus reperitur coadjutor, qui in ecclesia, quæ esset dismembranda, sacramenta administrat, nec incolæ queri possunt aliquid ipsis in spiritualibus deesse. Frustra igitur in themate exposci videtur ut dismembretur antiqua parœcia, et nova erigatur.

Quod si et eorum votis quodammodo indulgendum videatur propter utilitatem, quam suadent tum episcopi votum tum consensus rectoris dismembrandæ ecclesiæ et patronorum, tamen eidem unienda minime esset villa Cascina Speziana. Siquidem in dismembratione parœciæ effectuanda sedulo animadvertendum venit, quod non sufficit tantummodo, ut justa suppetat dismembrationis causa, verum etiam cavendum, ne veræ necessitatis limites trajiciantur, ut minus quam fier potest dismembrandæ ecclesiæ præjudicium afferatur. Tam enim æquitas et justitia læditur, si ecclesia dismembretur, nulla intercedente necessitate, quam etiam læditur, si ipsa dismembretur plus eo, quod vera postulat necessitas. Jamvero in facto nulla pretiosa ratio suppetere posse videtur, quæ suadeat nunciatam villam uniendam esse parœciæ erigendæ cum præjudicio matricis ecclesiæ, dum ipsa æque ferme distat tam a pago S. Zenonis, quam ab illo Spessæ. Accedit quod ecclesia S. Zenoni amplior est et duabus beneficiis provisa manet, quando illa loci Spessæ licet ad ampliorem formam redacta, tamen angusta remanet, et unico beneficio parochiali provisa, unde diebus festis plures haud valerent obligationi satisfacere sacrum audiendi.

Nec parvi momenti faciendum est ordinarii judicium, cujus prudenti arbitrio remittitur æstimatio de magno incommodo in paragenda parochiæ dismembratione, ceu tradunt De Luca, *de paroch*, disc. 34, n. 2; Lauren. *for. benef.* tom. 1, cap. 3, quæst. 159, in fin. Pignatell, tom. 4 consul. 130, num. 3. Circa hujusmodi distantiam vel difficultatem accedendi ad ecclesiam parochialem totum pendet ab ejus (nempe ordinarii) judicio atque arbitrio. » Sed judicium ordinarii hoc est, ut locus Cascina Speziana sub parœcia remaneat S. Zenonis, eo quia magnum incommodum ad ecclesiam accedendi pro ea parte gregis minime verificatur, quin imo in ejusdem votis est, ut aggregati remaneant ecclesiæ matrici. Ergo tum episcopi

voto favendum videretur, quia agitur de quæstione nudi facti, in qua standum multum judicio episcopi ut servare solet S. Congreg. Concilii interpres teste Ferraris verb. *Dismembr.* num. 42, tum populi loci Speziana qui volunt sub Ecclesiæ matris jurisdictione permanere.

Quibus omnibus addendum est, quod neque patronus ecclesiæ S. Zenonis, neque ejusdem rector assensum præbent pro dismembratione tali modo peragenda. Jamvero horum consensum in effectuanda dismembratione requiri docet Leuren. loc. cit. tom. 1, quæst. 157, num. 4 et tom. 3, sect. 2, cap. 2, q. 954, num. 5, Card. De Luca *de Parochis* disc. 35, num. 6, et *de Jurepatr.* disc. 66, num. 10, ibi : « Si enim in beneficiis etiam liberæ collationis habemus, quod in suppressionibus, vel dismembrationibus desideratur consensus rectoris vel parochianorum aut alterius interessati, multo magis desiderandus est consensus patroni in Ecclesia non libera. » Quin aliquid relevet quod dicta villa in territorio reperiatur loci Spessæ, 1° quia uti observat episcopus, hoc ea in regione novum non est ; 2° quia uti dominus villæ Speziana testatur, in animo habet plures domus adjungendi loco Speziana et quidem in territorio oppidi S. Zenonis. Omnibus igitur attentis videretur, quod dismembratio vel esset deneganda, vel saltem circumscribenda ad dictum Spessæ oppidum tantum.

Non desunt tamen plura rationum momenta, quæ contrarium statuere suadent. Ex Tridentini enim dispositione in cap. 4 sess. 21 de reform. habemus quod in illis locis, in quibus parochiani ob locorum distantiam, sive difficultatem, ad Ecclesiam sine magno incommodo accedere nequeunt, episcopi novas possunt constituere parœcias juxta formam constitutionis Alexandri III quæ incipit *Ad audientiam.* Duplici igitur ex causa ad parœciarum dismembrationem proceli potest, ob locorum distantiam, vel difficultatem viarum. Quænam autem debeat esse distantia, quæ dismembrationem alicujus parœciæ, novæque erectionem suadeat, præstat ex doctrina S. O. in *Anconitana* 30 aprilis 1803, § *Cum nullius* excerpere, ibi : « Satis reputatur distantia milliarii ut dismembratio fiat teste Fagnano in cap. *Ad audientiam*, Pirhing. in jus canon. cap. 16 num. 19, et S. Congreg. in *Ariminen.* erection. parochiæ, 18 junii 1789, et in *Placentina* dismembrationis, 28 maii 1791. » Sed in themate locus Spessa plura per chilometra distat ab oppido S. Zenonis. Nullum idcirco dubium oriri potest quod legitima subsit causa pro decernenda novæ parœciæ erectione.

Neque negotium facessere posse videtur illa doctorum sententia, quæ dismembrationem indigitat ceu subsidiarium et ultimum remedium, et potius suadet, ut in Ecclesia dismembranda constituatur vicarius. Hoc enim remedium pro regula generali habendum non esse ex disciplina S. O. manifesto eruitur, qui non modo dismembrationem indulsit, quin de distantia aut locorum difficultate nimia scrupolositate inquireret ut in Papien. *dismembrationis* 10 aprilis 1717; *Fesulana* 4 junii 1736, *Melevitana* dismembrationis 3 februarii 1843, *Gaudisien* dismembrationis parœciæ 16 septembris 1871, aliisque quamplurimis, verum etiam eam lem decrevit minime obstante oblatione facta providendi per capellanum, ceu testantur resolutiones editæ in *Comen.* 5 decembris 1750, *Nolana* 3 februarii 1758, imo licet ecclesia jam de coadjutore provisa fuerit reperta, quemadmodum colligitur ex *Puteolana* erectionis parochiæ proposita die 18 junii 1701 et resoluta die 3 septembris ejusdem anni, ex *Lunen. Sarzanen.* erectionis parochialis diei 16 junii 1712, *Frequentina* seu *Abellin.* erectionis parochialis 27 maii 1713.

Et optimo quidem jure. Parochus enim debet suas oves agnoscere, frequenter invisere earumque necessitatibus paterno succurrere amore, ac reformandis moribus curam impendere, quæ omnia per vicarium nullimode, aut saltem difficiliter præstari possunt. Unde optime concludit Leuren. *for. benef.* tom. 1, quæst. 154, num. 4, quod graviter errarent illi, « qui cum aliquibus S. Congregationis declarationibus, et Rotæ decisionibus, aut doctorum aliquorum traditionibus pro hujusmodi nova erectione facienda vel neganda in sola litera procedunt, cum sit potius quæstio facti ex singulorum casuum particulari qualitate, ac individuis circumstantiis decidenda ; quia simul stare possunt ut in uno casu, eadem populi multiplicatione, eademque distantia, vel itineris asperitate id denegandum sit, in altero concedendum ; et quod diversi mores regionis, vel minor prioris parochialis majestas et decor in uno casu permittant, in alio prohibeant. » Quibus si addere placeat in themate et sollicitudo populi et municipum in ademplendis conditionibus ab actualis Papiensis antistitis prædecessore requisitis, et rixarum timor quæ prævidentur, indubie putarem ad dismembrationem deveniendum esse, ceu ob timorem rixarum dismembrationes concessas fuisse in *Lunen-Sarzanen.* dismembrationis 12 julii 1817, et in *Ventimilien.* dismembrationis 8 augusti 1818 docet *Placentina* parœciæ 20 novembris 1859, § *Verum.*

Posita igitur parœciam dismembrandi legitima causa, videretur, quod ipsa ad integrum Spessæ territorium extendenda foret, ita ut locus Cascina Speziana novæ parœciæ esset adjudicandus. idque ut novum corpus filiale juxta decentiam constituatur, ne alias intret vilipendii ratio. Audiatur sane De Luca discurs. 27, num. 4, *de regular.* « In materia dismembrationis ecclesiarum parochialium regulariter dicitur prohibita alienatio, quæ cadit etiam sub dispositione extravagant. *Ambitiosæ*, de reb. Eccles. non alien. ; et consequenter exigit non solum solemnitates et quod verificentur hæc duo essentialia extrema seu requisita ; primo nempe ut antiquæ ecclesiæ dignitas per hujusmodi dismembrationem, seu divisionem non vilescat, secundo ut novum corpus filiale juxta debitam decentiam constitui valeat, ne alias eadem vilipendii ratio intret. » Atqui si locus controversus relinqueretur sub jurisdictione S. Zenonis vilipendii ratio intraret ob parvum numerum 900 fidelium parœciam constituentium, dum plusquam bis mille remanerent sub ecclesia S. Zenonis.

Insuper hanc adjudicationem suadet : 1° ratio congruentiæ. Cum enim locus iste intra limites territorii dicti oppidi reperiatur, congruit ut ipse etiam sub illius parochi jurisdictione subsit, tam ut parœciarum fines optime valeant determinari, quam ne inconveniens enaseatur, ut parochus unius communitatis suam extendat jurisdictionem intra fines alterius contra praxim in omnibus ferme diœcesibus vigentem ; 2° utilitatis ratio. Siquidem et populus loci Speziana Spessam contendere debet pro civilibus actis explendis, et ipsi hæc parœcia commodior est præ viarum brevitate. Nec 3° prætermitti debet ratio ex eo exurgens, quod municipes jam obtinuerunt a gubernio approbationem erigendi hanc novam parœciam et nostra præsertim ætate ob futilem etiam rationem evenire posset, ut data promissio cum animarum detrimento revocaretur vel aliquod scandalum oriatur, quod averti deberet ; præsertim quia congrua pro parocho a municipali arca rependitur, et tractu temporis fieri posset, ut incolæ loci Speziana semet ex hoc gravatos persentientes inclamarent, et hoc fremente Aquilone indubie mala præviderentur.

Neque obstat quod denegata hujusmodi conditione parochus S. Zenonis haud assentiatur parœciæ suæ dismembrationi. Siquidem municipes in sua instantia retulerunt rectorem S. Zenonis jam suum præbuisse assensum pro dicta dismembratione, antequam ad parœciæ possessionem veniret. Has autem preces consonas veritati esse retulit eminentissimus archiepiscopus Bononiensis olim Papiensis antistes, a quo fuerat parochus institutus. Quo posito videretur, quod consensus ille, licet scripto minime expressus, satis esset, neque

hodie contra factum proprium rector S. Zenonis insurgere posset. « Sufficit etiam (sunt verba Lemenii, *for. benef.* tom. I, quæst. 157, num. 4), hic consensus ex ante, vel ex post præbitus, etiamsi scripto expressus non sit. Insuper cum dissensus iste irrationabilis videatur, minime attendi deberet, ad tradita per Barbosam, *De offic. et potest. episcop.* part. 3, allegat. 67, num. 20, Garcia, *De benef.* part. 12, cap. 41, num. 9.

Minusque officeret patronorum S. Zenonis dissensus, aut populi loci Speziana. Non patronorum quia consensus patronorum in paræciarum dismembratione minime requiritur vel curatur. Lotter. *De re benef.* lib. 1, quæst. 28, num. 23. Non populi villæ Speziana, quia habitatores illi, dempto conductore, precario in dicto loco morantur, ita ut teste vicario foraneo ab actuali antistite requisito, renovantur; « les cultivateurs changent tous les ans et le fermier est renouvelé tous les neuf ans » Præterea advertendum cum Fargna *De jurepatr.* part. 1, cap. 4, cas. 4, num. 6 : « Consensus rectoris, patroni, aut aliorum interesse habentium non requiritur pro forma, neque ratione auctoritatis, seu pro auctorizanda dismembratione, quo casu non esset valida absque dicto consensu, sed solum requiritur ratione præjudicii. » Cum igitur nullum in themate exurgere videatur præjudicium adjungendo locum Casina Speziana parochiæ noviter erigendæ minime patronorum, et populi obstante dissensu, videretur, quod locus iste paræciæ loci Spessæ adjudicandus foret in decernenda dismembratione.

Hisce ex utraque parte disputatis grave ne sit EE. VV. sequens enodare dubium : An et quomodo sit locus dismembrationi veteris, et erectionis novæ paræciæ in casu.

S. Congregatio rescripsit : *Affirmative, inclusa in territorio paræciæ erigendæ terra Speziana, et ad mentem.* Romæ, 14 septembris 1878.

CONTRIBUTIONS.

Cure habituelle appartenant au chapitre de la cathédrale. — Portion congrue du curé exempte de toute charge et de tout impôt. — Contributions établies par le gouvernement italien. — Main-morte, local, richesse mobilière, personnelle. — Ces impositions sont-elles à la charge des chanoines ? — Décision de la S. Congrégation du 14 décembre 1878.

Les énormes contributions que le gouvernement piémontais lève sur les revenus ecclésiastiques donnent naissance à des complications et à des conflits. Indépendamment de l'impôt foncier, on a la taxe de main-morte, la contribution sur le local, celle sur la richesse mobilière, la taxe personnelle, etc. La taxe de main-morte est de trente pour cent.

En 1788, Léopold, grand-duc de Toscane, supprima une abbaye et donna les biens au chapitre de la cathédrale de Cortone, afin qu'une partie de ces biens servît à constituer la portion congrue de quatre cures incorporées au dit chapitre. En ce qui concerne la paroisse de Sainte-Firmine, il fut convenu que le curé recevrait 45 écus de portion congrue, nette de toute charge, dépense et imposition.

A l'heure qu'il est, presque la moitié de ce traitement est absorbée par les contributions de tout genre que le gouvernement italien a établies : main-morte, local, mobilier, personnelle. Pendant plusieurs années le curé a soldé les contributions ; puis, ne pouvant plus supporter la dépense, il a demandé au chapitre d'acquitter les impôts, conformément à la convention de 1788. Les chanoines ayant refusé, le curé a fait recours à la S. Congrégation du Concile : « Persuadé que l'obligation des chanoines de Cortone existe dans la convention comme il la comprend, et tel étant l'avis de plusieurs personnes éclairées et consciencieuses, le curé, qui se voit injustement sacrifié depuis plusieurs années, au grand profit des chanoines, demande une prompte réparation, et la restitution de tout ce qu'il a déboursé depuis l'origine des impositions jusqu'à ce moment, taxe de main-morte, richesse mobilière, local du presbytère, excepté la personnelle. »

Mgr l'évêque a proposé une transaction ; d'une part, le curé ne réclamerait pas le remboursement des contributions qu'il a soldées jusqu'à ce jour ; d'autre part, le chapitre prendrait à sa charge les impositions tant ordinaires qu'extraordinaires, conformément à la convention de 1788. Par malheur, cette conciliation n'a pas été acceptée par les intéressés.

Decision. La S. Congrégation décide que les chanoines devront supporter désormais les impositions, sauf la personnelle. En ce qui concerne le passé, elle recommande la conciliation. Rome, 14 septembre 1878.

Nous nous bornons à ces courtes indications. Le *folium* entre dans tous les détails propres à élucider la controverse.

Cortonen. Reintegrationis vectigalium. Die 14 sept. 1878. — In vim decreti a Petro Leopoldo I magno duce Etruriæ, evulgati, abbatia Farnetensi de anno 1788 suppressa, ejusdem jura, bonaque omnia capitulo ecclesiæ cathedralis Cortonæ addicebantur : « afin qu'une partie des biens servît à former la portion congrue des quatre cures unies au chapitre : ces cures, déclarées inamovibles, seraient désormais conférées suivant les règlements en vigueur, librement et exemptes de toutes les réserves romaines. »

Vertente autem anno 1788 cæsareum decretum omnibus numeris absolutum fuit quando canonicorum collegium ratam habuit dismembrationem alterius ex illis parochiis sub titulo S. Firminæ virginis et martyris in oppido vulgo *Gabbiano*, existentis. Tunc enim nonnulla prædia tum rustica tum urbana pro congrua parochi alimonia ultro Ecclesiæ cessit, insimulque spopondit se quotanis parocho Giuliarini, ejusque successoribus fore solutorum scutata florentina 45, ad ipsam congruam supplendam. Nec satis. Solemnis etiam stipulationis virtute cautum fuit, ut capitulum parocho congruam parochialem a quovis onere immunem redderet.

Invalescentibus hac nostra ætate per cunctas Italas regiones multiformibus tributis, « main-morte, constructions, richesse mobilière, taxe de famille, » eadem pluribus abhinc annis actualis parochus Petrus Cortonicchi examussim pensitavit, usquedum aliquando de inopia querens postulavit a capitulo, ut ad trimitem conventionis 1788 sublevaretur ab oneribus, ac restitutione tributorum quæ regio fisco jam persolverat, redderetur indemnis. Capitulum at vero acriter obstitit parocho, atque edixit se tantum obnoxium fore restitutioni vectigalium quibus prædia subjugata sunt. Quo responso perculsus parochus Cortonicchi aliam sibi putavit non patere viam, quam amplissimum vestrum Ordinem adire supplici libello.

Hoc habito libello rescriptum prodiit die 11 decembris 1875 : « Episcopo pro informatione et voto, audito capitulo in scriptis, ac transmissa particula instrumenti de quo in precibus, referat de legitima petitionis causa. » Reverendissimus antistes Cortonensis maxima diligentia, qua par erat, amplissimi

sacri Ordinis mandatis morem gessit, et transmissa particula instrumenti contractus nuper relata suger legitima petitionis causa hunc animi sui sensum patefecit: « Je serais d'avis de proposer une transaction. Le curé ne réclamerait pas le remboursement des taxes payées jusqu'ici ; et à l'avenir le chapitre aurait à sa charge les impositions ordinaires et extraordinaires, conformément à la convention de 1878. »

Hac relatione accepta, rescribendum duxi : *Eidem episcopo qui curet conciliationem, ac de resultantibus certioret.* Factum exinde est ut solertissimus præsul operam dederit in quæstione amico fœdere dirimenda. Oleum at vero atque operam perdidisse videtur, quandoquidem literis diei 23 maii anni 1877 S. V. O. hæc duxit referenda : « Le très-vif désir que j'ai toujours eu d'éviter par une conciliation tout conflit entre le chapitre de la cathédrale et le curé de Sainte Firmine est demeuré sans effet. Je n'ai rien à ajouter à mon information du 27 mars de l'an dernier, sinon que la taxe de famille ne saurait, en tout cas, attendre le chapitre, car elle vise uniquement le lucre personnel. »

Rebus ita perstantibus die 16 junii 1877 decretum edidi « Ponatur in folio, et notificetur episcopo qui moneat partes « causam disceptandam esse in plenario EE. PP. consessu, « eisque præfigat congruum terminum ad deducenda jura sua « coram S. Congregatione, ac de resultantibus certioret. »

Omnibus autem expletis causa in hodiernis comitiis sub formula dubii in calce exscripta disceptanda proponitur. Præstat modo summatim colligere ea, quæ capitulum, ad sua protuenda jura in medium profert, et deinde aliquid ex officio adnotare que parocho S. Firminæ favere videntur.

Inter onera, quibus capitulum subjicitur, nullatenus adnumeranda esse vectigalia vulgo « de main-morte, de local, de richesse mobilière, » ipsum contendit. Quandoquidem obligatio ex conventione anni 1788 promanans, in hisce duobus cohibetur; in solutione tributi favore parochi quod pensitandum venit « pour impositions foncières ordinaires et extraordinaires; » necnon in solutione annuæ quantitatis scutorum fiorentinorum 45 causa congruæ supplendæ. Atqui capitulum parocho haud contradicente utrumque onus semper ad unguem sustinuit ; ideoque altero vectigalium onere gravandum haudquaquam est. Nefas enim est initas pactiones ampliare ultra ea quæ expressim statuta sunt. Leg. *Quidquid adstringendæ*, ff. de verbo oblig., Leg. *Si ita stipulat.* ff. de verb. oblig.

Quæ quidem juris dispositio potiori ratione locum sibi vindicat in specie qua versamur, quia res est de materia vectigalium, quæ cum sit odiosa, in eadem pacta sunt strictissime intelligenda, et non datur extensio de casu ad casum. Opportune ad rem Rocca, cap. 77, n. 8 : « Gabella, utpote odium redolens, strictissime quantum fieri potest, intelligi debet in eo dumtaxat casu, de quo præcise tenor loquitur impositionis; Neque ulterius extendenda, etiamsi adsit identitas vel rationis majoritas. » Bartol. in S. *Si pupillus*, 21 n. 3, ff. ad Leg. Falcid., Bald. in L. *Contractus*, 16 sub num, 3, et 6 Cod. de fid. instrum.; nihil ideirco magis consonum conventioni videtur, quam quod capitulum ultra impositiones prædiales nullum aliud tributum teneatur persolvere.

Perperam autem parochus hunc invocat articulum : « Que la portion congrue allouée suivant les instructions en vigueur avec le produit des biens désignés ci-dessus et 45 écus en espèces, soit affranchie et exonérée de toute charge, dépense et imposition. » Scitissimum enim est verba non esse literaliter captanda, sed quo animo quid scriptum sit semper est attendendum. Alioquin si captiose ad litteras rem deflectere daretur, neglecto consilio eorum, qui scripserunt, nulla pacti conventi formula poterit non infirmari aut convelli. Quare in quocumque negocio inspici sedulo debet quid sit actum, ut ad text. in leg. *Semper in stipulationibus*, 34, ff. de regul. juris monet Gudelin. syntagm. reg. jur. cap. 2, n. 4 et 5. Et jure quidem : contractus enim formam et determinationem recipiunt a contrahentium voluntate.

Noto alioquin notius est voluntatem contrahentium ferri non posse ad incognita, text. in L. *Patres*, ff. de condict. et demonstrat. Leg. *Lucius*, ff. ad municip. Valasc. consultat. 179, num. 3. Rota coram Seraphin. decis. 1277, num. 4; dec. 340, num. 4, coram Cavall. et decis. 7, num. 20; et decis. 119, num. 4, coram Bich. et decis. 523, num. 12, part. 4, tom. 3 recent. Atqui vectigalia de quibus in themate, haudquaquam paciscentibus nota haud erant, ceu historica monumenta edocent, tunc cum conventionem anni 1788 stipulati sunt, ita ut tuto retineri possit de ejusmodi vectigalibus partes nunquam intellexisse ; ideoque de vectigalibus prædialibus tantum egisse prædicandum superest. Et merito : nam de iis vectigalibus contrahentes cogitasse et pepigisse dicendum est, quorum præsens erat occasio et necessitas, ad text. in leg. *Quoties* ff. de regulis juris. Porro vectigalium tantum prædialium præsens erat occasio et necessitas, quia tantum pro prædiis sub parochi nomine in censualibus tabulis descriptis vectigalia parochus perferre debebat. Capitulum autem ab onere horum vectigalium parochum exemit ; hinc prono veluti alveo fluit contrahentes ante oculos habuisse tantum tributa prædialia. Hæc item canonici pertingunt.

Præterea tralatitium in jure est quod ad dignoscendam vim cujuscumque pactionis et stipulationis integer conventionis contextus debeat attendi. Rota in *Narnien.* dotis et lucri 12 febr. 1816, § 13, cor. Piccolomini ; *Romana quoad Josephum*, 16 junii 1847, § 5, cor. Muzzarelli; *Albanen.* restitutionis in integrum 27 januarii 1826, cor. Bofondi. Profecto integer conventionis contextus comprobat, contrahentes solum fuisse contemplatos vectigalia prædialia.

Cæterum stipulatione etiam remota, omnino injusta ac exorbitans apparet parochi petitio, ex eo quod, quum congrua nedum sufficienti, sed etiam uberi ipse polleat, exoneratio, quam postulat, a vectigalibus noviter inductis, potius ad lucrum captandum, quam ad damnum evitandum ostenditur directa. Enimvero congrua parochialis juxta legem latam a Leopoldo I ad scutata octaginta pertingere debet. Porro parochus Cortonicchi ea in præsentiarum fruitur præbenda quæ summam præstitutam excedit.

Altera verum ex parte parochus Cortonicchi a capitulo jure meritoque repetere vectigalia videtur, excepta taxa « de famille, » quam vel ipse excludit, in vim recitatæ conventionis, « la congrua assegnata col prodotto dei descritti beni, e con l'aumento in contanti di scudi 45 sia netta e libera da qualunque aggravio, spesa ed imposizione ; » quæ porro verba adeo effrena atque adeo ampla sunt, ut nullum relinquant onus, quo parochialis congrua non debeat exonerari. Huic autem conclusioni concinit etiam lex a Sac. œconomica Congregatione lata de mense junii 1816 qua constitutum est ut in materia pensionum omne onus pensitandi vectigalia converti debeat in contrahentem, qui pactus est pensionis præstationem « affranchie de toute charge. »

Jam ex ipsa juris dispositione effrenata illa clausula per se suapte natura in capitulum refundit quodcumque tributum vel onus, quod ipsam congruam quandocumque valeat prægravare. Verba enim generalia, generaliter intelligenda sunt, nec ullum limitem recipiunt ; quia genus speciem continet, et quod generaliter exprimitur, id de specie et individuo dictum intelligitur. Cum impositionum liberatio ad favorem parochi fuerit concepta verbis amplissimis et prægnantibus, hinc etiam controversa vectigalia comprehendit, cum talis liberatio generalis extendatur ad incognita et minime cogitata, Leg. *Si de certa*, C. de transact. ubi Bartol. col. 2, versic. *Si vero loquimur*. Menoch. cons. 496, num. 58.

Nullum alioquin haberet sensum relata pars conventionis quod « l'aumento in constanti di scudi 45 sia netto e libero da qualunque aggravio, spesa, ed imposizione, » nec quo consilio conscripta fuerit ostenderetur, si controversa vectigalia deberent excludi ; dum econtra exploratum est, in contractibus et obligationibus nullum verbum otiosum aut effectu vacuum censendum esse. Rota in recent. decis. 337, num. 1, part. 2 coram Molines ; decis. 299, num. 4 coram Olivat. decis. 530, num. 16 et 17, in *Fanen.* immissionis 14 junii 1796, § 8, coram Acciaioli. Exoneratio alioquin, quam a capitulo adstipulatus fuit parochus de anno 1788 non prædia tantummodo rustica effecit, sed domum etiam parochialem, atque supplementum congruæ in præstatione scut. 45 comprehendit, quandoquidem liberatio extensa fuit ad integram congruam.

Et probe quidem. Nam illud pro valido habendum est, non solum quod expresse cautum fuit, verum etiam quod perspicue ac necessario ab expressis consequitur. Leg. 6, ff. de contrac. empt. Leg. 219, ff. de verbor. signif. Leg. *Prætor ait*, § 1, ff. de op. nov. nunc. Profecto recensitorum vectigalium liberatio necessario consequitur ab expressa liberatione a quibuslibet oneribus super congrua parochiali, quia tum tributa prædiorum rusticorum, tum onera urbana, prædia nec non præstationes pecuniarias prægravantia, ipsam congruam æque diminuunt.

Hoc enim secumfert causa finalis, quæ, prouti notum est unicuique lucem præbet contractui. Rota in *Romana seu Ostien.* associationis 25 januarii 1819 coram Odescalchi, *Nullius seu S. Ædisti*, super 3 dubio de divisione 11 martii 1836 cor. de Cuppis; quod nimirum posset parochus præstituta congrua perfrui absque ulla diminutione vectigalis, oneris, expensarum.

Sed præter pactum conventum in stipulatione anni 1788 quammaxime parocho suffragatur ex una parte æquitas vel ipsa, qua congruam substentationem repetit ab illis qui bona suppressæ abbatiæ obtinuerunt, ut parœciis consulerent ; ex alia autem factum ipsum notabilis diminutionis congruæ parochialis ex controversis vectigalibus proveniens, per eorumdem exonerationem incolumitati ejusdem congruæ providendum fore suadet. Nihil enim certius est, quam rectori ecclesiæ exercenti curam animarum, et administranti sacramenta populo, congruam portionem deberi quæ pro alimentis rependitur ut in Clement. 1 et in capit. *Extirpandæ*, § *Qui vero*. Talis autem esse debet congrua, ut parochus qui laborat in vinea Domini spiritualia populo ministrando, absque sollicitudine quærendi aliunde sibi victum, commode vivere queat, ut dixit Rota coram Millino decis. 84, num. 4, et in Recent. decis. 347, num. 7, part. 13, ne alias propter eorum inopiam proprium officium negligat, populoque sibi credito, quem coercere debet, sit ludibrio, ac indigna ejus gradui cogatur peragere. Lotter. *De re benefic.* lib. 2, quæst. 12, num. 25. Rota coram Dunozetto Jun. decis. 631, num. 5 ; et coram Emerix Jun. decis. 318, num. 7 et seq. Exinde DD. uno veluti ore tradunt parochum, qui diminutionem passus est redditnum parochialium agere pro ejus supplemento posse adversus possidentes bona parœciæ. Gratian. *Discept. forens.* cap. 366, num. 2. et seq. Lotter. *de re benefic.* lib. 2, quæst. 12, n. 27 et seq. Rota in *Leodien.* congruæ 27 januarii 1716, § 2 coram Cerro.

Quod vero parochus Cortonicchi passus sit notabilem congruæ diminutionem ex hisce ostenditur, quæ hac super re ipse adnotat idem parochus : « en réfléchissant que les nouvelles contributions diminuent de cent francs la portion congrue qui a été stipulée. »

Dum autem hanc gravem diminutionem scutor. 20 in sua congrua patitur Cortonicchius ex causa vectigalium, nemo alius urgentiori obligatione ad ejusdem indemnitatem adstringitur quam capitulum cathedralis, quod bona possidet parœciæ ejusdem.

Hisce expositis, videant EE. VV. ea qua pollent jurisperitia, quomodo dirimendum sit dubium :

An sit locus reintegrationi pro vectigalibus tam persolutis quam persolvendis in casu.

S. Congregatio respondit : *Affirmative quoad vectigalia persolvenda, excepta taxa mere personali vulgo di famiglia; quo vero ad vectigalia persoluta, placere de concordia.* Romæ, 14 septembris 1878. »

DROITS PAROISSIAUX

Chanoine de la cathédrale décédé accidentellement dans une paroisse rurale. Service et sépulture. Le chapitre peut-il demander la restitution du casuel, sauf la quarte canonique? Décision de la S. Congrégation du 14 septembre 1878.

La juridiction paroissiale relativement aux funérailles dérive du ministère spirituel que le curé exerce envers ses paroissiens pendant leur vie, en leur conférant les sacrements. On ne considère pas le lieu matériel où quelqu'un meurt accidentellement. Les saints canons, en ce qui concerne la sépulture, envisagent le lieu où le chrétien a accoutumé de recevoir durant sa vie l'aliment céleste. De là vient que, si l'homme qui habite accidentellement la campagne et y décède fortuitement, doit être ramené à la paroisse de la ville à laquelle il appartient.

Si les chanoines résident dans des paroisses distinctes de la cathédrale, le service a lieu néanmoins dans ladite cathédrale et non dans les églises paroissiales du domicile. Une décision de la S. Congrégation des Rites, du 13 mars 1766, porte ceci : « Canonicos etiam habentes domicilium in alia parochia sepeliendos esse in ecclesia cathedrali, solutis tamen juribus parochialibus parocho domicilii. »

Si le défunt est mort à cinq ou six lieues de son domicile ordinaire, on doit le transporter dans sa paroisse. Les décrétales ordonnent le transport lorsqu'il peut se faire commodément. (Chap. 5 *De sepulturis.*) Un jour de chemin, c'est-à-dire une vingtaine de milles, est réputé distance normale, avec laquelle le transport du corps est possible.

Ces règles du droit ont inspiré la décision que la S. Congrégation du Concile a prise dans l'affaire suivante.

Un chanoine de la cathédrale de San-Severino, faisant son testament, en 1874, choisit ladite cathédrale pour y faire ses obsèques. Depuis longtemps il résidait sur la paroisse de ladite cathédrale. Deux ans après, se sentant malade, il alla dans son pays natal, Chigiano, localité du diocèse de San-Severino, et y mourut le 16 octobre, après y avoir séjourné près de huit mois.

Le curé de Chigiano notifia le décès au président du chapitre. L'archidiacre répondit qu'en considération de la distance de douze kilomètres qui existe entre la cité épiscopale et Chigiano, on ne s'opposait pas à ce que les obsèques et la sépulture se fissent dans ce pays,

mais que le chapitre entendait cependant réserver tous ses droits.

Comme le corps commençait à se corrompre, les héritiers du défunt demandèrent instamment au curé de procéder à l'enterrement. La cérémonie eut lieu le 18 ; le procureur du chapitre envoya dès la veille une protestation formelle pour réserver les droits du chapitre et de la sacristie.

Les chanoines ont déféré la question à la S. Congrégation du Concile : 1. Le chapitre peut-il prétendre que le corps du chanoine Palladini aurait dû être transporté à la cathédrale? 2. Dans d'autres circonstances que les circonstances actuelles, aurait-il fallu exhumer le corps et le restituer à la cathédrale aux frais du curé? 3. Le curé de Chigiano doit-il restituer le casuel en totalité ou en partie? 3. Le chapitre peut-il demander tout au moins la quarte canonique?

Mgr l'évêque de San-Severino s'est prononcé en faveur du curé, qui a le droit de célébrer les obsèques et d'ensevelir tous ceux qui meurent dans les limites d'une paroisse. L'élection de la sépulture ne fait pas obstacle. Le chanoine ne voulut pas absolument être enseveli à la cathédrale. Résidant habituellement à San-Severino, il devait supposer qu'il y mourrait. Il suivit le droit commun alors en vigueur. S'il eût fait son testament après la mise à exécution de la loi relative au cimetière public, il aurait prescrit d'ensevelir son corps dans le cimetière de la ville. S'il eût formellement voulu le transport, il aurait dû le déclarer explicitement et prévoir le cas où il mourrait dans un pays lointain. Environ un an avant de faire son testament, il fit faire un grand tableau représentant la mort de S. Joseph. A cette occasion, il demanda l'autorisation de construire un sépulcre à Chigiano pour lui-même et pour la famille de son frère Joachim. Mgr l'évêque jugea que le don de ce tableau ne méritait pas une sépulture privilégiée pour toute une famille; il offrit de permettre pour la personne seule du donateur. La restriction déplut au chanoine; l'affaire en resta là. Il ne tenait donc pas absolument à être enseveli à la cathédrale.

Une exhumation est odieuse; et on ne doit l'exiger que rarement. La S. Congrégation, qui ordonne parfois la restitution du casuel, refuse l'exhumation. L'humanité prescrit de laisser en paix les ossements des morts.

Faut-il exiger la restitution du casuel? Mgr l'évêque en doute. Les statuts diocésains accordent au curé du domicile habituel le droit de percevoir la quarte funéraire ; cependant cette disposition ne paraît pas comprendre le service des défunts qui avait avant leur mort établi leur demeure dans le lieu où ils sont décédés; c'est le cas du chanoine Palladini. Toute personne doit regarder comme propre le curé du lieu où il demeure provisoirement. Cela est vrai des gens de service, des employés, des militaires, des jeunes gens élevés dans les colléges et conservatoires. Cette reconnaissance du curé local comme propre curé a lieu non-seulement pour l'accomplissement du précepte pascal et pour les sacrements à l'article de la mort, mais aussi pour contracter licitement et validement le saint mariage. A bien plus forte raison doit-on réputer propre curé du défunt celui du lieu dans lequel ce défunt a longtemps demeuré à l'époque qui a immédiatement précédé le trépas.

Le chapitre de la cathédrale peut-il réclamer tout au moins la quarte funéraire? Le curé de Chigiano le nie à son tour ; car, dit-il, les statuts du diocèse envisagent le cas de la sépulture donnée par nécessité dans la paroisse où le défunt meurt accidentellement, et ils ne font pas mention de la quarte en faveur du curé chez lequel le trépassé a eu son domicile habituel. Au surplus, la pratique généralement suivie n'est pas d'accorder aux curés le droit de quarte funéraire pour les funérailles des paroissiens qui trépassent à une distance considérable de leur paroisse. C'est ce qui s'observe dans le diocèse de Cameriero, qui est rapproché de San-Severino.

Malgré les dites allégations, la S. Congrégation décide que le droit de sépulture et de funérailles revient au chapitre de la cathédrale, et que le curé de Chigiano est tenu de restituer le casuel, excepté la quarte canonique.

En effet, le droit canonique veut que le service des chanoines se fasse à la cathédrale, quoique leur domicile se trouve dans une autre paroisse. *A fortiori* dans le cas dont il s'agit ; le chanoine Palladin conservait son domicile à San-Severino, c'est par pur accident qu'il est mort dans son pays natal. La distance étant à peine de dix milles, on pouvait commodément transporter le cadavre. En vain on présume que le chanoine a voulu être enterré à Chigiano ; il conste de la volonté opposée, le testament en est la preuve. Il ne réclame pas l'autorisation que Mgr l'évêque était disposé à lui accorder pour construire un sépulcre à Chigiano. A l'époque où il désigna par testament sa sépulture à la cathédrale, il avait l'habitude de passer plusieurs mois de l'année à Chigiano, pour soigner sa santé déjà altérée.

On ne peut admettre deux domiciles. La simple habitation n'est pas le domicile, lequel exige l'intention de demeurer dans tel lieu. Le chanoine Palladin, obligé de résider près de la cathédrale, n'a pu avoir l'intention de se fixer ailleurs.

La restitution du casuel est de droit. En effet, la décrétale du pape Alexandre III (chap. 5 *De sepulturis*) prescrit ce remboursement : *Beneficia, quæ occasione sepulturæ ipsius recepisse noscuntur... cum integritate restituant.* Les statuts diocésains de San-Severino disposent que le curé qui ensevelit un défunt mort accidentellement dans sa paroisse, a droit simplement à la quarte, lorsque le curé lui réclame les corps dans les vingt-quatre heures.

Sancti Severini. Funerum et emolumentorum. Die 14 septembris 1878. — Sacerdos Marius Palladini, canonicus ecclesiæ cathedralis S. Severini ultimo suæ voluntatis elogio, vertente octobris mense anni 1874, quoad metipsius funus ac sepulturæ optionem, hæc sancivit : « Je veux que mon corps, devenu cadavre, soit enseveli dans cette église cathédrale de S. Augustin avec les honneurs convenables pour ma qualité de chanoine ; j'en charge dès à présent mes héritiers désignés plus loin ; je m'en remets à leur piété et à leur bonne volonté. »

Porro canonicus Palladini qui jamdiu sub parœcia cathedralis domicilium constituerat, die 16 octobris anni 1876 extremum vitæ spiritum edidit in terra natali, nempe in oppido Chisiano sito in diœcesi S. Severini, quo se ab octo circiter mensibus transtulerat ægrotationis causa. Pientissimi Marii mortem parochus villæ Chisianæ pandidit capituli præsidi, ne occasione funeris falcem mitteret in capituli jura.

Archidiaconus at vero parocho Chisiano hæc patefacere autumavit : « Vu la distance (douze kilomètres de Chigiano à la cité épiscopale) on n'entend pas empêcher les obsèques et la sépulture à Chigiano, pourvu que les droits du chapitre pour un titre quelconque soient entièrement réservés. »

Interea cadaver putredine tabescere jam cœperat ; hinc hæredes defuncti adivere parochum ut parentalia festinaret. Voti compotes facti sunt, atque die 18 octobris a parocho justa persoluta fuerunt, minime obstante protestatione a canonico Crivelli procuratore capituli emissa datis literis diei 17 dicti mensis, in quibus habetur : « La décision que prend votre seigneurie relativement aux obsèques du chanoine Mario Palladini, lèse les droits du chapitre et ceux de la sacristie de la cathédrale. Le soussigné, en qualité de député permanent du chapitre et d'économe de la sacristie, est obligé de protester pour tous effets légaux, pour réserver les droits des instituts qu'il représente. »

Rebus in hoc statu permanentibus, canonicorum collegium amplissimo vestro Ordini hasce quæstiones dirimendas proposuit : « 1. Si le chapitre peut prétendre que le corps du chanoine Palladini soit transporté à la cathédrale. 2. Si à présent, faisant abstraction de la triste condition du moment, on aurait dû exhumer le corps, aux frais du curé de Chigiano, pour le restituer à la cathédrale. 3. Si le curé de Chigiano est tenu de restituer le casuel en totalité ou en partie. 4. Si tout au moins la quarte funéraire est due au chapitre. »

Supplici hoc accepto libello, die 13 julii 1877 rescriptum edidi : *Episcopo pro informatione et voto, audito parocho in scriptis, referat de bono capituli jure.* Mandatis II. S. Ordinis morem gerens antistes, informationem transmisit die 12 septembris dicti anni, in qua omni ex parte jura parochi Chisiani tueri nititur, prout inferius patebit.

Quibus rite absolutis causam in folio poni jussi, quæ hodiernis in comitiis proponitur disceptanda sub dubiorum formula in calce excripta. Sinant igitur EE. VV. ut animadversiones scriptis exaratas et mihi a partibus exhibitas, ceu moris est, brevi calamo exponam.

Et præprimis ex parte parochi animadvertendum est quod parocho competit jus funera peragendi infra suæ parœciæ fines, nec non sepeliendi quoslibet defunctos qui infra limites suæ parœciæ decesserint Amostaz. *De caus. piis*, cap. 8, n. 16; Sperell. decis. 87, num. 13 ; Rota in *Romana* juris tumulandi 20 februarii 1702, coram Priolo, num. 19. Atqui in facto est quod canonicus Palladini mortuus est infra limites parœciæ Chisianæ. Ergo ad ipsius parochum jus spectat et funus peragendi et sepeliendi cadaver. Quin objicias electionem sepulturæ ex testamento peractam ; respondet enim antistes in suis litteris informatoriis : « La raison prise de la disposition du chanoine Palladini dans son dernier testament, ne me semble pas avoir beaucoup de valeur. Lorsque l'exécution des dispositions testamentaires est rendue difficile par le changement survenu dans les circonstances, souvent ces dispositions n'obligent pas. Les lois n'obligent pas en bien des cas; il en est de même des clauses accessoires des dispositions testamentaires. Le chanoine n'eut pas une volonté absolue d'être enseveli dans la cathédrale. Il fit son testament à Sanseverino, en octobre 1874, deux ans avant sa mort ; il résidait continuellement à Sanseverino, et devait supposer qu'il y mourrait. Il s'en rapporta au droit commun alors en vigueur sur la sépulture. S'il eût fait son testament après l'exécution de la loi sur le cimetière public, il aurait dit : Je veux que mon corps soit enseveli dans le cimetière de cette ville. S'il eût voulu que ses héritiers, en toute hypothèse fissent porter son corps à la cathédrale, il aurait dû le déclarer explicitement et prévoir le cas où il mourrait dans un pays éloigné de la ville. »

Nec satis. Prosequitur enim : « Environ un an avant de faire son dernier testament, il manifesta un très grand désir d'être enseveli dans l'église paroissiale de Chigiano. Il fit faire à ses frais un grand tableau représentant la mort de S. Joseph. A cette occasion il présenta une requête à l'évêque diocésain pour être autorisé à construire une tombe devant la chapelle pour sa sépulture et celle de la famille de son frère Joachim. L'évêque ne pensa pas que le don méritât une sépulture privilégiée pour tous les parents; il répondit qu'il permettrait pour la personne seule du donateur. Cette restriction ne plut pas au donateur, et l'affaire en resta là. On peut donc supposer que le chanoine ne voulait pas absolument être enseveli à la cathédrale. » Quapropter concludit parochum Chisianum jure sepeliendi cadaver Marii præditum fore.

Post hæc in propatulo esse prosequitur, exhumationi cadaveris locum fieri non posse. Ulterius observandum quod ad humanitatem pertinet, ut, salvis juribus et emolumentis cui debentur, defunctorum ossa quanto minus fieri possit, vexentur et commoveantur. Leg. 39 de relig. et sumpt. funer. Leg. *Ne corpora.* Leg. *Divi fratres*, ff. Rota in recent. dec. 76, n. 4, et 7, part. 11. S. Congregatio in *Tudertina*, 4 julii 1722 proposito dubio : « An sit locus, exhumationi et restitutioni eadaveris de quo agitur, et quæ emolumenta sint restituenda ? respondit : *Affirmative etiam quoad emolumenta et amplius, et ad mentem.* Et mens est, *quod cadaver exhumari non debeat.*

In themate autem neque emolumentorum restitutioni, neque quartæ solutioni locum esse favore capituli videretur. Non emolumentorum restitutioni, quia ipsa parocho Chisiano, ut parocho proprio, a quo sacramenta recepit, competebant. Audiatur episcopus : « Les statuts diocésains accordent au curé du domicile habituel la quarte funéraire; mais cette disposition ne semble pas comprendre les défunts qui, avant leur mort, ont fixé leur domicile dans le lieu où ils sont décédés ; c'est le cas du chanoine Palladini. Les gens qui prennent le quasi-domicile dans une paroisse dépendent entièrement du curé local pour les obsèques. »

Non quartæ solutioni, quia præter exposita ab episcopo synodus diœcesana, part. 4, cap. 4, de sepult. et funerib. « envisage le cas de la sépulture qu'on donne par nécessité dans la paroisse où le défunt meurt fortuitement ; il n'est nullement parlé de la réserve de la quarte funéraire en faveur du curé du domicile habituel. »

Magisque vim facit observantia, vi cujus « on n'accorde pas aux curés la quarte funéraire pour les paroissiens qui meurent à une distance notable de leur paroisse ; c'est ce qui a lieu dans le diocèse de Camerino, qui est rapproché du nôtre. » Huic autem observantiæ in hac, de qua agitur, materia maxime deferendum esse docent post textum in cap. *Cum antiquos*, 10, quæst. 1 ; Laur. *Lucubrat. canon.* tom. 1, cap. 17, num. 4; Ugolin. *De officio episcopi*, cap. 17, num. 2; Barbosa, *De officio parochi*, cap. 25, num. 2.

Altera sed vero ex parte ad propria jura protuenda hæc perpendit capitulum. Juris assistentiam quam habent parochi in funeribus decedentium intra limites parochiæ, non competere ratione loci materialis, aut mansionis, vel obitus accidentalis in eadem parochia, etiam cum administratione sacramentorum in extremo vitæ, sed ratione spiritualis officii quod parochus gerit erga suum parochianum, dum vivit, præbendo spiritualia ; ideoque competit tantummodo proprio parocho

personæ defunctæ, ad litteram text. in C. 1, de sepult. in cap. 2 eodem in 6; in Clem. *Dudum*, § *Verum*, eod. tit. Ita uno ore docent omnes tum veteres, tum recentiores; Navarr. in can. *Placuit*, num. 102, de pœnit. dist. 6 : « Infertur ad eum parochum pertinere funus, qui administrat sacramenta. » Diana, part. 9, tract. 7, miscell. resol. 62 : « A quo viventes recipimus sacramenta, ab eo post mortem debemus recipere sepulturam. » Anacletus in jus canonic. lib. 3, tit. 28, num. 16, ibi : « Sacri canones in ordine ad sepulturam non attendunt locum, ubi quis in extremis reficitur, sed ubi in vivis cœlesti pabulo refici consuevit. »

Hinc est, quod qui ruri agit, ibique moritur, non in rurali parochia est sepeliendus, sed reducendus ad suam parochiam civitatis, ad cujus parochum pertinet jus funeris, ad literam text in cap. *Is qui*, de sepult. in 6, Pignatell. consult. 63, num. 4, tom. 7 ; Nicol. *Lucubrat. can.* lib. 4, tit. 15, num. 19 ; Passerin. *De statib.* quæst. 187, artic. 4, num. 347, Pirhing, lib. 3, tit. 28, num. 6. Et canonici in parochiis distinctis a cathedrali commorantes, ibique decedentes, non in eorumdem ecclesiis, sed in cathedrali sunt sepeliendi, quia in ea divina et sacra peragunt, et spiritualibus reficiuntur. Amostaz. *De caus. piis*, lib. 6, cap. 2, num. 50 ; Pirhing. lib. 3, tit. 28, num. 9 ; Vanespen. part. 2, tit. 38, cap. 3, num. 18 ; Ventriglia in *Prax.* part. 1, annot. 42, § unic. num. 24. Panimoll. decis. 5, num. 11; Piton. *Discept.* 51, num. 33. Concinit S. Congregatio Rituum diei 13 martii 1756 in S. Severini præeminentiarum num. 11, ibi : Censuit canonicos etiam habentes domicilium in alia parochia sepeliendos esse in ecclesia cathedrali, solutis tamen juribus parochialibus parocho domicilii. » Cum itaque canonicus Palladini diem clauserit extremum in parochia Chisiana, eumque in cathedrali ecclesia fuisset humo tradendus, tam ex juris dispositione, quam ex ipsius defuncti voluntate, jam quisque ingenio suo facile percipit quod ad capitulum spectabat jus funerandi, ipsiusque cadaver ad ecclesiam cathedralem erat reducendum.

Frustra vero oggeri potest distantia ; scitum enim in jure est, quod cadaver quando commode transferri potest, in proprium sepulcrum evehendum est ; cap. 5 de sepult. in 6. Commode autem cadaver transferri dicitur quando distat per dietam, idest per iter unius diei. Pro una die vero seu dieta viginti milliaria computari docet textus in Leg. 3, ff. de verb. signif. et Leg. 1, *Si quis cautionibus* ; et cap. *Nonnullis*, de rescript., S. Rot. in *Treviren.* Quartæ funerariæ 21 martii 1757, § 6, cor. De-Canillac. Sed Chisianum per novem milliaria distat ab urbe S. Severini. Ergo indubie ad proprium cathedralis sepulcrum Marii cadaver transferendum erat.

Nec ullum periculum in cadaveris translatione pertimescendum erat. Nam capitulum adnotat : « Maintenant qu'à cause du cimetière on voit chaque jour conduire les défunts sur le char funèbre à des distances parfois considérables, on pouvait employer ce procédé, qui n'aurait coûté qu'une cinquantaine de francs. Le général d'un ordre religieux étant dernièrement décédé dans une ville assez éloignée de Rome, le monastère a réclamé le corps, qui a été transporté en chemin de fer à plus de trente milles. Ne pouvait-on pas faire de même pour le chanoine Palladini, et le porter dans le char funèbre, la distance n'étant que de dix milles ?

Inutili æque conatu partem adversam confugere ad præsumptam interpretationem voluntatis defuncti capitulum inclamat ex eo exurgentem, quod cum nihil in extrema disposuerit, voluit in terra natalium sepeliri. Patula enim ubi est testatoris voluntas, voluntatis quæstio fieri nequit. Eo vel magis si adjuncta æqua judicii lance cribrentur. Ad rem capitulum : « Si l'on considère que le chanoine Palladini obtint de Mgr l'évêque la permission de construire une tombe spéciale pour lui à Chigiano, et qu'il ne voulut pas le faire ; si l'on réfléchit qu'à l'époque où il choisit sa sépulture à la cathédrale, il était déjà malade et passait plusieurs mois chaque année à Chigiano, son pays natal ; si l'on considère qu'il devait sans aucun doute être enseveli à la cathédrale, supposé qu'il mourût dans la ville, et il n'était pas nécessaire d'en faire l'objet d'une disposition testamentaire, si l'on se pénètre de toutes ces circonstances, il en résulte une présomption qui ne semble pas favoriser les prétentions du curé. »

Minusque parochus Chisianus oggerit defunctum Marium duplex habuisse domicilium, alterum in parœcia cathedrali, alterum in parœcia Chisiana. Nam in hujusmodi quæstionibus simplex habitatio a domicilio distinguenda est. Ad habitationem in aliquo loco constituendam non opus est animo, sed actu : ad acquirendum vero domicilium necessarius est omnino animus permanendi, sine quo domicilium esse non potest, ad text. in cap. *In nostra*, de sepult. Rota, decis. 388, num. 5, part. 16 Recent. Jamvero sacerdos Palladini in villa Chisiana simplicem habuit habitationem, sed animum habebat permanendi in civitate Sancti Severini in qua ratione officii adstringebatur residere. Certum enim est, eum Chisianum venisse eo animo ut, ægritudine sublata, suum Sancti Severini repeteret domicilium. Cum enim Marius Chisianum venit ut cœlum mutaret, profecto alium habuit animum a novo domicilio inibi constituendo. Nam qui aliquem locum petit, ut salubriori vescatur aere, hunc certe neque domicilium antiquum relinquere, neque novum inire, sed puram temporariam habitationem quærere certum est.

Exinde nullimode ambigi posse videtur, quominus locus fieri debeat et exhumationi cadaveris expensis parochi Chisiani, et restitutioni ejusdem favore capituli una cum omnibus emolumentis. Quoties enim constat de sepulturæ optione, enixe leges præcipiunt, ut defunctorum voluntas religiose observetur. Quod si quis defunctorum cadavera humo tradere præsumpserit in loco diverso ab eo qui electus est, cadavera exhumari ac restitui debent ecclesiis ubi sepultura electa est, una cum perceptis emolumentis.

Hæc constituta sunt in cap. 5 de sepulturis. Consonat etiam caput 6 titulo eodem, in quo Alexander III ita rescripsit : « Mandamus, quatenus... monachos compellatis, ut ossa præfatæ mulieris, et beneficia, quæ occasione sepulturæ ipsius recepisse noscuntur, memoratis fratribus (S. Martini) cum integritate restituant, et de cætero talia facere non præsumant. » Auctoritate pontificia, a Romani cleri statuto cap. 3, § 28 sancitum est pariter : « Alienum parochianum sepelire nemo potest ; et qui contrarium facere præsumpserit, ipsum cadaver, seu ossa cum omnibus emolumentis illius occasione perceptis, proprio parocho absque ulla exceptione restituere debere, explorati juris est. » Quibus dispositionibus concordat resolutio a S. V. O. edita in *Callien. seu Urbinaten.* juris tumulandi 30 augusti 1817, in qua proposito dubio secundo : An sit locus exhumationi et restitutioni cadaveris atque emolumentorum ad ecclesiam tumulantem spectantium in casu ; rescriptum prodiit ad 2 : *Affirmative in omnibus.* Et jure optimo : spolium enim committit, atque aliena jura invadit quicumque audet alienæ parœciæ hominem sepelire. Atqui spoliantem non modo ad restitutionem, sed et ad damna reficienda teneri capitulum inclamat. Ergo non modo concludit esse locum restitutioni cadaveris et emolumentorum, sed exhumationis expensas a parocho esse sustinendas.

Quibus omnibus fastigium imponit synodus diœcesana quæ sancit : « Qui ex diœcesi, ratione infirmitatis in suburbiis aut civitate decedet sibi sepultura non electa, tumuletur in ecclesia parochiali civitatis in qua mortem obiit, dummodo parochus ruralis intra spatium horarum viginti quatuor a sequuto mortis momento cadaver non postulet atque transferat in propriam ecclesiam, et tunc proprio parocho cum effectu

tradatur quarta pars funeris. Si parochus vero ruralis repetet cadaver, tunc parocho urbano detur ex more quarta pars funeris. »

Quo ex capite colligitur ; si parochus proprius repetet cadaver intra spatium horarum viginti quatuor a sequuto mortis momento, ei restituendum est, sibique funeris emolumenta vindicat, soluta quarta funeris parte paracho loci ubi mors contigit. Atqui capitulum ecclesiæ cathedralis penes quod animarum cura residet, tempore utili repetiit cadaver canonici Palladini. Ergo isti restituendum est cum omnibus emolumentis, soluta tantum parocho Chisiano ex more quarta funeris parte.

Verumtamen etsi in perdita hypothesi statui velit neque capitulo jus esse repetendi cadaver, neque omnia emolumenta repetendi, tamen negari non posse sustinet quominus ipsi quarta funerum sit adjudicanda. Revera satis notum est ab ecclesiastico jure ac disciplina quartam funerariam attribui ecclesiæ parochiali, licet cadaver alibi tumulandum sit. Clementina *Dudum*, de sepulturis, Trid. synod. sess. 25, cap. 13 de reform., Barbosa *De offic. et pot. parochi*, num. 27 ; Samuel, concl. 14 ; Silvester in summa verb. *Canonic.*, num. 15. S. Congregatio in *Pisauren.* quartæ funeralis 26 januarii 1824, in *Tiburtina* 17 martii 1827 ad 2 dub. ; *Auximana* juris tumulandi, 20 nov. 1830 ad 2 dub. Cum igitur ex dictis ecclesia parochialis canonici Palladini sit ecclesia cathedralis, prono veluti alveo fluit in damnata hypothesi capitulo dandam esse quartam partem funeris.

Hisce expositis, ea qua pollent sacri juris scientia dignentur EE. VV. sequentia dirimere dubia :

I. An et cui competat jus tumulandi et funeris in casu. Et quatenus affirmative favore capituli cathedralis.

II. An et cujus expensis sit locus exhumationi pro facienda cadaveris restitutione in casu.

III. An et quæ emolumenta restituenda sint in casu.

S. Congregatio Concilii rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative favore capituli.*

Ad II. *Negative in omnibus.*

Ad III. *Affirmative dempta quarta.*

Romæ, 14 septembris 1878.

CASUEL

Etats-Unis d'Amérique. Missionnaires attachés aux églises et administrant les sacrements. Le produit des offrandes que font les fidèles appartient-il exclusivement aux missionnaires ? Peut-on en affecter une partie pour l'entretien des églises? Les desservants des églises qui ne sont pas établies comme des paroisses canoniques ont-ils un droit sur le casuel? Affaire traitée par la S. Congrégation du Concile le 14 septembre 1878.

Dans les pays qui n'ont pas de paroisses canoniquement établies, les prêtres qui desservent les églises et administrent les sacrements ont-ils droit aux offrandes que font les fidèles ? Peut-on affecter une partie de ce casuel pour l'entretien des églises ?

Cette question se présente dans les diocèses des Etats-Unis d'Amérique. En 1876, Mgr l'archevêque d'Orégon adressa au Saint-Siége quelques lettres qui font savoir que la mesure dont il s'agit a été adoptée dans cette province. Il paraît que quelques prêtres ont réclamé.

Un autre archevêque ayant consulté le Saint-Siége, la Propagande a cru devoir remettre l'affaire à la S. Congrégation du Concile. Le *folium* contient le texte de la lettre adressée à la S. Congrégation. Voici la traduction :

« Mgr l'évêque de San-Francisco, en Californie, dans une lettre écrite à la S. Congrégation de la Propagande, fit savoir que les prêtres de son diocèse attachés à la cure des âmes reçoivent de grandes offrandes des fidèles à l'occasion de l'administration des sacrements, de sorte qu'en peu d'années ils amassent une fortune considérable, pendant que leurs églises sont souvent grevées de dettes. Cela posé, le prélat demanda si l'on ne pourrait pas prendre quelque mesure dans le but de régler la propriété de ces offrandes, de façon que tout au moins une partie restât à l'église. Cette question a été agitée d'autres fois dans les Etats-Unis d'Amérique. En 1876 on reçut à ce sujet plusieurs lettres de Mgr l'archevevêque d'Orégon, où l'on voit que la mesure dont parle la lettre de Mgr l'archevêque de San-Francisco a déjà été adoptée dans cette province. Il paraît toutefois qu'il y a eu des réclamations de la part de quelques prêtres... Le cardinal soussigné ne se dispense pas d'avertir qu'en Californie comme dans les autres parties des Etats-Unis d'Amérique il n'existe pas de paroisses canoniquement établies. »

L'affaire a été portée à la S. Congrégation le 14 septembre 1878. Le *folium* du secrétaire a envisagé comme d'habitude les différents aspects du cas.

Allégations pour les missionnaires. Les prêtres qui desservent les églises dont il s'agit, sont en réalité des vicaires perpétuels chargés de la cure des âmes. Le concile de Trente (session 7, chap. 7) ordonne de constituer pour eux la portion congrue sur les revenus fixes et certains. En outre, de l'aveu des canonistes, les vicaires perpétuels ont droit au casuel provenant des obsèques, des offrandes et des autres droits paroissiaux ; ce casuel est comme la rémunération du travail. Les prêtres qui exercent la cure des âmes dans les pays de mission semblent dans une position identique à celle des vicaires perpétuels. Leur amovibilité au gré de l'évêque ne fait pas obstacle ; car les canonistes et la jurisprudence placent les recteurs amovibles au même rang que les curés perpétuels en ce qui concerne la position congrue et le casuel.

Entre l'évêque et les missionnaires existe en quelque sorte un accord tacite en vertu duquel les revenus en question leur ont été cédés. Il est de fait que les prêtres attachés aux paroisses ont jusqu'ici joui de ces revenus, sans aucune réclamation. Il n'était pas possible qu'il en fût autrement, car le traitement de trois cents dollars qui leur est alloué eût été insuffisant pour vivre convenablement dans ces régions. Or les évêques peuvent-ils résilier maintenant cette convention tacite, au préjudice des missionnaires ?

Dans les pays qui n'ont pas de paroisses canoniquement établies, l'évêque retient la cure habituelle, cela est vrai ; mais il n'en suit pas que les offrandes

appartiennent au prélat. La coutume ou l'intention des donateurs peuvent faire que le curé n'ait pas droit aux offrandes. C'est le cas des vicaires américains, où l'usage ancien et légitime attribue le casuel aux missionnaires. Un évêque particulier peut-il abroger une coutume depuis longtemps établie dans toute l'Amérique septentrionale ?

D'autre part, il y a lieu de réfléchir que, les paroisses n'étant pas canoniquement établies, l'évêque est le seul curé du diocèse, et les missionnaires sont de simples coadjuteurs ou vicaires du prélat. Or le casuel appartient au curé, d'après le droit canonique et tous les jurisconsultes. Si donc les émoluments en question appartiennent à l'évêque, il peut à plus forte raison en réserver une partie à la fabrique de l'église.

Il appartient au prélat de dresser le tarif du casuel, soit en synode, soit hors du synode : on ne saurait donc lui dénier le pouvoir d'en appliquer une partie aux églises paroissiales qui sont grevées de fortes dettes. Le concile de Trente autorise les évêques à restaurer et rétablir les églises paroissiales avec tous les revenus et ressources quelconques, *ex fructibus et proventibus quibuscumque*. Ne peuvent-ils pas faire usage de cette faculté pour acquitter les dettes ?

L'ancienne discipline prescrivait de faire quatre parts des revenus et des offrandes ; la première, pour l'évêque ; la seconde, pour les clercs ; la troisième, pour la fabrique de l'église ; la quatrième, pour les pauvres. Ce partage serait dans l'esprit des canons dans un pays comme l'Amérique, où l'Egise vient de naître.

Fagnan dit avec raison que les recteurs des églises, dispensateurs des revenus et des offrandes, n'en sont pas les maîtres absolus ; car ces offrandes sont données pour les besoins des églises et pour l'entretien des ministres. Ceux-ci ne peuvent donc se les approprier entièrement.

On allègue l'intention des fidèles ; mais veulent-ils vraiment enrichir les missionnaires ? Leur intention est au contraire de donner à l'Eglise. Mgr l'archevêque atteste ceci : « C'est un scandale pour les fidèles de savoir (et ils le savent) que les prêtres deviennent riches en quelques années, et qu'ils placent de l'argent, pendant que les églises ont des dettes. »

On ne peut présumer un pacte entre l'évêque et les missionnaires. Les offrandes sont presque le seul revenu que l'on ait pour le service des églises et pour l'entretien des ministres. C'est pour gagner des âmes à Jésus-Christ et non pour faire fortune, que les missionnaires s'établissent dans ces pays. Les vrais missionnaires se contentent de la simple nourriture et du vêtement, et donnent tout le surplus à l'église et aux pauvres. D'ailleurs, supposé que ce pacte ait existé, il faut le résilier, parce qu'il nuit au bien public.

On ne présume pas la coutume dans un pays où l'Eglise est naissante. La coutume ne peut être étendue d'un lieu à un autre. Supposé que l'usage soit déjà ancien dans quelques diocèses des Etats-Unis, il n'est pas permis de l'alléguer dans les autres régions, où l'Eglise n'a que peu d'années d'existence. Au surplus, la coutume doit être *rationabilis* ; c'est là une condition essentielle, qui fait défaut à un usage préjudiciable au bien public.

Décision. La S. Congrégation du Concile n'a pas fait connaître sa décision. Elle s'est bornée à répondre : *Dilata et ad mentem*. Il se peut qu'elle ait cru nécessaire de s'entourer de renseignements plus complets et de prendre l'avis des évêques.

Romana. Emolumentorum. Die 14 septembris 1878. Literis diei 20 martii decurrentis anni Emus præfectus S. Congationis de Propaganda Fide hæc S. V. Ordini exponenda duxit : « Monsig. arcivescovo di S. Francisco nella California in una lettera diretta lo scorso anno a questa S. Congregazione ebbe a significare, che i preti della sua diocesi addetti alla cura di anime in occasione dell' amministrazione dei sagramenti ricevono dai fedeli generose offerte di guisa che dopo pochi anni ammassano considerevoli fortune, mentre le loro chiese sono spesso gravate di debiti. Ciò premesso, richiese il detto prelato se non potesse egli adottare qualche provvedimento tendente a regolare la pertinenza di tali oblazioni in modo, che almeno una parte di esse venisse rilasciata alla Chiesa. Già altre volte si agitò tale questione negli Stati Uniti di America, e nel 1876 si ebbero in proposito diverse lettere di Monsig. arcivescovo di Oregon, dalle quali si rileva che in quella provincia fu già adottata la misura di cui trattasi nel foglio di Monsig. arcivescovo di S. Francisco. Sembra però che contro la medesima abbiano avuto luogo dei reclami da parte di alcuni preti... Non tralascia poi lo scrivente cardinale di avvertire che in California come pure in altre parti degli Stati Uniti di America non esistono parrocchie canonicamente costituite. »

Hisce habitis sub die 24 martii rescriptum edidi : *Ponatur in folio*. Cum igitur hodiernis in comitiis quæstio hæc proponatur sub dubii formula in calce hujus libelli relata, sinant EE. VV. ut aliquid, ceu moris est, ex jure depromptum exponam, ut facilius quæstio dirimi valeat.

Itaque vicariorum parte hæc animadvertenda esse censerem. Ex juris dispositione vicariis, quibus cura animarum perpetuo est concredita, non modo assignanda congrua portio ex certis reditibus desumenda, uti præcipit Tridentinum in sess. 7, cap. 7; verum etiam ultra congruam prædictam competunt eisdem omnia incerta etiam majora provenientia a funeribus oblationibus, ac similibus juribus parochialibus. Rebuff. in tract. *De congrua*, num. 44; Barbos. *De jure eccles.* lib. 3, cap. 6, num. 44; et *De paroch.* cap. 2, num. 174. Rota decis. 400 num. 21, part. 18 recent. Ea præcise ratione uti notat Scarfant. ad lucubr. Ceccop. post tit. 3, lib. 3, num. 60, quia « tamquam merces illius particularis operis percipiuntur, ideoque congruum est ut spectent ad eosdem vicarios perpetuos. » Unde fit ut prædicta emolumenta in eorumdem congruam minime valeant imputari ceu docent Scarfant. loc. cit. part. 2, tit. 3, n. 61. Piton. *Discept. eccles.* 46, n. 7; Reclus. *De re parochial.* part. 1, tit. 4, num. 100 seqq. S. Congreg. in *Balneoregien.* congruæ 22 februarii 1845, § *Negant*, in fine. *Eugubina* augmenti congruæ, 12 decembris 1874, § *Licet*. Cum igitur eadem ratio, quæ pro perpetuis militat vicariis etiam pro presbyteris animarum curam in missionum locis exercentibus militare videatur, profecto concludendum, quod prædicta emolumenta ipsis exclusive competunt, nec valet episcopus quidquam etiam pro ecclesiæ bono ex iis detrahere.

Eo vel magis, quia isti presbyteri tamquam vicarii ad nutum amovibiles considerari possunt. Porro quemadmodum ea quæ

de congruæ quantitate statuta sunt, servari omnino debent tam pro vicariis perpetuis, quam pro vicariis movibilibus docet S. Congregatio in *Eugubina* augmenti congruæ 16 augusti 1783, § *Quod a S. Concilio;* ita paritate rationis dicendum videretur quoad incerta emolumenta. Quod argumentum majus robur acquirit ex eo quod inter episcopum et dictos presbyteros pactum saltem tacitum intercessisse videtur, vi cujus eisdem prædicta emolumenta cessa fuerunt. In facto enim est, quod omnes presbyteri, qui curam animarum usque in præsens exercuerunt, nemine reclamante, nunciatas oblationes sibi addicere consueverunt, nec aliter fieri poterat, cum congrua 300 dollars eisdem assignata, insufficiens fuisset iis in regionibus pro honesta vitæ sustentatione. Solemne autem in jure est principium tacite videtur convenire, quod est consuetum. Leg. *Si fundus*, 4, ff. de leg. commiss. et quod pactum tacitum expresso æquiparatur. Taciti enim et expressi idem est judicium Leg. ult. ff. de legat.2; et L. *Item quia*, ff. de pactis. Atqui nihil tam fidei congruit humanæ quam ea, quæ placuerunt custodire L. *Non minorem*, cod. de transact. Militante igitur vicariorum favore pacto etiam tacito, videretur quod episcopi hodie mutare non possent consilium in alterius detrimentum; reg. 23 jur. in 6. Præsertim si attendatur quod « sæpenumero etiam mutatio in melius, majorum malorum solet esse principium. Elianus, lib. 5, *De varia historia*.

Neque quidquam relevat objectio quæ deduci posset ex eo quod juxta communem doctorum doctrinam oblationes omnes, quæ intra parœciæ fines largiuntur, de jure communi ad parochum spectant, proindeque cum iis in locis veri parochi censeantur episcopi, hinc si dictæ oblationes ad eos spectant potiori ratione easdem valent moderare. Hæc enim doctrina licet vera sit, tamen exceptionem hanc patitur, « nisi aliud habent loci legitima consuetudo, aut aliter constet de offerentium intentione et voluntate, » ita Ferraris, verb. *Oblationes*, num. 13 Notanter autem hoc dicitur, quia si alicubi legitima consuetudo habeat ut oblationes non ipsi parocho, sed ecclesiæ, vel alteri, aut loco pio cedant, seu pro commodo alterius celebrantis seu ministri, tunc oblationes sunt applicandæ juxta talem consuetudinem. Et sic tenet communis doctorum sententia, teste Fagnano in cap. *Pastoralis*, num. 36 De his quæ fiunt a prælatis; Ferraris, loc. cit. num. 31. Cui adsit H. S. Congregatio in *Vasionem*, VV. SS. LL. 16 decembris 1679 ad 3 dub., *Veliternen.* servitii parochialis 16 juni 1802, in quibus decrevit, emolumenta funerum baptismorum et matrimoniorum deberi parocho, non autem coadjutori, nisi obstet contraria observantia: per hanc enim consuetudinem declarari videtur offerentium intentio secundum ea, quæ notat Bart. n L. *Hæredes mei*, § *Cum ita*, ff. ad Trebell. et in L. *Jurisjurandi*, § *Si liberi*, ff. de oper. libert. Præpos. in c. *Sacrosancta*, n. 3, vers. *Nec dicitur fraudare*, 22 dist. quod a fortiori dicendum est si sufficienter constat talem esse intentionem et voluntatem offerentium. Ferraris, loc. cit. n. 15; Rota part. 5, tom. 1, decis. 37, num. 8. Atqui ex consuetudine generali episcoporum in Statibus Fœderatis Americæ Septentrionalis receptum jam a longo tempore est, ut ipsæ oblationes relinquantur missionariis sacerdotibus, cui consuetudini generali non posset obstare unus aut alter episcopus; constat insuper voluntatem oblatorum esse has applicare ministris, seu vicariis, non autem episcopo parocho, ceu suadet factum ipsum quod missionarii dictas oblationes suas fecerunt nemine inclamante. Concludendum proinde est has oblationes aut earumdem partem episcopum quocumque titulo reclamare non posse.

Ex adverso vero perpendendum est quod in themate agitur de locis, in quibus parœciæ non reperiuntur canonice erectæ, proinde videretur quod episcopus considerandus foret tamquam solus parochus cui animarum cura totius diœcesis concredita fuit, quamque exercet per missionarios, qui veluti ejusdem coadjutores considerari debent. Sed emolumenta prædicta ad parochum spectare patet ex dictis, et ex Rota decis. 256, n. 1, part. 1; decis. 42, n. 6 seqq. part. 5, tom. 1 recent. Cum igitur hæc emolumenta ad episcopos spectare videantur, potiori ratione dici debet quod in ipsorum facultate sit eorumdem portionem fabricæ ecclesiæ addicere.

Quæ conclusio eo vel magis obfirmatur ex eo quia ad episcopum spectat de jure præfatorum emolumentorum taxationes in synodo vel extra edere aut saltem approbare eorumque quotas posse, prout melius judicaverit, dispe cere, alii scilicet majorem, alii vero minorem assignando, easque etiam variare rerum, temporum, locorum vel personarum adjunctis immutatis, uti perpendit S. Congreg. in *Parisien.* emolumentorum 9 septembris 1848 inter *summ. prec.* relata, § *Observandum*. Si igitur in facultate episcopi sit tam intra quam extra synodum dicta emolumenta, prout melius judicaverit, dispescere, concludendum videretur quod etiam oblationum dictarum partem valeat ecclesiæ fabricæ applicare. Maxime vero quia in themate agitur de parochialium ecclesiarum bono, quæ alieno ære gravantur. Jam vero si Tridentina synodus in cap. 7, sess. 21 de reform. tribuit facultatem episcopis parochiales ecclesias instaurandi et reficiendi *ex fructibus et proventibus quibuscumque*, nihil vetare videtur quominus et hac facultate ipsimet utantur tam pro alieno ære, quo gravantur ecclesiæ, dimittendo, quam pro earumdem manutentione, applicando iisdem portionem proventuum, qui obveniunt missionariis ex sacramentorum administratione.

Insuper adnotandum censeo quod cum iis in locis agatur de ecclesia nascenti, hinc quemadmodum antiqui canones præcipiebant episcopis ut ex reditibus, et fidelium oblationibus quatuor partes fierent, quarum una favore episcopi ipsius cederet, altera clericis, tertia fabricæ ecclesiæ, quarta autem pauperibus, can. *Vobis*, 23; can. *Vulteranæ*, 25; can. *Concesso*, 26; can. de redit. 28, caus. 12, quæst. 2; nil magis juri consonum videretur, quam ut eadem dispositio etiam modo a prædictis episcopis applicaretur. Præsertim si attendas quæ habet Fagnan. in cap. *Pastoralis* cit. n. 3 : « Ecclesiarum rectores non esse in totum dominos fructuum et oblationum, sed dispensatores, cum ad hoc illarum reditus ab initio fuerint deputati, ut in usus ecclesiarum cederent necessarios, et stipendia ministrorum ut hic dicitur. Quod facit contra eos, qui omnia sibi applicant, ut notatur in c. *Ratio* et c. *Cum secundum*, supra de præb. et per D. Thom. in 2, 2, quæst. 86, part. 2, in corpore. »

Huic autem dispositioni dici nequit refragari voluntatem oblatorum. Fidelium enim intentio in iis largiendis haud ea esse videtur missionariorum augere marsupium, sed potius ecclesiæ bono consulere; secus enim haud enasci posset scandalum illud, de quo archiepiscopus orator sermonem habet : « Reca scandalo ai fedeli di sapere (come sanno) che i preti dopo pochi anni d'amministrare, diventano ricchi, ed hanno del danaro ad interesse, mentrechè le chiese hanno dei debiti.» Cum ergo etiam fidelium voluntas eo conspirare videatur, ut decori ecclesiæ provideri debeat dictis oblationibus, optimo jure censerem valere episcopos eorumdem emolumentorum partem ecclesiæ fabricæ assignare.

Exemplum autem vicariorum, quibus perpetuo animarum cura regenda traditur, ad rem minime facere videtur, cum inter vicarios perpetuos, et amovibiles maxima vigeat discrepantia. Primi enim considerantur tamquam veri rectores et parochi, secundi vero uti mercenarii; primis debetur congrua portio sufficiens pro eorum sustentatione, aliis vero simplex salarium sive pro labore merces Tond. *De pens.* cap. 8, num. 7; Rota in *Toletana* decimarum de capella super congrua 3 julii 1702, § *Super quibus*. Sacra Congreg. in *Augustana* distributionum die 14 decembris 1844, § *In casu* : « Hujusmodi

autem vicarios non curatos, sed capellanos curatos appellari debere censuit S. Congregatio in *Assisien.* administr. curæ 16 novembris 1709. Unde ipsis non competere quæ de parochis, vel etiam vicariis perpetuis dicuntur, ut bene nota Gloss. in Clem. unic. de offic. vicarii in verb. *Perpetuis*, et potissimum disposita per S. Pium V super congrua illorum in cit. constit. 46, sed nonnisi salarium ad mensuram servitii mercenarii eos obtinere debere tenet Rota. »

Ulterius observandum venit quod dicti missionarii neque tamquam vicarii ad nutum amovibiles considerari possunt. Vix enim legenti constitutionem Benedicti XIV *Quum semper oblatas*, § 1, patet vicarios etiam ad nutum amovibiles teneri diebus festis missam parochialem pro populo applicare, dum e contra dicti missionarii haud hac obligatione devinciuntur, ceu resolvit S. Congregatio de Propaganda Fide die 23 martii 1863. Propositis enim tunc dubiis : « 1. An vicarii apostolici ac missionarii, qui quovis modo curam animarum in certo aliquo loco assumunt, omnes indistincte obligentur ex justitia ad applicandam missam pro populo in diebus festivis. 2. An vero de illis, qui ex justitia non obligantur, dici debeat decere ex charitate, aut teneri ex charitate ad applicandam missam pro populo in diebus festivis, responsum fuit : Ad 1 : Negative, dummodo non agatur de locis, in quibus sedes episcopales ac paræciæ canonice erectæ jam sint, atque ad eas vicarii apostolici et missionarii missi sint ut legitimorum pastorum vices gerant. Ad 2: Vitandam esse locutionem, teneri ex charitate; dicendum vero esse decere ex charitate, idque ita ut nulla proprie dictæ obligationis significatio appareat. »

Minusque officere videntur rationum momenta, sive ex pacto tacito, sive a consuetudine desumpta. Non ex pacto tacito, siquidem hoc pactum haud valet præsumi in iis locis, in quibus proventus ferme omnes ecclesiarum tam pro fabricæ manutentione, quam pro ministrorum alimonia ex iis oblationibus proveniunt, neque aliunde dici debet episcopos easdem missionariis saltem tacite cessisse, cum ipsis constet ecclesiasticos illuc contendere non ad lucrum captandum, sed ad animas Christo lucrifaciendas ; unde vident veros missionarios uti ministros Christi victu et vestitu contentos esse, omniaque sua tam in alendis pauperibus, quam in ecclesiarum fabricis insumere. Quod si in perdita hypothesi et hoc pactum admitti velit, illud tamen attendendum non esset uti publicæ utilitati contrarium. Rot. decis. 413, part. 12, num. 54 recent. etiamsi adjecta fuerit juramenti religio. Gratian. *Discept.* 31, n. 23 ; discept. 451, n. 23, discept. 534, n. 36 ; Bonacc. de contract. disp. 3 quæst. 1. Non ex consuetudine, quia in locis, ubi ecclesia nascitur, adhuc præsumi non valet; unde est quod fit recursus ad consuetudinem quæ in aliis Statibus Fœderatis Americæ viget. At solemne in jure est quod consuetudo de loco ad locum extendi non debet. Rota decis. 27, n. 10, part. 8, decis. 94, num. 4, part. 5, tom. 2 ; decis. 217, n. 18, part. 17 recent. Nec aliunde statui posset consuetudo ex quocumque temporis decursu, quæ bono publico refragaretur, cum ipsi deficeret necessarium rationabilitatis elementum, juxta Rotam, decis. 22, num. 47, part. 15, recent.

Hisce igitur attentis rogantur EE. VV. sequens enodare dubium :

An jus sit episcopis assignandi partem emolumentorum fabricæ ecclesiæ in casu.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Dilata, et ad mentem.* Romæ, 14 septembris 1878.

LEGS DE MESSES.

Guayoquil. Legs de messes avec des terres plantées en cacao. On demande d'employer une partie du revenu à un établissement de charité. Indult du 14 septembre 1878.

La volonté des testateurs doit être religieusement exécutée. Les fidèles s'abstiendraient de faire des fondations charitables s'ils voyaient fréquemment des changements dans les dispositions testamentaires. C'est pourquoi le Saint-Siége ne permet la commutation que pour cause juste et nécessaire, ainsi que le concile de Trente l'a prescrit (Sess. 23, c. 6). Guayoquil, ville de l'Amérique espagnole, est renommée pour ses plantations de cacao. Une pieuse femme a laissé près de trois mille arbres pour fonder une chapellenie laïque. L'administrateur aura le quart du revenu ; le surplus sera donné au chapelain, qui appliquera les messes, au prix de dix réaux chacune.

Présentement les plantes de cacao sont de plus du double : il y en a 6560. Cette augmentation est due à la sollicitude du père de la patronne actuelle, Mercédès Garcia.

Comme la ville de Guayoquil renferme un grand nombre de malheureux, de pieuses femmes ont conçu le projet d'établir une œuvre pour les pauvres, les jeunes filles, les orphelins et les veuves. Malheureusement, les ressources faisant défaut, Mercédès est prête à renoncer au patronage ; elle demande au Saint-Siége que les trois quarts du legs, ou tout au moins la moitié, soit convertie en œuvre de charité.

Le délégué apostolique de l'Équateur et Mgr l'évêque de Guayoquil ont recommandé cette supplique.

Vu la bonification opérée dans les biens qui forment le patrimoine de la chapellenie, la S. Congrégation, tout en maintenant le legs de messe suivant la disposition de la fondatrice, permet d'employer l'excédant à l'œuvre de charité qu'on se propose d'établir.

Rome, 14 septembre 1878.

Guayoquilen. Commutationis voluntatis. — Die 14 septembris 1878. Pientissima mulier Ignatia Ponce, ultimo quo decessit suæ voluntatis elogio, inter alia pium missarum legatum reliquit, « en l'établissant sur les terres et le jardin de cacao qu'elle possède dans l'arrondissement de Navanj ; au total, trois mille huit cent soixante et onze pieds de cacao ; le reste se compose de terres incultes. Ces arbres seront affermés, et le produit sera vendu chaque année. Le patron de l'œuvre recevra le quart du revenu en rémunération de son travail ; les trois autres quarts seront employés en messes, au prix de dix réaux chacune, au profit du chapelain. Celui-ci faisant défaut, on désignera un prêtre qui appliquera les messes, au taux ordinaire de huit réaux. Ces messes seront dites pour le repos de l'âme de la fondatrice, de ses parents et de son mari. La dotation de dix réaux pour chaque messe n'est accordée qu'au chapelain propriétaire. » Quem voluit suos inter descendentes sacerdotes eligendum, in quorum defectum substituit descendentes familiæ Gasparis Medina, « unique parent connu. »

Itaque Mercedes Garcia, actualis patrona hujusmodi capellaniæ laicalis hanc S. Congregationem supplici libello adiit

exponens, nunc præfatas arbores, ob patris sui assiduitatem numerum conspicuum pertingere 6560. Dein præmisso quod in civitate Guayoquilensi plures mulieres pietate insignes in animo habent fundandi pium opus in levamen pauperum, puellarum, orphanorum, ac viduarum ; et cum ad id assequendum media pecuniaria deficiant, ipsa sese paratam offert ad huic juripatronatus nuncium mittendum, facultatem expostulans : « que les trois quarts du legs, ou au moins la moitié, soit convertie en œuvre de charité, » simulque animadvertens missas in præsens celebrari a diversis sacerdotibus, attenta infirmitate capellani, qui impos est in præsens sacrum litandi, ac evenire posse ut, re in tali statu permanente, in manus fisci de facili dicta bona cederent.

Hæ preces literis commendatitiis delegati apostolici Equatoris comitatæ fuere, qui una simul mentem episcopi pandens ait : « L'ordinaire de Guayoquil recommende la demande comme très-avantageuse pour l'Eglise. »

Hisce habitis rescriptum edidi : *Per summaria precum.* Cum in hodiernis comitiis causa hæc proponatur, præstat aliquid de more animadvertere.

Petitio de qua sermo, rejicienda videretur : in utraque enim jurisprudentia cautum reperitur, postremas morientium voluntates religiose servandas esse. can. *Ultima volunt.* causa 13, quæst. 2, Clem. *Quia contingit*, 2, de relig. domib. Lex 1 cod de SS. Eccles. ; idque ne fideles exemplo deterriti frequentium voluntatum defunctorum commutationum a piis hujusmodi ac salutaribus largitionibus retrahantur. Quibus principiis hæc S. Congregatio innixa jugiter decrevit ea quæ in certum ac determinatum usum juxta fidelium mentem constituta sunt, ad illum et non ad alium esse impendenda, uti videre est in *Savonen.* commut. volunt. 22 martii 1823 ; in *Camerinen.* jurispatronatus et commut. volunt. 18 decembris 1824, § *Verum* ; in *Nullius S. Benigni* 16 junii 1792.

Neque ad ipsam concedendam movet adducta ratio necessitatis, quæ a S. Ordine perpendi solet. Quandoquidem necessitas, de qua sermo, minime attendenda videtur, cum pauperes puellæ, orphani, ac viduæ ubique terrarum inveniantur. Unde si ipsorum levamen causa necessaria esset ad postremas defunctorum voluntates commutandas, omnia pia relicta, et præsertim missarum legata evanescerent. Obicem præterea gratiæ concessioni parat jus quod læderetur capellani ab ipsa testatrice nominati, qui licet in præsens ob morbum celebrare non valeat, potest tamen convalescere et suum jus repetere. Exploratum porro in jure est quod si certum alterius jus lædatur, supremæ testatorum voluntates minime sunt immutandæ. Monet. de commut. cap. 11, num. 29 ; S. C. in *Spoletana* 2 augusti 1823, § *Testatorum*. Quapropter oratricis preces rejiciendæ viderentur.

Alia vero ex parte ponderandum venit, quod licet sacri canones generatim a voluntatum commutatione abhorreant, justa tamen et necessaria causa accedente voluntatis commutationi locum esse statuit Tridentina synodus in sess. 23 cap. 6 de reform. docetque S. Congregatio in *Taurinen.* 1 martii 1817 ; *Lucana* 14 decembris 1833 ; *Firmana* 23 aug. 1834. Inter justas porro commutationis causas numerari publicam populi ac civitatis utilitatem docet S. C. in *Ripana* commut. volunt. 30 aprilis 1836. Hanc autem in themate verificari ambigi non posse videtur, si præfatæ civitatis spectentur indigentiæ, quæ etiam in discrimen plurimarum mulierum salutem æternam adducunt. Audiatur sane oratrix : « Le cœur souffre en voyant dans Guayoquil tant de pauvres, tant d'orphelins, tant de veuves et de filles misérables, qui perdent âme et corps, n'ayant personne qui s'intéresse à leur sort avec l'intelligence et la sollicitude qu'y mettra la société qu'on veut fonder. Je suis persuadée que, si les fondateurs du legs voyaient la misère présente de Guayoquil, ils préféreraient obtenir de l'aumône leur soulagement spirituel, quoiqu'elle n'ait pas autant de valeur que la messe. » Exinde alia exsurgit concedendæ gratiæ potentissima ratio consistens in præsumpta testatricis voluntate, quæ si prævidisset vel scivisset indigentiam qua premitur civitas Guayoquilensis, de sua substantia aliter disposuisset, uti tenet Reiffens. lib. III, tit. 26, § 23, n. 804, et pluries declaravit hæc S. Congregatio, præsertim in *Sutrina* translationis 10 septembris 1803, in *Civitatis Castellanæ* unionis capellaniæ 2 maii 1818, § *Sed e contra.*

Nec deficit necessitatis ratio, exponit enim oratrix : « Il se pourrait que le fonds tombât entre les mains du fisc, si on ne lui donnait en temps utile une destination plus assurée. » Cum igitur non modo evidens utilitas, quæ necessitati æquiparatur, quemadmodum tradit Schmalz. part. 3, tit. 23, n. 221, sed periculum perditionis fundi verificetur in themate, commutationi voluntatis locum esse censerem. Quamvis autem inficiari nequeat, ex hac commutatione, haud posse admitti bonum, quod ex missæ sacrificio promanat ; tamen illorum defunctorum animæ in cujus favore legatum hoc est institutum, maximum captarent suffragium tam ex charitate quæ a morte liberat et purgat peccata, quam ex grato animo, et precibus tot fidelium in quorum levamen reditus conversi fuerunt. Neque vulnus juri infligitur actualis titularis qui chronico morbo afflictatus videtur dicente oratrice : « Il ne peut célébrer pour ses infirmités ; » præterquamquod animadverti debet quod in illis regionibus haud difficile erit eamdem missarum eleemosynam habere, et si fundus in manus incideret gubernii, et de ipsius jure actum esset.

Veruntamen si Emi Patres, pro ea qua fulgent prudentia ac sapientia in ecclesiasticis quæstionibus dirimendis, judicaverint commutationem quoad totum rejiciendam, videant utrum expediat quoad partem superius expressam elargiri : speciatim præ oculis animadversis melioramentis in fundo habitis ob curam ac assiduitatem patris oratricis quorum causa reditus hodie veluti duplicantur.

Hisce hinc inde animadversis, videant EE. VV. quomodo dimittendæ sint preces in casu.

Quare etc.

S. Congregatio Concilii respondendum censuit : *Firmo remanente onere missarum juxta dispositionem fundatricis, reliquum redituum erogetur in pium opus erigendum, facto verbo cum SSmo.*

Romæ, 14 septembris 1878.

LE CHAPITRE DE PAMPELUNE.

Ancienne organisation. Chapelains amovibles. Titre d'ordination. constitué avec une partie des revenus alloués pour la vie entière. Concordat de 1851. Réorganisation du chapitre en 1860 Deux anciens chapelains élevés depuis lors au rang de bénéficiers demandent, après quarante-neuf ans de bon service, leur retraite. Indult du 14 septembre 1878.

Le chanoine qui sert assidûment le chœur pendant quarante ans, obtient l'autorisation de prendre sa retraite. En ce qui concerne les simples bénéficiers qui dans la suite obtiennent un canonicat, les années passées dans ce premier état comptent pour la retraite. Mais le bénéficier qui a longtemps été chapelain amovible dans la cathédrale, peut-il réclamer la retraite ? Le cas s'est présenté récemment dans le chapitre de Pampelune. Il y eut jadis dans le chapitre, depuis l'époque la plus reculée, au lieu de bénéficiers canoniquement

institués, des clercs, ou prêtres, portant le titre de *chantres*, ou *psalmistes* et amovibles au gré du chapitre. Ils participaient toutefois aux distributions quotidiennes. Après quarante ans de service, le chapitre leur donnait l'indult *jubilationis*, sans s'adresser au Saint-Siége.

Jean Lorca et Antoine Astiz furent nommés chantres en 1829. Comme ils n'avaient pas de titre d'ordination, les chanoines consentirent à leur allouer pour tout le temps de leur vie une portion des revenus de leurs chapellenies, partie correspondante à la taxe que les statuts diocésains exigent pour les ordres majeurs.

L'ancienne organisation du chapitre fut changée en 1860. On établit dix-huit prébendes canonicales, et quatorze bénéfices. Deux de ces bénéfices furent conférés aux chantres susnommés. Actuellement, accablés des infirmités de l'âge, après avoir servi la cathédrale plus de quarante ans comme chantres ou comme bénéficiers, ils ont demandé au chapitre l'indult *jubilationis*, la retraite. Les chanoines ont accueilli la demande avec faveur; mais, par malheur, Mgr l'évêque de Pampelune n'a pas cru que l'on pût leur accorder la grâce, parce que durant le temps du cantorat ils ne possédaient pas un titre collatif et perpétuel.

